[illegible] Episcopi Constantiensis [illegible]
Bartholomaeum de Hayenau [illegible]

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ NOVI TESTAMENTI,

Tomus VIII.

SECULI XVI.

Pars IV.

QUA CONTINENTUR,

I. Vocatio Reformatorum, tam *Ordinaria*, generalis, ſpecialis, & ſpecialiſſima; quàm *Extraordinaria*. II. Comparatio Reformationis Joſiæ, & Majorum noſtrorum. III. Conſenſus Eccleſiarum Reformatarum in fundamentalibus, tum aliunde, tum ex Colloquio Marpurgenſi, erutus. IV. Ἐξοχὴ Eccleſiarum illarum, quæ nec imagines in Templis, nec oralem corporis & ſanguinis Chriſti, in Cœna Domini manducationem, retinuerunt. V. Apologia, pro Zwinglio, ejusque doctrina de cauſa ſalutis, peccato originali, Providentia DEI, Sacramentis: Morte. VI. De Prædeſtinatione, ejúsque inde à Reformatione, in Eccleſ. Helv. conſenſu. VII. Antquitates Eccleſiæ Tigurinæ. VIII. *Florenicus, Glareanus,* de Legione Thebæa.

AUTHORE,

JOH. HENRICO HOTTINGERO,

TIGURI,

Typis: Michaelis Schufelbergeri, 1667.




NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMISQUE
DOMINIS:
D.D.

CONSULIBUS, SENATORIBUS, TRIBUNIS,

Totíque adeò,
REIPUBLICÆ
SANGALLENSIS,
SENATUI;
Historiam hanc
D.D.D.

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.



PRodit, VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, PRUDENTISSIMI, sub nominis Vestri patrocinio, Historiæ Reformationis continuata tela, cui, si non ab authore, copia tamen & gravitate, gratiam aliquam conciliatum iri spero. *Mandare quenquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio & literis.* Verba sunt facundissimi Romanorum Consulis, I. TUSCUL. Sit fortè infelicior, qui vel disponere debebat indigestam, longè latéque diffusam hujus Tomi Historiam; vel illustrare, quæ tenebris diu satis involuta, paucorum subjerunt aspectum, ipsam interim, varietate liberaliter satis conditam, de vocatione Reformatorum nostrorum, materiam, delectatione aliqua allecturam lectorem, cur planè desperem? Pleraque, quæ in lucem,

cem, hac occasione, protrahuntur cum tineis hactenus rixari debebant & blattis; propterea verò Seculo nostro ulteriùs non invidenda, quòd momentosissimam de vocatione Reformatorum controversiam non uno modo juvarent. Quæsitum hactenus, tribunitia veluti authoritate fuit: unde Majoribus vocatio, quæ tabulæ authenticæ? Ostendimus, cœlum favere & terram. Nihilque Prædecessores nostros, Heroicis suis præstitisse moliminibus, umbras: Vocatos fuisse, ad extinguendum incendium, luxatum reparandum Statum Ecclesiasticum, ut Christianos, ut Pastores & Episcopos, ut Reformatores. Nihil Amplissimis, ex juncta in Reformatione dextra, Proceribus nostris, exprobrari posse, quod non in Aharonis & Mosis, Josiæ & Chilkiæ redundaret caput. Nihil in Episcopo desiderare Paulum, palàm fecimus, quòd liberali manu DEUS in Reformatores non contulerit: Eventu probâsse, summum Ecclesiæ Pastorem, non humanam hanc plantam fuisse, sed cœlitus cultam & irrigatam.

gatam. Nec quicquam impedire, Ecclesiæ Romanæ vel suffragium, vel consensum; quem non semper Ecclesiæ Helveticæ magnifecissent. Et quanquam, inter Reformatores, Zvinglium cumprimis & Lutherum, aliqua subinde oborta fuerint frigußcula; quod non insolitum Ecclesiæ fuisse fatum, illi, qui in Historia Ecclesiastica non sunt infantes, ignorare minimè possunt; divinæ tamen fuisse virgulæ indicium, quòd in fundamento salutis ita viri, & locis, & ingeniis dispares, ita conspirârint, ut tamen illarum, quæ Zvvinglium sequebantur Ecclesiarum, Reformatio solidior fuerit & exquisitior; ex imaginum cumprimis & consubstantiationis proscriptione purior. Frustra denique Apostasiæ crimen, Helveticis Theologis ab iis, qui ἄῤῥητα Dei decreta, sua metiri assuevissent decempeda, impingi, fusius paulò demõstravimus. Ea omnia fide, quæ, & indubitatæ antiquitatis monumentis αὐτοχειράφοις, & superioris Seculi Theologorum Epistolis familiaribus, maximam suffulta est partem.

)o(Vester

Veſter verò, VIRI AMPLISSIMI, Tomus hic publica inſcriptione eſſe debebat: Idque non unam ob cauſam. Eam enim communem VOBIS eſſe par erat Hiſtoriam, quæ communiter aliquando Majores noſtros occupavit. Certè, qua fide, quave dexteritate VADIANUS aliquando Veſter, Vir æterna laude digniſſimus, & publicis ſcriptis, & graviſſimo, in diſputationibus religioſis, præſidio, & conſtanti cum Reformatoribus noſtris amicitia, cauſam Domini egerit, juverit, promoverit, neque neſcimus, neque hactenus diſſimulavimus. Accedunt non pauca, quæ hinc inde Tomus hic noſter reddit, Ejusdem Vadiani documenta, quibus, Heidelbergâ non ita pridem allatis, vel obſcuriora antiquitatis Helveticæ rudera ſuo reſtituimus nitori, vel luxatos hinc inde Hiſtoriarum hiatus, non infeliciter reparavimus. Id quod ſolenni hac προσφωνήσει ceu grati animi arrha, teſtari: ſimùlque & Orthodoxi Eccleſiarum noſtrarum conſenſus; avito Zvinglii, Gvvaltheri,

theri, Simleri, Beumleri exemplo; magno denique numero in me collatorum humanitatis officiorum, Syngrapham eandem extare volui. Deum supplex veneror, ut Reipublicæ porrò Vestræ ex alto benedicat, ad Sanctissimi nominis sui gloriam, Ecclesiæ reformatæ conservationem & incrementum, Civium tranquillitatem & salutem, per Dominum Jesum Christum, Amen. Ita ex animo vovet,

Tiguri Cal. Octob. 1666.

Nobilissimi, Amplissimi, Prudentissimique Nominis Vestri

observantissimus

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS.

Erra-

Errata, inter relegendum, obſervata.

Pag.6.l.7. θέντας. *P.26.l.13.inſtrumentum.P.35.l.8.decernebatur. P.56.l.ult.* κρείττονες. *P.57.l.4.nutantes. P.91.l.15. Numquid.P.122.l.15.quod potuiſſet. P.159.l.15. del. runnus. P.163.l.26. Aſcherot. P.168.l.19.* כומרים *P.171.l.10. longius. P.233.l 25.Conſenſu. P.251.l.12.Verùm. P.268. l.27. ſubit. P.321.l.8.in verbo Dei.P.322. l.17. maluerunt. P.323. l.4.exercitavit. P.353.l.23.Heros. P.358.l.1.evincere.l.9. immemor. l. 28.ut panis ſit corpus Chriſti ſignificativè. P.375.l. 19.Nihil novi. P.404.l.17. Iudaica. l.19. Maim. Pag.459.l.9.* wahr. *P.467.l.3.* περιστερᾶ. *P.481 Natura.P.615.l.5. lumine monuit.l.10.calumnia. P.618. l.11.verbis expoſuimus. P.910. l.25.deciſionis ſubjiciemus.P.991.l.5.non vacante.P.991.l.14. armamentaria.P.1020.l.11 iacerent.P.1026.l.14.poſt.articulum : adde,vel negligerent,vel confusè tractarent,adeò ut ſalutaris Evangelij doctrina. P.1027.l.25. ultima, lubentiſſimo. P.1079.l.9.reſtitue: Et agere & pati,& velle & perficere,& fidem & aſpectum à ſola DEI gratia in Chriſto expectamus. P.1148.l.12.Fratrum ſervorũ. P.1168.l.18.memoratarum. P. 1174.l.14.elocationem. P.1177.l.12. Lenzebuhre. P.1209. P. 1210.l.6.extra Eccleſiæ-excommunicatos. P.1223. l.8. in has oras. P.1225.l.20.tum. P.1241.l.8.Philoſophicis magis, quàm &c. P.1258.l.12.bolum.P.1327.l.8.Sacellani.P.1346.l.9. imbecillis.*

HI.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ NOVI TESTAMENTI.

SECULI XVI.

PARS IV.

De Reformatorum Vocatione.

CAPUT I.

De Vocatione Reformatorum generali.

Vocatio generalis, cuilibet Christiano concedit facultatem tollendi abusus, statu cum primis Ecclesiæ turbato. Discursus Viri docti, de necessitate vocationis specialis ad rerum Ecclesiasticarum gubernationem. Brevis in eum ἐπίκρισις.

I. Expendimus Reformationis causas; Principalem, Instrumentales, & impulsivas: De eo nunc ordine agendum est, quo jure, quáve authoritate Reformatores ad tam operosam, plenámque periculorum accesserint provinciam. Hæc enim crux illa est, quam multi sibi & aliis, sed præter

 necessi-

necessitatem, figunt; quam tantò libentius in limine hujus scripti sumus tollere parati, quantò plura ex hujus materiæ explicatione & vindicatione ad nos redundare poterunt commoda.

Magnas quidem, οἱ ἐξ ἐναντίας movent turbas, quasi velut umbræ Majores nostri, ad Reformationem accessissent, non vocati, non invitati; sed sponte currentes, contra Spiritus S. disertam inhibitionem *Jerem. c.* 23 21. Sed fluctus hi sunt in simpulo! Tantum abest, ut Reformatores αὐτόκλητοι, se, præter officium, obtruserint, ut θεόκλητοι, quod fecerunt καὶ θεοφορούμενοι, per conscientiam negligere aut intermittere non potuissent.

II. Est autem Vocatio Reformatorũ vel ordinaria, vel extraordinaria: *Ordinaria* vel generalis, vel specialis, vel specialissima. *Illa,* quâ Christiani, ad faciendum officium, reformãda dogmata, revocandum diu satis obfuscatum veræ pietatis splendorem, sunt excitati: *Ista* verò, & hæc, quâ vel Ministri Dei, Pastores Ecclesiarum, vel Reformatores, greges suos à venenatis herbis, infectis paludibus, ad herbida verbi Dei pascua, & salutares I-

sraëlis

ſraëlis fontes, per rationem officii injuncti tenebantur. De utráque distinctè.

III. Generalis vocatio Reformatorum in generali Christianismi Confessione consistebat. Cùm enim Christo per baptismum fuerint insiti, cùm solenni renunciatione soli Christo dederint nomen, ut rebus adeò turbatis & desperatis, ipsi animas suas servarent, lupos abigerent, eáque adeò bona fide præstarent, quæ intermissa conscientiam ipsis reliquissent cauterio exitialiter læsam, vel solus Christianismi character animum addere poterat.

Etenim, omni tempore beatus ille est homo, qui in lege DEI meditatur interdiu & nocte. *Psalm.* 1. v. 1. omnibus & singulis, cujuscunq; sexus sint & ætatis, incumbit, statuta & judicia Dei custodire: *Deut.* 31. 11. 12. Omnibus promiscuè, qui ea servant, promittitur præmium *Psalm.* 19. 12. Omnibus dictum est, ut qui semel liberati sumus, ne amplius servitutis jugo implicemur, *Gal.* 5. v. 1. Imò, quoniam suæ quisque fidei rationem daturus est, non observamus, plebem, quæ; rejecta authoritate Pontificum, Scribarum, Pharisæo-

rum; secuta est Christum, in offensam propterea incurrisse; laude dignissimam. Auditoru quippe corda puriora sæpissimè, quàm Sacerdotum labia, sunt deprehensa: Discrimen Christianismus, inter liberum & servum, Scytham, Græcum, aut Judæum non admittit. Omnes stabimus coram tribunali Dei, rationem villicationis reddituri, sive bonum fecerimus, sive malum. Cur, lupo invadente gregem, diu deliberemus an officii sit nostri, prædam voraci eripere bestiæ? Exorto incendio, dubitare, an vocatio nobis illud, ubi possumus, permittat extinguere? Veneno serpente, & integras familias depascente, disputare, quo jure, quod non infeliciter præstaremus, malo medicinam parare audeamus, iis planè vel absentibus, vel operam negantibus, quibus officii ratione, illud incumberet? Nolumus ἀναρχίαν hoc loco introductam, aut, πολυπραγμοσύνης patrocinio, cuilibet permittere quidlibet. Habet Ecclesia sua jura, suosque ordines. Si ordinarii Ministri fecerint officium, non metuendum est, alios falcem suam in illorum missuros messem. Sed si Sacerdotes officium facere recusent ex tribu Levi, familia Aharonica, tum Prophetas Deus mittit, abjectos gregum, & armentorum Pastores, Mosen, Amosum. Elisa

Elisæum, &c. qui inordinatos redigunt in ordinem. Hæc Methodius cum primis tempore Christi & Apostolorum obtinuit. Cum illi, qui in Mosis cathedra sedebat, Mosis tamen doctrinam suis traditionibus obscurâssent, Christus piscatores, plebejos, quos per contemptum עם הארץ appellârunt, elegit, per quos orbem reformaret. Neque viros tantum, sed & mulieres, non tam publicè docendo, quàm admonendo, consolando, ministrando, ad hanc structuram suam contulisse operam, Priscillæ, Phœbæ, Diaconissarum exemplis est manifestum. Eadem ratio iis etiam observata fuit temporibus, quibus Evangelium inter dirissimas persecutiones fuit propogatum: Sæpe à militibus, vix cruentas carnificum manus elapsis; modò à mechanicis, mulieribus etiam, quod in patria nostra, veluti certum haberi & ratum, postea audiemus. Ancipiti hoc rerum statu, & confuso ordinario Ministerii ordine, omnino videmus, multos veterum editos Canones, quibus Sacrorũ administratio à quibus libet Christianis peracta, fuit probata. Cùm, ut solent adversarii, defectum Vocationis Reformatorum nuper denuo rigidius nonnulli objicerent, erat Vir doctus, qui prolixè conatus ostendere, Episcopatum, sive Presbyteratum.

ratum, munera juris divini esse: neque illa utilia tantùm, sed etiá necessaria: Non tamen perinde necessaria, ut adversarii (NB) velint, quasi absq; iis nulla sacra Deo grata, aut Ecclesiæ utilia, celebrari possint: Nulla lege divina mandatum esse, ut rejicerentur simpliciter, quæ non per χειροτονηθέντος essent præstita. Altum de hoc rigore in sacris literis silentium: Aliud velle praxin Ecclesiasticam tam Apostolorum, quàm Virorum Apostolicorum. Nam ut de sacris (*Ita Vir doctissimus de incunabulis Christianismi*) illis testimoniis primo loco dicamus, utique in illis literis, cætus etiam illi, qui Clericum non habent, Ecclesiæ nomine solent venire, qualis fuit domestica Ecclesia Aquilæ & Priscillæ, cujus meminit Apostolus, *Rom.* XVI. cap. 5. &. 1. *Cor.* XVI. v. 2. Philemonis item memorata in Epistola ad illum. Nemo dixerit autem Ecclesiam, quæ careat Ecclesiæ propriis sacris. Omnes porrò in universum fideles S. Petrus dignatus est titulo Sacerdotii sancti, & regalis Sacerdotii 1. *Pet.* II. 5. & 9. Non itaq; res ab iis planè aliena erat ipsa, sacrorũ inquam Ecclesiasticorum celebrandorum facultas, quæ unicè efficit Sacerdotem. Inter munia sacra, Apostolis ipsis à Christo injuncta, quæ primaria fuerunt, officium scil. docendi

cendi & baptizandi, comunia facta ex æquo omnibus tum fuisse, liquidò sanè apparet. Sic omnes à cæde Stephani dispersos Evangelizâsse, interque eos Philippum Diaconum baptizâsse viros & mulieres, & Eunuchum Æthiopem legimus Act. IIX. In eadem Apostolica Historia c. XV. invenimus, in decidenda nobilissima illa Controversia, utrum observanda sit Lex Mosaica, gentilibus conversis, ipsosmet Apostolos, præter Presbyteros auctoritatem populi adhibuisse. De Priscilla fœmina non minùs quàm de marito ejus, Aquila, scribitur c. XVIII. 26. quod exposuerint viam Domini. S. Paulus utrumque conjunctim non dubitavit appellare *Rom.* XVI. adjutores suos in Christo Jesu. Tantum in sacro Conventu jussit tacere fœminas Apostolus ille, 1. *Cor.* XIV. 34. In quo, præter Presbyterum aut Præsidem, aliis quoque fas fuisse verba facere, ex illo ipso capite palàm est. Hinc author Commentar. in Epistol. ad Ephesios, qui Ambrosius vulgò audit, est autem fortè S. Hilarius, Romanæ Ecclesiæ sub Liberio Papa Diaconus, ad c. IV. Postquam omnibus locis Ecclesiæ sunt constitutæ, & officia ordinata, aliter composita res est, quàm cœperat. *Primùm enim* omnes *docebant, &* omnes *baptizabant, quibuscunque diebus vel*

 tempo-

temporibus fuisset occasio. Item: *Ut cresceret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est, & Evangelizare, & baptizare, & Scripturam in Ecclesia explanare: At ubi omnia loca circumplexa est Ecclesia, conventicula constituta sunt, & Rectores, & cætera officia in Ecclesia sunt ordinata, ut nullus de clero auderet, qui ordinatus non esset, præsumere officium, quod sciret, non sibi creditum vel concessum, & cœpit alio ordine, & providentia gubernari Ecclesia: quia si omnes eadem possent, irrationabile esset, & vulgaris res, & vilissima videretur.* Porrò & Eucharistiã administrandi potestatem omnibus mandatam à Domino, non tantum ex Tertulliano de *Corona militis*, sed & ex Dominicis verbis, quæ à S. Paulo etiam sunt repetita & aptata omnibus Christianis, Vir doctus ostendere nititur. Non solis clericis facultatem a Domino esse factam Ligandi, solvendique vim, sive jus clavium quod appellant, non solis Presbyteris aut Episcopis à Domino concessum fuisse perspicuum esse vult ex Cap. XVIII. 19. *Matth.* Prout fassus sit Origenes, & Augustinus & Theophylactus. Hujus hæc verba sunt: *Si tu offensus, habes eum, qui te injuria affecit sicut publicanum & gentilem, erit ille & in cœlo talis: si autem solveris eum, hoc est, ignoveris,*

ris, erit et & in cœlo condonatum. Non enim solùm, quæ solvunt Sacerdotes, sunt soluta, sed quæcunque & nos injuria affecti vel ligamus, vel solvimus, & ipsa erunt ligata, vel soluta. Origenis & Theophylacti illam interpretationem fuisse, agnovit quoq; *Maldonatus.* Addemus verò S. Augustini verba Homil. XV. de verbo Domini: *Si fratrem habes pro Ethnico & Publicano, ligâsti illum in terra: Si correxeris fratrem, solvisti illum in terris.* In universum denique, illam divinitus omni populo fideli concessam auctoritatem, etiam inde astruere conatur, quòd Presbyteros singulari aliquo Sacerdotum titulo Apostoli nunquam honoraverint, nec in muneris legibus aliquam sacrificiorum celebrationem ullo verbulo memoraverint; Ex adverso autem nonnisi τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἐπισκόπων titulis dignitatem eorum illustraverint, qui receptotum & inter Judæos (quos maximè imitati sint Apostoli) & inter Gentiles loquendi more, propriè nihil significârint sacerdotale; sed à Sacerdotibus alieni, tantum de popularibus Magistratibus, quales erant & in Synagogis, usurpati fuerint.

Eadem omnia agnovisse primitivam & auream Ecclesiæ ætatem. *Ubi tres, Ecclesia est, licèt Laici,* dicebat Tertul. Idem: *Non-*

ne & laici, inquiebat, *Sacerdotes sumus: Scriptum est:* Regnum quoque nos & Sacerdotes DEO & Patri suo fecit. *Differentiam inter ordinem* (clericum scilicet!) & *plebem constituit Ecclesia, & honor per ordinis consessum sanctificatus. Adeò, ubi Ecclesiastici ordinis non est consessus, & offers, & tinguis, & sacerdos es tibi (laico) solus.* Paulò infra asserebat: *Laicum habere jus Sacerdotis in semetipso, ubi necesse est.* Si per singula Clericorum munia eamus, *(inquit idem)* deprehédere est, & illa ætate, & omni fermè post ævo, laicos non minùs atque Clericos, usu (NB.) exigente, omnia illa peregisse, quæ solent cōmitti aliâs clericis legitimè ordinatis. Et quidem dubio penè caret, etiam laicis semper licuisse & scripto & viva voce doctrinam fidei propagare. In Catalogo sanè scriptorū Ecclesiæ, quem Hieronymus nobis reliquit, æquè multos, si non plures, deprehendere est laicos atque ex clero. Sequiore demum tempestate ab Urbicis Papis, Capit: *Quicunque, de hæreticis* in 6. § *inhibemus*, cautum est, *ne quis laicus privatim, aut publicè audeat disputare de fide: qui verò contrà fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.* Agnoscit verò & Cajetanus, legem hanc odiosam esse, nec post in ipsa Ecclesia Romana observata est: Quin imò

supe-

superiore seculo, Henricus, Angliæ Rex scriptis contra Lutherum libris, Defensoris fidei titulum à Papa Leone promeruit, & summis laudibus evectus est Albertus Pius Carporum Princeps, ob suas in Erasmum invectivas, iis quoque in locis, ubi & Presbyteri & Episcopi non deerant, admissos olim ad docendum populum in ipsa corona Ecclesiæ laicos, argumento est unus pro plurimis Origenes, cujus aliorúmque exemplo rectè docet Eusebius λαικὸς ὁμιλεῖν οὐκ ἀνέθισον, si id fiat τῇ τοῦ πρεσβυτέρου ἐπιτροπῇ. Nec id, qui improbaverit, quenquam temerè reperias, ante Leonem M. Epist. 62. Monachorum πολυπραγμοσύνῃ irritatum. Idem Origenes, adhuc laicus, à Demetrio Alexandrino Episcopo missus est in Achajam, compescendis hæresibus quibus illa vexabatur. Diaconis alibi quidem concionari fuit vetitum, Johannes tamen *Chrysostomus*, adhuc Diaconus, præsente Meletio, Antiochiæ habuit disertissimas illas Homilias de *incomprehensibili Dei natura*, de *anathemate adversus Judæos*, alias. Fecit idem *Ephraim*, Edessenæ Ecclesiæ Diaconus, qui, teste Hieronymo ad tantam pervenit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publice in quibusdam Ecclesiis ejus scripta recitarentur.

Porro

Baptismum à laico potuisse conferri, atque adeo hoc Sacramentum primum Ecclesiæ non esse administratum à solis Clericis, hodierna docet Praxi, quæ obtinet in Ecclesia Romana. Jam ante adduxerat disertè provocantem *Tertullianum* ad morem sui ævi, quo & laicus tinguebat, ubi Ecclesiastici ordinis consessus non erat. Idem ab illo longè clarius asseritur, de Baptismo c. 17. ubi docet, exigente necessitate omnino debere laicum baptizare, non verò id ipsi duntaxat esse permissum. *Hieronymus* quoque scribit, Dialogo adversus Luciferanos: *Si necessitas cogit, scimus etiam licere laicis baptizare.* Extat eadem de re Canon. 38. Concilii Eliberitani, & consensus Gelasii Papæ, & Isidori Hispalensis, quanquam hic sibi contradicat. Eadem porrò Tertulliani tempestate licuisse laicis & εὐχαριστεῖν, manifestum est, ex verbis Tertulliani desumtis ex libro de exhortatione castitatis, quorum partem jam tum adduximus. Ille etenim nuptias secundas, nec laicis fas esse inire, Montani spiritu plenus, prolaturus, exemplo est usus Clericorum, quibus id vetitum credebatur, idq; propterea, quoniam esset recepti moris, ut laicus quoque & tinguat & offerat, si desit Clericus: adeóque quoniam inter Clericum & laicum nulla sit differen-

differentia, nisi tantum ex constituto, & si quando nihil prohibet Clericum aliquem legitimè ordinatum, sacris præesse. Vis argumenti scilicet est in illis: Omnes nos Deus voluit ita dispositos, ut ubique Sacramentis, ejus obeundis apti simus. Quum digamus itaque Sacerdos non sit aptus obeundis Sacramentis, nec laicum digamum posse aptum esse, hunc autem debere esse aptum ad offerendum & tinguendum quovis tempore necessitatis: debere itaq; à secundis nuptiis abstinere non minus, atque aliquem ex Clero. *Digamus tinguis* (inquit) *digamus offers? Quantò magis laico digamo capitale est agere pro Sacerdote, quàm ipsi Sacerdoti digamo facto auferatur agere* Sacerdotem. Sensus verborum Tertulliani adeò clarus est, ut Pamelium, quo eluderet adversantẽ suis placitis Septimium, adegerit hunc locum omnem mala manu corrumpere. At Nicolaus Rigaltius, Vir longè doctissimus, disertè confessus est, eam esse mentem Tertulliani, quam nos etiam professi sumus. Quare licèt bilem concitaverit Gabrielis Albaspinæi, Aurelianensium Episcopi celebertimi, qui offerendi voce negavit hoc loco intelligi debere τὸ εὐχαριστεῖν, idque scripto publico astruere conatus est contra Rigaltium, interpretationem suam alio itidem

tidem libro vindicantem: Attamen & Hugonem Grotium V. C. excitavit ad conscribendum opusculum ἀνώνυμον de Cœnæ administratione, ubi Pastores non sunt, quo & nostram Interpretationem clarè confirmat, ostendens simul illud jus laicorum Eucharistiam faciendi, exigente id usu, & nulli adsint pastores, & passim & diu satis fuisse in Ecclesia agnitum. Opposuit sese quidem & huic opusculo, contraria scriptione, Dionysius Petavius, sed incassum: ut facile apparuerit utrumque libellum legentibus: legere autem in promtu est, quum in vulgus sint editi, non intra domesticos parietes conclusi, perinde ut adversaria scripta illa Rigaltii & Albaspinæi. Certè adeò hîc claret veritas, ut nihil motus receptis Ecclesiæ Romanæ placitis, adversus Albaspinæum & alios, pro nostra illa interpretatione operosé disputare Parisiis nuper adeò non dubitaverit in grandi opere Tertulliani Redivivi, ad librum illum de exhortatione castitatis Georgius Ambianus, doctissimus & clarissimus omnium quotquot hactenus fuerunt Capucinorum. Nec verò Interpretationem illam nostram duntaxat defendit Vir candidus, sed etiam probat fuisse id, ævo Tertulliani, passim in Ecclesia receptum, nec à quoquam improbarum,

[...]malo provocare, quàm uberius [...] ego num ostendere, præsertim, cùm nulla me cogat necessitas hisce immorari.

Excommunicationum porrò sententias nonnisi ex consensu & authoritate totius Ecclesiæ atque adeò & laicorum fidelium, esse olim latas, aurea illa tempestate, à multis jam est notatum: Quorum scrinia compilare nec fas, nec necessum jam est. Augustini adhuc ætate seniores laicos disciplinæ publicæ præfuisse in Africa, palàm est ex sermone 19. de Verb. Domini; *cùm ob errorem aliquem à Senioribus arguuntur, & imputantur alicui de illis cur ebrius fuerit? cur res alienas pervaserit? eadem cur turbulentus admiserit? statim respondet, quid habeo facere homo secularis aut miles? numquid Monachum sum professus aut Clericum?* In actis Nundiacrii Diaconi adversus Sylvanum Cirtensium prælulem, totum judicium ab Episcopis nonnullis anno 320. legimus commissum Senioribus & Clero: quale quid videtur suadere ipse Gregorius I. Papa lib. 2. Epist. 19. Ut proinde jus clavium quoque in laicis jure divino alienum non esse etiam tum nemo in Ecclesia fortassis dubitaverit. Coguntur verò idem hodié-

qu

que fateri, nisi fallor, si thesin tueri velint, qui affirmant, totam jurisdictionem Ecclesiasticam, primariò, propriè & Essentialiter Ecclesiæ convenire, Romano autem Pontifici atque aliis Episcopis instrumentaliter, ministerialiter & quoad executionem tantùm, sicut facultatem videndi oculos, quæ tamen est Scholæ Parisiensis perpetua & constans doctrina, si credimus Edmundi Richerii, Syndici Collegii Theologici Parisiensis libro de Ecclesiastica & Politica potestate. Si inquam credimus: nec enim nos latet, quantum illius libelli causâ & nostra, & Patrum ætate Parisiis fuisset turbatum.

Ita Vir doctissimus. Quæ tamen omnia ita nos intelligimus, intellectáque velimus, ut de *præterordinario* tantum, ut ita loquar, differat Ecclesiæ statu, cùm turbata omnia sunt, cujusmodi prima post Christum, sub Judæis & Gentibus, tempora. Absit enim, ut tantus Vir, Socinianorum vel Anabaptistarum ἀναρχίᾳ faveat, utilitatem, necessitatémve Ministerii tollat, laicis sacra promiscuè tractandi licentiam faciat: Aliud enim DEI ordinatio, Eph. 4. ἀταξία Ecclesiastica, gravissimæ pœnæ in sacrorum vioatores exigunt. Id verò est, quòd contra Pontificios defendere possumus, noi

non pati se sapientiam divinam ad ordinarias regulas in extraordinariis casibus adstringi. Esse tempora, loca, in quibus *omnis Lingua laudare debeat Dominum*: *Phil.* 2. 11. Iterum esse tempora, quibus domui Aharonis cura sacrorum committatur. *Lev.* 8. 2. Placere Deo, ordinario Ministerii subsidio, ordinarie regere Ecclesiam: non obstare tamen quicquam, quominus, rebus sic flagitantibus, per laicos Doctorum obthurare idem possit ora. Ecquid enim impediverit, cur Propheticam promissionem: *Et erit in ultimis diebus (dicit Dominus) effundam de spiritu meo in omnem carnem: Et prophetabunt filii vestri, & filiae vestrae, & juvenes vestri visiones videbunt, &c.* Act. 2. v. 17. Reformatores suam non fecerint? Aut, quid obfuerit quominus eodem jure quilibet Christianus jugum servitutis Romano-Papalis excutere potuerit, cum toties rogati illi, penes quos fuisset, facere illud detrectassent, quo Romano-gentile olim & excussum, & excutere quibuslibet licitum fuisse, primorum seculorum Historia abunde docet. Fuerint igitur Reformatores nostri hinc inde Laici, fuerint piscatores, fuerint scenopegi, fuerint milites, &c. Christiani tamen fuerunt, qui, cum omnia corrupta, nihil in toto corpore sani aut so-

lidi superesse, à planta pedis ad caput, membra singulâ infecta, purulenta, & lenta tabe confecta, ægrè ultimum trahere spiritum, animadvertissent, non minùs isti, ad medicinam afferendam, officii ratione obligabantur, quàm Samaritanum illum (postquam Sacerdos & Levita, superciliosè prætereuntes, humanitatis leges turpiter neglexissent) ad juvandum seminecem viatorem, & obstrictum & eo nomine commendatum legimus, *Luc.* 10. v. 33. Periculosum profectò valde erat, eorum diutiùs curæ salutem populi committere, quos sui ipsius fuisse oblivios, superiorum Seculorum praxis abundè probavit. Pharisaico prorsus fastu laici, quos vocare solet Ecclesia Romana, à rerum divinarum judicio omni arcentur. Pharisaicus, inquam, typhus est. Quemadmodum enim Pharisæi ministris suis, Christum laudantibus, responderunt: *Num quid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc est, quæ non novit legem, maledicta est,* Joh. 7. v. 48. 49. Et postea liberam ac ingenuam cæci à Christo sanati confessionem respuentes, dixerunt ei: *In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Joh. 9. v. 34. Ita Doctores Pontificii liberas Auditorum fidelium voces, & ingenua de rebus

rebus divinis judicia ferre non possunt. Seculares eos vocant, & carnales, se autem clericos & spirituales. Quasi verò Spiritus non spiret quò vult? aut non sint fratres πνευματικοὶ *spirituales*, cujuscunque ordinis, qui possunt lapsos καταρτίζειν ἐν πνεύματι πρᾳότητος *in viam reducere*, ac velut in integrum restituere *Spiritu mansuetudinis, Gal.* 6. v. 1. qui ambulant κατὰ πνεῦμα, *qui Spiritus S. ductum sequuntur*, Rom. 8. 5. & quos Petrus omnes vocat κλήρους 1. Pet. 5. 3. allusione facta ad Israëliticum populum, cui sortitione facta tributim terra Canaan, vitæ æternæ typus, distributa fuerat: vel quod Deus unam quamque Ecclesiam sibi velut portionem quandam à reliquis segregatam elegerit. Illorum ergo etiam refert, viam, quæ ad possessionem hæreditatis æternæ introducit, planam & regiam relinqui; sentibus aut saxis non obrui. Vel, ubi illi, quibus cura repurgandi obsitas vias incumbit, officium non fecerint, manum etiam illos admovere, quis impediat? Sua etiam quisque fide vivet, & suæ quilibet villicationis reddet rationem. Ut ergo nihil ordinariæ functioni detractum volumus, neque ἀνίπτοις χερσὶ quemlibet ad sacra admittimus peragenda; ita neque brachium Domini ita

 con-

contrahendum existimamus, ut non possit, cùm, qui vineam locatam non rectè colunt, aliis eam extra vocationis ordinariæ provinciam committere. Aut nullis liceat vel incendium obortum extinguere, vel lupos & apros vineam Domini depascentes abigere, vel periculosè ægrotum, aut indignè à latronibus tractatum & contusum curare, quàm qui Româ authoritatem per manuum impositionem acceperint? Quod, quàm sit iniquum postulatum, fusè *Petrus Martyr*, in Colloquio Possiaceno ostendit, & nos ex eodem. Tom. VII. p. 737. Etiam ex infantum ore Deus sibi laudem paravit, *Psalm.* 8. v. 3. Et cùm homines facere officium detrectârint, lapides clamaturos prædixit Servator, Luc. 19. 40. cùm Pharisæi, populi, qui Regi suo magno applauserunt jubilo, & congratulatione, refrænare voluissent linguam in laudem DEI solutam. *Esto, Deus semper dederit Ecclesiæ suæ Pastores (quod sanè non est negandum) attamen dispiciendum est, qui sint hi Pastores. Nam ut homo hominis lupus est, ita nihil prohibeat, hominem homini Pastorem esse: Neque enim ii soli Medici sunt, qui solenni quadam pompâ provecti sunt ad id muneris. Sed Medici sæpenumero sunt, qui rem tenent, à rei pompa quàm maximè sunt alieni, quales*

quales sunt, deplorata & perdita Republica, boni Cives, qui tamen non sedent ad gubernacula Reipublicæ, sustinent tamen, ut possunt, ruentem domum, & pro virili parte student eximere naufragio quasdam tabulas, adeóque eos, qui tabulis insident. Ita acutissimus *Camero* Prælect. de Eccles. p m. 266. Nihil ad rem dici potuit opportuniùs: Semper sunt Pastores, semper Magistratus, non illi tamen qui liberam DEI dispensationem in feudum aut hæreditatem mutant. Christus eos, qui aliquam sibi somniabant prærogativam ad nuptias, invitavit, at ubi illi quidem venire recusârunt, ex compitis vocavit, qui tales nihil expectârunt, *Matth.* XXII. 9.

CAP. II.

De

Vocatione Reformatorum speciali & ordinaria ad Ministerium Ecclesiasticum.

In ipso Papatu, κατὰ θέσιν, Ministri habuerunt Vocationem ad prædicandum Dei verbum. Id quod Zvinglii exemplo probatur: Ubi instrumenta Vocationis Tigurinæ, Eremitanæ. Necessitatem Reformationis Zvinglius superioribus suis ante omnia ostendit: Ordinariæ Vocationis partes implevit. Confertur Vocatio Reformatorum in Papatu iis, qui Synagogæ Iudaicæ tempore Christi præfuerunt.

I. Vidimus vocationem *generalem præterordinariam*, quâ Reformatores vel eo nomine, quòd Christiani fuerunt, Christi discipuli, periclitanti Christianismo, ita disponente summo rerum nostrarum Arbitro, suppetias ferre potuerunt: Ad *Specialem* accedimus ordinariã, quâ nihil fecisse Reformatores, quod ratione officii ordinarii præstandum illis non fuerit, paulò distinctiùs ostendemus.

Para-

[illegible], veram religio-
nem Romæ, unde exulâsse illam, ex ipsis ministrorum Romanorum discere potuissemus querelis. Sed nostræ nobis assertionis manifestas esse rationes, ordine jam exponemus. Reformatores ab Ecclesiæ Romanæ Episcopis, non directè ad Papatum, sed ad doctrinam Christi prædicandam, erant vocati. Neque enim vel hodie Pontificii suam aliam, quàm Christi doctrinam, verbo DEI vel scripto, vel non scripto traditam, esse volunt. Ad hanc ergo vocati spartam in thesi; cùm in hypothesi & examine doctrinæ illius ad doctrinam verè Apostolicã, animadvertissent, clamari quidem Romæ: *Templum Domini, Templum Domini*, &c. illud interim in lustrum & latibulum latronum conversum esse & mutatum, officii, tergiversantes, diu satis illi monere, seriò instare, immorigeram tandem, & planè obsequii nesciam; salvâ interim vocationis suæ authoritate; vel in ordinem revocare, vel deserere Majores nostri expulsi, & ejecti, Romam, & debuerunt & potuerunt. Fortè non ingratum erit Lectori, si, ad pleniorem rerum gestarum notitiam, paulò propius accedentes, i-

psum vocationis publicæ literarum exemplar subjungamus. Cum Zvinglius Glaronâ vocaretur in Helvetiorum Eremum, erat cœnobii Administrator, Vir Nobiliss. *Theobaldus de Hohengerolzek*, qui quibus conditionibus translatum illum Glarona voluerit, sequens, quod ex autographo describi curavimus, docet Instrumentum:

In nomine Domini, Amen. Reverendus in Christo Pater, & Dominus, Dominus *Theobaldus de Hohengerolzeck, Administrator* Monasterii Loci *Heremitarum*, cui cura pastoralis officii incumbit, quæ *omnium major est*. Sed quia pluribus solus intendere non potest, & ne requiratur *sanguis subditorum de manibus suis*, etiam quod majori cura solicitentur, talem sibi prævidit, cui *securè onera sua impertire* possit, Venerabilem Virum, Dominum *Udalricum Zuinglium*, Artium Magistrum, in Cura *subrogando*, ut præfati Venerabilis Viri supplicatione, ac dispositione inclinatus, *voluntariè* eidem Vicariam seu *plebaniam* præfati monasterii loci Heremitarum providendo, conditione & articulis servatis, quamvis nulla utrósque hæsitatio percutiat, pro majori cautela; quia homo nunquam

quam in eodem statu permanet, etiam satisfactione humana conventum est ab eis præsentibus, fide dignis, loco & tempore, infrà notatis. Primò, quòd Domino Abbati, aut ejus Administratori in *omnibus licitis & honestis* obediat, profectum & utilitatem Monasterii curet, déque ejus damno & incommodo caveat, omni via & modo melioribus, *quibus poterit:* subditis curâ *pastorali*, quo ad honestum, & *bonum pastorem decet* præsit, ac cum omni diligentia provideat. Secundò conventum fuit, quòd præfatus Dominus Udalricus, cum Adjutore suo mensam habeat ordinariam in Refectorio Monasterii: Cùm Dominus Administrator, acceptis ad manus suas decimis, *libri vitæ proventibus*, ac *Confessionalium* parte, oblationibus autem, & *Mortuariis* Domino Udalrico dimissis; dabit eidem, scilicet Dominus Administrator singulis annis, *quatuor temporibus*, viginti florenos, sedecim batz. pro floreno. Tertiò Dominus Administrator pollicetur *tempore*, quo *vacaret* aliquod *beneficium*, quod de collatione ejus sit, præfato Domino *Udalrico de eodem providere*, ita tamen, quòd priùs renunciet beneficio *suo Claronensi.* Acta sunt autem hæc præsentibus, scilicet Reverendi in Christo Patris & Domini, Do-

mini *Johannis Abbatis* in Fiſſingen, Venerabilis Viri & Domini Magiſtri *Gregorij*, *Plebani* in *VVeſen*, Venerabilis Domini Magiſtri *Melchior Stoker*. Plebani in Frienbach, & Venerabilis Domini Magiſtri *Zinck*, in arce *Pfeffingen*. In quorum fidem Sigillo Conventûs præfati Monaſterii, & Sigillis ſuis, Dominus Adminiſtrator, & Dominus Udalricus roborârunt, quartâ decimâ die menſis Aprilis. ANNO milleſimo, quingenteſimo, decimo ſexto.

Quid, quæſo, hoc habet Vocationis inſtumentu, quod Zvinglio non permittat ea omnia exequi, quæ poſtea executum eſſe univerſus novit orbis? Jubetur obedire; ſed in honeſtis & licitis. Nihil hic de cæco obſequio; nihil de Pontificiis ſimpliciter retinendis traditionibus. Jubetur *profectum & utilitatem Monaſterij curare, déque ejus damno & incommodo cavere, omni via & modo melioribus, quibus poterat*. Quæ verò via melior, quod commodum majus, quàm, quòd à πεϱιϲσοϲεβελοθηϰηϲηεια, & mandatis hominum, ad ſolidum DEI verbum traductos voluit curæ ſuæ commiſſos Auditore, jubetur *ſubditis cura paſtorali, quod & honeſtum & bonum Paſtorem deceret, praeſſe, ac cum omni diligentia providere*. At Paſtoris

ris officium, majori cum fructu, facere non potuit, quàm si boni illius Pastoris, *Joh* 10. Pastoris primarii, 1. *Pet*. 5. voci aures simpliciter oviculas suas substringere, & mercènariorum ululatum vitare docuit. Hæc Zvinglio imperata atque inculcata fuerunt: Hæc illius, scripto concepta, vocatio. Cui etiam morem statim gessit, ita quidem, ut ex eo tempore purioris doctrinæ semina, occasione frequentiorum, ad locum illum, institutarum religiosarum peregrinationum, sparserit: Ut initia purioris doctrinæ non sine ratione, suprà jam, à Plebanatu Zvinglii Glaronensi & Eremitano accersiverimus. Ideò enim potissimùm Zvinglius Glaronensem deseruit stationem, ut luculentiorem in frequenti peregrinorum concursu haberet Verbi DEI promulgandi occasionem. Neque obstat, *libri vitæ, Confessionalium, oblationum & mortuariorum*, in hoc Diplomate, mentio. Non Zvinglii verba sunt, disertè se ad ceremonias illas obstringentis; sed Administratoris, usum fructum Plebano liberè cedentis. Et quid si hæc etiam mantissa sit obligatoria; non tamen superiora verba, clariora longè & efficaciora, vim obligandi amittunt? Quanquam jam tum profectò in ipso loci illius Præsule *Conrado à*

tidem libro vindicantem: Attamen & Hugonem Grotium V. C. excitavit ad conscribendum opusculum ἀνώνυμον de Cœnæ administratione, ubi Pastores non sunt, quo & nostram Interpretationem clarè confirmat, ostendens simul illud jus laicorum Eucharistiam faciendi, exigente id usu, & nulli adsint pastores, & passim & diu satis fuisse in Ecclesia agnitum. Opposuit sese quidem & huic opusculo, contraria scriptione, Dionysius Petavius, sed incassum: ut facile apparuerit utrumque libellum legentibus: legere autem in promtu est, quum in vulgus sint editi, non intra domesticos parietes conclusi, perinde ut adversaria scripta illa Rigaltii & Albaspinæi. Certè adeò hîc claret veritas, ut nihil motus receptis Ecclesiæ Romanæ placitis, adversus Albaspinæum & alios, pro nostra illa interpretatione operosé disputare Parisiis nuper adeò non dubitaverit in grandi opere Tertulliani Redivivi, ad librum illum de exhortatione castitatis Georgius Ambianus, doctissimus & clarissimus omnium quotquot hactenus fuerunt Capucinorum. Nec verò Interpretationem illam nostram duntaxat defendit Vir candidus, sed etiam probat fuisse id, ævo Tertulliani, passim in Ecclesia receptum, nec à quoquam improbarum,

cum, atque adeò nec hodie improbandum. Ad cujus proinde testimonium ego nunc malo provocare, quàm uberius idem ostendere, præsertim, cùm nulla me cogat necessitas hisce immorari.

Excommunicationum porrò sententias nonnisi ex consensu & authoritate totius Ecclesiæ atque adeò & laicorum fidelium, esse olim latas, aurea illa tempestate, à multis jam est notatum: Quorum scrinia compilare nec fas, nec necessum jam est. Augustini adhuc ætate seniores laicos disciplinæ publicæ præfuisse in Africa, palàm est ex sermone 19. de Verb. Domini; *cùm ob errorem aliquem à Senioribus arguuntur, & imputantur alicui de illis cur ebrius fuerit? cur res alienas pervaserit? eadem cur turbulentius admiserit? statim respondet, quid habeo facere homo secularis aut miles? numquid Monachum sum professus aut Clericum?* In actis Nundiacrii Diaconi adversus Sylvanum Cirtensium præsulem, totum judicium ab Episcopis nonnullis anno 320. legimus commissum Senioribus & Clero: quale quid videtur suadere ipse Gregorius I. Papa *lib. 2.* Epist. 19. Ut proinde jus clavium quoque in laicis jure divino alienum non esse etiam tum nemo in Ecclesia fortassis dubitaverit. Coguntur verò idem hodié-

qu

non pati se sapientiam divinam ad ordinarias regulas in extraordinariis casibus adstringi. Esse tempora, loca, in quibus *omnis Lingua laudare debeat Dominum: Phil.* 2. 11. Iterum esse tempora, quibus domui Aharonis cura sacrorum committatur. *Lev.* 8. 2: Placere Deo, ordinario Ministerii subsidio, ordinarie regere Ecclesiam: non obstare tamen quicquam, quominus, rebus sic flagitantibus, per laicos Doctorum obthurare idem possit ora. Ecquid enim impediverit, cur Propheticam promissionem: *Et erit in ultimis diebus (dicit Dominus) effundam de spiritu meo in omnem carnem: Et prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ, & juvenes vestri visiones videbunt, &c.* Act. 2. v. 17. Reformatores suam non fecerint? Aut, quid obfuerit quominus eodem jure quilibet Christianus jugum servitutis Romano-Papalis excutere potuerit, cum toties rogati illi, penes quos fuisset, facere illud detrectassent, quo Romano-gentile olim & excussum, & excutere quibuslibet licitum fuisse, primorum seculorum Historia abunde docet. Fuerint igitur Reformatores nostri hinc inde Laici, fuerint piscatores, fuerint scenopegi, fuerint milites, &c. Christiani tamen fuerunt, qui, cum omnia corrupta, nihil in toto corpore sani aut so-

lidi supereſſe, à planta pedis ad caput, membra ſingulâ infecta, purulenta, & lenta tabe confecta, ægrè ultimum trahere ſpiritum, animadvertiſſent, non minùs iſti, ad medicinam afferendam, officii ratione obligabantur, quàm Samaritanum illum (poſtquam Sacerdos & Levita, ſuperciliosè prætereuntes, humanitatis leges turpiter neglexiſſent) ad juvandum ſeminecem viatorem, & obſtrictum & eo nomine commendatum legimus, *Luc.* 10. v. 33. Periculoſum profectò valde erat, eorum diutiùs curæ ſalutem populi committere, quos ſui ipſius fuiſſe oblivios, ſuperiorum Seculorum praxis abundè probavit. Phariſaico prorſus faſtu laici, quos vocare ſolet Eccleſia Romana, à rerum divinarum judicio omni arcentur. Phariſaicus, inquam, typhus eſt. Quemadmodum enim Phariſæi miniſtris ſuis, Chriſtum laudantibus, reſponderunt: *Num quid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis? Sed turba hæc eſt, quæ non novit legem, maledicta eſt,* Joh. 7. v. 48. 49. Et poſtea liberam ac ingenuam cæci à Chriſto ſanati confeſſionem reſpuentes, dixerunt ei: *In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Joh. 9. v. 34. Ita Doctores Pontificii liberas Auditorum fidelium voces, & ingenua de rebus

rebus divinis judicia ferre non possunt. Seculares eos vocant, & carnales, se autem clericos & spirituales. Quasi verò Spiritus non spiret quò vult? aut non sint fratres πνευματικοὶ *spirituales*, cujuscunque ordinis, qui possunt lapsos καταρτίζειν ἐν πνεύματι πρᾳότητος *in viam reducere*, ac velut in integrum restituere *Spiritu mansuetudinis, Gal.* 6. v. 1. qui ambulant κατὰ πνεῦμα, *qui Spiritus S. ductum sequuntur*, Rom. 8. 5. & quos Petrus omnes vocat κλήρους 1. Pet. 5. 3. allusione facta ad Israëliticum populum, cui sortitione facta tributim terra Canaan, vitæ æternæ typus, distributa fuerat: vel quod Deus unam quamque Ecclesiam sibi velut portionem quandam à reliquis segregatam elegerit. Illorum ergo etiam refert, viam, quæ ad possessionem hæreditatis æternæ introducit, planam & regiam relinqui; sentibus aut saxis non obrui. Vel, ubi illi, quibus cura repurgandi obsitas vias incumbit, officium non fecerint, manum etiam illos admovere, quis impediat? Sua etiam quisque fide vivet, & suæ quilibet villicationis reddet rationem. Ut ergo nihil ordinariæ functioni detractum volumus, neque ἀνίπτοις χερσὶ quemlibet ad sacra admittimus peragenda; ita neque brachium Domini ita

contrahendum existimamus, ut non possit, cùm, qui vineam locatam non rectè colunt, aliis eam extra vocationis ordinariæ provinciam committere. Aut nullis liceat vel incendium obortum extinguere, vel lupos & apros vineam Domini depascentes abigere, vel periculosè ægrotum, aut indignè à latronibus tractatum & contusum curare, quàm qui Româ authoritatem per manuum impositionem acceperint? Quod, quàm sit iniquum postulatum, fusè *Petrus Martyr*, in Colloquio Possiaceno ostendit, & nos ex eodem. Tom. VII. p. 737. Etiam ex infantum ore Deus sibi laudem paravit, *Psalm.* 8. v. 3. Et cùm homines facere officium detrectârint, lapides clamaturos prædixit Servator, Luc. 19. 40. cùm Pharisæi, popûli, qui Regi suo magno applauserunt jubilo, & congratulatione, refrænare voluissent linguam in laudem DEI solutam. *Esto, Deus semper dederit Ecclesiæ suæ Pastores (quod sanè non est negandum) attamen dispiciendum est, qui sint hi Pastores. Nam ut homo hominis lupus est, ita nihil prohibeat, hominem homini Pastorem esse: Neque enim ii soli Medici sunt, qui solenni quadam pompâ provecti sunt ad id muneris. Sed Medici sæpenumero sunt, qui rem tenent, à rei pompa quàm maximè sunt alieni, quales*

quales sunt, deplorata & perdita Republica, boni Cives, qui tamen non sedent ad gubernacula Reipublicæ, sustinent tamen, ut possunt, ruentem domum, & pro virili parte student eximere naufragio quasdam tabulas, adeóque eos, qui tabulis insident. Ita acutissimus *Camero* Prælect. de Eccles. p m. 266. Nihil ad rem dici potuit opportuniùs: Semper sunt Pastores, semper Magistratus, non illi tamen qui liberam DEI dispensationem in feudum aut hæreditatem mutant. Christus eos, qui aliquam sibi somniabant prærogativam ad nuptias, invitavit, at ubi illi quidem venire recusârunt, ex compitis vocavit, qui tales nihil expectârunt, *Matth.* XXII. 9.

CAP. II.

De
Vocatione Reformatorum speciali & ordinaria ad Ministerium Ecclesiasticum.

In ipso Papatu, κατὰ θέσιν, Ministri habuerunt Vocationem ad prædicandum Dei verbum. Id quod Zvinglii exemplo probatur: Vbi instrumenta Vocationis Tigurinæ, Eremitanæ Necessitatem Reformationis Zvinglius superioribus suis ante omnia ostendit: Ordinariæ Vocationis partes implevit. Confertur Vocatio Reformatorum in Papatu iis, qui Synagogæ Iudaicæ tempore Christi præfuerunt.

I. Vidimus vocationem *generalem præterordinariam*, quâ Reformatores vel eo nomine, quòd Christiani fuerunt, Christi discipuli, periclitanti Christianismo, ita disponente summo rerum nostrarum Arbitro, suppetias ferre potuerunt: Ad *Specialem* accedimus ordinariã, quâ nihil fecisse Reformatores, quod ratione officii ordinarii præstandum illis non fuerit, paulò distinctiùs ostendemus.

Para-

persecutionum omnia; veram religionem Romæ, unde exulâsse illam, ex ipsis ministrorum Romanorum discere potuissemus querelis. Sed nostræ nobis assertionis manifestas esse rationes, ordine jam exponemus. Reformatores ab Ecclesiæ Romanæ Episcopis, non directè ad Papatum, sed ad doctrinam Christi prædicandam, erant vocati. Neque enim vel hodie Pontificii suam aliam, quàm Christi doctrinam, verbo DEI vel scripto, vel non scripto traditam, esse volunt. Ad hanc ergo vocati spartam in thesi; cùm in hypothesi & examine doctrinæ illius ad doctrinam verè Apostolicã, animadvertissent, clamari quidem Romæ: *Templum Domini, Templum Domini*, &c. illud interim in lustrum & latibulum latronum conversum esse & mutatum, officii, tergiversantes, diu satis illi monere, seriò instare, immorigeram tandem, & planè obsequii nesciam; salvâ interim vocationis suæ authoritate; vel in ordinem revocare, vel deserere Majores nostri expulsi, & ejecti, Romam, & debuerunt & potuerunt. Fortè non ingratum erit Lectori, si, ad pleniorem rerum gestarum notitiam, paulò propiùs accedentes, i-

psum vocationis publicæ literarum exemplar subjungamus. Cum Zvinglius Glaronâ vocaretur in Helvetiorum Eremum, erat cœnobii Administrator, Vir Nobiliss. *Theobaldus de Hohengerolzeck*, qui quibus conditionibus translatum illum Glarona voluerit, sequens, quod ex autographo describi curavimus, docet Instrumentum:

In nomine Domini, Amen. Reverendus in Christo Pater, & Dominus, Dominus *Theobaldus de Hohengerolzeck*, *Administrator* Monasterii Loci *Heremitarum*, cui cura pastoralis officii incumbit, quæ *omnium major est*. Sed quia pluribus solus intendere non potest, & ne requiratur *sanguis subditorum de manibus suis*, etiam quod majori cura solicitentur, talem sibi prævidit, cui *securè onera sua impertire* possit, Venerabilem Virum Dominum *Udalricum Zuuinglium*, Artium Magistrum, in Cura *subrogando*, ut præfati Venerabilis Viri supplicatione, ac dispositione inclinatus, *voluntariè* eidem Vicariam seu *plebaniam* præfati monasterii loci Heremitarum providendo, conditione & articulis servatis, quamvis nulla utrosque hæsitatio percutiat, pro majori cautela, quia homo nunquam

quam in eodem statu permanet, etiam satisfactione humana conventum est ab eis præsentibus, fide dignis, loco & tempore, infrà notatis. Primò, quòd Domino Abbati, aut ejus Administratori in *omnibus licitis & honestis* obediat, profectum & utilitatem Monasterii curet, déque ejus damno & incommodo caveat, omni via & modo melioribus, *quibus poterit:* subditis curâ *pastorali*, quo ad honestum, & *bonum pastorem decet* præsit, ac cum omni diligentia provideat. Secundò conventum fuit, quòd præfatus Dominus Udalricus, cum Adjutore suo mensam habeat ordinariam in Refectorio Monasterii: Cùm Dominus Administrator, acceptis ad manus suas decimis, *libri vitæ proventibus*, ac *Confessionalium* parte, oblationibus autem, & *Mortuariis* Domino Udalrico dimissis; dabit eidem, scilicet Dominus Administrator singulis annis, *quatuor temporibus*, viginti florenos, sedecim batz. pro floreno. Tertiò Dominus Administrator pollicetur *tempore*, quo *vacaret* aliquod *beneficium*, quod de collatione ejus sit, præfato Domino *Vdalrico de eodem providere*, ita tamen, quòd priùs renunciet beneficio *suo Claronensi*. Acta sunt autem hæc præsentibus, scilicet Reverendi in Christo Patris & Domini, Do-

mini *Johannis Abbatis* in Fissingen, Venerabilis Viri & Domini Magistri *Gregory*, *Plebani* in *VVesen*, Venerabilis Domini Magistri *Melchior Stoker*. Plebani in Frienbach, & Venerabilis Domini Magistri *Zinck*. in arce *Pfeffingen*. In quorum fidem Sigillo Conventûs præfati Monasterii, & Sigillis suis, Dominus Administrator, & Dominus Udalricus roborârunt, quartâ decimâ die mensis Aprilis. ANNO millesimo, quingentesimo, decimo sexto.

Quid, quæso, hoc habet Vocationis instumentu, quod Zvinglio non permittat ea omnia exequi, quæ postea executum esse universus novit orbis? Jubetur obedire; sed in honestis & licitis. Nihil hic de cæco obsequio; nihil de Pontificiis simpliciter retinendis traditionibus. Jubetur *profectum & utilitatem Monasterij curare, déque ejus damno & incommodo cavere, omni via & modo melioribus, quibus poterat.* Quæ verò via melior, quod commodum majus, quàm, quòd à περρισσοεθελοθρησκεία, & mandatis hominum, ad solidum DEI verbum traductos voluit curæ suæ commissos Auditore, jubetur *subditis cura pastorali, quod & honestum & bonum Pastorem deceret, præesse, ac cum omni diligentia providere.* At Pastoris

ris officium, majori cum fructu, facere non potuit, quàm si boni illius Pastoris, *Joh* 10. Pastoris primarii, 1. *Pet.* 5. voci aures simpliciter oviculas suas substringere, & mercènariorum ululatum vitare docuit. Hæc Zvinglio imperata atque inculcata fuerunt: Hæc illius, scripto concepta, vocatio. Cui etiam morem statim gessit, ita quidem, ut ex eo tempore purioris doctrinæ semina, occasione frequentiorum, ad locum illum, institutarum religiosarum peregrinationum, sparserit: Ut initia purioris doctrinæ non sine ratione, suprà jam, à Plebanatu Zvinglii Glaronensi & Eremitano accersiverimus. Ideò enim potissimùm Zvinglius Glaronensem deseruit stationem, ut luculentiorem in frequenti peregrinorum concursu haberet Verbi DEI promulgandi occasionem. Neque obstat, *libri vitæ, Confessionalium, oblationum & mortuariorum*, in hoc Diplomate, mentio. Non Zvinglii verba sunt, disertè se ad ceremonias illas obstringentis; sed Administratoris, usum fructum Plebano liberè cedentis. Et quid si hæc etiam mantissa sit obligatoria; non tamen superiora verba, clariora longè & efficaciora, vim obligandi amittunt? Quanquam jam tum profectò in ipso loci illius Præsule *Conrado à*

di à Rechberg major notata fuerit generositas, quam quæ grassantibus ubique superstitionibus acquiesceret. De hoc enim refert *Bullingerus* noster, quòd, cùm à Visitatoribus ordinis aliquando moneretur, ut Missam, quam missam ferè fecerat, religiosiùs coleret aut frequentiùs celebraret; intrepidè responderit: *Quanquam ego, Monasterii mei præses, actionum mearum aliis reddere rationem non tenear, respondeo tamen: Si; quod receptum esse videor, verè & essentialiter præsens sit corpus Christi in hostia; non equidem judicare possum, quid vobis videamini; mihi verò ego non videor dignus, utpote Monachus pauper & abjectus, qui ipsum aspiciam, nedum DEO Patri offeram. Si verò non sit præsens, væ mihi, qui panem loco DEI elevarem, & adorationi exponerem!* Hæc verò in transitu. Ad Zvinglii redimus instructionem, quæ sufficere illi poterat, ad magnorum molimiminnm executionem. Nam, quemadmodum *Zvinglius*, quod (qui optimè illud noverat) *Osvvaldus Myconius* de eo observavit, *gratiam Evangelij jam Glaronæ ita promulgabat, ut de Ecclesiæ Romanæ abusu nihil, vel admodum parcè commemoraret: Veritatem cognitam in cordibus auditorum agere suum officium volebat*: Ita diserta instrumenti verba, veritatis Evangelicæ primam

mam ab eo exigebant curam, quâ assertâ, & introductâ, reliquis spontè migrandum erat veteribus colonis. Vocationis ergo tenorem sequutus Reformator jam in eremo, Christum non modò prædicavit; sed & Episcopum suum Constantiensem seriò compellavit, *ut libertatem verbi DEI prædicandi concederet, cogitaret studiosè, quomodo Ecclesiæ periclitanti succurrendum esset, diminutione superstitionum & abusuum, quibus illa oneraretur. Hanc curam requirere officium Episcopale. Nisi enim maturè deliberaret, verendum, ne multa brevi sequerentur incommoda.* Sibi, cæterisque, qui errores viderent, obicem positum iri, in propagatione veritatis; ubi falsitatis redargutio totos occuparet. Monere proinde Episcopum fideliter, ut negotium hoc, Episcopo dignum, arctâ amplecteretur curâ, efficeret, ut malo medicina pararetur, quò ita omnia κατὰ τάξιν καὶ εὐσχημόνως peragerentur. Eadem commendavit consilia *Matthæo*, Episcopo, & Cardinali Sedunensi, qui versutissimus amicitiæ Helveticæ pro sede Romana procus, tum temporis in Helvetia sedem fixerat, qui etiam pro emendatione errorum suam obtulisse dicitur operam. Adeò nemo erat, qui ea ætate Reformationis necessitatem non agnosceret.

Hæc

Hæc in eremo Helvetiorum tentavit Zvinglius: Cùm postea An. 1518. Plebanatus Tiguri vacaret, & illa etiam sparta, suasore potissimum *Osvvaldo Myconio*, a Præposito & Capitulo Ecclesiæ ei d. 11. Decembris demandaretur, Eremo *Leoni Judæ* commendata, adventum suum maturavit: Cúmque officii ei cura, pro more, injungeretur, fidem omnem & industriam pollicitus est, expressis mentis suæ deliberationibus, non se, inveteratæ consuetudinis exemplo, textuum Dominicalium Eclogas sive excerpta pro concione tantum tractaturum; sed, more veterum, integram Evangelistæ alicujus Historiam enarraturum, Scripturam per Scripturam religiosè explicaturum, ad honorem DEI, gloriam Filii, Jesu Christi, salutem deniq; animarum. Placebat hoc propositum omnibus illis, quibus de meliori luto ficta erant præcordia, ex utroque ordine Viris; cæteri metuebant consuetudinis larvæ, & superstitiosorum rituum lenocinio, hanc novitatem nihil auspicati apportaturam, prætendentes. Abstergebat modestè Zvinglius novitatis invidiam: Vetera hæc esse, non nova. *Chrysostomi* Homilias, Tractatus *Augustini* in Johannem abundè fidem facere, non esse novam modò moderatam

expl

... conquerenur aniam nemini præberet. Bona ergo cum Capituli venia, dimissus, ipsis postea Calend. Januar. 1519. & officium, & Matthæum Tiguri auspicatur, ætatis a. 34. Prima concio frequentissima fuit, à plebe præsertim devotè audita; nec segniùs cæteræ, quòd Christum Auditoribus offerret, spem & fiduciam in illo solo collocare doceret, in hypocrisin & superstitionem detonaret; vitæ emendationem, opera pietatis & charitatis ardenter inculcaret: Luxum, otium, ἀσωτίαν omnem graviter detestaretur, adeóque veri Evangelistæ officium magna cum prudentia & animi fortitudine, faceret. Hanc tamen suam παῤῥησίαν initio in assertione, ut aliquoties monuimus, veri, quàm destructione falsi Tiguri continuare maluit. Ut enim rectum & norma sui est, & regula curvi, ita percepta & intellecta veritate, falsa sponte patescunt. Et ut Zvvinglii propositum eò feliciùs succederet, ordinariæ tum vocationis characterem adeò non contemsit, ut anno demum 1521. die Lunæ, penultimâ Aprilis, in Canonicorum numerum adoptari petierit. Id quibus vel verbis, vel ritibus fuerit peractum, ex sequen-

sequenti instrumento publico apparet.

In nomine Domini, Amen. ANNO à nativitate Domini ejusdem Millesimo, quingentesimo, vigesimo primo, Indictione nona, die verò Lunæ penultimâ mensis Aprilis, horâ octavâ, vel circa, ante meridiem, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Leonis* divina providentia Papæ decimi, anno *nono Thuregi* in *stuba Capitulari* Ecclesiæ SS. Martyrum, Felicis, & Regulæ præposituræ Thuricensis Constantiensis Diœcesis, Provinciæ Maguntinensis, inque mei Notarii publici, testiumque infra scriptorum præsentia personaliter constituti egregii, Nobiles, Venerabiles, & circumspecti Viri Domini, Præpositus, & Canonici capitulares dictæ Præposituræ Thuricensis capitulariter congregati, & convocati, capitulúmque facientes, & repræsentantes ex una, & Venerabilis Vir, Dominus *Udalricus Zvvingli*, Artium liberalium *Magister*, & occupans *plebanatum* dictæ Ecclesiæ Præposituræ, ex alia, præsentibus. Qui quidem Dominus Magister *Udalricus Zvingli* dictis Dominis Præpositis, & Capitulo *humiliter* supplicavit, ut sibi *Canonicatum* & *Præbendam* in dicta ipsorum Ecclesia ad præsens per liberam resignationem

per

per egregium Virum *Henricum Engelhart* Decretor. Doctorem, Canonicum & Plebanum *Abbatiæ Thuricensis*, & Canonicatum & præbendam præfatos in nostra Ecclesia auctoritate legitima habentem, in manibus dictorum Dominorum Præpositi, & Capituli Præpositurae Thuricensis factam vacantem, *purè propter Deum* conferre dignarentur. Dicti itaque Dominus Præpositus, & Capitulum deliberatione matura præhabita, sibi Domino *Udalrico Zvvingli* dictos Canonicatum, & præbendam sic per *liberam* resignationem, ut supra vacantem cum plenitudine Juris Canonici, ac omnibus juribus & pertinentiis suis omnibus quibus melioribus modis jure & effectu potuerunt *in DEI nomine, & purè propter DEUM contulerunt*, & assignaverunt, & eum ad eosdem Canonicatum, & præbendam, quo supra, admiserunt in eorumque Confratrem & Concanonicum receperunt, & acceptarunt, præstito per eundem Dominum Magistrum Udalricum Zvvingli de statuto, quod incipit, *Hi sunt articuli* &c. sibi de verbo ad verbum per me Notarium *prælecto*, nec non aliis statutis, ac consuetudinibus memoratæ Ecclesiæ Præpositurae Thuricensis observandis, ad sancta Dei Evangelia

tactis per eum Scripturis Sacro-ſanctis ſolenniter juramento. Dictus Dominus Præpoſitus, ad quem inſtitutionem Canonicorum ſpectare dinoſcitur, dicto Domino Udalrico Zvvingli mox locum in Capitulo, & deinde Venerabilis, circumſpectus Vir Dominus Georgius Heggizi, Cuſtos, & *Senior Canonicus*, Præpoſituræ prænominatæ, nomine dicti Domini Præpoſiti, eidem Domino Udalrico Zvvingli, ducto in chorum, ſtallum in eodem cum plenitudine Juris Canonici dedit & aſſignavit, ut ſic eundem Dominum Udalricum in *corporalem, realem*, & *actualem poſſeſſionem* vel quaſi, dictorum Canonicatus, & præbendæ, mittendæ, ponendæ, inducendæ, & in Canonicatus, & præbendæ fructibus, & redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus univerſis quantum in eis fuit faciendi, ſibi Domino Udalrico Zvvingli ſic inſtituto integrè reſponderi, adhibitis ſolennitatibus, & cautelis debitis & conſuetis. Super quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis dictus Dominus Magiſter Udalricus Zvvingli ſibi per Notarium publicum infra ſcriptum ſibi petiit, tot, quot opus foret, publicum, vel publica, inſtrumentum, vel inſtrumenta fieri poſſent; tunc ibidem honorabilibus Viris

Domi-

Dominis *Casparo* Manz, & *Johanne Murer* Presbiteris Cappellanis dictæ Ecclesiæ Præposituræ Thuricensis ad præmissa vocatis specialiter, & rogatis, &c.

En novum vinculum, quo Zvinglius Ecclesiæ Tigurinæ obstringitur! Probata ejus jam erat virtus, pietas, & eruditio: Præmium ergo legitimè certanti decernetur, Canonicalis Præbenda; publicis eam in rem adornatis literis, in quibus, quod diligenter notandum, neque *violatæ fidei, neque Apostasiæ*, neque *vocationis neglectæ* accusatur. Et quanquam phrasis, *purè propter DEUM*, Simoniæ opponatur, quâ collatores Plebanum suum purgare voluerunt; non tamen fortuita videri debet, utpote προτρεπτικὴ ad officii partes religiosius explendas. Cur enim, quæ *purè propter Deum* collata Zvinglio fuit provincia, non etiam *purè ad DEI honorem*, eam administrâsset? Perrexit igitur, quo cœpit pede, Plebanus in officii sui functione, docendo, monendo, adhortando non Gregem tantum suum, sed & *Episcopum Constantiensem*, & Pistoriensem, *Antonium Puccium*, Pontificis ad Helvetios Legatum, quibus candidè edixit, nisi ipsi curam gerere vellent Ecclesiæ, nihil se intentatum relicturum eorum, quæ illam pristino restituere

 possent

possent, Apostolicæ simplicitatis, nitori. *Bulling. de Episc. l. II. p.* 157. Sed ipsum iterum audire liceat ex gravissimo sermone Apologetico ad *Valentin, Compar.* T. I. p. 230. Zvinglium per me nullus (*inquit*) error unquã, neque plantatus, neque exortus est: quamvis non ignorem, hoc mihi imprimis ab Adversariis meis imputari, penes quos si innocentia mea patere nequit, neque locum invenire aliquem, postremi tamen judicii tempore coram universali totius orbis concilio omnibus probatam & manifestam fore confido, ut omnibus pateat; me in hoc religionis negotio sancta & pura conscientia versatum esse: In reliquis verò me peccatorem esse grandem, non inficior, sed DEUM oro, ut is infirmitati meæ propitius esse dignetur. Cæterùm, audi, quæso, & attentus percipe, Valentine mî, quæ modò dicturus sum, & vivis adhuc testibus comprobaturus. Priusquàm enim aliquid in fidei & religiõis negotio dissidium exortum est, ipse jam ante non semel cum præcipuis aliquot Ecclesiæ Proceribus, Cardinalibus & Episcopis conferre cœpi, & de traditionum humanarum erroribus disputare, simúlque monui, ut abusuum, errorúmque copiam paulatim tollere aggrediantur: Hoc enim nisi

niti fiat; illos aliquando nimio pondere nutantes, majore cum tumultu & fragore casuros esse. Cum enim ante annos octo adhuc in Mariæ Helvetiorum Eremo versarer, de his cum Matthæo, Cardinale Sedunensi collocutus sum, cúmque jam Tiguri habitare cœpissem, sæpe numero apertis, clarisque verbis testatus sum, Papatum omnem frivolo & brevi ruituro fundamento inniti, idque solidissimis Scripturarum locis semper comprobavi. Testes hic citare possum generosum Virum, & Baronem Clarissimum, D. Theobaldum à Geroldsegk, Franciscum Zingck, & Michaëlem Sander, qui omnes adhuc in vivis sunt, & me talia dicentem sæpè audivére. Quin de ipso Cardinale certò pronunciare possum, hunc non semel tantummodò animum suum prodidisse in hæc verba: Quòd si Domini clementia me in pristinum dignitatis & imperii locum restitueret, ut in portu res meæ collocarentur (jam tum enim ipsi Pontifici & Cardinalium gregi invisus, horum indignationem sustinebat) huc certè omnes nervos intensurus essem, ut Romani Pontificis fastus simul & impostura in lucem pro tracta, justa ubique reformatione emendarentur. Et sæpius deinde nobiscum de

doctrina & sacra Scriptura disseruit, semper tamen hunc animum prodens, qui Romanensium errores probé cognosceret, & cognitos improbaret. Qualis verò idem hic postea fuerit, qualémq; se gesserit, non est hujus loci vel temporis exponere. Hugo, Episcopus Constantiensis, cùm famâ cognovisset, me non intrepidè, nec oscitanter contra Papisticos Indulgentias concionari, quas tum venales apud nos exponere cupiebat Samson quidam, Franciscanus Monachus, literas ad me dedit per Vicarium suum Johannem Fabrum, anno à Christo nato 1519. quibus hortabatur, ut, quod cœptum erat, fortiter exequi pergerem, se enim mihi bona fide affuturum; nisi ipsius Vicarii chirographum (quod etiamnum penes me est) adulterinum sit, & inscio Episcopo ad me transmissum. Quid hic facerem? Annon Episcopo Constantiensi obedirem? maximè, cùm Vicarii literas me hortantes, accepissem, quæ vel tunc animum addere potuissent, etiam si nihil antea adversus fictas illas & fraude plenas Indulgentias à me fuisset tentatum. Post hæc publicè simul & privatim, supplicationibus, debita reverentia & modestia conscriptis, Episcopi animum solicitare cœpi, quibus

ho

hoc unum semper monui, & vehementissime hortatus sum, ut Evangelicæ veritati consentire dignaretur, quam tanto cum successu emergere videret, ut nullis consiliis, & viribus impediri posset: Simul & hoc monens, ut Nobilissimæ Landenbergiorum familiæ hanc laudem & gloriam ceu propriam vendicet, ut ex se primum Episcopum prodiisse gloriari possit, qui Evangelii prædicationem liberam in sua diœcesi permiserit. Sed quibus de causis rerum vices mutatæ sint, non novi. Qui enim primò currentem me crebris hortationibus incitabant, hi ipsi paulò post nulla responsione, & nullis literis me dignati sunt, nisi quòd publicè & in genere quædam ab illis vulgata sunt & conscripta, quæ tamen prioribus istis consilijs tam similia esse videbantur, quàm musca elephanto est. Priùs enim Vicarius verbis disertis coram, deinde per literas absens testatus erat, Episcopum suum Romani Pontificis fastum, & injustam arrogantiam diutius ferre non posse. Anton. Puccius, Romani Pontificis Legatus, quater de hisce rebus non sine splendidis pollicitationibus mecum contulit, cui liberè hoc ipsum quod omnino faciendum erat, exposui, simul & hoc addens, me posthac, divina fa-

vente gratia, Evangelii prædicationem aggressurum, quâ Papatus, non parva ex parte concutiendus & debilitandus sit, &c. Quibus tamen admonitionibus non quicquam effectum est. His ergo diligenter consideratis, Valentine dilecte, discito, me non tardius, sed in tempore eos, quorum id intererat, præmonuisse. Quòd si tantopere errare me videbant, cur non Scripturarum testimoniis convictum erroris arguerunt? In disputationem aliquam publicam nunquam consentire voluerunt, perpetuò hoc unum causantes, quòd illis disputare nullo modo liceat: Nuper verò in Eccii disputationem Badenæ peragendam omnes hi, & inprimis Constantiensis ille Episcopus, consenserunt. Hæc ideo mihi copiosiùs tecum agenda fuere, ut & tu, & omnes fideles intelligant, me nihil unquam in angulis, furum more, tentavisse. In tempore enim & opportunè satis, eos, qui monendi erant, præmonui, simúlque, me promto animo ad respondendum singulis obtuli. Quapropter cum summis Ecclesiæ Proceribus hunc erroris fucum exposuerim, & palàm simul testatus sim, me Evangelii prædicationem divina favente clementia, sine omni personarum respectu, aggressurum, non equidem me

illorum gregi, qui errorum semina jaciunt, adnumerandum esse censeo, idque vel ob hoc imprimis, cum solicitati à me Antistites illi, Cardinalis ille Sedunensis & Hugo Constantiensis Episcopus, non parvis indiciis benevolos & promtos se esse ad Evangelicæ doctrinæ restitutionem demonstrarint. *Hæc Zvvinglius* intra officii limites præstitit, eorum semper vel implorato, vel impetrato consilio atque auxilio, quibus ratione muneris illud incumbebat. Cùm verò, ut audivimus jam, pluráque suo loco audiemus, Clerus Antecessor præsertim ejus Hofmannus, prolixo satis scripto (quod in manibus nostris est) & ipse etiam Episcopus paulatim refragari, conatibus ejus resistere, luminibus obstruere cœpissent, causam ille suam toti orbi examinandam obtulit. Scriptis ergo publicis, Disputationibus, & Synodis Nationalibus id, quod hactenus docuisset Zvinglius, non probatum modò; sed ut ne aliud, quàm quòd expresso Dei verbo tradatur, pro suggestu deinceps proponeretur, decretum fuit. Unde manifestum satis est, non tumultuarios, fanaticos, inconsideratos, clancularios Zvinglii Reformatoris fuisse conatus. *Vocatus fuit ad munus Pastorale.* Pastor fuit; non ex consuetudi-

ne facti, ſed ex præſcripto juris divini formatus. *Receptus fuit in Plebanatum*, Plebis Eccleſiaſticæ eam rationem habuit, quam Chriſtus & Apoſtoli præſcripſerunt. Quid hic præter vel contra ordinem vocationis?

II. Quemadmodum verò ſuprà jam oſtendimus, magnam Synagogæ Judaicæ, qualis tempore Chriſti fuit, & Eccleſiæ Chriſtianæ, ætate majorum, quo ad doctrinam, ritus & regimen, fuiſſe affinitatem: Ita etiam ratione tum vocationis, tum objectionum, quibus adverſarii in eam arietârunt, non obſcurum deprehendimus parallelifmum.

De vocatione Zvinglii ordinaria paulò prolixiùs diſſerere placuit, tum quòd rei momentum fuſiorem tractationem mereretur: Tum quòd monumenta quædam ἀνέκδοτα ab oblivione vindicarentur. Cæterorum Reformatorum examen ab illis libenter expectabimus, qui rerum domeſticarum gnari, pleniùs eas enarrare poſſunt. Illud nobis ſatis ſit; non magis olim Majores noſtros per ſolennem in Papatu vocationem, impeditos fuiſſe, quò minus purum putum Dei verbum præconiarent;

quàm

quam in Synagoga, tempore, Christi judaica, Viri graves & pii, inter Judæos educati, & ad publica munera vocati, impediri poterunt, quò minùs, quoties opus fuit, miseram Ecclesiæ faciem, non ostenderent modò; sed & emendarent. *Johannis Baptistæ*, magnum inter pervicaces fuisse Judæos nomen, ex luculento patet *Josephi* testimonio, de quo *Secul.* 1. p. 20. *Simeon, Gamaliel, Nicodemus* primores inter Judæos; vinculis, quique suis Synagogæ Judaicæ, Senatui, Synedrio erant obstricti: Neque tamen vel præter officium, vel decorum quidquam eos fecisse quisquam Christianorum somniabit, quòd in impia impiorum κυριοκτόνων non consentirent consilia. Pluris referebat, ut illi se verè probarent Abrahami nepotes; quàm vilia & abjecta novi Pharisaismi mancipia. Johannem certè Baptistam non ausi fuerunt vel verbo lacessere, etsi illorum hypocrisin, & religionis superstitiosæ apparatum apertè impeteret; non tacituri, si ex vocationis ei defectu invidiam, aut odium conflare potuissent. Stolidum fuisset ab eo, qui ad extinguendum latè grassantem ignem se missum esse, felicissimo probaret successu, peculiares vocationis extorquere literas. Quòd si tamen sub inde-

inde hanc Diabolus agere voluit fabulam; si prima, hac ratione, Evangelii suffocare conatus est semina, non semel instrumenta ejus atque Ministri animadverterunt, durum esse contra stimulum calcitrare. Insidiosis illorum quæstionibus jam olim, ipsius Servatoris tempore, ita responsum fuit, ut & nobis, ubi de vocatione Reformatorum lis fuerit intenta, respondendi modum & διατύπωσιν reliquerint. Videamus unum & alterum congressum, eundémque præsenti tractationi applicemus. Cùm in Templum aliquando Servator venisset, primariique Sacerdotes & seniores populi eum docentem adiissent, dicentes: *Qua auctoritate facis ista, & quis tibi dedit istam authoritatem? respondit Jesus: Interrogabo & ego vos rem quandam, quam si dixeritis mihi, dicam & ego vobis, qua auctoritate ista faciam: Baptisma Johannis unde erat? E cœlo an ex hominibus? At illi ratiocinabantur apud se, dicentes: Si dixerimus, e cœlo; dicet nobis: Quare ergo non credidistis ei? Sin autem dixerimus, ex hominibus: Timemus turbam. Omnes enim Johannem habent ut Prophetam,* Matth. 21. 23—26. Eadem ratione, ubi importuniùs Adversarii ex nobis quæsierint, unde Majores nostri habuissent authoritatē, aliter, quàm rece-

receptum erat, docendi? Per, opportunum & modestum *ἀντερώτημα* ex iis quæratur, *utrùm doctrina eorum talis è cœlo esset, an ex hominibus?* Si prius, cur non obsequerentur; DEO magis, quàm hominibus obedientes? Si posterius, cur illud non ostenderent? Si ostendere non possent, ullúmve inter Christi, Prophetarum, Apostolorum & Reformatorum doctrinam, indicare discrimen, cur de vocatione legitima dubitarent? De Pauli vocatione legimus, quòd ipse de illa aliquandiu anceps hæserit Ananias; *Act.* 8. 13. 14. Sed cum ei dixisset Dominus; *Proficiscere: Nam instrumentum electum est mihi iste, ut perferat nomen meum in conspectum Gentium, & Regum filiorum Israël: Ego enim ostendam ei, quàm multa oporteat ipsum pro nomine meo pati:* v. 15. 16. Acquievit Ananias, abiit, Saulo manus imposuit, visum restituit. Hi ergo vocationis Apostolicæ erant characteres, hæc instructio; *nomen Domini perferre in conspectum Gentium*, & pro *eodem multa pati.* Ausint ne *οἱ ἐξ ἐναντίας* negare, Reformatores & nomen, verbum Domini, Imperatoribus, Regibus, Gentibus proposuisse, & pro illa extrema quæque pati paratos fuisse? Cum Ephesinæ Ecclesiæ Presbyteris valediceret Paulus; *Attendite*, inquiebat,

bat, *Vos ipsos, & totum gregem, in quo Spiritus sanctus vos constituit Episcopos, ad pascendam Ecclesiam DEI, quam proprio sanguine acquisivit:* Pascenā nempe annuntiando omne consilium DEI, *Act.* 20. 27. 28. nihil tamen extra Mosen & Prophetas proferendo. Attendant, qui vocationem nostram in dubium vocant, ad Apostolicam authoritatem. Exigit illa, ut grex pascatur annunciatione consilii DEI de hominum salute ex sacris literis: Hæc enim Paulina instructio est. Si Ministri Ecclesiarum reformatarum huic locum dederint Pauli monito, si Ephesinorum Pastorum vestigiis insistant, si ex Mose & Prophetis omne DEI consilium aperiant, quid obstat quo minus, cùm parium par sit ratio, & illi Apostolici sint Pastores? Sin, contrarium demonstrent, & meliora edocti libenter cedent. Sed οὐδὲν ἐκτὸς Μωσέως καὶ Προφητῶν, *Act.* 26. vers. 22.



CAP. III.

Vocatione Reformatorum, Zvinglii cumprimis, ad reformandum, *specialissima*.

Vocatio Zvinglii plenius illustratur 1, exemplo Pauli, Mosis, Esthera, 2. Probatur, vocationis specie antiquissima, χειροτονία plebis: approbatione Magistratus: Civium applausu: Cleri assensu, ubi de vocatione ad Plebanatum Tigurinum: Plebanatus antiquitate & iuribus. Collegii Carolini assensu & dissensu. Hofmanni Ex-plebani instantiis.

I. Etsi, quæ de vocatione Reformatorum nostrorum hactenus diximus, luculenter satis & abundè probent, non umbras eos fuisse, Pastores αὐτοκλήτους, qui sponte cucurrerint; non jussi præter officii, aut conscientiæ rationem quicquam tentârint, operæ pretium tamen, rémque posteritati gratam facturos nos speramus, si *specialissimam* Zvvinglii, de quo nobis plura, quam de cæteris

ad manus sunt monumenta domestica, vocationem etiam, ad solennem reformandi actum, distinctiùs proponamus.

Memorabilis de Gentium Apostolo *Act.* 16. 9. narratur Historia: Paulo nempe virum Macedonem quendam adstitisse, precantem eum, & dixisse: *Trajice in Macedoniam, & succurre nobis:* Statim Paulum, non adhibitis consiliariis, Sacerdotibus aut Scribis Hierosolymitas, studuisse abire in Macedoniam, collatis argumentis collegisse, vocâsse eum Dominum, ut Macedonibus evangelizaret; Id ipsum profectò de Zvinglio proferre non erubescimus. Eminus, cominus, domi in Helvetia; foris in Italia, Gallia, Germania accedebant monitores, ægroti, qui Medicum per DEUM, per conscientiam, per salutem rogabant, ut accederet, opus Domini promoveret, non remitteret, medicinam tot pestilentialibus, & ubique grassantibus morbis opponeret. Nesciebat Moses, hoc suum officium, ut abjecto pedo & pera pastorali Dux esset populi; vocatus verò, ne tergiversando quidem abijcere poterat impositum onus. Neque vel à Pharaone, vel alio inferiori vocationis suæ robur

bur expectare voluit. Ita quid Zvinglius, si toties, etiam per ὁράματα, monitus, vocatus, operam suam detrectâsset, sperare aliud poterat, quàm vel fugitivi Jonæ pœnam, vel minas Estheræ intentatas: *Si omnino silueris, tempore isto, respiratio & liberatio constabit Jehudæis aliunde: Tu verò & domus Patris tui peribitis, & quis novit, an propter tempus ejusmodi perveneris ad istud regnum?* dixit Mardochæus Estheræ: Esth. c. 4. v. 14. Vix angulus est Helvetiæ, vel vicinorum Regnorum & Provinciarum, unde non subinde aliqui, qui Zvinglio; ut quod cœpisset, fortiter persequeretur; aurem vellicarent, prodirent. Ægroti non in vicinia tantum; sed & remotioribus regionibus Medici hujus curam seriò flagitabant; quâ igitur eam conscientia negare potuisset? Totus propemodum orbis ingemiscebat, se tenebris immersum esse Cimmeriis, exitum proinde solicitè quærebat. Non negâsse alios, Zvinglium sibi datum Ananiam, qui cælitùs missus, visum restitueret, superstitionémq; squamas abstergeret supra diximus. Sed de specialissima hac ad reformandum vocatione distinctiùs.

II. Et primò quidem, ea vocandi ratio, quæ antiquissima est, per populi

χειροτονίαν sive libera suffragia, in Zvinglio & Collegis, maximè est conspicua.

Ipsius Ecclesiæ primæ, adeóque Apostolicæ, praxis heic præivit. *Act.* c. 1. vers. 23. tota Ecclesia duos eligit, qui sortem subeant Apostolatus, moderante actionem Petro. Et c. 6. v. 3. 5. 6. tota piorum multitudo septem Diaconos elegit, qui impositione manuum confirmabantur per Apostolos. Cap. 14. v. 23. Apostoli oppidatim Presbyteros constituebant, sed per populi χειροτονίαν. Deinceps etiam ad perferendas collectas mittendi dicebantur, quos Ecclesia approbâsset; 1. *Cor.* 16. 3. Lucas ipse scribitur suffragiis electus ab Ecclesiis, ut esset socius peregrinationis Pauli. 2. *Cor.* 8. 19. Timotheo Presbyterium dicitur imposuisse manus, 1. *Tim.* 4. 14. Secuta est Ecclesia *primitiva*, de qua fidem faciunt testimonia veterum, *Cypriani*, Epist. 4. lib. 1. *Concilii Niceni*, Epistolâ ad Alexandrinos, quæ extat apud *Theodoretum* lib. 1. cap. 9. & Concilii Constantinopolitani I. ad Damasum, quæ est apud eundem *Theodoretum*, lib. 5. c. 9. *Ambrosii* Epist. 82. *Leonis* I. Epist. 87. *Gregorii* M. lib. 1. Epist. 5. & multorum aliorum, quæ

quæ citantur à *Gratiam* in Decret. dist. 23. & 24. nec non 62. & 63. &c. usque adeò, ut communi quasi oraculo antiquitas judicârit, omnes illas electiones irritas, quæ ἄνευ λαοῦ συνέσεως, id est, uti vertit *Cyprianus, sine conscientia & assensu populi*, factæ erant. Eandem consuetudinem Hierarchia Ecclesiastica, tollere ubique non potuit. Est in antiquissima Tigurinorum Metropoli, Cœtus ad *Ædem S. Petri*, qui privilegii hujus observantiam etiam num religiosè retinet: unde & *Zvingl.* ad Joh. Fab. non transmiss. Epist. resp. T. II. p. 589. regerit; *Leonem Judæ* (Pastorem Petrinum) *non nos, sed universa Ecclesia, cujus Pastor & vigil est, elegit.* De his populi liberis suffragiis aliquando, ejusdem cœtus Antistes, *Rudolphus Gualtherus*, Epist. ad Richardum Coxum, Episcop. Eliensem; *Addo & hoc, nullam in urbe & agro Tigurino Ecclesiam esse, quæ jus Ministros eligendi retinuerit, præterquam eam, quæ ad D. Petrum est, cujus me Ministrum DEUS esse voluit, & à qua ante annos 31. unanimi totius plebis consensu, cùm annum ætatis vigesimum tertium nondum complevissem, electus sum. Et miraculo simile est, sub immani Papatus tyrannide, cum partim Constantiensis Episcopus, & summi Templi Canonici, partim inferioris templi*

 Abbat-

Abbatissa, aliique Abbates, omnibus Ecclesiis dominarentur, & decimas circumquaque omnes ad se pertraxissent, huic tamen Ecclesiæ suam libertatem salvam mansisse: In quo singularem Dei curam agnosco, qua me non semel vehementer firmatum esse sensi. Habuerunt ergo Reformatores nostri scutum legitimæ ad reformandum vocationis, χειροτονίαν plebis Ecclesiasticæ, Auditorum vota. Et de iis quidem, qui erant ἐν ὑπεροχῇ, ipsis Magistratibus res certa est. Extat Senatus Tigurini consultum hac de re apud *Zvingl.* T. II. p. 619. *Convenistis equidem huc Tigurini Senatus authoritate & mandatis evocati. Quoniam verò anno ab hinc retro jam elapso R. D. Constantiensis Episcopi Legati coram Tigurinæ Civitatis Senatu comparuerunt, cum quibus res ita instituta tum erat, ut R. D. Constantiensis huc incumberet, ut omnes Diœcesis suæ Pastores & Ecclesiastæ in unum collecti mutuis consiliis & operis in hoc laborarent, ut unanimi consensu certi aliquid de hisce fidei controversiis statueretur, quod omnes tutò sequi possent; cùm autem interea temporis per Constantiensem Episcopum (magnis fortassè de causis & arduis) nihil omnino transactum sit, interim tamen Controversiæ hujus lis & contentio indies magis magisque gliscere & augeri incipiat, Tigurinæ Civitatis Consul, Senatus,*

tus, totúsque populus, non sine divini numinis auspicio, publicæ pacis & Christianæ concordiæ gratia hunc conventum vestrum instituerunt, & à R. D. Constantiensi, ut & hic Legatos suos ad nos mittere dignaretur, impetrârunt, pro quo officio nobis præstito, magnas nos illi gratias debere fatemur. Simul verò omnes ex agro suo Verbi Ministros, & Ecclesiarum Antistites convocandos esse duxerunt, ut qui hæreseos crimina sibi mutuo intentârunt, commodius dirimi possent. Quoniam verò contra Huldrichum Zvinglium, Majoris nostræ Ecclesiæ Antistitem & Ecclesiasten (quem hactenus multi clam hæreticum esse convitiati sunt) post articulorum aut propositionum ipsius promulgationem, nemo prodire visus est, qui illum S. Scripturæ oraculis convincere conaretur, licèt non semel eos provocaverit, qui illum ante hæreticum dixere, prudentissimi Viri, Coss. S. P. Q. Tigurinus decreverunt, & omnino ratum volunt, ut Huldrychus Zvinglius sacrosanctam Evangelij doctrinam, & divini Verbi oracula (ut hactenus ab illo factitatum est) annuntiare & prædicare pergat. Præterea, aliorum quoque, quotquot vel in urbe, vel agro Verbi Ministerio præsunt, est, non quicquam aliud instituere aut docere, quàm quod Evangelicæ doctrinæ testimonio, & S. Scripturæ authoritate per ipsos probari potest. Ab omnibus verò vel hæresium, vel aliorum scelerum

 rum

rum criminationibus illos abstinere, & in totum sibi temperare volunt. Si qui enim in his se s. immorigeros & rebelles præbuerint, eas de se pœnas sum; sentient, ut se iniquè & injustè fecisse omnibus testari queant. Tigur. Januar. 29. anno 1523. Fuit hæc publica Magistratus authoritas; quantus Civium fuerit aurigatus applausus, videamus. Exteri ignorare non poterát, favorem, quo tum Tiguri admissus & auditus fuit Zvinglius: Unde Oecolompad. ad Zvingl. *Mirè animum meum recreavit Civium tuorum constantia, qui tanta fide divina colunt. Et alibi: Vestræ urbis constantia nostris pusillanimis aliquid animorum addit.* Et Wolfgang Capito 1529. *Dolemus non nihil de obfirmatione hostium. Interea solatur tamen, quòd vulgus plerúmque sapiat, & improbè conantibus videatur esse repugnaturus seriò.* Antequam Tigurum Zvinglius fuisset vocatus, ita *Mycon.* ad ipsum: *Fui aliquoties apud laicos, quorum consuetudo frequens est apud Canonicos, illi te prædicant futurum Evangelistam Tigurinum.* Duorum cum primis patritiorum meminerunt nostri annales, qui suum in superstitiones & tyrannidem Pontificias liberè testati fastidium, adventum Zvinglii impensè gratulabantur. Alter, *Henricus Capnio*, Quæstor Urbis, dicere solebat: *Multa sacrificulorum millia*

millia Constantiæ convenisse in Concilio, *optimum tamen & pium maximè vivicomburio addictum perisse.* Alter, *Johannes Füeslinus* Metallii fusor famigeratissimus, ingenuè fatebatur, *se ex visitatione templorum nullum promittere sibi posse usum: Sacerdotes veræ religionis fundamenta, quæ ipsi ignorarent, non proponere:* Ex *avaritia & libidine totos esse conflatos.* Hic postea Zvinglii adeò diligens & assiduus fuit auditor, ut etiam phrasi nonnunquam Zvinglii retenta, rhythmos, quorum non infelix fuit artifex, composuerit, Ita enim *Zvingl.* ad Mycon. a. Ch. 1521. *Brevibus respondebo his quæ percontatus es. Molæ hujus argumentum*, *quod in schedæ prima facie occurrit à Rhæto quodam laico*, (Martinus *Sägerus* is est) *sed egregiè docto in sacris literis*, *quantum scilicet licuit*, *Latinè indocto*, *concinnatum est*, *ac ad me transmissum. Ego verò argumento perspecto*, *quod ille ad Lutherum incommodius traxerat*, *ad Deum & Christum rectiùs trahi putabam: Et cùm non esset tantum otij*, *ut Rhythmos compingerem*, *tradidi argumentum ipsum Johanni Fueslin*, *fusori isti surdastro*, *in vico* Rennwäg *habitanti*, *illi*, *inquam*, (ut hominem rectè noscas) *qui nobis pro suggestu docenti*, *ad levam semper adstat: Unde & verba illic vides quædam nobis peculiariora*, *quæ*

ille nimirum ex frequenti auditu, nostra; ut fit; imitatus est: Is enim Rhythmos omnes fecit: quibus quidem verbis nonnulli pervincere voluerunt, nostram esse opellam, donec admonerem hominem, pateretur rem palam de se prædicari factam, nihil prorsus apud nostros esse periculi, &c. De hoc Fueslino, quædam habet *Bibl. nost. Tigurin. p. 98.* Unde &, cùm insidiæ indies augerentur, civium sæpè bonorum fide & fortitudine juvandus erat optimus Reformator. *Myconi.* in vit. Zvingl. *Cœnabat Zvinglius nonnunquam foris apud amicos, vel apud hospites. Rediens igitur nunquam ferè non excipiebatur imprudens, à civibus bonis, ne quid accideret in via mali. Sed & Senatus, temporibus hisce periculosis per noctem vigiles super domum ejus constituebat.* Vix unquam, profectò, ad quietem me compositurus cubiculum meum (eædem enim, quas incolo, illi, tanquam Scholæ Rectori & Professori tum assignabantur à Capitulo ædes) ingredior, quin insidiarum, quibus circumventus ubique erat fortissimus Heros, & periculorum, vestigia mihi & documenta in memoriam, per tot obices & pessulos, quibus primis Reformationis annis à furiis Adversariorum tutum se præstare volebat, revocentur. Quanquam non deessent κρείττονι ἄλλων, qui ipsum defendere pergerent.

Reperias enim juvenes, adultos; Clericos; laicos; personas publicas, privatas, quorum solicitis precibus Zvinglius, vel, ut in proposito persisteret, vel mutantes eri geret, ignaros erudiret, ignavos excitaret; in ἀπορίᾳ constitutos extricaret, rogabatur.

III. Habuit hactenus Zvinglius ad reformandum Vocationem ab Auditoribus, Ecclesia ipsa collectivæ, Magistratu & Subditis, Senatu & Civibus; Capituli etiam Ecclesiæ Collegiatæ, quæ tum ferè repræsentativa habebatur, accessit authoritas: quæ Zvinglium ad obeundum munus Evangelistæ vocavit.

Ad Plebanatum nempe Tigurinum vocatus à Capitulo Zvinglius vocationem ad Reformandum accepit & obtinuit: Id verò qua ratione tandem evenerit, ab ovo arcessendum videtur. Cùm ad tempora usque Bertholdi, Advocati Imperialis, Collegium Carolinum operas publicas partiretur, nullúmq; , qui Plebis rationem præ cæteris haberet, constituerent, animadverterunt, regionibus hisce montanis per læta incolarum incrementa paulò aliter prospiciendum, eam etiam ob causam, quòd alibi sedes suas illi haberent, qui stipendia

tamen hinc, & annuum expectârunt Canonem; precibus tandem Plebanum (hoc nomen ejus erat, qui curæ Pastoralis tum solennia implevit munera) impetrârunt à Berchtoldo Advocato a. Ch. 1176. Instrumentum concessionis antiquæ, ex ipso autographo, ita habet: *Notum fieri volumus tam futuris, quàm præsentibus, qualiter ego, Berchtoldus, Dux & Rector Burgundiæ, rogatu fidelium & ministerialium meorum, & VVernheri, Turegiensis Præpositi, omniúmque fratrum suorum, nec non Civium Turegensium Controversiam de Plebatu Ecclesiæ Turegensis inter nos habitam, ne periculum animæ meæ incurrerem dimisi. Quod enim in Ecclesia ista Plebatum dederam, secundum rationem & justitiam me fecisse putabam. Sed divina clementia & consilio illustrium Virorum, tam Clericorum, quàm laicorum & propria mea conscientia dictante, à meo facto discessi, & ut liberam habeant potestatem eligendi Plebanum, absque nostra & omnium Successorum nostrorum contradictione, concessi, & scripto meo confirmavi. Hujus confirmationis testes sunt VVernherus Turegensis Prævositus, & omnes confratres sui, Arnoldus S. Petri Plebanus, Rudolphus Plebanus Abbatiæ, Comes Henricus de Cussberch, Chunradus de Crenchingen, Lutholdus de Reginsberc, Adelbertus de Balbo*

Berch

Berchtoldus de Almut, Rudolphus de Raprehs-vvilare, & frater ejus, VValtherus de Eschenbach, VVernherus de Rocchinbach, Gotofredus de Stouphin, Berngerus de Turbatun, Burkhardus Albus, minister, Ulricus Villicus, Rudolphus Madalla, Hugo Molendinarius, Conradus Flos, Rudolphus, fil. Tietelonis, Rudolphus Martius, Fridericus, frater ejus. Fridericus Schecho, Rudolphus fil. Martini. Hæc autem facta sunt anno ab incarnatione Domini, MCLXXVIII. Indict. X. VI. Non. Jul. in Capella S. Nicolai, sita juxta Monasterium Dominorum, regnante Friderico Imperatore, Præsidente Berchtoldo electo sedi Constantiensi: Ut autem hoc verum esse credatur, & ab omnibus Successoribus nostris inviolabiliter observetur, hanc chartam nostri sigilli impressione corroboratam insigniri jussimus. Hæc anno 1178. quo jam Plebanos suos & Ecclesia Petrina habuit, & Abbatissanum Collegium, & Carolina etiam Ecclesia collegiata. Vocandi jus sibi reservâsse aliquandiu Berchtoldum, manifestè satis probat instrumentum: Quod tamen urgentibus tam Civibus, quàm Collegii Fratribus, ut vocantur, spontè cessit, & liberæ Collegiorum dispositioni reliquit. Cúmque inter illos convenisset, ut nullum nisi Canonicum eligerent, id ipsum quoque Advocati

cati authoritate ratum haberi voluerunt. Annuit Berchtoldus novo inſtrumento quod de anno 1187. adeóque vertente decennio ex ipſis fontibus, quibus vel ſolum antiquitatis ſtudium amorem aliquem conciliare poteſt, tale eſt: *In nomine ſanƈte* (retinebo per omnia reſcripti verba & ſyllabas) *& individue Trinitatis ego Berchtoldus de Zaringen, Dux & Rector Burgundiæ, DEI & Imperiali gratia Turegici loci legitimus advocatus, quod* Kaſtfoget *dicitur: Venerabili VValthero, prædicti loci Præpoſito, Sanƈtíſque confratribus ejus in perpetuum. Inchoata feliciter & pro ſalute multorum beato fine conſummata negotia conteſtata privilegio dignè ſolidantur ne vel oblivione diffugiant aut pervicaci fraudulentia perturbentur, Intimamus igitur univerſis Eccleſiæ fidelibus qualiter Parochia Turicenſis Præpoſituræ à primitiva ſuæ fundationis origine, ipſorum Canonicorum providentia curabatur. Ita videlicet, ut ipſius Eccleſiæ Sacerdotes Canonici competenti famulatu populo ſervirent. Subditíſque totius Parochiæ filiis paſtorali cura in cunƈtis Eccleſiaſticis præcaverent. Labente verò dierum curriculo Parrochiales ſibi ſpecialem Plebanum præfici petebant, & ut præfecti Paſtoris unius præſidio tuerentur frequentius exigebant. Quorum clamor ſedulus, dum accur*

cur

curatè insisteret, omnes una cum suo Prelato Canonici mediante suo Episcopo, nobis etiam Imperiali auctoritate consensum in id ipsum prestantibus, unum de se Canonicum Plebanum elegerunt, & de catero nullum unquam (NB) *nisi Canonicum, hujus Prelationis titulu posse suscipere decreverunt, & quia dictum est, ut altari serviens, de altari vivat, eidem instituto Pastori, laboris emolumentum, de communibus Ecclesia bonis, prout hic inscriptum discernitur, distinxerunt, videlicet dotes omnium Capellarum, decimationes totius ville VVytalynchon, medietatem oblationum, & aliarum elemosynarum, que in finali articulo à Xannis (Christianis) pro salute anime conferuntur. Ipsi quoque Plebano, secundum placitum Canonicorum electis, & à Preposito post liberam electionem investito, binos Sacerdotes secum jugiter habendos injunxerunt, indictum sibi honus (onus) officiosa diligentia supportantes. His ita feliciter perpetratis, sapedicti Canonici à nobis expetebant, ut predicta quoque nostra pagina muniremus, libertatémque eligendi & investiendi Plebanum, ipsis in sua Ecclesia nostro privilegio ratam ac solidam redderemus. Quorum faustis precibus indulgentes, electionem eis liberam & Prelato expeditum jus investiendi, auctoritate prasentis pagina confirmamus, & ne quis de Successoribus nostris contra pradicta quic-*

quicquam contradictionis obycere moliatur: Sub prerogativa Imperij qua in hac Advocatia fungimur inhibemus. Ut autem supra dicta omnia sempiterna firmitate fulta permaneant, consentimus hec eadem, atque voluntario nutu permittimus tam Imperiali, quàm Apostolico testamento roborari. Actum feliciter sub his testibus, quorum nomina subnotamus. VValtherus videlicet, Præpositus & omnes confratres sui. Chonradus Monasterij Plebanus & omnes Abbatie Canonici. Lutholdus de Regensperch: Rudolphus Raprehsvvilare. Chonradus de Crenzingen. VValtherus de Eschenbach. Chonradus de VVartenberch. Tietericus de Rotenleim. VValtherus de Tegerfelt. Rudolphus Madalla. Rudolphus fil. Tietelonis. Hugo Molendinarius. Fridericus de Ponte. Udalricus Villicus. Chonradus de Stadelhoven. Chunradus Flos. Fridericus de Domo, præsente quoque alia copiosa turba populi Turegensis, ac plerisque comprovincialibus, anno ab incarnatione Domini, M C LXXXVII. indictione V. Epacta VIII. concurrente III. Præsidente Christianissimo Papa Urbano, Imperante gloriosissimo Romanorum Imperante Friderico; Episcopo Hermanno Constantiensem Diœcesim gubernante. Permisit igitur Advocatus Collegio, ut Plebanatus Metropolitanæ Ecclesiæ ad solos devolveretur Canonicos, qui certo authorati

rati stipendio, pastoralem curam in se usciperent, duobus adjuti sociis, qui etiamnum in eadem Ecclesia Archidiaconi appellari solent, primarii Pastoris Parastatæ. Sed & hoc privilegium tàm ambitiosè quæsitum, paulatim immutatum fuit, id quod obiter indicatum à nobis est *Specul. Tigur.* p. 598. Neque enim deinceps Canonici esse debebant Plebani, sed ex Plebanatu ad Canonicatum, quòd *Zvinglii* modò didicimus exemplo, promovebantur. Quæ verò posthac vel munera vel onera fuerint Ecclesiæ nostræ Plebani, ex Statutis Collegii per *Rudolphum de VVartensee* 1346. restitutis, & postea iterum innovatis, luculentissimè patet. Requirebat ergo à Plebano suo Capitulum Collegii Carolini,

I. *Præsentiam. Plebanus in Ecclesia nostra cum tribus* (duo antea tantùm erant,) *sociis Sacerdotibus, & familia sua debet facere residētiam personalem: Quia Præpositus & ipse, primi & ultimi debeat divinis interesse, id est primi chorum intrare, & ultimi exire.* Divina ergo tum iis maximè, quæ in choro peragebantur, æstimari solebant, cantu Ecclesiastico ignoto, quid verò hæc ad Plebis (cui Plebanus destinabatur) ædificationem? In recentioribus Statut. additur: *Nec*

Nec se à loco Thurego ultra tres dies continuos absque licentia Præpositi vel Capituli absentet.

2. *Obedientiam. Plebanus ipse debet Præposito & Capitulo, seu majori parti subesse, & obedire, & singulis de eo querulantibus coram eisdem respondere.* Hæc posterioribus inserta sunt Statutis, quòd metuerent sibi, ne fortè jura Clericorum, ex fœdere Helvetico multum imminuta, hac etiam in parte infringerentur.

3. *Curam publicorum reditu um.* De hac priora Statuta ita loquuntur: *Decimas, præcipuè personales, census licet minutissimos & alia jura Ecclesiæ, oblationes, remedia etiam seu mortuaria colligere, requirere, exigere, ad communes usus fratrum, in scrinium Capituli reponere tenetur personaliter ex officio Plebanatus.* Posteriora verò: *Item debet Ecclesiam Thuricensem & ejus fabricam apud Subditos suos & infirmos promovere, ac eosdem tam in prædicationibus, quàm in confessionibus inducere & monere,* ut decimas quascunque & jura parochialia integraliter *& sine fraude persolvant.* A suo ergo semper inceperunt regno, tum demum de sacris soliciti.

4. *Honestatem in vestitu.* De qua tamen nihil in prioribus Statutis; in posterioribus verò

verò sequentia: *Item ipse Plebanus debet honestè & clericaliter vivere, ac in choro ac extra chorum in processionibus super pellicum album non sericum deferre, & non alia quam armutia de pellibus speriolinis uti.* Pro his armutiis exemplo Ecclesiarum collegiatarum Coloniæ & Leodii privilegium ab ipso Pontifice impetrârunt, quasi re magni monenti, aut ad N. T. cultum, qui debebat esse λογικὴ λατρεία, necessaria.

5. *Administrationem Baptismi.* non tamen promiscuorum, sed honestiorum tantùm. Ita enim Statut. antiq. *Item filios & filias meliorum & honestiorum personaliter baptizare ac interesse, ubi iidem meliores, post Confessiones ipsi Plebano vel alii competenti de licentia Plebani factas, communicant, extremam recipiunt unctionem, & Ecclesiastica traduntur sepulturæ:* Quæ totidem verbis recentiora etiam habent Statuta cum appendice: *Cùm ad hoc fuit requisitus, & rationalis causa eum non excusat.* Ergò, qui Plebanus in plebis gratiam constitutus initio erat, melioribus paulatim tantùm & honestioribus; quasi Evangelium vel Scytham agnosceret, vel barbarum; divitem vel pauperem; Sacra administrare debebat.

6 *Certarum Missarum aliorúmque Sacrorum celebrationem.* Statut. antiq. *Item in Sabbathis, vigil. Pasche, & Pentecostes Baptismum benedicere, baptizandos baptizare, & publicam Missam in eisdem sabbathis* (recent, addunt; *ac parasceven in summo altari*) *celebrare. Item in die Nativit. Domini, Sanctissima die Cœna, Pascha, Pentecostes ad communicandum, festo Felicis & Regula, Dedicatione, & in pluribus alijs anni solennitatibus, nec nonsingulis diebus Dominicis Missam popularem, alias etiam multotiens in publico altari publicam Missam debet personaliter celebrare.* Crescente superstitione, crevit, in posterioribus Statutis onus: *Die Nativitatis Domini duas priores Missas in gradibus, ac eadem die, nec non Cœna Domini* —— *Assumtionis Maria &c. Missam popularem in summo altari celebrare debet. Item in diebus septima & tricesima illorum, qui anniversaria perpetua Ecclesia Thuricensi legant, debet in summo altari Missam pro defunctis celebrare.*

7. *Lectionem in cancellis.* Antiq. *Item ad matutinum Nativitatis Domini, Evangelium:* Liber generationis: Et *in Epyphanya ad Matth. Evangelium:* Factum est autem &c. *solenniter & totaliter debet legere in cancellis.* In recent. prioris tantum Evangelicæ lectionis

ctionis fit mentio, posteriori omissa. Ita paulatim pristinæ consuetudinis, quâ publicè, Lingua vernacula, Scriptura sacra in cœtibus lecta fuit, perierunt vestigia, ut vel semel tantùm in anno cibus proponeretur cœlestis, sed adeò remotus, ut paucis consequi illum daretur, Linguâ videlicet ignotâ.

8. *Conciones hebdomodarias & festales,* Item *singulis diebus Dominicis prædicare, festa Sanctorum indicere, & anniversaria fidelium defunctorum, quorum nomina in nostro anniversali libro continentur, intimare.* Ita priora: Posteriora permittunt, ut *in pluribus anni festivitatibus, ac singulis diebus Dominicis per se vel alium prædicet &c. & reliqua peragat,* Concionari ergo πάρεργον erat.

9. *Sententiarum latarum à superioribus promulgationem.* Item *pronunciare, proponere, publicare conciones & sententias, mandata, inhibitiones, sententiarum relaxationes, prout sui superiores sibi mandaverint faciendum.* Ita ferè Statuta utrobique.

10. *Fugam Simoniæ.* Item *Plebanus & tres sui socij Sacerdotes sine omni Simoniaca pravitate, & omni pacto, quod fit contra Canonicas sanctiones, debent cum benigna debita devotionis promtitudine, universis & singulis subdi-*

tis requirentibus, & necesse habentibus ministrare humiliter & exhibere Ecclesiastica Sacramenta. De sigillorũ magis soliciti appendice, quàm Testamenti tenore, solatii Evangelici non meminerunt.

II. *Augmentum fisci Ecclesiastici.* Item *Plebanus & sui socii ad promovendum, colligendum, conservandum omnes oblationes, remedia, mortuaria, admonitiones, commendationes, anniversariorum ordinationes, & omnia alia, quocunque nomine censeantur minora & majora, quæ tam pro vivis, & pro mortuis, & parochianis nostris, qui apud nos seu Capellas nobis subjectas audiunt divina, & Ecclesiastica recipiunt pro tempore Sacramenta, vel ab aliis hominibus nostræ Ecclesiæ nobis etiam, jure Parochiali non subjectis, vel ab hospitibus & extraneis, latenter vel patenter, promissa, legata, oblata vel data fuerunt in morte seu in vita, in Ecclesia, extra Ecclesiam, ad altare, sine altari, in Confessione, extra Confessionem; in domibus, extra domos; in via, extra viam, ubicunque locorum, quocunque modo, quocunque nomine, quantum cum Domino possunt, plenam exactissimæ fidelitatis debent diligentiam adhibere & per omnia pro viribus promovere Ecclesiæ commodum & honorem.* Recentiora Statuta hæc omittentes, eorum loco

loco augmentum Missarum, officium Sociorum, Confessionis mercedem substituunt: *Item omni die per se vel alium, Missam popularem, & sapiùs, diversis diebus Missas pro defunctis, & in altarium dedicationibus Missas dedicationum cantando celebrare, nisi ex rationabili causa, quatenus tales Missæ cantari non possent, tunc enim easdem legere sufficeret. Item ipse Plebanus ad singulas Missas per ipsum, seu ejus nomine decantandas, exceptis Missis, ad quas Canonici sibi ministrant, debet tres Presbyteros aut Scholares deputare, qui easdem Missas adjuvent tonaliter decantare, quibus de scrinio oblationum competens salarium ministret: Nisi fortè necessitate temporis & officii instantis plures necessarii habeantur. Item Plebanus duos socios seu Adjutores in divinis habere debet, quos etiam & Capellanos* per eum, ut Confessiones audiant, requirendos debet secundum beneplacitum ac consilium Præpositi & Capitulj removere, mutare, instituere, ac destituere. Item Plebanus debet à Capellanis ad audiendas Confessiones deputatis quartam partem omnium eis datorum in Confessione, ac occasione Confessionis duntaxat recipere, & de eadem contentari, nec ultra ab eis exigere.*

12. *Fidem in Scrinij communis,* (in quo legata,

gata, promissa, data, oblata &c. asservabantnr) *diligenti & inviolata custodia.* Item *sic legata, promissa, data, oblata, præter pecuniam, ex ordinatione anniversariorum provenientem, ab eisdem Plebano & sociis in communem archam seu scrinium Capituli sine omni fraude, subtractione, diminutione reponi debent & servari. Postmodum, secundùm consuetudinem & ordinationem in Instrumento nostro super hoc confecto satis expressam dividenda. Licèt ipsi Parochiani vel alij quicunque Christi fideles, qui sic pro se vel pro alijs, vivis sive mortuis promittunt, legant, offerunt, dant sani, vel in lecto ægritudinis constituti, peregrinaturi seu non peregrinaturi, ex quadam fortè simplicitate seu nostræ constitutionis, consuetudinum ignorantia, seu aliquocunque modo tracti, ducti, allecti, ipsi Plebano & nostris sociis aliquot specialiter & nominatim promittant, legent, offerant, dent, conjunctim vel divisim, hoc tamen excepto, quòd si de famoso funere universis Sacerdotibus Civitatis, vel majori parti eorundem aliquid manifestè legatum fuerit & donatum; ijdem Sacerdotes hoc habere debent in usus speciales: Ita tamen, quòd hujusmodi distributiones, ordinationes, in fraudem Capituli & dispendium à nemine aliquatenus procurentur. Sed quia tractu temporis præfatam ordinationem Statuti, quo ad hunc articulum*

lum proximum invenimus, ipsi Ecclesiæ nostræ onerosam, & nimis vergere in læsionem Communitatis Capituli, prout experimento didicimus certiori; eandem ordinationem comuni consilio & unanimi consensu decrevimus in melius reformandam, statuentes & ordinates, ut si quid deinceps de aliquo funere, omnibus Sacerdotibus Villæ Thuricensis legetur vel donetur, noster Plebanus vel Capellani, ac Vicarii, quod eis sic donatum fuerit, vel legatum, hoc sive parvum, sive magnum fuerit, scriniario Capituli præsentent, sub debito per eos præstiti Sacramenti, & per ipsum Scriniarium in speciali loco reponatur, & fideliter conservetur, usq; ad Festum B. Johannis Baptistæ. Et tunc hujusmodi pecunia sic collecta ad arbitrium Capituli, sive majoris partis ejusdem interdictos Plebanum, Vicarios, Capellanos, & Capitulum annis singulis dividatur. Si verò Plebano Ecclesiæ in majori quantitate, qnàm aliis per formam præmissam donetur vel legetur; hoc quod excedit quantitatem aliis Sacerdotibus legatam, in communi Scrinio rèponatur sub eodem debito juramenti. Similiter, si aliquid Præposito & Capitulo, nomine mortuarii seu remedii promittitur, legatur, datur, & of-

fertur specialiter & nominatim, in illo Plebanus & nostri socii habere debent, sicut habent in aliis mortuariis & remediis consuetam portionem. Item ista omnia sic debent dividi, & Præposito & Capitulo dimidia pars, Plebano verò & nostris Sociis tribus reliqua, pars dimidia cedere comprobetur. Sed Plebanus de ista parte dimidia duas partes recipit, & tres Socii tertiam partem, ejusdem dimidiæ recipere debent & habere, nisi super istis aliud à Capitulo fuerit ordinatum. Atque hæc omnia brevius posteriora habent Statuta, nisi quòd expensarum ex Scrinio plenior accedat enumeratio. Item *Plebanus* debet fideliter omnia ad Scrinium pertinentia, & hactenus Scriniario Dominorum Præpositi & Capituli præsentata colligere, & ad Scrinium absque mora reponere, ad quod Scrinium tres habentur claves, quarum duas ipse Plebanus, tertiam verò habeat Canonicus ad hoc per Capitulum deputatus. Item Plebanus debet ter in anno, scil. in festivitatibus omnium Sanctorum, Paschæ, ac Johannis Baptistæ juxta antiquam observantiam Scrinium seu reposita ad scrinium cum sociis suis, in præsentia dicti Canonici ad hoc per Capitulum deputati dividere, in qua divisio-

visione ipse quinque, Socii verò sextam debent recipere partem. Item si Plebanus quandoque aliqua summa pecuniarum indigeret, potest ipsum de scito & in præsentia dicti Canonici deputati, & unius de sociis suis ex scrinio recipere, quæ summa in divisione scrinii se sequenti fienda cum sociis debet defalcari. Item Plebanus debet omnia & singula, quæ huc usque ex scrinio fuerunt expedita & soluta, solvere & expedire, etiam si infra reperirentur non specificata. *Sunt autem hæc hactenus ex Scrinio expedita:* Primò, *quando Canonicus Thuricensis ad Sacros ordines Subdiaconatus, & Diaconatus infra Diœcesin Constantiensem ordinatur, decem solidi, quando verò ad Sacerdotij ordines, unam libram denariorum monetæ Thuricensis sibi ministrari debebant. Item, quando duo Cantores in choro seu Processione habentur, debent qualibet vice alteri cantori de scrinio dari sex halleri, quod ascendit ad summam unius libræ dennariorum in anno, vel circa. Item Cantori quolibet anno de scrinio debentur duodecim solid. denar. Item ad præbendam, quam modò habet Dominus Ludolphus dantur de scrinio 8. solid. Item in Matut. de S. Maria Magdalena poma: in Vespert. decollationis Johannis Baptistæ pyra debent Scholaribus de ipso scrinio comparari. Item Æditu*

tuo dantur de scrinio 30. solid. denar. in Festo omnium Sanctorum. Item & de alijs Solennitatibus anni, noviter (NB.) institutis, extendens se modò ad 14. solid. haller. Item thuribula defunctorum, & urnæ sive urnulæ, & quælibet vasa, in quibus aqua habetur, & manutergiola, quæ in sacristis habentur, & candelabra tam de ligno, quàm de metallo, exceptis candelabris publicis Altaris, debent de communibus oblationibus ad scrinium præsentatis procurari & expediri. Item campanellæ & nolæ, quæ habentur ad elevationem Eucharistiæ, & quæ portantur cum Eucharistia ad infirmos, & cibaria seu scrinia Eukaristiæ conservatoria cum cæteris omnibus utensilibus & ornamentis ad Eukaristiam pertinentibus, & quæ in eisdem scriniis conservantur, debent similiter ex ipso scrinio procurari & persolvi. Ita paulatim onera ex publicis reditibus, decimis cumprimis, ferenda, privatis imponebantur.

13. *Rigidam anniversariorum observantiam pro ijs tantùm, qui anniversali libro erant inscripti. Item nec Plebanus, nec aliquis de sociis seu vicariis debet aliquod anniversarium, nisi sit in nostro anniversali libro legitimè scriptum in cancellis sub ordine nostrorum anniversariorum captiosè*

captiosè pronuntiare, aut aliqualiter celebrare. Nempe, nihil gratis conferendum erat, aut pro cujuspiam laborandum salute, qui publicorum suffragiorum jus pecunia non acquisivisset.

14. *Denariorum pro inunctione infirmorum subtractionem. Item denarii, qui hactenus ad infirmorum unctiones de communibus, remediis dari consueverunt, nulli de caetero dabuntur. Imò denarij, si qui ab inuncto vel amicis ejus dati fuerunt, Plebano vel socijs in communi reponantur.* Cætera Statuta, Socios, & vicarios maximam partem concernunt, ad finem usque, ubi Judicio Capituli Plebanus simpliciter subjicitur. Nova Statuta hæc ferè omnia omittunt, & onera Plebanatus sequentibus absolvunt periodis:

Item Plebanus debet continuè equum, valoris decem florenorum habere, & talem, seu tanti valoris equum debet, postquam Plebanus esse desierit, cedendo, vel decedendo apud Plebanatum dimittere, vel decem florenos loco equi vel futuro Plebano persolvere. De hoc equo, deputato ad visitandum infirmos, vetera Statuta distinctius: Nos Præpositus & Capitulum Ecclesiæ Thuricensis, attendentes piam devotionem factam per dilectum nobis Heinricum de Basselstorf Camera-

Camerarium noſtrum, qui equum, qui tres marcas argenti valuit, donavit officio Plebanatus, ut de cætero idem equus ſeu alius equus non minoris pretii habeatur, ad viſitandum infirmos parochiæ noſtræ, & quod hujusmodi equus ad nullos alios uſus deputetur, nec alicui homini, cujuscunque conditionis exiſtat, concedatur. Attendentes etiam, quòd piæ memoriæ Magiſter Thya, Plebanus noſter, ad eundem uſum reliquit equum valentem quinque marcas, proinde ſtatuimus & ordinamus, ut de cætero Plebanus, qui pro tempore fuerit, equum habere debeat valentem quatuor marcas argenti ponderis Thuricenſis ad uſum prænotatum, & non ad alium, & cùm ceſſerit vel deceſſerit dicto officio, relinquere debeat equum æſtimationis quatuor marcarum eodem Statuto perpetuè duraturo. Item Plebanus debet exigere & recipere in auctumpno, & Procurator clauſtralis Cellarii tradere debet Plebano quatuor urnas albi vini, ſine qualibet contradictione de Cellario eodem, *ad potandum (NB.) certis feſtivitatibus communicandos in Eccleſia noſtra, ac etiam die Johanhannis Evangeliſtæ de vino memorato.* Huic Plebanatui inſpectio omnium Cappellarum demandata erat, juxta Statutum: Item Pleba-

Plebanus Dotarios in Cappellis Parochiali Ecclesiæ, Præposituræ Thuricensis, subjectæ instituere poterit & destituere, secundùm quod viderit sibi expedire præposito & Capitulo super hoc nullatenus requisito. Sunt âutem hæ Cappellæ: Cappella, quæ dicitur S. Mychahel in atrio Ecclesiæ: Cappella Hospitalis pauperum intra muros. Cappella in Rieden; Cappella Wipchingen: Cappella S. Leonhardi: Cappella in Orlinkon: Cappella in Suabendingen: Cappella in Wittellinkon: Cappella in Witinkon: Cappella Trichtenhusen: Cappella in Summingen: Cappella in Vellanden: Cappella jn Zollinckon. Quæ sacra, locis istis, per sacellanos fuerint, Curatore Plebano, destinata, ex Statutis iterum recitabimus: *Qualiter socij Plebani nostri Cappellas nostras extra muros debeant inofficiare.* Notandum est, quòd in vigilia Natalis Domini, Cœna facta, in domo Plebani Ecclesiæ nostræ, qui pro tempore fuerit, tres socij Plebani, associato cuilibet uno Scholari, scientia competenti ad ministerium divini officij exire debent civitatem ad villas subnotatas, videlicet unus in Zollinkon, alter in Suabendingen, & tertius in Rieden, & hora vespertina quilibet cum suo Scholare in Cappella villæ, ad quam destinatus est, Vesperas, Matutinas, & Missam*

Missam debet cum Nota solempniter decantare: Vel Sacerdotes alij, qui vice dictorum Sacellanorum ad dictas villas per Plebanum nostrum rogati ex causa rationabili & necessaria fuerint destinati. Sacerdos verò in villam Suabendingen destinatus in die Nativitatis Domini, post Matutinas, Missam, Dominus dixit ad me &c. *in Cappella Suabendingen; Missam*, Lux fulgebit; *in Cappella in Orlinkon; & Missam Puer natus; in Cappella VVipkingen celebrabit:* Nisi villani in Orlinkon velint de Missa celebrata in Svabendingen contentari, & pro aliis duabus Missis audiendis nostram Ecclesiam visitare. Porrò Sacerdos missus in Rieden ibidem tantum primam Missam celebrat, & reliquas duas Missas tenetur in nostra Ecclesia celebrare. Ad idem etiam faciendum Sacerdos missus in Zollinkon est adstrictus. Debent etiam dicti Sacerdotes in vigilia dictæ festivitatis subditorum audire confessiones, & in die sancto communicare communicandos Eucharistia Sacro-sancta. Præterea, sciendum est, quòd in festo Pascatis & Pentecostes præscriptæ villæ per tres Sacerdotes visitandæ sunt, & per quemlibet in Capella villæ, ad quam transmissus est, sunt priores Vesperæ, Matutinæ, & Missa publica celebranda, &

da, & quod de auditione Confessionum, & communione fidelium præmittitur, in istis etiam debet festivitatibus observari. Cæterùm, in dedicationibus Cappellarum sitarum extra muros Thuricensi nostræ Ecclesiæ subjectarum per Sacerdotem & scholarem debent Vesperæ, Matutinæ & Missa publica cum Nota solempniter decantari. Ad hæc sciendum est, quòd Dotarii præscriptarum villarum Sacerdotes, scholares & equos ipsorum debent in vigiliis, & in diebus sanctis ac dedicationum, in cibo & potu, ac pabulo laudabiliter procurare, omni dolo & penuria circumscriptis. Dotarii autem in Zollinkon cuilibet personæ, in diebus sanctis pro prandio dare XVIII. den. consueverunt. *S*ed in die dedicationis iidem dotarii in Zollinkon, tenentur *S*acerdotem, *S*cholares, equum (NB.) canem, & nisum, exclusa omni penuria honorificè procurare. In die etiam dedicationis Cappellæ in *S*vabendingen Dotarius ibidem, præter alia, quæ ministrat, dare debet celebrantibus divinum officium bonam anguillam, de fluvio, dicto Glatte. Insuper sciendum est, quòd Abbas & Conventus Monasterii in Cappella, ordinis Cistercionsis in festivitatibus Nativitatis, & Resurrectionis Dòmi-

Domini, nec non Pentecostes ministrare debent, Ecclesiæ nostræ, ex ordinatione quondam dicti Kistler, parvas hostias pro communione fidelium intra Missarum solempnia conficiendas, & pro eisdem hostiis, præscriptis festivitatibus ad dictum Monasterium debet Plebanus suum certum nuntium destinare. Majores verò hostias ad Missarum solempnia debet Thesaurarius ex redditibus, qui sibi dantur de Camera ministrare. Idem etiam Thesaurarius procurare habet lavari corporalia, pallas altarium, indumenta Sacerdotum, manutergia, & alia utensilia, ex redditibus quos percipit de domo uxoris Albi, militis quondam, Heinrici de Lunghost, armigeri, ex ordinatione quondam dicti Kistler præscripti. Hæc de Vicariorum & Sociorum extra urbem officiis Ecclesiasticis. Novissimè ante reformationem Plebano injunctum erat, ut oborta peste, aliisque ingruentibus morbis contagiosis non cederet, sed Tiguri fixum haberet pedem. *Item* (Statuti verba recentissimi repeto) *etiam Plebanus, quacunque adveniente mortalitate aut pestilentia dictum Plebanatum non relinquet, neque à dicta Ecclesia, sive civitate Thuricensi se alienabit; quin imò boni Pastoris more gregi sibi commisso, in sua*

sua calamitate fideliter assistet, & curam pro animabus salvandis opportunam impendet. Etiam Plebanatum ipsum prater consensum & voluntatem Dominorum Prapositi & Capituli seu alibi vel aliter, quàm ad manus eorundem nullo pacto resignare prasumet: Sed cùm eundem Plebanatum resignare voluerit, id dictis Dominis, Praposito & Capitulo ad minus tribus mensibus ante resignationem hujusmodi notificet, & eosdem de resignatione sua facienda aviset & certificet, quatenus infra dictorum trium mensium spatium de alio vicario idoneo sibi & Ecclesia valeant providere: Item libros ad Plebanatum pertinentes non alienabit quovis modo, alioquin similes vel eorum legitimum valorem restituet. Quanquam verò, ut ex Berchtoldi rescripto, manifestum est, Plebanus Collegiatæ Ecclesiæ Canonicus olim, certis sibi assignatis decimis, frui potuerit, temporis tamen tractu factum fuit, ut Plebanus numero Canonicorum exclusus, in parte, Collegio rata & grata, acquiescere debuerit. *Item* (ita appendix de stipendio Plebani habet) *Plebanus redditibus suis assignatis, scilicet viginti quinque urnis vini mensura civium Thuricensium, ac viginti quinque modiis tritici annuatim sibi per capitulum ministrandis: Insuper omnibus & singulis ad scrinium pertinentibus, excepta parte so-*

te sociorum debet contentari; nec ultra, per se vel alios, extra judicium etiam supplicando, vel supplicari faciendo, petere vel quo quomodo exigere, quocunque quæsito ingenio, aut genio, aut colore. Si autem alquo tempore redditus præfati in tantum decrescerent, quòd illis contentari non posset, non alibi augmentationem sibi fieri petat, quam coram Domino Constantiensi, vel ejus Vicario in spiritualibus generali. Hæc paulò prolixiùs, de Plebanatu Ecclesiæ Tigurinæ, ante Reformationem, enarrare placuit, ut, ὡς ἐν τύπῳ, quæ ratio publicæ fuerit institutionis, quæ sacrorum Ecclesiasticorum administratio, posteritati constaret. Nònne verò ex Jesaja meritò clamare liceat: *Quis hæc requisivit à manibus vestris? c. 1. v. 12.* Frustra honorant me docentes præcepta hominum, C. 29. vers. 13. Aut quis Apostolorum, sive exemplo, sive præceptis, Pastorem Evangelicum ita vel descripsit, vel expressit? Aut vani erant ritus, Judaicæ olim infantiæ aptiores, quibus Plebanus cum plebe distinebatur; aut otiosa spectacula; aurium, vel oculorum pabulũ, in ignoto cantu & apparatu Missaticoexpositũ. Nihil ipsos penetrare potuit cordis recessus. Quàm de verbo Evangelii altum silentium? De vera legis observantia quàm pauca illi propinabant, qui

qui bonorum operum numerum & mensuram ad Romanæ Ecclesiæ staterem examinârunt? Ubi Evangelium, sola illa nos servandi virtus, Rom. 1,16. Ubi sermo ille DEI quovis gladio ancipite penetrantior? *Heb.* 4.12. Ubi vox Domini, ad quam humiles contremiscunt *Jes.* 66. v. 2. In urbe nonnunquam conciones habebantur: Sed ubi voces clamantium in deserto? in agro? Quæ Eucharistia olim erat, in Missam paulatim transiit; hæc tandem ab illa, quasi toto cœlo differrent, (prout revera immane quantum differunt) distincta. Communionis tamen sub utraque specie, vestigia superfuisse, ea, quæ suprà p. 76. breviter notata sunt, innuere videntur. Hæc, ad Zvinglii usq; tempora, onera, hæc munera fuerunt Plebanatus Tigurini. Cum verò officium hoc, anno 1518. vacaret, & de antecessoris (nomina plerorúmque Plebanorum habent *origenes* nostræ *Carol.* p. 200.) supplenda lacuna, Collegium cogitaret, Zvinglius inter primos, qui dignus illa habebatur sparta, occurrit. Erat autem tum Tiguri *Osvvaldus Myconius*, Lucernensis, Zvinglii familiarissimus, per quem animus hujus tentandus erat. *Cæterùm* (verba sunt Myconii 1518. IV. Cal. Novemb. ad Zvvinglium

glium, nihil tum tale cogitantem) *sunt, qui me adhortantibus verbis incitârunt Tibi scribam de Plebanatu (liceat ita dicere) Tigurino, qui jam vacat: Tu tecum deliberare poteris, quid faciendum.* Noluit præcipitare Zvinglius, sed ut nosset priùs, quid faciendum, quid expectandum, ut ipse, quid humeri ferrent, quid ferre recusarent, exploratiùs haberet perspectum; eodem iterum anno Myconio respondit, & eidem ut diligenter in omnia inquireret, injunxit, num ibi loci Parœcianum opus sit confessiones audire, morbidos invisere, qui Parœciano præsit Magistratus, quod laborum præmium? quæ quidem ea præstitit fide Myconius, ut in sua facilè vota Zvinglium pertraheret. Admittebatur tum, eadem de causa, ad concionem veluti δοκιμαστικὴν, *Laurentius Fabula* (qui, ex Rhætis Suevus, Tigurum venerat) & eo successu, ut fama jam percrebuerit, electum illum esse Plebanum. Cùm verò aliter se rem habere Zvinglius, per Cardinalis Secretarium, D. Michaëlem, moneretur, toties monitus, & solicitatus, magnum tandem obtinendæ functionis illius literis ad Myconium (quæ adhuc ad manus sunt) Zvinglius ostendit desiderium: Simúlque promisit, *se ex integro Evangelistam Mat-*

thaum

thaum prædicaturum, *in auditum* (verba Zvinglii repeto) *Germanis hominibus opus.* Successit electio, quam & insolita illa prædicandi verbi Dei Methodus, statim excepit. Promisit ergo Zvinglius jam ante vocationem Capitulo, quæ post vocationem fideliter præstitit. Atque hoc est, quod ipse in publica disputatione, velut Ajacis clypeum, adversariis opposuit. Porrò (ita disput. II. T. II. p. 630.) *quòd D. Commendator, frater meus dilectus, hominum animos divini verbi assidua prædicatione instituendos esse monet, idem & ego cum illo sentio, ut nimirum DEI verbum optima fide prædicetur. Et me quidem cum Leone confratre me hactenus, id sedulo præstitisse, confido. Certè, quantum ad me spectat, ut primùm huc vocatus perveni, Evangelium Matth. citra omnem humanarū nugarum traditionem, Ecclesiæ exposui, & hoc institutum meum antea & Præposito, & Collegio universo retuli. Vnde de introitu meo non immeritò juxta Pauli exemplum, gloriari possum, quòd is nequaquam incognitus fuerit.* Clara satis & authentica ad obeundum veri Evangelistæ munus documenta! Metuebat Zvinglius, ne hæc Ecclesia per hominem peregrinum peregrinâ turbaretur doctrinâ, alia igitur, hactenus in Germania non tentata, & ante vocationem polli-

 lice-

licetur & post eam, cum consensu Capituli solvit, explicationem integri Evangelistæ, quæ ipsa planissimam ad futuram deinde reformationem stravit viam. Ecquis enim, qui ex Matth. c. 1. v. 21. docuit, *Jesum esse, qui liberaret populum à peccatis ipsius*, discere non debuerit, frustra Indulgentiarios bullis suis virtutem tribuere, redimendi à culpa & pœna? Cui ex cap. 3. v. 17. nota fuit è cœlo vox Patris; *Christum esse filium illum dilectum, in quo acquiescat*; ignorare ille voluerit, alios frustra Intercessores, Mediatores quæri, qui hoc è cœlo ipso non sint notati charactere? Qui & literaturæ Græcæ peritus, & Pastor loci erat ordinarius, poterat ne ex Matth. 4. vers. 10. vel ipse consentire, vel aliis persuadere, cultum προσκυνήσεως *adorationis religiosæ*, creaturæ deberi, cùm diserta aliud velint Christi ad Diabolum, qui etiam conticuit, verba: *Dominum Deum tuum adorabis, eique soli servies:* Ubi ex quinto Capite vidit, *dari pauperes Spiritu*, qui se suáque contemnerent, justitiam suam, ut Christi obtinerent, detestarentur; quid animi fuisse existimemus, ubi omnia typho Pharisaico justitiariorum claustralium observavit turgere peccora? An, ut cætera, quæ huc tamen faciunt, mittamus capita-

capita, ubi ad c. 15. deventum eſt, ſilentio præterire potuiſſet, manifeſtum inter veteres & novos Traditionarios paralleliſmum? Indignabantur Hieroſolymitani quidam Scribæ & Phariſæi diſcipulis Chriſti, quòd traditionum avitarum minus eſſent obſervantes. *Quare* (inquiunt) *diſcipuli tui transgrediuntur Traditionem ſeniorum? Non enim lavant manus ſuas, quum edunt panem. At ille reſpondens, dixit eis: Quare & vos transgredimini mandatum DEI per traditionem veſtram? Nam Deus mandavit, dicens: Honora patrem tuum, & matrem: Et; qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri patri, aut matri: Donum eſt, quocunq; à me juvari poſſes, inſons erit, & nequaquam honoraverit patrem ſuum aut matrem ſuam: Et irritum feciſtis mandatum DEI per traditionem veſtram. Hypocritæ, benè de vobis prophetavit Jeſajas, dicens: Appropinquat mihi populus hic ore ſuo, & labijs me honorat: cor autem eorum procul eſt à me; ſed fruſtra me colunt, docentes doctrinas, quæ ſunt mandata hominum, a. v.* 1.— *ad* 10. Quàm hic amplus Zvinglio patebat campus id enitendi, quod niſus diu ante fuerat? Hæc enim una diu antè, ipſum verſavit atque vexavit cura, ut magnam illam & periculoſam navicu-

læ Eccleſiaſticæ ſaburram, traditiones, eijceret, curſumque rectà ad cynoſuram verbi DEI dirigeret. Atque hæc potiſſimum cauſa fuiſſe videtur, cur in Eremo jam de Matthæo Evangeliſta apud Tigurinos explicando fuerit ſolicitus. Cùm ergo Zvinglius d. 11. Decemb. 1518. à Canonicis in Paſtorem Eccleſiæ eſſet electus, Tigurum venit die Johannis Evangeliſtæ: *Calendis Januarij* (verba ſunt Ludovici Lavateri in Chronol. Mſc.) *cœpit enarrare Evangelicum Matthæi, non truncatim, ut hactenus moris fuit*; ſed ordine: *Semper uſus Græco exemplari.* Multum juverat Zvinglii conatus *Oſvvaldus Myconius*, qui tamen mox a. Ch. 1519. Lucernam ad ſuos rediit, Zvinglio ſolo ferè relicto, qui tamen, calumniis, convitiis, & machinis adverſariorum neglectis, in officio ſuo ſtrenuè perrexit, præſertim in oppugnandis novi Inſtitoris mercibus Indulgentiariis, quod eò fecerat libentius, quò gravius ipſe Epiſcopus Conſtantienſis ſubderet faces. In Collegio etiam ſibi paulatim conciliavit gratiam, ut etiam, *Engelhardus*, Vir doctus & gravis, Sacerdotium ei ſeu præbendam Canonicalem cederet, etſi ſtrenuè non Lutherum modò contra Zaſium jam Zvingl. defenderet, ſed & telam feliciter cœptam, felicius pertexe-

pertexeret. Nihil ergo vel inconsulto Collegio tentavit, vel temerè, memor tum officii, tum juramenti Collegio præstiti. Inter antiqua qnippe Collegii Statuta & hoc referebatur, ut nihil mutaretur, quod non consensu vel totius decerneretur Capituli, vel majoris partis. Quod ipsum etiam per *Zvinglium* in Reformationis opere stetisse salvum, ordine jam indicabimus. Erant eo tempore Ecclesiæ Collegiatæ Canonici sequentes, 1. M. Felix Frey, Præpositus, Vir, pro ratione illius ætatis doctus, & doctorum amantissimus. Unde & *Zvinglius* bene ominari cœpit, literas, ex quo ad gubernacula hic promotus erat victurus. Spes facta est (*ita ad Mycon. a. Ch.* 1518.) literas maximum habituras hoc patrono incrementum. 2. Henricus Schvvarzmurer, qui obiit 1526. 3. Petr. Grebelius. 4. Jacobus Gunthartus, obiit, 29. Octob. 1529. 5. Heinricus Schvvendius ad 6. Jul. 1528. 6. Gotfridus Æschërus ad 23. April. 1527. 7. D. Felix Mejerus, à Birch. ad 10. Novemb. 1526. 8. M. Johannes Conradus Hofmannus, Bremogartensis, antea Plebanus. 9. Johannes Niesslinus, Scholasticus. ad 3. April, 25. 10. M. Johannes Hagnover, Vinarius ad 11: Octob. 1539. 11. M. Anthonius Walde-

 rus,

rus, Cantor, ad 11. Octob. 1531. 12. M. Erhartus Wyssius, Ædilis, ad 1537. 13. M. Jacobus Edlibach ad 10. Novemb. 1526.. 14. Joh. Heinricus Goldli, ad 6. Mart. 1563. 15. Heinricus Utingerus, custos, ad 6. Sept. 1536. 16. M. Nicolaus Bachofen, ad 19. Jul. 1530. 17. Nicolaus Wyssius, ad 22. Jul. 1562. 18. Anshelmus Graf, ad 22. Novemb. 1527. 19. M. Heinricus Nuschelerus, ad 7. Maij. 1558, 20. M. Matthæus Rollenburz, ad 23. Jan. 1524. 21. M. Erhardus Batman, Plebanus. 22. Huldricus Zvinglius, 23. M. Erasmus Schmid, ad 1546. & 24. Johannes Schmid, ad 21. Jun. 1549. Magnum non in Helvetia modò; sed & in Imperio Romano, Præposituræ hujus erat nomen, munitæ quippe, propter antiquitatem, iis privilegiis, quibus multis aliis Collegiis facilè poterat palmam reddere dubiam; de quibus *κατ' ἐπιτομὴν in originib. Scholæ nostræ Carolinæ* pag. 192. & *in Spec. Tig.* p. 584. Cùm igitur multum interesse animadverteret Zvinglius, ut Collegiũ & necessitatem Reformatiõis agnosceret, & ad eandem se amplissimo Magistratui sponte, nisi Imperium expectare mallet, offerret, anno 1522. & sequentis initio hoc seriò egit, ut momentum negotii Collegium expenderet, Reformationis necessitatem,

tatem, omnium oculis obviam, in controversiam deinceps nullam vocaret, Magistratus opem ea in re imploraret; quod etiam tot munitus rationibus, eximia præterea eruditione suffultus, obtinuit, & ita quidem, ut cum è re illud esse videretur, publicis jam scriptis causam suam defendere cœperit, initio facto à libello de delectu ciborum, d. 16. Aprilis: Unde in carnis privio, quod vocant, tum instanti, Tigurini libertate vescendi carnibus usi fuere. Cætera ordine sequebantur, ut suo loco, σὺν Θεῷ, audiemus, & compendiosè jam diximus *Method. legend. Hist. Helvet. p. 594.* Nam quid Zvinglius hic umbra? Ratione officii Collegium de crescenti damno monuit; Collegium fraternam admonitionem benignè admittit, vel communi omnium, vel plerorúmque consensu impetrat, ut adjunctis Fratribus & Collegis res ad Magistrum deferatur, cujus auhoritate & arbitrio tota illa Capituli Reformatio, sine tumultu & rutuba, executioni dari posset. Quod & factum, indéque Senatus consultum d. 29. Septemb. 1523. de ratione & modo Juris Patronatus, (cùm antea jam 1520. decretum fuisset in Senatu, ut nihil, quod cum verbo DEI non conveniret, è suggestu proponeretur) Ministerii

niſterii Eccleſiaſtici, erigendæ Scholæ publicæ, de ſuſtentatione Paſtorum & Profeſſorum, cura pauperum, tolerantia emeritorum, numero Canonicorum, adminiſtratione bonorum Eccleſiaſticorum, editum: Et à Capitulo majori parte ratum fuit habitum. Erant quidem in Collegio nonnulli contradicentes, inter quos Hoſmannus, Grafius, Batman, alii, qui etiam poſt Reformationem plenè introductam, ut alibi ſua liberè retinere poſſent Sacra, Tiguro abierunt. Et ex commemoratis omnium vehementiſſimus fuiſſe videtur Zvinglii Anteceſſor, *Hofmannus*, qui prolixo ſcripto, ne Zvinglius emergeret, aut quicquam contra receptam conſuetudinem introduceret, juramenti potiſſimùm ſolennis fulcro innixus; interceſſit: Operoſius eſt ſcriptum, quàm quod totum; licét rarius & paucis viſum; inſeri hic poſſit (fiet fortè, certis de cauſis, alibi) Summam tamen exhibuit in ipſo ferè limine Diſput. Tigur. II. Cùm enim adverſarii, qui primæ diſputationi acquieſcere nollent, ſecundam etiam obtinuiſſent, atque in publico conſeſſu ad certamen provocarentur, Zvinglius pauca quædam erat præfatus, quibus finitis adeò altum ſequebatur ſilentium, ut Conſul, & quidam

dam è Senatorum numero adverſarios tandem prodire hortarentur: Ubi verò inter multas tergiverſationes nemo ſe ſe obtulit, Hoſmannus, Canonicus, ita fari cœpit: *Nondum equidem animis veſtris excidiſſe arbitror, præſtantiſſimi Viri, quàm amicis & paternis admonitionibus R. D. Conſtantienſis Epiſcopus nos & hortatus & obteſtatus ſit, ut contra Satanæ inſidias & fraudes ſumma cura & ſtudio vigilemus, & tam noſtram, quàm Chriſtiani populi ſalutem ita tueamur, ne perniciosis quorundam doctrinis ſtultè credendo pro medicina toxicum, pro ſalute inferos amplectamur, & ne à Domini via, in qua ab ipſis incunabulis inſtituti ſumus, declinemus, ne deniq; nos ab Evangelio abſtrahi, à Chriſtianorum doctorum traditionibus, & à Chriſtiana Eccleſia abduci patiamur. Et cum S. Pater, Leo X. & Potentiſſimus Cæſar, ſemper Auguſtus, Carolus V. non multò abhinc retro tempore novas hujusmodi doctrinas damnârint, & damnatas publicis edictis proſcripſerint, utpote quæ contra Chriſtianæ Eccleſiæ ordinationem, Evangelij ſtatuta, & publicam Chriſtianorum concordiam manifeſtiſſimè pugnent (quod ipſum in edictis iſtis multis & varijs rationibus ſolidiſſimè demonſtratum eſt) idem ille R. D. Conſtantienſis ſingulari ſtudio hortatus eſt, ut hujusmodi doctrinas, procul reijciendo illas, nec publicè prædicemus,*

dicemus, nec disputationes vel privatas vel publicas de illis instituamus; ne denique quicquam citra communem & solitam Ecclesiæ consuetudinem innovemus, donec ij, quibus Ecclesiæ Christianæ negotia commissa sunt, conveniant, quod ipsum, divino sic favẽte Numine, brevi futurum est. Hæc ubi diceret statim, apparuit, eum nullis scripturis disputare velle, unde tacere jussus est. Ipse verò se demonstraturum esse promisit, quòd in hoc cœtu nihil de istis rebus agere liceret: Unde factum, ut denuo illi aures præbere dignati, sic pergentem audirent. Sinite, quæso, Domini colendissimi, ut quod dicere institui, paucis absolvam. Annis circiter decem aut tredecim Heidelbergæ degi, ubi nonnisi doctissimorum amicitias colui, & sectatus sum. Erat inter hos non infimo loco Doctor Jodocus quidam, Vir pietate gravis, quo cum non rarò amicè & splendidè convivatus sum, è quo tunc non semel audivi, nequaquam licere, ut quis de istiusmodi rebus disputationem instituat. Vera sunt, quæ dico. Disputare ergo nolo: Sed Episcopi edicto obtemperaturus sum ante omnia, deinde & Præposito Collegii obediam, etiam si illum (quod Dii avertant) nebulonem esse constaret. Quod non ideo dico, quòd illum virum bonum esse dubitem, sed ut illi parendum esse doceam, eo quòd à Deo huc constitutus sit. Ego quidem de his contentus sum. Certè ipse quoque ferè annis

triginta

triginta Eccleſiaſten egi, nec mihi Pontificum, Cardinalium, Epiſcoporum abuſus unquam placuere, & contra illos non ſemel conciones habui: Unum mihi hic dicendum reſtat. Jurisjuramenti religio, qua quis, dum in Canonicorum numerum tranſit, obſtringitur, cavet, ne quis de iſtis rebus diſputationem moveat. Pollicemur enim, nos nunquam contra ea aliquid molituros eſſe, quæ per majorem & prudentiorem Capituli partem decreta & ſtatuta fuerint. Juramenti ergo fidem ſalvam ſervabo & integram, quod ipſum & Zvinglius facere debebat. Cùm verò hæc & alia hujus generis multa contexere conaretur, ſermonem ejus interrupit Conſul, & Præſidibus, ne hujusmodi nugas miſceri paterentur, edixit. *Tom.* II. oper. Zvingl. pag. 625. Hæc quidem Hofmannus, animo à Reformatione alieno, qui & reliquorum, quibus ſancti Zvinglii conatus feſtuca erant in oculis, os fuit & patronus, ſed neque votorum numero, neque authoritatis pondere, prævalere poterat. Præpoſito Collegii, M. *Felici Frey*, Viro induſtrio & cordato, illud aliquandiu moleſtum erat, quod vereretur, ne cleri dignitas, & ipſa honeſtæ alimoniæ ſubſidia per Reformationem periclitarentur, ſi juribus ſuis cederet, tótque jurisdictionis, & abſolutæ (neque enim aliunde, quàm ab ipſo Imperio

perio Romano Præpositura hæc mandata accipere assueverat) administrationis privilegia Capitulum resignaret. Unde & pro immunitate à tot Imperatoribus & Regibus concessa, & decimarum jure acriter pugnavit. Extant adhuc de añis 1515. 1521. & 1526. instrumenta, quibus & immunitatem cleri, & vetera Imperatorum privilegia, per Carolum V. & alios confirmari Capitulum voluit. Et certè, metus hic alibi, in Diœcesi Constantiensi, fortè non fuisset prorsus inanis. Quoniam enim Hierarchia Ecclesiastica in apertam hinc inde transiit tyrannidem, illa etiam paulatim non ab Imperatoribus tantùm; sed & Nobilibus, Civibus, infimæ sortis hominibus ita contemta fuit, ut violentæ, ἀνεπαισχύντως hinc inde in clericos conjicerentur manus. Crevit quidem Prælatis animus, licentiam hanc anathematum fulminibus coercendi; quo verò cum successu, eventus probavit. Incidit hisce diebus in manus nostras formula proscriptionis & excommunicationis Hugonis, Episcopi Constantiensis, contra Bartholomæum Mejer, de Hagenav, & ejus complices; quæ quia nonnulla habet, quæ ad superioris Seculi Historiam pertinent, fortè nec ingratum curioso Lectori, nec à

scopo

scopo nostro alienum fuerit, si tota illa excommunicationis formula, alibi, quod sciam, non edita, hac occasione communicetur. *Hugo, Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Constantiensis, universis & singulis Monasteriorum Abbatibus, Prioribus, ac Religionum, & Ordinum, Conventuum & Domorum quarumcunque atque Ecclesiarum Prælatis personis, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Canonicis Collegiatarum, Parochialiúmque Ecclesiarum Rectoribus, Plebanis, Viceplebanis, Vicariis, perpetuis & loca tenentibus, eorundem Cappellanis, Altaristis, cæterisque Presbyteris & clericis curatis, & non curatis, Notariísque & tabellionibus publicis* per Civitatem & Diœcesin nostram Constantiensem ubilibet constitutis, ad quos præsentes pervenerit, salutem in Domino cum fideli præsentium executione: Officii nostri pastoralis debitum exequimur, cùm de vinea Domini Sabaoth evellenda evellimus, in eaque plantanda plantamus, recta regimus & dirigimus indirecta, quin imò debitum, quo nobismet & nostris adstringimur, exigit, ut adversus perfidos hostes & malefactores nostros insurgamus, & eorum molestias potestate nobis concessa comprimamus. Etenim nihil majus esse conspicimus

ntis

(NB.) *Sacerdotes & alios Clericos, Chriſti unctos, quibusdam à vero alienis, fictis & ſiniſtris aſſumtis occaſionibus, temeritate propria hoſtiliter perſecuti fuerint & perſequantur, in ipſos etiam Chriſti unctos DEI & Eccleſiæ ſuæ Miniſtros, Clericos & Sacerdotes prorſus inſontes & innocentes manus injicientes ſacrilegas, & temerè violentas, atque ipſos captivantes, abducentes, incarcerantes, deprædantes, diréque tractantes, & exactionantes eosdem prorſus notariè & manifeſtè:* Cùm tamen nos de noſtris ſubditis Eccleſiaſticis & ſecularibus ſibi juſtitiam minimè negaverimus, neque miniſtrare neglexerimus ſeu diſtulerimus, prout non negamus, neque negligimus, neque differimus, ſed deſuper atque etiam de ſtando juri ſemper praſtò fuerimus, prout ſumus, atque nos obtulerimus, prout offerimus. Et licèt dicti perditionis (NB.) & iniquitatis filii & eorum ſocii, auxiliatores, (NB.) protectores, defenſores, receptatores, ſubductores, & adhærentes, eisque favorem præſtantes, ſeu talia eorum ſcelera grata & rata habentes, *quorum plures* (NB.) *eſſe, non ſine cordis amaritudine percepimus*, reſpectivè ſententiam excommunicationis in tales ſacrilegas & violentas manus injicientes in clericos, à Canone generaliter promulgatam, aliásque cen-

que cen-

que censuras & pœnas in sacris Canonibus, & in Statutis nostris Synodalibus contentas, atque per Imperiales leges, & præsertim per constitutionem divorum Principum felicis memoriæ, Friderici, Romanorum Imperatoris, & ejus inclytæ prolis, Maximiliani, gloriosissimi Romanorum Regis moderni, de pace tenenda laudabiliter editam & roboratam, in tales rebelles arma propria sua temeritate sumentes, & Christi fideles, præsertim Episcopum, & personas Ecclesiasticas diffidantes, hostiliter persequentes, impugnantes & deprædantes, atque eorum *fautores* (NB.) *& tolleratores ipso facto latas & promulgatas incurrisse dinoscantur.* Tamen, cùm iidem filii Belial, præmissis posthabitis, in dictis censuris & pœnis sordescere non vereantur, & resurgere minimè curent, à cæptis non desistant; sed nos ac nostros in personis, & rebus nostris lædere diversimodè studeant, & hostiliter nos & nostros assiduè persequantur, tam notoriè & manifestè, ut hæc nulla penitus potuerint, vel possint tergiversatione celari. Nos itaque attendentes, nobis incumbere, & nobis ex dispositione juris concedi, ut in tali necessitate adversus tam sceleratos & perfidos hostes nostros, nos & nostros

ſtros utroque gladio, ſcilicet Eccleſiaſtico & temporali defendamus, & auxilium brachii ſecularis, quoniam neceſſe eſt, invocemus, & contra eosdem, ut pars læſa ſubnotato ordine procedamus, prædictos iniquitatis & perditionis filios, Bartholomæum Meyer de Hagnav, & ſuos complices præſpecificatos, atque alios quoscunque, qui nos, vel noſtros ſubditos, *Eccleſiaſticos ſeu temporales, ut præfertur, hoſtiliter perſecuti fuerint, percuſſerint,* (NB.) *verberaverint, captivaverint,, ligaverint, abduxerint, incarceraverint, deprædaverint, exactionaverint, aut in perſonis vel rebus læſerint, aut ſocij ac participes eorum fuerint, ſeu talia fieri mandaverint,* ſeu ipſis deſuper conſilium vel favorem dederint, aut hæc rata & grata habuerint, vel talia perpetrantes, vel perpetrare volentes ſcienter hoſpitaverint, receptaverint, occultaverint, aut defenſaverint, directè vel indirectè, manifeſtè vel occultè, quavis quæſita tergiverſatione, ſententiam excommunicationis, aliàsque cenſuras Eccleſiaſticas in tales, aliâs, ut præfertur, latas ſeu promulgatas incurriſſe, in his ſcriptis declaramus: Et in illis caſibus, in quibus per editos ſanctorum Patrum Canones, & per Statuta noſtra ſynodalia

tales censuras non subirent, ipsos & eorum quemlibet majoris excommunicationis & anathematis vinculo auctoritate nostra ordinaria præsentibus innodamus, nec non terras eorundem, & cujuslibet eorum, ut loca, ad quæ diverterint, seu aliquis eorum diverterit, quamdiu ibidem morantur, seu aliquis eorum moratur, atque post recessum ad tres dies per civitatem in præmissis culpabilem usque ad debitam satisfactionem dicta nostrâ auctoritate ordinaria, Ecclesiastico subijcimus interdicto: Ita tamen, quòd hujusmodi stante interdicto, inibi nulla sacramenta administrentur, nisi baptismus & pœnitentia, omnibus indifferenter; Eucharistia infirmis tantùm, & matrimonium sine solennitate contrahatur, ac inibi decedentibus Ecclesiastica denegatur sepultura. Quæ omnia & singula, vobis omnibus & singulis supradictis intimamus, Vosque & Vestrum quemlibet primò, secundò, tertiò, & peremtoriè, tenore præsentium requirimus & monemus. Et vobis nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet Canonica monitione præmissa, nisi paruerit, ferimus, in his scriptis districtè

præci-

præcipiendo mandamus, quatenus mox visis & receptis præsentibus nostris literis, postquam quoties & prout pro parte nostra vel subditorum nostrorum desuper requisiti fueritis, vel aliquis vestrum requisitus fuerit, easdem nostras literas, & in eis contenta solenniter publicando in vestris Monasteriis, Ecclesiis, & Capellis, singulis diebus Dominicis & festivis, infra Missarum, vel aliarum horarum divinarum solennia, dum ibidem populi multitudo convenerit, supra dictos, declaratos, excommunicatos, anathematisatos atque interdictos, *campanis pulsatis, & candelis accensis, demúmque extinctis, & in terram projectis, cruce erecta & religione induta, aquam benedictam aspergendo, ad fugandos (NB.) Dæmones, qui eos sic tenent ligatos, & suis laqueis cathenatos, orando, quòd Dominus noster Jesus Christus ipsos ad Catholicam fidem, & sanctæ matris Ecclesiæ gremium reducere dignetur,* nec eos in tali perversitate dies suos finire permittat, cum decantatione responsorii: *Revelabunt cœli iniquitatem Juda &c.* Et Psalmi: *Deus, laudem meam ne tacueris &c.* Et antiph. *Media vitâ in morte sumus &c.* Et his totaliter finitis, ad Januas Ecclesiarum vestrarum, una cum Clericis & Parochianis vestris accedendo, ad

do, ad terrorem, ut dicti declarati, excommunicati, anathematisati, *& interdicti eò citiùs resipiscant, tres lapides versus loca habitationum suarum projiciendo in signum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Chore, Dathan, & Abiram, quos terra sustinere non potuit, sed justo Dei judicio absorbuit, ut in infernum descenderent viventes:* Etiam, post Missam, & in vesperis, aliisque horis, sermonibus & prædicationibus publicis & aliis locis opportunis taliter declaratos, excommunicatos, anathematisatos, & interdictos, solenniter publicetis & denuncietis, atque arctiùs vitetis, & ab aliis publicari, denunciari, & ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari faciatis, & permittatis, donec & quousque aliud à nobis vel superiore nostro super hoc receperitis in mandatis. Et nihilominus omnes & singulos Christi fideles utriusq; sexus homines & præsertim familiares & servitores dictorum declaratorum, excommunicatorum, anathematisatorum, & interdictorum, modo & forma præmissis moneatis & requiratis primò, secundò, tertiò & peremtoriè, prout & nos tenore præsentium monemus & requirimus eosdem, ipsis & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommuni-

cationis

cationis pœna injungentes, quatenus juxta sex dies monitioni & requisitioni hujusmodi vestris proximos, quos sex dies ipsis & eorum cuilibet pro canonica monitione assignetis, prout nos assignamus, ac participatione, communione, familiaritate, & servitio dictorum declaratorum, excommunicatorum, anathematisatorum, & interdictorum desistant, nec eis serviendo, stando, sedendo, ambulando, loquendo, salutando, hospitando, comedendo, bibendo, molendo, coquendo, cibum, potum, aquam, ignem ministrando, aut aliquo alio humanitatis solatio, præterquam in casibus & personis jure permissis, & concessis participare præsumant, seu aliquis eorum præsumat. Et si contrarium fecerint nos in eos, & eorum quemlibet cum ipsis declaratis, excommunicatis, anathematisatis, & interdictis rebelliter participantes, seu communicantes ex tunc prout ex nunc, & legitima dicta sex dierum Canonica monitione præmissa, excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis atque promulgamus, vobis omnibus & singulis supradictis & vestrum cuilibet sub prædicta excommunicationis pœna, modo & forma præmissis, distri-

ctè præcipiendo mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis festivis in vestris Ecclesiis, Monasteriis & Cappellis, juxta Missarum & aliarum horarum præmissarum solennia præfatos Christi fideles, familiares & servitores, atque alios, qui cum dictis, declaratis, excommunicatis, & anathematisatis, ac interdictis, contra præmissa rebelliter participaverint, vel communicaverint, excommunicatos tam diu denuncietis, & ab aliis, quantum in Vobis fuerit, denunciare & à Christi fidelibus arctius evitari faciatis, permittatis, & viretis, donec & quousque absolutionis beneficium à nobis aut Superiore nostro obtinere. Atque insuper in omnibus & singulis civitatibus, terris, oppidis, castris, villis, suburbiis, Parochiis, & quibuscunque aliis locis nostræ Diœces. Constant. de dominio temporali prædictorum declaratorum, excommunicatorum, anathematisatorum, & interdictorum existentibus, & aliis locis ejusdem Diœces. ad quæ ipsis vel aliquis ipsorum diverterit, seu diverterint, quamdiu inibi moram fecerint, vel fecerit, & post recessum ad tres dies cessetis, & cessari faciatis apertis ianuis, & in populi præsentia à divinis. Et nihilominus Vos omnes

omnes & ſinguli ſupra dicti, ut jura concedunt, Vobismet ipſis perſpicientes, ac circumſpicientes, & dictos noſtros & veſtros hoſtes & malefactores ſubtiliter obſervantes, & in oculis tenentes, atque etiam ſi neceſſe fuerit, aſſumtis armis, vos veſtráque defendendo ipſos verberantes, capientes, comprehendentes, tamen ad vindictam, vel pœnam ſanguinis non intendentes, & de illo expreſsè proteſtantes in dictis Monaſteriis, Eccleſiis, Cappellis veſtris, & aliâs euntes, ubi propterea fuerit eundum, omnes & ſingulos poteſtates, conſiliarios, Burgimagiſtros, Conſules, Scabinos, Rectores, & officiales jurisdictionem temporalem exercentes Diœceſ. noſtræ, auctoritate noſtra ordinaria requiratis, quos & eorum quemlibet, tenore præſentium requirimus & monemus primò, ſecundo, tertiò, & peremtoriè, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam in eos, vel eorum quemlibet, Canonica admonitione præmiſſa, niſi fecerint, quæ mandamus, ferimus, in his ſcriptis diſtrictè præcipiendo mandetis, quibus, & eorum cuilibet nos mandamus, quatenus juxta ſex dierum ſpatium publicationi præſentium atque

que requiſitioni, & admonitioni hujusmodi veſtris proximum, quorum ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos pro tertio, & peremtoriè, ac monitione Canonica,eis aſſignetis, prout & nos aſſignamus, ipſi omnes & ſinguli, quorum auxilium brachii ſecularis invocamus contra dictos declaratos, excommunicatos, anathematiſatos, & interdictos per captionem, invaſionem, incarcerationem & detentionem corporum, rerum, & bonorum inſurgant, & alios inſurgere faciant, & permittant *Nec non perſonas, res & bona eorum invadant, incarcerent, & in cuſtodia teneant, arreſtent, occupent per ſe, vel alium aut alios, & quilibet eorum capiat, invadat, incarceret, cuſtodiat, detineat, arreſtet, & occupet, & eosdem, ſi neceſſe fuerit, adſtringant & compellant etiam manu forti & potenti, abſque tamen gravi læſione perſonarum ſuarum, donec & quousque nos & noſtri de ipſis ſatisfactionem & juſtitiam conſequamur expeditam. Et ſi aliquem eorum taliter detineri contigerit, Vobis, id & totius rei geſtæ ſeriem velociſſimè intimare non obmittatis, & quilibet veſtrûm quomodolibet ut præfertur, fulminatorum & manifeſtè ſeu occultè incurſorum, inferioribus nobis, præterquam in mortis articulo prorſus interdici-*

terdicimus, declaramus, denunciamus, atque decernimus, eos, qui in aliquo casuum prædictorum fuerint à dictis censuris in mortis articulo etiam eatenus rite & canonicè absoluti, nisi postquam pristinæ restituti fuerint sanitati, quàm citò commodè potuerint, in casibus Papalibus conspectui Romani Pontificis, & in casibus potestatis nostræ ordinariæ etiam Romani Pontificis, vel nostro conspectui se præsentare curaverint, satisfactionem debitam impensuri, in easdem censuras se incidere ipso facto. In quorum omnium & singulorum fidem &c. Constantiæ in aula nostra Episcopali anno à Nativitate Domini 1499. die 15. Novemb. Indict. II. atque adeò eo tempore, quo cleri authoritas ubique jam cadere cœpit. Quid enim & exeunte seculo XV. & ineunte XVI. tentatum hinc inde fuerit contra Pōtificos ipsos, Sacerdotes; quàm nullo habitæ loco citationes, præscriptiones, excommunicationes: Quàm læsæ Pontificiæ Majestatis accusati, ad defendendum parati fuerint rei. Quàm Magistratus quoq; noster, ut Clerus in officio contineretur, fuerit attentus, fusiùs alibi ostendimus. Et illud quidem *Hist. Eccles.* Sec. XV. p. 995. & cum primis Sec XVI. p. 623. Hoc verò *Anal.* P. I. p. 74.

CAP. IV.

CAP. IV.

Brevis confirmatio, de Reformatorum *triplicis* vocationis.

Breviter denuo ostenditur 1. Reformatores, quâ Christianos, perturbato Ecclesiæ Statu potuisse officium facere. 2. Nihil ita ordinario derogari Ministerio. 3. Speciali Vocationi nihil detrahere, vel quòd sub Papatu fuerint vocati, vel alia vocantium mens fuerit, vel quòd Magistratus suam in Controversiarum decisione interposuerit authoritatem. Conradi Fabricij sermo ad Proceres Tigurinos. Reformatio Amplissimorum Procerum Tigurinorum defenditur exemplo tum aliorum V. & N. T. Principum, tum verò maximè Iosiæ, cuius Reformatio nostra confertur in antecedentibus, connexis, & consequentibus, Qua occasione philologicum instituitur examen nobilissimi Capitis 23, lib. 2. Regum. Testimonia vocatione Zvvinglii ad Reformat.

I. Ostendimus, in thesi, Reformatores nostros vocationis suæ generalis jus, ex eo, quòd Christiani fuerunt, asseruisse; *Specialis* ex ordinaria Superiorum ordinatione; *specialissima*, ex eorum, penes quos

quos summa rerum erat, publica dispositione: Ad ea nunc vocationis legitimæ in hypothesi accedemus γνωρίσματα, quæ Dominica nobis & Apostolica tradita authoritate, rimam, excipiendi omnem obthurabunt; cui tamen, ἀσφαλείας ἕνεκα, brevem præmittimus dictorum confirmationem,

a. Repetimus ergo breviter, Reformatores, etiam laicos, quâ Christianos, turbato Ecclesiæ statu, suum facere officium, Deoque in repurgatione doctrinæ probare potuisse pietatem, ostendere judicio suo discretivo, non hanc esse vocem Christi, quam audire juberentur oves, quæ hactenus prodiisset Româ: Unum enim idémque & Pastores & oves, summum agnoscere debèbant Magisterium. Quo tamen differentiam inter Pastores, Doctores, & Auditores, minimè tollimus: Multò minus munia illa, quæ Paulus ad *Ephes.* 4. v. 11. à Christo instituta fuisse memorat. Manere debet ordo Christi usq; ad secundum Ejus adventum: Nec Privati homines in publicas involare debent functiones, & publicè docendi provinciam, non vocati suscipere, nec id quisquam Reformatorum promiscuè promiscuo vulgo tribuit, quod falsò Adversarii

nostris impingunt. Agnoscimus, ex hypothesi ordinationis divinæ, Ministerii Ecclesiastici necessitatem, de qua ex professo egimus *Ennead. disput Heidelb.* disp. 4. Placuit enim DEO per stultam prædicationem salvos facere, credentes, 2. *Cor.* 1. 21. Sed restricta est hæc prædicatio verbo DEI. Legati sunt Ministri, 2. *Cor.* 5. 20. Nihil ergo proferant, quod divina non jubet instructio. Et quemadmodum illi Legati non sunt fide digni, qui instructionum suarum instrumenta vel non possunt ostendere, vel eadem violant; ita in salutis negotio audiendi non sunt, qui alterutro laborant nævo. Sive jam satelles, sive alius minister fraudem detegat, parum refert. Ridiculum esset, qui ad hæreditatem ineundam aliquem invitaret, cui, hæredem nominatum in Testamento, non posset indicare; ita illi, qui ad communionem Testamenti Christi nos vocant, palam facaint, Testatoris se mentem assequi. Magna apud veteres Judæos summi Sacerdotis fuit authoritas, sed ubi κωφὸν πρόσωπον se obtrusit, aut μορμωλύκειον, vel abjectissimus quilibet ei præferebatur Idiota. Unde tritum illud אמרו חכמים ממזר תלמיד חכם חשוב מכהן גדול עם הארץ

חארץ יקה היא מפנינים *Dicunt sapientes: Spurius sapiens præstantior est Sacerdote magno Idiota*, q. d. Præstat *illa* (sapientia) *unionibus*. Audiẽdi nempe sunt Sacerdotes, quamdiu, velut Angeli, DEI voluntatem nunciant, *Malach*. 2. v. 3. ultrà non. Esse ex eruditis, qui contra Episcoporum successionem, & vocationem ordinariam externam, ex antiquitate excipiant, nec Romam adiisse, vel χειροθεσίαν admisisse semper, qui meliorem, optârunt religionis Statum; nec vel deesse hodie, vel defuisse olim inter Pontificios, qui sacra à laicis peractaprobarent; suprà, aliorum verbis monuimus. Nobis, salvo semper ordine Ecclesiastico, distinguere, inter Ecclesiam integram, & corruptam, tutiùs placuit: *Illa*, ordinata, ordines suos habuit; *hæc*, confusa, præter ordinem consuetum & humanum, eos admisit Ministros in terris quos Deus destinavit in cœlis. Ut ergo, qui Christiani & sunt, & haberi volunt, Christianorum jure privari non possunt; ita frustra, ubi Christus cum Evangelio foris esse jubetur, quæritur, quâ Ille revocetur authoritate, quo sine nec spes nobis superest, nec vita. Hæc καὶ ἀνακεφαλαίωσιν de *Vocatione generali*. *Specialis vocationis* instrumenta eorum produximus, quæ in controversiam vocari non possunt.

Dixeris: Vocatos quidem Reformatores fuisse sub Papatu, verùm, ex quo defecerunt, vocationem ipsorum exspirâsse. At falsò accusantur defectionis. Nec enim defecerunt ab Evangelio, ad quod prædicandum etiam in Papatu vocati sunt; sed à corruptione Evangelii. Planè, ut olim Cathedram Mosis, quam Pharisæi verbis sesquipedalibus jactârunt, non deseruerunt illi, qui, Pharisæorum exemplo, suis eam ubique non polluerunt traditionibus.

Nec est, cur clamitent, *illos vocatos fuisse ad prædicandam doctrinam Ecclesiæ Romanæ:* Cùm enim doctrinam suam Romani sub titulo Evangelii comprehendant, cur Minister, ubi animadvertit, illam in rei veritate alienam esse ab Evangelio, eidem jure vocationis suæ contradicere non potuerit? Etsi igitur ab Ecclesia Romana defecerint, à vocatione tamen sua non defecerunt.

Instes: *Aliam tamen mentem fuisse vocantium?* Fuerit: Modò hæc intentio fuerit omnia gubernantis Dei. Etsi clara sint verba instrumentorum: Si mentali reservatione aliud fuit sub doloso pectore abditum, æquivocatores viderint. Et asina olim Bileami Pseudoprophetam in ordinem redegit, nescia quid loqueretur; & summus Pontifex de Christi passione prædixit,

dixit, quæ ne intellexit quidem; *Joh.* 11, v. 51. Nonne & in cura gregis aliam hominum, aliam DEI reperias mentem & metam? Furfur traditionum, imò virus sæpè miscere jubeant gregis inspectores pabulo; declinat tamen, Spiritus S. ductu, quod periculosum, quod exitiale est, ovicula, eo contenta, quod ad salutare alimentum sufficit. *Esto*, inquit magnus Camero, Prælect. de Eccles. pag. 266.) *DEUS voluerit perpetua quadam serie continuari Pastores, non sequetur inde, Pastores istos fuisse ejusmodi pastores, qui oves non duxerint in ea pascua, quibus cicuta, & acconitum nascatur. Jam verò non est planè aliquid extraordinarium, imò ordinarium potiùs est, ut quod faciunt belluæ, homines facere possint, præsertim Christiani, qui Spiritû DEI ducuntur: Atqui belluæ aut leviter attingunt, aut ne attingunt quidem ea, quæ pugnant cum natura sua. Quis igitur miretur, si oves Christi à Pastoribus ductæ in ea pascua, in quibus multa bona erant, admixta, multa item lurida, tamen usæ sint pastoribus suis.*

De *Specialissima vocatione* ad reformandum rem clarissimam esse, prolixè modò ostendimus.

Prima tamen in ea debentur Magistratui Politico? Aliud, Capite superiori, à nobis monstratu.

Sed quid si debeantur? Hoccine verò vel novum, vel absurdum? Moses, Josua, Samuel, David, Salomon, Ezechias &c. suo præiverunt exemplo, in Testamento veteri: In novo Constantinus, Theodosius &c. quid officii sit Magistratus, Ecclesiæ nutritii, ubi luxata aut confusa est religio, aut ubi Hierarchia insolescit. Audi, ex disput. Tigurina secunda. *Conradum Fabricium.* Virum optimum & doctissimum oper. Zvingl. c. II. p. 644. *b. Magistratûs erit, forti animo in hoc esse, ut Christi verbum & doctrina integra manere possit. Olim quoq; idem factum esse videmus, ut nimirum Episcopi Evangelicæ doctrinæ præconibus se se opposuerint; sed secularis Magistratûs potentiâ iydem illi defensi sunt, ut* Act. 23. *videre licet. Cùm enim Paulus Pontifici sisteretur, Christi doctrinam sibi commissam enarravit, præcepitq;. Pontifex Paulo assistentibus, ut os ejus percuterent. Et quidam è Pontificis assentatorum numero devoverunt se in illius gratiam, quòd nec cibum, nec potum sumturi essent, nisi Paulum occidissent. Sed Centurionis opera servatus, & ad Felicem Præsidem transmissus est, ut Episcoporum manus elabi posset. In eam miseriam deventum est P. C. ut qui inter Ecclesiasticos potentia & authoritate valent, Sacerdotum turbam inopem, instar militum ablegá-rint,*

rint, ut ipsi sibi de cibo potúque prospiciant. Ut enim si hi ulterius vim suam extendentes prædas agere, & vicinos in universum spoliare inceperint, multis tamen spoliatorum querelis Imperatores moveri possunt, ut miseris subveniant, hoc unum veriti, ne si militum ferociam coërcere instituant, illi aut majus stipendium sibi dari velint, aut se castris exituros esse minitentur. Ita miseros & inopes Sacerdotes, ab Episcopis, Abbatibus, Præpositis & Collegiis ablegatos esse vidimus, ut illi sibi quoque modo prospiciant. Hi enim decimis in universum sublatis, vix unde murem pascere liceat, Parochis relinquunt. Unde hi necessitate compulsi votiva, Missarum, & remissionis, aut absolutionis nundinationes, & alia hujus generis nummorum aucupia excogitârunt. Et inter concionandum veritas reticenda fuit, ne quid lucri decideret. Quòd si verò querelæ ad Ecclesiasticorum primates delatæ sunt, eorum, quibus nimium videbatur decimas simul persolvere, & suo ære & sumtu Sacerdotem aut Parochum alere, qui tamen Evangelij doctrinam non annuntiet, primates tamen illi, nec impias nundinationes probibere, nec Evangelium prædicari voluerunt. Non ignorabant enim homines astutissimi, Christum, Regem, per Evangelium in regnum suum restitui, illum verò ipsorum tyrannidem & impias imposturas nullo

modo ferre posse. Quapropter, cùm qui Spirituales dici volunt, Christum, quo minus restituatur, impediant, ipsa necessitas postulare videtur, ut secularis Magistratus hoc negotij sibi vendicet. Possem hic aliquot enumerare terrenos Principes P. C. qui regnis patriis ejecti, per vos pecuniæ causa restituti sunt. Quin igitur Christum quoque, divini nominis gratiâ, ita restituere conamini, ut is solus intra ditionis vestræ limites adoretur, colatur, & invocetur; Ut denique in nobis is solus regnet, & is â vobis, vestrisque omnibus judicetur, quem DEUS cœlestis Pater ipsum constituit, unicus nimirum Mediator, Salvator & Redemtor; Viros ergo vos præbete, & invicto animo opus illud aggredimini. Hic enim verus & justus divorum cultus est, si Christo omnis transcribatur gloria, si huic denique omne, tam in divos, quàm in creaturas omnes dominium permittatur. Multi quidem divos negligi & illorum honorem extenuari queruntur. Ego quidem Christum potius extenuari queror, ut nimirum talis non æstimetur amplius, qualem hunc cœlestis Pater esse voluit, ut denique frustra mortuus videri queat, & à Mediatoris officio sit repulsus: Cùm interim contra DEI præceptum divi huic præferantur. Atqui nihil fieri potest, quo divorum in nos ira magis provocetur. Spirituale

enim

enim hoc furtum est, per quod DEO honor suus ereptus in divos confertur. Quod si Christum omnium Regem & Dominum homines agnoscerent, ut nimirum tranquillè inter nos regnare, & opus suum in nobis proficere posset, haud dubiè fraterna quiete, Christiana pace, & divina gratia hic nobis tutò frui, & abhinc vita æterna potiri liceret. Hæc fortissimus ille Commendator Küsnachtensis, de quo *Bibl. Tigur.* pag. 93. Quàm verò graphicè nobis mysterium iniquitatis depingit? Ostendit, ita malè clerum suum fecisse officium, ut Magistratus implorandum fuerit, Veterum exemplo, patrocinium. Clericorum vel arrogantia intolerabili, vel supina desidia, vel inexplebili argentangina factum, ut Christus, proptér lucrum & offas porcinas, veluti à Gadarenis, limitibus fuerit proscriptus. Eos; qui initio, ut communi humero portarent tabernaculum, erant constituti; officii paulatim immemores, mundum spectâsse & mundana, rem suam auxisse, & ne uni quidem, quæ omnibus initio destinatæ erant, de decimis tantum reliquisse, ut aliunde stipendium suum aut victum emendicare non cogeretur. Hinc Plebanatûs novum εὕρημα, quo & laboribus sublevari, & sumtuum magnum facere poterant Canonici

compendium. In quo vel propterea planius enarrando fuimus occupati, ut observaret posteritas, quid distarent æra lupinis, & quàm multæ undique concurrerint causæ non dogmata modò, & ritus, sed & regimem mutandi Ecclesiasticum.

Hæc verò monumenta meritò æstimari à nobis debent, tum quòd, quibus pedetentim artibus omnia in pejus lapsa sint, evidentissimè iis evincatur, tum quòd, qui ipsi calamitatem superioris ætatis non vidimus aut sensimus, ex aliorum tamen fide dignissima relatione, quàm malè cum Majoribus nostris fuerit actum, discamus; tum denique, ut generosa & mascula Antecessorum pro Christo, pro veritate ejus testimonia, posteritati nostræ magis magisque placeant. Et sanè, hæccine Christianus Magistratus audiverit, viderit, ea tamen emendata noluerit? In Ezechiæ regimine laude dignissimum erat, quòd *amovit excelsa, fregitque statuas, & excidit lucum; contudit etiam aneum serpentem, quem fecerat Moses, eo quòd usque ad dies illos Israelitæ adhærebant ei, quem etiam* Nechuschtanem *vocavit*; quòd in Jehova DEO Israëlitis fiduciam habuit, 2. *Reg.* 18. 4. 5. Cur Magistratui Tigurino, qui idem planè (aut detur vel umbra disparitatis,) fecit, fraudi

fraudi aut vitio sit? Cùm liber legis à Chilkiia, Sacerdote, Scaphano Scribæ traderetur, *qui coram Rege Josia eum legit; laceravit Rex vestimenta sua, quod videret iram Domini in se & suos accensam, eò quòd non auscultarent Patres verbis legis, ut facerent omnino, prout præscriptum erat illis; 2. Reg. 22. v. 8.*—13. Quid majoribus nostris animi fuisse existimas, cùm audirent Legem Dei tàm diu amissam, repertam tandem? Imò ipsum Christum, veluti in exilium ejectum, revocandum? Vix lecto Legis libro, & voluntate Dei inde perspecta, misit Josias, Rex, qui congregarent ad se omnes seniores Jehudæ & Jeruschalaimorum, ut de Reformatiõe cogitaretur. Cur nostri frigidiores aut cunctantiores fuissent?

Vrgeas: Illud tamen semper manet; qui scrupulus & Hofmannum, Antecessorem Zvinglii in Plebanatu acriter torsit: *Zvinglium iuramento obstrictum nulla moliri fuisse ausum nova, nihilque temerè retractare, quod vel à maiori vel saniori parte Capituli fuisset decretum.* R. 1. Quid si verò temerè juràsset? Contra Deum, ejúsque verbum iniquitatis vinculo se obstrinxisset, an solvere se & eximere non potuisset? Herodis exemplum docet, turpe esse illicita jurare; turpius jurata servare. Eleganter Hebræi monue-

 runt,

runt, verbum נשבע quod *jurare, juramentum præſtare* ſignificat, reciprocam habere notionem, quæ nexum inter DEUM Creatorem, cui juratur; & creaturam, quæ jurat, religioſum exprimat. Quòd ſi jam reciprocationis illius non habeatur ratio, ſi vel in materia, vel forma peccetur, adeoq; eſſentialiter, eo ipſo vinculum nullum eſſe, ex præſcripto & Idea voluntatis divinæ æſtimandum. Certè, juramento ſe ad Idololatriam, homicidia, furta obſtringere, impium eſt; ea verò, ligaminis obtentu, patrare velle, ſceleratum & flagitioſum. Sed & *ſecundò*, nihil habent Statuta Collegii, aut formula juramenti, quæ à propoſito Zvinglium deterrere potuiſſent. Ipſa iterum examinemus recentiſſimorum Statutorum verba (quæ anno 1520. d. 27. Junii à Præpoſito & Capitulo noviſſimè concepta erant, unóque adeò anno, antequam Zvinglius in Canonicorum numerum reciperetur,) verba in quibus juramenti formulam ſequentem Canonicis præſcripſerunt: *Item commodum, honorem & utilitatem Eccleſiæ noſtræ pro nôſſe & poſſe promovebo, damna & incommoda Eccleſiæ præcavebo. Item: Statuta dicta Eccleſiæ edita & edenda, & laudabiles conſuetudines, cum omni diligentia obſervabo. Item ſingulis Capitulis & con-*

& congregationibus, dum vocatus fuero, interero, méque non absentabo absque licentia Præpositi, aut ejus locum tenentis, sub amissione proximæ præsentiæ deserviendæ; sed consilium fidele justum & probum, pro mea facultate & intelligentia, semper dabo. Item, secreta capituli nemini revelabo, ex quibus revelatis possit oriri indignatio, odium, damnum aut scandalum. Item munera quoque, quæcunque fuerint a personis ad beneficia & officia ad Ecclesiam nostram eligendis quibuscunque seu promissionis munere ab eisdem, vel à mediis personis non recipiam: Sed omnes peractiones atque conventiones quascunque Simoniacas evitabo, Statuto & consuetudine, de novo Canonico sive expectante, salvis: Item quòd à majore parte Capituli, aut saniori conclusum capitulariter extiterit, temerariè non retractabo. Item, omnia præmissa fideliter & diligenter observabo, & observari procurabo, dolo & fraude in iis omnibus semotis, sic me Deus adjuvet; & sanctorum Evangeliorum conditores. Hoc, dubio procul, juramentum illud fuit, quo Hofmannus existimabat, se compedes Reformatoris cursui injecturum. Sed quod tandem illud est, quod non vel currenti Zvinglio addiderit calcar? jurat Zvinglius 1. se *pro nôsse commoda Ecclesiæ Tigurinæ promoturum.* Quid noverit, & quàm solidè noverit, multa,

multa, quæ injuriâ temporis irrepserunt, emendanda, & suprà aliorum prolixé verbis T. VI. indicavimus, & κατ' ἐπιτομὴν jam ex Successoris *Bullingeri*, sermõe de functiõe Prophetica, die Caroli 1532. habito, recitare licebit: *In Huldrico Zvinglio*, inquit, *Præceptore nostro, Viro clarissimo, semel & absolutè reperias, quicquid in vero Propheta Dei requiras. Apud Rhetores quidem Gentilium nondum perfectus aliquis orator repertus est; sed Zvinglius noster Propheticam cyclopædiam adeò absolvit, ut nihil in eo desideres, etiam si vitæ conversationem spectes, nihil inamœnum, aut indecorum invenias. Nescio enim, si hoc homine viderit orbis aut humanius, aut sanctius: Si mores hominis perpendas, si maximarum rerum administrationem spectes. Dictio erat candida, pura, perspicua; & minimè adfectata, aut ad fucum composita. Omnia plana, & quorumvis exposita oculis, neque hîc jacebat, aut humi reptabat quicquam, omnia vivebant, & robore quodam compacta, ultro sese amabili quadam vi in Auditorum ingerebant animos. Judicium autem in Scripturis habebat candidum, acre, sanctum, & incomparabile. Mira illi in eruendis Sacrorum arcanis dexteritas. Mira in tractandis simplicitas & facilitas. Mira & in reddendis ex aliena lingua proprietas & perspicuitas. Testa-*

mur

mur hac in re lucubrationes ejus in Esajam, & Jeremiam adornatas veriùs, quàm scriptas Testamur & fragmenta alia, quæ nobis ex doctissimorum quorundam Virorum diligentia restant. Ex quibus æstimamus, ceu ex ungue leonem, quantus hic in exponendis sacris fuerit, & in refellendis erroribus, quis unquam laboravit feliciùs, quis circumspectiùs aut eruditiùs? Per hunc virum restituit nobis Deus Ecclesiæ suæ gloriam. Unus enim restituit Testamenti & æterni fœderis capita; obsoletáque renovavit. Post alia: *Quis unquam vel ex vetustis, vel ex neotericis disputavit veriùs & clariùs? Quis Antichristi regnum quassavit fortiùs? Quis omnem errorem & superstitionem subruit constantiùs? Nemo hoc homine collegit nervosiùs; nemo telum in adversarium torquet acrius, aut exceptum retorquet mirabilius. Est enim hac in re ultra communem hominum sortem admirabilis. Quis verò delectat urbaniùs? quis movet efficaciùs? quis laudat candidiùs? quis suadet graviùs? quis hortatur ardentiùs? omnia in hoc homine summa &c. In hoc hoc homine ardens amor justitiæ flagrans æquitatis studium, & inexplebilis patriæ felicitatis cupiditas fuit: Contra verò summum in flagitiosos, & extremum in flagitia odium.* Adde ejusdem Bulling. Hist. Reformat. Msc. & de Episcop. instit. & funct. l. II. p 157.

quid hic Zvinglius, quòd toti Collegio se adjunxerit, causamque communem egerit, violati juramenti reus sit? Cæteri juramenti articuli vindicijs non egent; quòd ad rem illi parùm faciant, nec sit, qui eo nomine litem Reformatori intenderint. De articulis p. 33. memoratis postea agemus.

II. Ad Josiæ, Regis Judæ exemplum redimus; quod, valde memorabile, non Ideam modò nobis exhibet pii Principis; sed & normam exactissimæ Reformationis præscribit: Utque commentum, sacrorum curam ad Magistratum non pertinere, eludamus, parallelismo instituto, veterem illam Josiæ, nostræ respondere, per partes indicabimus, Reformationi.

Alibi ostendimus, magnam esse affinitatem inter Reformationem Constantinianam & nostram: Vide *Hist. Eccles.* Sec.IV.p.225. Illa novi Test. fuit; aliam nunc, ex veteri, promamus, ut ore duorum testium hæc etiam res, magni utique momenti, confirmetur.

III. Consistunt autem hæc παράλληλα, in Antecedentibus, Connexis, & Consequentibus.

A In

A. In *antecedentibus* ergo occurrit 1. *Vita vel Antecessorum, vel propria anteacta.* Josiæ avus fuit Menasse, Pater Amon: uterque Idololatriæ crassissimæ mancipium. Uterque Deos stercoreos coluit, ut loquitur Scriptura, 2. *Reg.* 20. 28. Ambulavit in tota illa via, quam ambulavit Pater ejus: *Ib.* Nepos quidem, Josias, octavo ætatis anno regimini admotus, pietatis laudem habet; pueri tamen vel inviti aliena illa numina sauciare poterant, & oculos, & pectus. Quæ Reformatoribus nostris aliquandiu religio fuerit, ex *Zvinglii*, aliorúmque querelis satis est manifestum. Consules Urbis, Reformationis tempore, *Felix Schmidius*, & *Marcus Roestius* erant. Non avita tantùm illi placuerunt sacra; sed & cùm novus Confessionalium apparatus nostras etiam oras fascinare cœpisset, inter primos fuit *Schmidius* noster, qui per Oratorem, cum aliis, Romæ eum fuit mercatus. Exemplar ex autographo tale est: *Beatissime Pater, ut animarum saluti devotorum Oratorum Vestrorum Jacob Meyss, Oratoris oppidi Thuricensis, primi Cantonis Confœderatorum, ad Sanctitatem Vestram, Felix Schmid, ejusdem oppidi Magistri Civium, Johannis Gross, Secretarij oppidi Turicensis, Marti Rüssinger, Wal-*

 beri

Dixeris: Vocatos quidem Reformatores fuisse sub Papatu, verùm, ex quo defecerunt, vocationem ipsorum exspirâsse. At falsò accusantur defectionis. Nec enim defecerunt ab Evangelio, ad quod prædicandum etiam in Papatu vocati sunt; sed à corruptione Evangelii. Planè, ut olim Cathedram Mosis, quam Pharisæi verbis sesquipedalibus jactârunt, non deseruerunt illi, qui, Pharisæorum exemplo, suis eam ubique non polluerunt traditionibus.

Nec est, cur clamitent, *illos vocatos fuisse ad prædicandam doctrinam Ecclesiæ Romanæ:* Cùm enim doctrinam suam Romani sub titulo Evangelii comprehendant, cur Minister, ubi animadvertit, illam in rei veritate alienam esse ab Evangelio, eidem jure vocationis suæ contradicere non potuerit? Etsi igitur ab Ecclesia Romana defecerint, à vocatione tamen sua non defecerunt.

Instes: *Aliam tamen mentem fuisse vocantium?* Fuerit: Modò hæc intentio fuerit omnia gubernantis Dei. Etsi clara sint verba instrumentorum: Si mentali reservatione aliud fuit sub doloso pectore abditum, æquivocatores viderint. Et asina olim Bileami Pseudoprophetam in ordinem redegit, nescia quid loqueretur; & summus Pontifex de Christi passione prædixit,

dixit, quæ ne intellexit quidem; *Joh.* 11, v. 51. Nonne & in cura gregis aliam hominum, aliam DEI reperias mentem & metam? Furfur traditionum, imò virus sæpè miscere jubeant gregis inspectores pabulo; declinat tamen, Spiritus S. ductu, quod periculosum, quod exitiale est, ovicula, eo contenta, quod ad salutare alimentum sufficit. *Esto*, inquit magnus Camero, Prælect. de Eccles. pag. 266.) *DEUS voluerit perpetua quadam serie continuari Pastores, non sequetur inde, Pastores istos fuisse ejusmodi pastores, qui oves non duxerint in ea pascua, quibus cicuta, & aconitum nascatur. Jam verò non est planè aliquid extraordinarium, imò ordinarium potiùs est, ut quod faciunt belluæ, homines facere possint, præsertim Christiani, qui Spiritû DEI ducuntur: Atqui belluæ aut leviter attingunt, aut ne attingunt quidem ea, quæ pugnant cum natura sua. Quis igitur miretur, si oves Christi à Pastoribus ductæ in ea pascua, in quibus multa bona erant, admixta, multa item lurida, tamen usæ sint pastoribus suis.*

De *Specialissima vocatione* ad reformandum rem clarissimam esse, prolixè modò ostendimus.

Prima tamen in ea debentur Magistratui Politico?

Aliud, Capite superiori, à nobis monstratu.

 Sed

Sed quid si debeantur? Hoccine verò vel novum, vel absurdum? Moses, Josua, Samuel, David, Salomon, Ezechias &c. suo præiverunt exemplo, in Testamento veteri: In novo Constantinus, Theodosius &c. quid officii sit Magistratus, Ecclesiæ nutritii, ubi luxata aut confusa est religio, aut ubi Hierarchia insolescit. Audi, ex disput. Tigurina secunda. *Conradum Fabricium.* Virum optimum & doctissimum oper. Zvingl. c. II. p. 644. *b.* *Magistratûs erit, forti animo in hoc esse, ut Christi verbum & doctrina integra manere possit. Olim quoq; idem factum esse videmus, ut nimirum Episcopi Evangelica doctrina praconibus se se opposuerint; sed secularis Magistratûs potentiâ iydem illi defensi sunt, ut* Act. 23. *videre licet. Cùm enim Paulus Pontifici sisteretur, Christi doctrinam sibi commissam enarravit, pracepitq;. Pontifex Paulo assistentibus, ut os ejus percuterent. Et quidam è Pontificis assentatorum numero devòverunt se in illius gratiam, quòd nec cibum, nec potum sumturi essent, nisi Paulum occidissent. Sed Centurionis opera servatus, & ad Felicem Prasidem transmissus est, ut Episcoporum manus elabi posset. In eam miseriam deventum est P. C. ut qui inter Ecclesiasticos potentia & authoritate valent, Sacerdotum turbam inopem, instar militum ablegârint,*

rint, ut ipsi sibi de cibo potúque prospiciant. Ut enim si hi ulterius vim suam extendentes prædas agere, & vicinos in universum spoliare inceperint, multis tamen spoliatorum querelis Imperatores moveri possunt, ut miseris subveniant, hoc unum veriti, ne si militum ferociam coërcere instituant, illi aut majus stipendium sibi dari velint, aut se castris exituros esse minitentur. Ita miseros & inopes Sacerdotes, ab Episcopis, Abbatibus, Præpositis & Collegiis ablegatos esse vidimus, ut illi sibi quoque modo prospiciant. Hi enim decimis in universum sublatis, vix unde murem pascere liceat, Parochis relinquunt. Unde hi necessitate compulsi votiva, Missarum, & remissionis, aut absolutionis nundinationes, & alia hujus generis nummorum aucupia excogitârunt. Et inter concionandum veritas reticenda fuit, ne quid lucri decideret. Quòd si verò querelæ ad Ecclesiasticorum primates delatæ sunt, eorum, quibus nimium videbatur decimas simul persolvere, & suo ære & sumtu Sacerdotem aut Parochum alere, qui tamen Evangelij doctrinam non annuntiet, primates tamen illi, nec impias nundinationes prohibere, nec Evangelium prædicari voluerunt. Non ignorabant enim homines astutissimi, Christum, Regem, per Evangelium in regnum suum restitui, illum verò ipsorum tyrannidem & impias imposturas nullo

modo ferre posse. Quapropter, cùm qui Spirituales dici volunt, Christum, quo minus restituatur, impediant, ipsa necessitas postulare videtur, ut secularis Magistratus hoc negotij sibi vendicet. Possem hic aliquot enumerare terrenos Principes P. C. qui regnis patriis ejecti, per vos pecuniæ causa restituti sunt. Quin igitur Christum quoque, divini nominis gratiâ, ita restituere conamini, ut is solus intra ditionis vestræ limites adoretur, colatur, & invocetur; Ut denique in nobis is solus regnet, & is â vobis, vestrísque omnibus judicetur, quem DEUS cœlestis Pater ipsum constituit, unicus nimirum Mediator, Salvator & Redemtor; Viros ergo vos præbete, & invicto animo opus illud aggredimini. Hic enim verus & justus divorum cultus est, si Christo omnis transcribatur gloria, si huic denique omne, tam in divos, quàm in creaturas omnes dominium permittatur. Multi quidem divos negligi & illorum honorem extenuari queruntur. Ego quidem Christum potius extenuari queror, ut nimirum talis non æstimetur amplius, qualem hunc cœlestis Pater esse voluit, ut denique frustra mortuus videri queat, & à Mediatoris officio sit repulsus: Cùm interim contra DEI præceptum divi huic præferantur. Atqui nihil fieri potest, quo divorum in nos ira magis provocetur. Spirituale enim

enim hoc furtum est, per quod DEO honor suus ereptus in divos confertur. Quòd si Christum omnium Regem & Dominum homines agnoscerent, ut nimirum tranquillè inter nos regnare, & opus suum in nobis proficere posset, haud dubiè fraterna quiete, Christiana pace, & divina gratia hic nobis tutò frui, & abhinc vita æterna potiri liceret. Hæc fortissimus ille Commendator Küsnachtensis, de quo *Bibl. Tigur.* pag. 93. Quàm verò graphicè nobis mysterium iniquitatis depingit? Ostendit, ita malè clerum suum fecisse officium, ut Magistratus implorandum fuerit, Veterum exemplo, patrocinium. Clericorum vel arrogantia intolerabili, vel supina desidia, vel inexplebili argentangina factum, ut Christus, propter lucrum & offas porcinas, veluti à Gadarenis, limitibus fuerit proscriptus. Eos; qui initio, ut communi humero portarent tabernaculum, erant constituti; officii paulatim immemores, mundum spectâsse & mundana, rem suam auxisse, & ne uni quidem, quæ omnibus initio destinatæ erant, decimis tantum reliquisse, ut aliunde stipendium suum aut victum emendicare non cogeretur. Hinc Plebanatûs novum *genus*, quo & laboribus sublevari, & summum magnum facere poterant Canonici

compendium. In quo vel propterea planius enarrando fuimus occupati, ut obſervaret poſteritas, quid diſtarent æra lupinis, & quàm multæ undique concurrerint cauſæ non dogmata modò, & ritus, ſed & regimem mutandi Eccleſiaſticum.

Hæc verò monumenta meritò æſtimari à nobis debent, tum quòd, quibus pedetentim artibus omnia in pejus lapſa ſint, evidentiſſimè iis evincatur, tum quòd, qui ipſi calamitatem ſuperioris ætatis non vidimus aut ſenſimus, ex aliorum tamen fide digniſſima relatione, quàm malè cum Majoribus noſtris fuerit actum, diſcamus; tum denique, ut generoſa & maſcula Anteceſſorum pro Chriſto, pro veritate ejus teſtimonia, poſteritati noſtræ magis magisque placeant. Et ſanè, hæccine Chriſtianus Magiſtratus audiverit, viderit, ea tamen emendata noluerit? In Ezechiæ regimine laude digniſſimum erat, quòd *amovit excelſa, fregitque ſtatuas, & excidit lucum; contudit etiam æneum ſerpentem, quem fecerat Moſes, eo quòd uſque ad dies illos Iſraelitæ adhærebant ei, quem etiam* Nechuſchtanem *vocavit*; quòd in Jehova DEO Iſraëlitis fiduciam habuit, 2. *Reg*. 18. 4. 5. Cur Magiſtratui Tigurino, qui idem planè (aut detur vel umbra diſparitatis,) fecit, fraudi

fraudi aut vitio sit? Cùm liber legis à Chilkiia, Sacerdote, Scaphano Scribæ traderetur, *qui coram Rege Josia eum legit; laceravit Rex vestimenta sua, quod videret iram Domini in se & suos accensam, eò quòd non auscultarent Patres verbis legis, ut facerent omnino, prout præscriptum erat illis;* 2. *Reg.* 22. *v.* 8.—13. Quid majoribus nostris animi fuisse existimas, cùm audirent Legem Dei tàm diu amissam, repertam tandem? Imò ipsum Christum, veluti in exilium ejectum, revocandum? Vix lecto Legis libro, & voluntate Dei inde perspecta, misit Josias, Rex, qui congregarent ad se omnes seniores Jehudæ & Jeruschalaimorum, ut de Reformatiōe cogitaretur. Cur nostri frigidiores aut cunctantiores fuissēt?

Vrgeas: Illud tamen semper manet; qui scrupulus & Hofmannum, Antecessorem Zvinglii in Plebanatu acriter torsit: *Zvinglium iuramento obstrictum nulla moliri fuisse ausum nova, nihilque temerè retractare, quod vel à maiori vel saniori parte Capituli fuisset decretum.* R. 1. Quid si verò temerè jurâsset? Contra Deum, ejúsque verbum iniquitatis vinculo se obstrinxisset, an solvere se & eximere non potuisset? Herodis exemplum docet, turpe esse illicita jurare; turpius jurata servare. Eleganter Hebræi monuerunt,

runt, verbum נשבע quod *jurare, juramentum præſtare* ſignificat, reciprocam habere notionem, quæ nexum inter DEUM Creatorem, cui juratur; & creaturam, quæ jurat, religioſum exprimat. Quòd ſi jam reciprocationis illius non habeatur ratio, ſi vel in materia, vel forma peccetur, adeoq; eſſentialiter, eo ipſo vinculum nullum eſſe, ex præſcripto & Idea voluntatis divinæ æſtimandum. Certè, juramento ſe ad Idololatriam, homicidia, furta obſtringere, impium eſt; ea verò, ligaminis obtentu, patrare velle, ſceleratum & flagitioſum. Sed & *ſecundò*, nihil habent Statuta Collegii, aut formula juramenti, quæ à propoſito Zvinglium deterrere potuiſſent. Ipſa iterum examinemus recentiſſimorum Statutorum verba (quæ anno 1520. d. 27. Junii à Præpoſito & Capitulo noviſſimè concepta erant, unóque adeò anno, antequam Zvinglius in Canonicorum numerum reciperetur,) verba in quibus juramenti formulam ſequentem Canonicis præſcripſerunt: *Item commodum, honorem & utilitatem Eccleſiæ noſtræ pro nôſſe & poſſe promovebo, damna & incommoda Eccleſiæ præcavebo. Item: Statuta dictæ Eccleſiæ edita & edenda, & laudabiles conſuetudines, cum omni diligentia obſervabo. Item ſingulis Capitulis & con-*

& congregationibus, dum vocatus fuero, intere-ro, méque non absentabo absque licentia Præpositi, aut ejus locum tenentis, sub amissione proximæ præsentiæ deserviendæ; sed consilium fidele justum & probum, pro mea facultate & intelligentia, semper dabo. Item, secreta capituli nemini revelabo, ex quibus revelatis possit oriri indignatio, odium, damnum aut scandalum. Item munera quoque, quæcunque fuerint a personis ad beneficia & officia ad Ecclesiam nostram eligendis quibuscunque seu promissionis munere ab eisdem, vel à mediis personis non recipiam: Sed omnes pactiones atque conventiones quascunque Simoniacas evitabo, Statuto & consuetudine, de novo Canonico sive expectante, salvis: Item quòd à majore parte Capituli, aut saniori conclusum capitulariter extiterit, temerariè non retractabo. Item, omnia præmissa fideliter & diligenter observabo, & observari procurabo, dolo & fraude in ijs omnibus semotis, sic me Deus adjuvet; & sanctorum Evangeliorum conditores. Hoc, dubio procul, juramentum illud fuit, quo Hofmannus existimabat, se compedes Reformatoris cursui injecturum. Sed quod tandem illud est, quod non vel currenti Zvinglio addiderit calcar? jurat Zvinglius 1. se *pro nôsse commoda Ecclesiæ Tigurinæ promoturum.* Quid noverit, & quàm solidè noverit, multa,

multa, quæ injuriâ temporis irrepserunt, emendanda, & suprà aliorum prolixè verbis T. VI. indicavimus, & κατ' ἐπιτομὴν jam ex Successoris *Bullingeri*, sermõe de functiõe Prophetica, die Caroli 1532. habito, recitare licebit: *In Huldrico Zvinglio*, inquit, *Præceptore nostro, Viro clarissimo, semel & absolutè reperias, quicquid in vero Propheta Dei requiras. Apud Rhetores quidem Gentilium nondum perfectus aliquis orator repertus est; sed Zvinglius noster Propheticam cyclopædiam adeò absolvit, ut nihil in eo desideres, etiam si vitæ conversationem spectes, nihil inamœnum, aut indecorum invenias. Nescio enim, si hoc homine viderit orbis aut humanius, aut sanctius: Si mores hominis perpendas, si maximarum rerum administrationem spectes. Dictio erat candida, pura, perspicua; & minimè adfectata, aut ad fucum composita. Omnia plana, & quorumvis exposita oculis, neque hîc jacebat, aut humi reptabat quicquam, omnia vivebant, & robore quodam compacta, ultro sese amabili quadam vi in Auditorum ingerebant animos. Judicium autem in Scripturis habebat candidum, acre, sanctum, & incomparabile. Mira illi in eruendis Sacrorum arcanis dexteritas. Mira in tractandis simplicitas & facilitas. Mira & in reddendis ex aliena lingua proprietas & perspicuitas. Testa-*

mur

mur hac in re lucubrationes ejus in Esajam, & Jeremiam adornatas veriùs, quàm scriptas Testamur & fragmenta alia, quæ nobis ex doctissimorum quorundam Virorum diligentia restant. Ex quibus æstimamus, ceu ex ungue leonem, quantus hic in exponendis sacris fuerit, & in refellendis erroribus, quis unquam laboravit felicius, quis circumspectius aut eruditius? Per hunc virum restituit nobis Deus Ecclesiæ suæ gloriam. Unus enim restituit Testamenti & æterni fœderis capita; obsoletáque renovavit. Post alia: *Quis unquam vel ex vetustis, vel ex neotericis disputavit veriùs & clariùs? Quis Antichristi regnum quassavit fortiùs? Quis omnem errorem & superstitionem subruit constantiùs? Nemo hoc homine collegit nervosiùs; nemo telum in adversarium torquet acrius, aut exceptum retorquet mirabilius. Est enim hac in re ultra communem hominum sortem admirabilis. Quis verò delectat urbaniùs? quis movet efficacius? quis laudat candidiùs? quis suadet graviùs? quis hortatur ardentiùs? omnia in hoc homine summa &c. In hoc hoc homine ardens amor justitiæ flagrans æquitatis studium, & inexplebilis patriæ felicitatis cupiditas fuit: Contra verò summum in flagitiosos, & extremum in flagitia odium.* Adde ejusdem *Bulling.* Hist. Reformat. Msc. & de Episcop. instit. & funct. l. II. p 157.

II. p. 157. Hæc nôrit Zvinglius, hæc talenta à DEO acceperit, & tamen omnem vitam in recitandis Miſſis & decantandis penſis Canonicis tranſegerit, hoccine Eccleſiæ Tigurinæ commodum fuerit pro nôſſe promovere?

II. Juravit Zvinglius, *ſe pro poſſe, commodorum Eccleſiæ habiturum rationem.* Quid σὺν Θεῷ, καὶ πόνῳ, ſanctæ memoriæ Antiſtes Eccleſiæ Tigurinæ, ut à *Bullingero* l. c. appellatur, potuerit, quàm fœliciter Spiritu Eliæ armatus Antichriſti regnum oppugnârit, ceperit, diruerit, eventus probavit. Non deerant multis antè ſeculis, qui meliorem Eccleſiæ ſtatum optârunt: Multi multa præclara erant niſi; enitendi tamen virtute, quòd Deo nondum placeret brachium ſuum extendere, deſtituebantur. Noſtris Reformatoribus datum erat cum Apoſtolo θριαμβεύειν, & exclamare. *Arma militia noſtræ non carnalia ſunt; ſed divinitus valida, & ad ſubverſionem munitionum: Ratiocinationes evertendo, omnémque ſublimitatem, quæ extollitur adverſus cognitionem DEI, & in captivitâtem redigendo omnem cogitationem ad obediendum Chriſto,* 2. Cor. 10. v. 4. 5. Hæc potuerit, divino ſuffultus præſidio, & cum Paulo non præſtiterit, qui tamen & juramento erat ad tam nobilem

& ge-

& generosum effectū adstrictus Zvinglius: Plura enim ille Ecclesiæ emolumenta conferre poterat, quàm cæteri collegæ: Ad plura ergo etiam tenebatur.

III. Juravit *tertiò* Zvinglius, *se Statuta Ecclesiæ non edita modò; sed & edenda: Consuetudines eiusdem; sed laudabiles observaturum.* Quid hîc Reformatione sua, designavit contra officium? Non indefinitè, fide implicita, ad quælibet sedis Romanæ se obligavit placita; sed ad *consuetudines laudabiles*, qua limitatione spontè cadit, quicquid objici posset contra laudabiles ex verbo Dei ab eo emendatas consuetudines: De quibus, suo loco, ordine.

IV. Juravit insuper, illud, *quòd vel à majori parte Capituli, vel saniori fuerit conclusum, temerè se non retractaturum.* Quid hîc Hofmannus vellicet aurem? Quæ enim Zvinglius, ut supra monuimus, de necessitate Reformationis Capitulo exposuit, non saniori tantùm; sed & majori parti ita placuerant, ut ipse Præpositus & Capitulum, coràm Senatu mense Septemb. 1523, comparuerit, iteratáque vice emendationem errorum, qui injuria temporis, hominúmque negligentiâ corpori Ecclesiastico fuissent adnati, obtulerit. Qua de re Acta nostra plenissimè loquuntur. Numquid

quid hic Zvinglius, quòd toti Collegio se adjunxerit, causamque communem egerit, violati juramenti reus sit? Cæteri juramenti articuli vindicijs non egent; quòd ad rem illi parùm faciant, nec sit, qui eo nomine litem Reformatori intenderint. De articulis p. 33. memoratis postea agemus.

II. Ad Josiæ, Regis Judæ exemplum redimus; quod, valde memorabile, non Ideam modò nobis exhibet pii Principis; sed & normam exactissimæ Reformationis præscribit: Utque commentum, sacrorum curam ad Magistratum non pertinere, eludamus, parallelismo instituto, veterem illam Josiæ, nostræ respondere, per partes indicabimus, Reformationi.

Alibi ostendimus, magnam esse affinitatem inter Reformationem Constantinianam & nostram: Vide *Hist. Eccles.* Sec.IV.p. 225. Illa novi Test. fuit; aliam nunc, ex veteri, promamus, ut ore duorum testium hæc etiam res, magni utique momenti, confirmetur.

III. Consistunt autem hæc παράλληλα, in Antecedentibus, Connexis, & Consequentibus.

A In

A. In *antecedentibus* ergo occurrit 1. *Vita vel Antecessorum, vel propria anteacta.* Josiæ avus fuit Menasse, Pater Amon: uterque Idololatriæ crassissimæ mancipium. Uterque Deos stercoreos coluit, ut loquitur Scriptura, 2. *Reg.* 20. 28. Ambulavit in tota illa via, quam ambulavit Pater ejus: *Ib.* Nepos quidem, Josias, octavo ætatis anno regimini admotus, pietatis laudem habet; pueri tamen vel inviti aliena illa numina sauciare poterant, & oculos, & pectus. Quæ Reformatoribus nostris aliquandiu religio fuerit, ex Zvinglii, aliorúmque querelis satis est manifestum. Consules Urbis, Reformationis tempore, *Felix Schmidius*, & *Marcus Roestius* erant. Non avita tantùm illi placuerunt sacra; sed & cùm novus Confessionalium apparatus nostras etiam oras fascinare cœpisset, inter primos fuit *Schmidius* noster, qui per Oratorem, cum aliis, Romæ eum fuit mercatus. Exemplar ex autographo tale est: *Beatissime Pater, ut animarum saluti devotorum Oratorum Vestrorum Jacobi Meyss, Oratoris oppidi Thuricensis, primi Cantonis Confœderatorum, ad Sanctitatem Vestram, Felix Schmid, ejusdem oppidi Magistri Civium, Johannis Gross, Secretarij oppidi Turicensis, Marti Rüssinger, Wal-*

berk Zoller, Othmari Rordorf, Erhardi Blarer, Henrici Burkhart, Bernhardi Sprunglin, Johannis Werder, Georgij Berger, & Johannis Sprünglin, conjugatorúmque conjugum, & utriusque sexus liberorum salubriùs consulatur, supplicant humiliter Sanctitati vestræ Oratores præfati, quatenus eis specialem gratiam facientes, ut Confessor idoneus, secularis, vel cujusvis ordinis regularis, quem quilibet ipsorum duxerit eligendum, ipsos à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, Censuris & pœnis à jure, vel ab homine, quavis remissione vel causa latis, & votorum quorumcunque, juramentorum, mandatorúmque Ecclesiæ, ac jejuniorum transgressionibus, homicidij mentalis vel casualis reatibus pœnitentiarum injunctarum, & divinorum officiorum omissionibus, ac ab omnibus eorum peccatis, quantumcunque gravibus, etiamsi talia forent, propter quæ sedes Apostolica meritò foret consulenda, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint. de reservatis semel in vita & in mortis articulo, exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini. de aliis verò, sedi Apostolicæ non, reservatis casibus, totiens quotiens opus fuerit absolvere, ac pœnitentiam salutarem injungere. Vota verò quæcunque, Hierosolymitanum. liminum Apostolorum Petri & Paul.

Pauli de Urbe, atque Jacobi in Compostella, religionis & castitatis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, ac juramenta quæcunque sine alieno præjudicio relaxare: Nec non semel in vita, & in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissionem & absolutionem auctoritate Apostolica impendere possit: Et insuper liceat Oratorum cuilibet Presbytero vel nobili seu graduato habere altare portatile cum debita reverentia & honore, super quo in locis ad hoc congruentibus & honestis, etiam non sacris, & Ecclesiastico interdicto, auctoritate ordinaria suppositis, dummodò causam non dederint hujusmodi interdicto, etiam antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, per proprium aut alium Sacerdotem idoneum, in eorum, ac cujuslibet ipsorum, & familiarium suorum domesticorum præsentia Missas, & alia divina officia celebrari facere, seu celebrare, & interesse divinis, ac Eucharistiam & alia Sacramenta Ecclesiastica, præterquam in die Paschatis, & sine Rectoris præjudicio, recipere, & decedentium Oratorum corpora tempore hujusmodi interdicti sine funerali pompa Ecclesiasticæ inibi tradi possint sepulturæ, nec non ut unum vel duas Ecclesias, duo

vel tria Altaria in partibus, ubi singulos oratores pro tempore residere contigerit, quam, quas, vel quæ quilibet eorum duxerit eligenda: Singulis quadragesimalibus & aliis diebus stationum urbis cujuslibet anni devote visitando tot & similes Indulgentias consequantur, quas consequerentur, si singulis diebus easdem singulas urbis Ecclesias, quæ à Christi fidelibus propter stationes hujusmodi visitari solent, annuatim personaliter visitarent. Præterea, quadragesimalibus & aliis diebus prohibitis, ovis, butiro, caseo, aliisque lacticiniis & carnibus de consilio medici utriúsque, sine conscientiæ scrupulo, ubi libet uti, vesci, & frui possint. Cæterùm, ut mulieres, & quælibet earum, una cum tribus, aut quatuor honestis mulieribus quæcunque Monasteria monialium, cujuscunque ordinis, etiam S. Claræ, quater in anno, de licentia præsidentium ingredi, cum Monialibus comedere & conversari, dummodò non pernoctent, possint & valeant, *licentiam & facultatem concedere & indulgere dignemini de gratia speciali, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, regulis Cancellariæ in contrarium editis, & edendis, quibus hac vice specialiter derogare pla-*

re placeat, cæterisque contrariis, quibuscunque cum clausulis consuetis. Atque his *Concessum fuisse*, ut *petebatur, in præsentia Domini Papæ Leonis*, suâ testatur manu Henricus Utinger, sacri Palatii & aulæ Lateranensis Comes Palatinus, Canonicus Tigurinus, qui & alii in eodem Pergameno, suâ manu ab *Ennio Phylonardo* impetrato Confessionali fecit fidem. *Oratores vocantur Cives & Consules Thuricenses, Heinricus Firstnavver, miles Hierosolymitanus, & ad S. Catharinam insignitus, Magister Johannes Berger, Scabinus, filius ejus; filius Jeorius Berger, qui fuit vexillifer Thuricensis in strage Novariensi, Ulricus Sigrist, Thomas Sprünglin, cum conjugibus & liberis: Item, Catharina & Margaretha filiæ, & Lazarus Firstnavver, nepos. Marcus, Ursula, & Elisabeth Rordorf privigni Henrici Firstnavveri &c. a.Ch.* 1515. Hæc studia erant, quibus circa Reformationem Proceres etiam nostri, aliorum exemplo, erant addicti. Nam & *Roestio* Papales ejusmodi placuisse merces, diximus T. VII. p. 634. Imò & aliquot Pontificum ad eundem habemus literas familiares, & orationem Legati Pontificii, quâ vix, ut satellitio ejus præficeretur, ipse urbis Consul obtinuit, dedimus in *Method. leg. Hist. Helvetic.* p. 609. Tales erant

ipsi Consules. Et tamen uterque ex Papolatris Pauli veluti derepente facti, causam Christi tantò cum fervore egerunt, ut Theologorum potius, quàm Politarcharum personas sustinuisse; Colloquiis Tigurinis indicibus; videantur. Quin & hoc memorabile est, quòd uterque, veluti Simeones, vitam finire priùs non debuerint, donec vidissent τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ *salutare DEI*, *Luc.* 2 30. Cùm enim, statim post disputationes duas Tigurinas, reformari paulatim omnia in Ecclesiis cœpissent, ad Dominum magna σκηνῇ τῆς δόξης Θεοῦ migrârunt, *Schmidius* quidem d. 13. Maij, *Rastius* verò, d. 15. Junii 1524. qui etiam ante Nativitatis festum successorem nactus est filium, Diethelmum Roestium, quem, virtutum paternarum æmulum, φιλόχριστον, καὶ φιλόξενον magis fuisse, quàm φιλοχρήματον, ex variis, quæ ad manus sunt monumentis, palàm facere possem. Unum ex multis afferam, Epistolam, quâ, oblato N. Test. Ministro cuidam; sequentibus doctrinæ veritatem commendat verbis: Ehrwürdiger (ita Consul ad Rudolphum Muzium, Ecclesiæ Kilchbergensis Ministrum, 1527.) und Geistlicher Herr/ mein Willig dienst seynd Euch allezeit von mir bereit. Alß ihr mir nächst enboten hand

Euch

Euch ein Testament zeschicken/ hab ich sömliche Bottschaft von Hertzen gern gehört/ und ist mein höchste Bitt zu Gott/ daß Er Euch sein göttliche Gnad zusenden wolle/ daß Ihr sömliche göttliche Geschrift mit allem fleiß und ernst erlesen wöllind/ und den rechten wahren Verstand darauß nemmen wöllind/ und mehr Glauben geben dem Schöpfer allerdingen/denn den Satzungen/so von Menschen/alß von deß Schöpfers geschöpft gemacht worden sind. Dan Gott allweg wahrhaftig ist/so alle Menschen lugenhaft bestahn werdend/ und auß sündlicher arbeitseligkeit/ so wir vom Adam ererbt hand/ durch unsere Werck/ so allweg böß sind/ wie gut wir die schetzind/ nicht mögind selig werden/ sonder allein durch die Gnad Gottes/ alß Ihr das eigentlich im Testament finden werdind; darinn Euch Gott/wie vorgemelt/allweg sein Gnad und uns allen mittheilen wölle/ daß wir am letsten unsers hinscheidens/allwegen in seinen Gnaden erfunden werden: Wöllind alles im besten vernemmen. Diethelm Röust.

Magnum nempe munus erat, paucisque visum tùm temporis N. Testamentum. Unde & cùm Zvinglius in disputat. I. Ministros Ecclesiæ ad Novi Testanenti lectionem hortaretur, *quid verò* (inquiebat Pastor Schlierensis) *illi agendum erat, cui*

Sacerdotij reditus tenuiores sunt, quam ut hujusmodi libros, Testamentum videlicet, emere queat, Tom. II. p. 622. b. *Oper. Zvingl.* Cui Zvinglius respondit; Neminem se existimare ex Pastorum numero tam esse egenum, qui N. T. Codicem emere non possit. Quòd si tamen tales essent, suppetias laturam pietatem Civium: quod suo exemplo ipse postea probavit urbis Consul. Sed de hoc contemtu, deinceps agendum erit.

2. *Eadem ferè facies utrobique Reipublicæ corrupta.* Regnum Judæ, Regibus Menasche & filio Amone, pessumè administrabatur. Nec fortè Status publicus confusus magis fuit aut lubricus, quàm duobus illis Sceptra Judaica tenentibus: Idolatria cumprimis ad ἀκμὴν pervenerat, & licentiosa sanguinis effusio. Nepotem Deus Josiam demum excitavit, *qui fecit, quod rectum erat in oculis Jehovæ* 2. *Reg. c.* 21. & 22. Quàm perturbata, ex mercenaria militia, & incremento, per Pontificis fœdera, superstitionis, fuerint tempora Reformationi proxima; alibi indicavimus: Vid. *Tom.* VI. p. 646. *Miscell. Pentad.* p. 514.

Excitavit verò DEUS viros fortes, timentes DEUM, qui posthabita gratiâ hominum, soli DEO placere studuerunt. Illi enim,

li enim, qui firmâ Romæ florebant gratia, quales erat *Marcus Roeſtius*, & *Felix Schmid*, eâ libenter exciderunt, ut Chriſtum, fugatum etiam, ſequerentur. Corruptoria inſuper munera, ut Emphaticè Lavaterus noſter vocat, jam a. Ch. 1519. & 1521 prohibebantur, quam Legem clerus etiam menſe Decemb. anno 1512. Juramento recepit.

3. *Clerus utrobiq; Verbum DEI turpiter neglexit, ſuis intentus commentis.* Ipſum Legis autographum Sacerdotum juſſu Dei in ſacrario repoſitum, *Deut.* 31.24 &c. Cleri negligentia aliquandiu ſopitum, jam demum ſub Joſia; veluti res nova; inventum & Regi oblatum fuit. De hoc enim potiſſimùm exemplari authentico ſermonem eſſe, non eſt dubitandum. Quamvis variè ſe Hebræi in explicatione hujus loci torqueant. Unum audiamus R. *Lipmanum in Seph. Nizz. S.* 179. זאת נפלאת בעינינו וכי לא היה בידים ספר תורה זולתו. הלא צדיק היה ובשנת שמונה החל לדרוש את השי ובשנת שתים עשרה החל לטהר את יהודה ואת ירושלים כמו שכתוב: בדה ועוד הלא אין דור ריק ממרעה עד הנה שלא הי׳ אנשים מקובלים עד אנשי כנסת הגדולה

והם מסרוה לאנשי המשנה כמו שאפרש
בפרקי אבות ועוד הלא חולדה הנביאה היתה
בימיו ואיך היה דברי תורה זרים להם ונראה
שודאי הרבה היו אשר היה ענינם מהופך
כמו שארז״ל בפרק חלק מנשה קדר האזכרות
ופרש״י שכתב שם ע״ז במקומם וגרסינן
עוד שמה מנשה בא על אמו ומאחר שכתוב
בתורתו משם ע״ז שלו ערות אמך לא תגלה
איך עבר עליה איפשר כשם שהיפך האזכרות
כך היפך מצות התורה לפי דעתו וספרי
מינות כאלה נמצאו רבים לרוב כי רבים
מעמי הארץ שלא חזרו אף בימי יאשי׳ שנ׳
ולא תראנה עיניך בכל הרע אשר אני מביא
וגו׳ ואי חזרו כולם לא היה מביא רע וע״כ
אפשר שלא השגיח על שום ספר עד שנמצא
תורת ה׳ במקדש וידע בודאי שזהוא תורת
האמתית לא היה להם להרים יד במלך
ולהוכיחו עם הספר שבידם גם מצאתי
שהיה אותו ספר תורה שכתב מרעה והניח
מעה הארון למו שנ׳ עליה בדה ספר תורת
ה׳ ביד משה ואר אחא בר יעקב ספר תורה
עזרא מתחילתו לסופו הוא נגלל והנה איתא
בירו שלמי שמצאוהו נגלל לאמצעתו במקום
הקללות והפסוק הראשון שראה בה ילך
השם

השם אותך ואת מלכך וגו׳ עלכן קרע המלך את בגדיו ושלח אל חולדה הנביאה שתתפלל בעדו והיא שלחה לו ונאספת אל אבותיך בשלום בקבר ואלא הא דכתיב ויורו היורים אל יאשיהו אמר ר׳ שלא נחרב בית המקדש

בימיו *Id verò mirabile est in oculis nostris, quòd præter hoc nullum aliud fuerit in manibus* (*Regis*) *exemplar Legis. Annon enim justus fuit? Et jam anno octavo cœpit quærere nomen Domini benedicti? Et anno* 12. *incœpit purgare* (reformare) *Jehudam, & Hierosolyma, prout scriptum est in libris Paraleipom. Insuper, annon inde à Mose, Doctore nostro, nulla fuit generatio adeò inanis, in qua non fuerint tales, qui traditione* (Legem) *acceperant, usque ad Viros Synagogæ magnæ, qui eam tradiderunt Deuterotis, prout in Pirke Abhot. explicabo? Annon & Hulda Prophetissa ejus fuit σύγχρονος, quomodo ergo verba Legis adeò iis erant peregrina? Valde enim verisimile est, multa Legis exemplaria inter ipsos fuisse? Verùm, non obvia illis erant: Multa etiam reperiebantur, quorum sensus erat mutatus, prout Magistri nostri monuerunt.* (Cod. Sanhed.) *Cap. Chelek:* Menasse perforavit nomina Dei. *Explicationis gratiâ, R. Schelomo Jarchi addit, eorum loco substituisse Idolo-*

Idolorum. Ibidem legimus: Rem habuisse Menassem, cum matre sua, & quia ea de re in Lege (*Levit.* 18. 7.) scriptum est: *Pudenda matris tuæ non detege, postquam præceptum illud violavit, fieri potest, quòd quemadmodum invertit nomina DEI, ita etiam ad mentem suam torserit præceptum Legis. Libri autem hujusmodi hæretici, multi reperiebantur. Multi enim ex plebe, tempore Josiæ erant, qui netum quidem resipuerunt, quemadmodum dicitur:* Neque (2. *Reg.* 22. 20.) videbunt oculi tui omne illud malum, quod ego inducturus sum, &c. *Quòd si enim omnes resipuissent, malum (Deus) non induxisset. Fieri autem potest, ut ad hæc non attenderit (Rex) donec exemplar in sanctuario fuit repertum: Cúmque in confesso esset, verum hoc esse Legis exemplar, nemo ausus fuit elevare manum contra Regem, aut disputare cum eo de libro, qui in manu eorum erat. Reperi insuper, fuisse illud ipsum exemplar, quod scripserat Moses, quódque reliquit ad latus arcæ, prout de eo scriptum in lib. Paraleipom.* (c. 34. v. 14.) Liber Legis Domini, per manum Mosis. Dixit *R. Acha, filius Jacobi: Liber Legis Esræ ab initio ad finem est convolutus. In Hierosolymitano autem extat, quòd repererit eum convolutum ad medietatem ejus, in loco maledictionum: Primus autem versiculus, quem inspexit,*

inspexit, erat: Abducet te DEUS (*Deut.* 28. 36.) & Regem Unum, &c. *Proinde scidit Rex vestes ejus, misitque ad Chuldam Prophetissam, ut precaretur pro eo. Ea verò remisit (responsum:)* Et congregaberis ad patres tuos, in pace sepelieris (2. *Reg.* 22. 20.) *Ecce verò scriptum est:* Et sagittarii petebant eum (2. *Paral.* 35. v. 23.) *Dixit Rabbi: Intelligendum ita, quòd diebus ejus sanctuarium* non fuerit destructum. Plura apud *Kimch.* in commentar. Hæc de tempore Josiæ. Quàm turpis & supina negligentia Cleri circa Reformationem fuerit, quàm pauci contextum sacrum & obiter inspexerint, quàm βιβλιοσυγία grassata ubique fuerit, id verò luculentissimis testimoniis tum in *Hodeget.* P. I. p. 69. tum *Analect.* pag. 17. In specie verò de Theologis Helvetiis Tom. II. *Z*vingl. pag. 622. b. Annon prodigiosa vox Constantiensis vicarii: *Amicè & pacificè vivi posset, etsi Evangelium nullum extaret.* Et altera illa D. Petri, Archiatri Tigurini, cui cùm Zvinglius objecisset, *quòd Aristoteli non minùs, quàm Christo fidem habendam, dixisset; negare cœpit; sed illud ajebat, posse ex solo Aristotele, extra Evangelij doctrinam, Rempublicam benè & dignè institui.* Zvinglius ætati senili parcendum ratus, cum illo

alterca-

altercari noluit, hoc unum addens, quòd hæc dicendo blasphemus in Deum esset. Tom. II, pag. 131. b.

Quid, quòd ne illi quidem, qui à Canone potius Scripturæ, quàm vel trituræ, vel certarum horarum penso, appellari debuissent *Canonici*, in articulis suis, ad quos juramento adstringebantur, *veri Canonis* verbi Dei fecerint mentionem? Diximus suprà, pag. 33. Zvinglio certos prælectos articulos, quos sanctè in se susceperit observandos. Cujusmodi verò illi fuerint; ne quicquam in hac materia celemus; cùm ne quæsiti quidem se offerrent, jam tandem obvios, ex veteri Collegii statutorum Codice Msc. audire placet. *Hi ergò sunt articuli, quos jurabunt servare inviolabiliter, qui modò recipiuntur per Capitulum Ecclesiæ Thuricensis, ad præbendam vacantem, &c. quósque ipsum Capitulum recipere proponit, videlicet quemlibet in quantum sibi jus competit, & sine præjudicio juris alterius cujuscunque & non aliter. Et primò, quòd quilibet receptus ad præbendam jurabit, quod ipsum Capitulum Ecclesiæ Thuricensis, contra quoscunque ipsum Capitulum ratione, vel occasione receptionis hujusmodi ad præbendam prædictam molestantes seu perturbantes, in jure defendat, ac ipsum Capitulum à dum*

à dampnis , si quæ ipsum præmissorum occasione in via juris incurrere, aut sustinere contigerit, relevet & refundat, ac ipsi Capitulo de his plenè satisfaciat. Item, quòd idem receptus ante declarationem & decessionem juris sui judicialem & finalem, & antequam adversarium vel adversarios suos per finalem sententiam aut juris decisionem evincat fructus, redditus, & proventus dictæ præbendæ non petat, nec ipsum Capitulum communiter vel divisim super eisdem vel quoquo modo infestet vel molestet, nisi adversarij, vel adversarius ejus cederent, vel decederent. Item, quòd post decisionem, vel declarationem finalem de jure alterius, ille, cui constiterit, jus non competere ad præbendam prædictam quoquomodo molestet vel perturbet, sed illi cui jus competit, cedat. Item, quòd quilibet per ipsum Capitulum taliter, ut præmittitur, ad prædictam præbendam receptus, ipsum Capitulum taliter, ut præmittitur ad prædictam præbendam receptus ipsum Capitulum, & Ecclesiam Thuricensem, ulterioribus processibus, quorumcunque judicum vel executorum amoveri, seu sententiis censuræ Ecclesiasticæ involvi per se, vel per alium non procuret quovis quæsito ingenio vel colore, sub quacunque verborum forma, nisi obtenta vel habita sententia diffinitiva, & quæ in rem transivit judicatam, nisi adver-

adversarius vel adversarij ejus cederent, vel decederent se illi, qui ipsam prabendam in jure obtinuisset, per sententiam; ut prafertur, opponeret seu opponere vellet, contra justitiam. Item, quòd quilibet receptus contra illum vel illos, quem vel quos ipsum Capitulum ex causa eos ad hoc monente, ad dictam prabendam recipere contigerit, in jure teneat, & prabendam pradictam ab ipso seu ipsis per tres sententias deffinitivas, aut unam vel duas, qua in rem transiverunt judicatam evincat, & quòd interim ipsum Capitulum vel Ecclesiam Thuricensem communiter vel divisim in rebus mobilibus vel immobilibus, seu quibuscunque juribus nullatenus perturbet, molestet, vel infestet, seu ab alijs, vel ab alio perturbari, molestari procuret quovis modo, nisi adversarius vel adversarij ejus decederent, juxta priorem ordinationem. Item, quòd Dominum nostrum N. Papam, pro vero Apostolico teneat, & sibi obediat, nisi aliud per Ecclesiam aut Concilium determinaretur. Subjicitur postea Canonicorum juramentum, iis conceptum verbis, quibus suprà p. 122. illud proposuimus, de anno 1503. prid. Id. Decemb. nisi quòd, non sine suspicione subreptitii decreti, secundo statim loco in quodam exemplari ponatur Canon: *Item, prabendam meam Canonicalem nonnisi de*

sciu

ſcitu & beneplacito Sanctiss. D. N. Papæ, aut Præpoſiti Capituli Eccleſiæ Præpoſituræ Thuricenſis permutabo, ſeu alterius cujusquam præter ipſius Domini noſtri Papæ vel Præpoſiti Capituli præfatorum manibus ſimpliciter aut ex cauſa permutationis reſignabo. In Statutis tamen de año 1520. iterum omiſſus hic paragraphus. DEUM immortalem! Hic ne Canon ille Apoſtolicus, cui incedentes beati prædicantur, *Gal.* 6. 16. Hæc ne regula Apoſtolica, quam Epiſcopis, presbyteris, veris Canonicis præſcribit Paulus, tum alibi, tum præſertim utraque ad Timotheum, & una ad Titum? Imo ἵπε ἀκοαὶ σκοτειναί. Lex Domini ab iis, qui cuſtodes ejus eſſe debebant, planè fuit amiſſa, & qui à Canone habebant nomen, Canonis ſacri ne quidem meminerunt.

Hæc verò generalis tantùm Canonicorum jurapenti formula fuit; ſpecialis fortè partes muneris leniùs enumeravit? Imò pleniſſimè. Quæ enim Plebanatus fuerit ratio, ſupra jam oſtendimus. In ceremoniis, exactionibus, & aliis nonnullis externis functionibus occupabantur illi, qui Plebem verbi DEI ſalutari paſcere debebant pabulo. Imò in ad nihil erant inferiores hi ordines Plebanorum, Sacellanorum, quàm novo-

K rum

une, sine ministris Missa pro defunctis
isque ad offertorium solum, exclusivè,
leinde Missa de festo, usque ad elevatio-
iem decantatur. Item per Adventum
)omini, usque Nativitatis Christi, *Do-*
ninicis & privatis diebus officium popu-
ıre erit de Beata virgine, scil. *Rorate* cœ-
&c. sine, *gloria in excelsis*, si sit *D*omini-
a, Kyrie. Patrem, & Sanctus, *D*omi-
icaliter, si fuerit dies privata privatim
ecantetur: Si verò festum IX. lectionum
ccurrat, suum habebit officium. Sed in
'ominica die per adventum & quadra-
esimam nullius sancti festum celebramus,
t sequentes *D*irectorii tabulæ clarè indi-
ınt. Item & festo Nativitatis Christi
sque circumcisionis exclusivè Missam po-
ularem, ut in die præterito, Prophetiam
:cantabit. Item à circumcisionis inclu-
·è usque ad festum purificationis offici-
n populare de beata Virgine decanta-
t cum introitu: *Vultum tuum*, &c. *Alle-*
ia; post *partum Virg.* seq. *Lætabundus*;
æter Epiphaniæ, & *D*ominica infra o-
avam, ubi de festo Epiphaniæ canitur.
:m à purificatione usque ad festum Pa-
ıæ, & ejus octavam recipit *D*ominica-
officia, prout chorus recipit. Item
tava Paschæ, & post octavam usque

ad feſtum aſcenſionis Domini recipit Dominicalia præter Sabbatho, de beata Virgine inofficiabit, ſi voluerit. Item, Dominicis diebus, poſt octavam corporis Chriſti, uſque ad adventum Domini de Trinitate cum introitu: *Benedicta ſit*, &c *Kyrie* &c. *gloria in excelſis*; *Patrem, & Sanctus*, Dominicaliter decantari curabit uſque ad elevationem; niſi feſtum IX. lectionum obſtet. Et ſtatim poſt elevationem Plebanus per ſe vel Adjutorem, vel Canoninum aptum, concionem ad populum inchoabit, quæ per horam extendi debebit; ſecundùm exigentiam temporis. Sed privatis diebus, feria quinta de noſtris Martyribus Felice & Regula, feria ſexta, de S. Cruce, & Sabbatho de B. Virgine niſi impediat feſtum trium lectionum, tunc enim popularis Miſſa erit de feſto, & chorus de B. Virgine per Introitum, *Salve ſancta Parens*, &c. decantabit: Item, die Lunæ per circulum anni, niſi currat in choro duplex Feſtum fori, finitis matutinis per Plebanum, Adjutorem & Scholarem ejus cantatur in nota officium: *Requiem æternam*, &c. Vel, *Si enim*, &c. pro defunctis in ſcriptis in Schedulam animarum, ad quam Miſſam *Reverendiſſimus D. Legatus Ennius, Epiſcopus*

pus Verulamus speciales contribuit Indulgentias. Item, die Lunæ, post triplicem pulsum solitum, anniversaria defunctorum, si quæ sunt, sub introitu Requiem; vel, Si enim, &c. antiquo more peragat: Non obstante duplici festo chori & fori, dummodò non prædicetur. *Et si nullum anniversarium privatum die Lunæ recurrat; nihilominus tamen tale die & hora officium pro defunctis decantari debet in memoriam omnium nostrorum benefactorum & parentum, quibus plurimùm pietatis obnoxij sumus.* Hactenus additamenta postremorum de Plebanatu institutorum. Quæ vel sola probant, quàm fertilis sit superstitio, & quàm copiosè nascantur, quæ in agro Domini sparguntur zizania. Scopus tot novitatum, festorum cumprimis *plenorum*, *semiduplicium*, *duplicium*, sumtuosarum exequiarum erat, ut hamatis istis beneficiis Canonici reditus augerent tum suos, tum verò & cumprimis Plebanorum, Sacellanorum, quibus partem assignare annui Canonis non erat integrum. Quamvis ferè lusus ad ea, quæ alibi irrepserunt, & de quibus tot veterum querelæ. *Apolog. Argent.* it. n. 3. valdè emphaticè. *Ecquid*, quærunt Apologistæ, *quæso, isti non cauponati sunt? Si benèdixerint nuptijs numerandam*

 erat;

erat; si gereret uterum mulier, nummo placandus confessor, & redimenda Eucharistia, natum infantem non tingebat, nisi præsente pecunia, sed nec templum repetere licebat ei, quæ peperisset, nisi orata benedictione Sacerdotis, si ægrotabat quis, non invisebatur, nec recipiebatur ejus confessio, non dabatur Eucharistia, non unctio, nisi aliquid dedisset, sed ne mortuo concedebatur humari absque pecunia, & quidem non parva, adeò & mortuos sibi vectigales effecerant. Imò à nullis plùs recipiebant tributi, vulgò persuaso, ipsis in manu esse impetrare potestatem evolandi è Purgatorio in cœlum. Quàm fertilis verò fundus erat Missæ illæ cottidianæ tanto numero auctæ, ut taceam status oblationes, & imposturas, quas quotidie excogitabant novas, nova fingentes Divorum miracula, novas constituentes fraternitates, novas licitantes venias, &c.

Impediri saltem poterat Zvinglius, per clausulam, quominus Pontificem rejiceret? Impediri? Imò vel prima voce ad accuratius scrutinium excitati, an pro Apostolico habendus esset Pontifex, qui neque Apostolicè viveret, neque doceret. Quid enim nomen sine re? Larva, & fumus. Simeonis; *obedientis*; nomen quid juvabat olim Magum illum Samaritanum *immorigerum*? Quid prodest, recutitam gentem hodiè etiam, Judæorum, id est,

i. e. *Confessorum* retinere nomenclaturam. Ita turpe erat, Apostolici sibi eum vindicare nomen, qui *Apostaticè* vivebat, quòd de quibusdam Pontificibus ipse larga manu concedit *Genebrardus*. Est & hoc valde memorabile, Majoribus nostris placuisse, Papá subjicere determinatiōi Ecclesiæ aut Concilii. At determinavit major Helveticarum Ecclesiarum pars, Pontificem Romanum non esse Apostolicum, quod vix tum alii quàm Helvetii, præsertim à tempore Sixti IV. luculentiùs testari poterant, obarctissima fœdera, & varios contractus, qui utrinque intercesserant. Cur ergo non licuerit hujus appendicis beneficio nostris uti? Certum est & Sixti IV. & Julii II. & Leonis X. acta probare Pontifices istos non gladium oris ab Apostolis; sed os gladii, profanos bellatores, à Neronibus, Domitianis, Deciis, &c. mutuâsse.

3. *Occasionem futuræ Reformationi Israeliticæ præbuit externa externi templi structura.* Dum enim in illo erant ocupati, ut ruinam minitanti ædificio fulcra quærerent, liber Legis repertus est, futuræ Reformationis cynosura. Patrum tempore externa Linguarum & artium reparatio & restitutio ansam præbuit diligentiùs in errorum absurditatem, Reformationis necessitatem,

sitatem, Verbi DEI diu contemti & neglecti vindicationem inquirendi. Purioris enim literaturæ, veluti externi templi, purgationem, futuræ Reformationis Ecclesiæ prodromum fuisse, alibi indicavimus.

B. Si ad *connexa* accedamus, parallelismus in multis itidem erit manifestus. Utrobique 1. *publica Magistratus accessit authoritas.* De Josia res est clara. Ipse summus Sacerdos Chilkia, repertum librum Regi tradi voluit. 2. *Reg*. c. 22. v. 10. Rex ad ejus amussim Reformationem instituit, convocata Synodo ex Sacerdotibus, Prophetis ac populo, *& ipsis audientibus, verba libri fœderis, qui inventus erat, prælegebantur*, c. 23. v. 1. 2. Majorum tempore, Reformatores nostri, Zvinglius cumprimis, Librum Legis, utriusque Testamenti scripturam Proceribus tradiderunt, commendârunt, & ad ejus amussim reformârunt. Tota disputatio Tigurina prima in eo, & felicissimè quidem, occupabatur tota, ut Scriptura judex omnium controversiarum determinaretur, & agnosceretur, publica intercedente Magistratus authoritate. Cumque publicè illa significaretur, *Curabimus* (scripserunt S. P. Q. T. Tom. II. *oper. Zvingl.* p. 608. b.) *enim, ut nos diligenti & ma-*

& magno studio una cum doctis quibusdam & eruditis Viris (siquidem ita nobis commodum esse visum fuerit) singula audiamus, & quid porrò unicuique faciendum sit, finito Colloquio decernemus, prout causam hanc ex Scripturarum, & divini verbi authoritate tractatam viderimus. Nolumus enim, ut uni cuivis citra divinæ Scripturæ testimonia quidvis pro publica concione asserere aut docere posthac permissum sit, a. Ch. 1523.

2. *Fœdus, cum Jehova, utrobique pactum, à Lege DEI non recedendi.* De Josia ita ipse loquitur Spiritus sanctus: *Deinde stans Rex ad columnam suam pepigit fœdus coram Jehova, se secuturos Jehovam, & observaturos præcepta ejus & testimonia ejus, ex toto corde, ex toto animo, præstando verba fœderis illius, quæ scripta sunt in libro illo:* 2. Reg. 23. v. 3. Hoc piaculum nuper erat Tigurinorum, quòd rejecta traditionum farragine, cum universo populo statuerint, unum posthac audire Jehovam, eius præcepta custodire, omnium invidiam potiùs sustinere, quàm vel latum unguem à revelata DEI voluntate recedere. Hinc, initio statim Reformationis, à Senatu decretum, ut *nihil pro suggestu doceretur, quod non ex fontibus verbi divini esset petitum.* Quò, brevis quidem sed gravis, facit Consulis Roestij Oratio

tio ἀπολυτικὴ, quâ fecundæ difputationi Tigurinæ his verbis impofuit finem : *Vos oro & obteftor, P.C. ut DEI verbum fortiter, viriliter & citra omnem animi metum aut terrorem recipere ftudeatis. Non deerit piis & fanctis conatibus Dominus Deus omnipotens. Agnofco quidem meam in re tam ardua infantiam, & quòd de hoc pro dignitate differere poffim. Attamen Dei verbum inconcuffa mente amplecti & retinere decet.*

3. *Authoritate Scripturæ reftituta, fponte cedere debuit, quicquid ei contrariabatur.* Hæc utrinque placuit Methodus. Jofias fœdus cum Jehova præmifit de obfervandis mandatis divinis, tum fecuta Idololatriæ deftructio: Non potuit non fpontè fequi cafus Dagonis, ubi arca fœderis, vel Lex in arca fœderis, in templum fuit introducta. Eadem via Zvinglium proceffiffe, crebriùs monuimus, quàm quòd repeti à nobis debeat. Hæc ingeniofi artificis erat ars, quòd nihil initio deftruere voluerit, donec Scripturæ afferta authoritate meliora fperari poffent. Quam certiffimam, tutiffimámque reformandi rationem fuiffe, & experientia probavit, & eruditorum confenfus. Tum demum Jofias omnem, populo paulatim obtrufam, eradicare potuit Idololatriam, cùm tot maledictio-

maledictiones Idololatris intentatas legeret. Ac quoniam unica hæc Iſraëliticæ Idololatriæ ſtrages, documento eſt, quàm ſit facilis Eccleſiæ, ubi verbi *D*ei Lucernâ deſtituitur, Apoſtaſia, quàm horrendi errores, brevi temporis ſpatio, poſſint irrepere; quàm nihil adeò ſit abſurdum, quod ἐν υἱοῖς ἀπειθείας Diabolus non audeat tentare; fortè non abs re erit, ſi, quibus vel partibus, vel gradibus Joſiæ Reformatio fuerit abſoluta, expendamus, pararelliſmo ſubinde, ubi ille ſe commodè offert, adjecto.

Primò ergo præcepit Rex Chilkiæ, *Sacerdoti ſummo, & Sacerdotibus ſecundanis, ac cuſtodibus liminis, ut efferrent è Templo Jehovæ omnia illa inſtrumenta, quæ parata fuerunt Baali, & lunæ, totique exercitui calorum, quæ combuſſit extra Jeruſchalaima, in agris Kidronis, quorum pulverem deportari curavit Bethelem.* Ubi diligenter notandum 1. Curam executionis, & Reformationis Sacerdotibus commiſſam fuiſſe, & Templi cuſtodibus. Mentio enim fit Chilkiæ, Sacerdotis ſummi. Hunc patrem Jeremiæ fuiſſe quidam volunt. Ita *Gregor. Abulphar.* Hiſt. Dynaſtiar. p. 68. *Arab.* & *Lat.* 44. ſed errant. Nec enim ſummus Sacerdos fuit Jeremiæ pater; ſed è Sacer-

Sacerdotibus Anathot: quo relegatum fuisse Ebjatharem, è genere Ithamaris, cum abdicaretur sacerdotio, legitur 1. *Reg.* 2. 26. Adjuncti ejus erant כֹהֲנֵי הַמִּשְׁנֶה LXX. ἱερεῖς δευτερώσεως vocant; *Syr.* & *Arab. Sacerdotes, qui post illum*, posterioris ordinis. *Chald.* סגן כהניא nempè, qui, ut *Kimchius* monet, היו שניים לכהן גדול *secundi*, vel *secundarij* erant Sacerdotis magni. *Vicarios* vocare possemus, vel *suffraganeos*. Officium ejus describitur in Talmud. Jerosolymit. lib. Joma. c. 3. חמשה דברים היה הסגן משמש א׳ הסגן אומר לו אישי כהן גדול הגבה ימינך ב׳ סגן מימינו וראש בית אב משמאולו ג׳ הניף הסגן בסודרים ד׳ אחז הסגן בימינו והעלהו ה׳ לא היה כהן גדול מתמנה לחיות כהן גדול עד שהוא נעשה סגן *In quinque rebus ministrabat vel serviebat sagan Sacerdoti summo. Primò, dicebat sagan* (ad Sacerdotem summum) *Domine mi, Sacerdos magne attolle dexteram tuam: Secundò, stabat ad ipsius dexteram, & Princeps domus Patrum à sinistra ejus. Tertiò, ventilabat, agitabat cum sudariis. Quartò tenebat manum ejus, & ascendere fecit eum* (adjuvit eum in ascendendo per gradus:) *Quintò, non poterat Sacerdos magnus præfici, ut esset*

אמרכליא quæ etiam vox, occurrit 2. *Reg.* 12. v. 10. Ubi legimus in Thargum, ויהבון תמן כהניא אמרכליא. *Et constituerunt ibi Sacerdotes Thesaurarios*, i. e. quosdam ex Levitis, qui essent Thesaurarii, præfecti pecuniis rerum sacrarum, ex quibus diruta, & ruinæ templi reparabantur. Ita enim R. *Schelomo* Jarche: אמרכלים הממונים על כל צורכי הבית ומפתחות העזרה בידם *Amircelim præfecti omnibus rebus Ædi necessariis; in quorum manibus erant claves atrii.* Hinc patet, Arabicam esse vocem, compositam, ex אמיר *præfectus*, & כל *omnis*, universitas. Unde & Hebræi quidam explicant מר על הכל *Dominus super omnia*; aliis אומר כל *præscribens, jubens omnia. In Hebræo, ut præsenti nostro loco, ibi etiam, est*, שומרי *Custodes*, הסף *liminis*; ubi tamen *limen* Synecdochicè est *janua*, & janua pro *cubiculo*, *camera*, *conclavi*, in quo servantur res publicæ & communes, sumitur. Ibi autem sermo est de conclavibus Templi, sive atrii templi, in quo septem fuerunt conclavia, in quibus vestes Sacerdotum, & ali

alia conservabantur, His septem fuerunt præfecti, quorum quisque habuit clavem, ita, ut ad ingrediendum omnes istos convenire necesse esset. Hi septem ergo, *Cubiculary* quasi fuerunt, *Cameraꝛy*, curam clavium habentes, ejusdem nominis alii etiam erant, qui pecunias rerum sacrarum à populo colligebant, & ad usus publicos servabant, aut in arcam sive ærarium sacrum inferebant, quòd Jonas ordinavit, 2. *Reg.* 12. & quem lo, cum *Kimchius*: שומרי הסף שומרי כלי הבית וסף הוא שם כלל לכלי השרת וית אמרכליא והם הגזברים הגדולים אשר ממונים אחרים תחתיהם כמו שתרגם אקנלוס וונשיא נשיאי הלוי אלעזר בן אהרן הכהן ואמרכליא דממנא על רברבי ליואי *Custodes liminis* id est, *Custodes vasorum Domus. Limen autem est, nomen generale complectens Vasa Ministery. Jonathan explicat;* Amircelaio; *qui sunt Quæstores magni, præfecti aliis inferioribus, prout Onkelos exponit verba*: Et Princeps principum Levitarum, Eleazar, filius Aharon Sacerdotis: *Et* Amircelajo, *qui præfecti sunt magnatibus Levitarum.* Habebant ergo primarii hi Quæstores alios sub se Levitas officiarios. Septem fuisse numero, Talmudici defi-

…uniunt, אין פוחתין משלשה גזברין ומשבעה אמרכלין *Non sunt pauciores quam tres thesaurarii, nec pauciores, quàm septem Camerarii*, Misch. Schekal. cap. 5. Ad quem locum *Bartenora*: גזברים Ministri erant rerum sacrarum, præfecti exigendis pecuniis capitationis sive tributi in singula capita, item rebus per anathema devotis, & aliis sacratis, quæ singula in suos fiscos intulerunt. His præstituti erant septem אמרכלין *Camerarii*, qui claves septem januarum habebant, sine quibus priores tres nihil conservare, aut in loca sua referre, aut inde depromere potuerant. His runus duo alii præfecti fuerunt קתילוקין *Catholici*, Generales dicti, his præerat vice-Sacerdos: huic Sacerdos; huic Rex. Hæc de Custodibus liminis, quos LXX. vertunt φυλάττοντες σταθμόν: *Syr*. נטרי תרעא πυλωροὺς; quem & *Arabs* sequitur חפטה אלאבואב *Custodes portarum*. Hi ergo mandato regio offerre sunt jussi כל הכלים העשוים לבעל ולאשרה ולכל צבא השמים *omnia vasa facta Baali, & lunæ & omni exercitui cælorum*.

Instrumentorum nomine apparatus, procul dubio, intelligitur varius, subjectis Deastris,

De astris, eorúmque cultui destinatus sive ad adolendum, sive supplicandum, sive acrificandum, sive denique vestiendum.

Baal, nomen generale erat, *Dominum* notam, quem Chaldæi בל *Belum*, Es. 46. 1. Jerem. 53. 2. Phænicii בעל *Baalem*, *Ballem* etiam appellârunt: Idem ad Græcos postea transiit, quibus ζεὺς dicitur, ut Latinis *Jupiter*. Orientalibus autem populis, Chaldæis, Assyriis, Sidoniis, inde etiam Hebræis, Baal maximé fuit cultus. *Eo verò* (ita Selden. de Diis Syr, pag. 195.) *Summum & ineffabilem omnium creatorem designatum meritò sentias: Cùm scilicet & aliis vocibus ejusdem ferè significationis & ab Ebræis Arabibus & Græcis, id quod proprium DEI opt. Max. nomen habetur antiquitùs data opera explicatum sæpissimè legamus! Tetragrammatum enim nomen יהוה redditur à LXX. Ἀδωνάι aut Κύριος, hoc est*, Dominus; *& substituunt Arabes* אלרב *quod idem sonat*. Ita ergo qui יהוה appellari voluit, paulatim בעל nuncupatus, alio atque alio cultu Idololatrico, distingui cœpit. Omnino enim varii erant Baalim, suum Assyrii, suum Phænicii habebant. De Phænicio Belo accipienda sunt, quæ leguntur 1. *Reg*. 16. & 2. *Reg*. 10. ubi Rex Achabus in soceri gratiam,

Illoba-

Illobatis, inquam, Sidoniorum Regis, fanum in Samaria Baali ſacraſſe memoratur. Et de hoc Baalo etiam ſermonem eſſe, præſenti textu, patet ex 2. *Reg.* 21. v. 3. Ubi Menaſſes Idololatriâ ſua Achabi æmulus proponitur. Arabs non malè לבעל אלצנם *Baali Idolo*, ſeu imagini Vaſa illa parata oſtendit. Non fuit hic cultus terminativus. Baalem colebant i. e. ſupremum Numen; ſed non eo modo, quem ſacræ literæ præſcripſerunt. Imaginum, ſtatuarum paulatim ſe inſinuarunt humanæ curioſitatis πχνήματα, quibus, veluti laicorum Doctoribus, ſibi ad ipſum Numen faciliorem ſperabant paraturos aditum. Prout vox אשרה *lucum* notat, qualis itidem, loco citato, Achabo tribuitur, ex 1. *Reg.* 16. v. 35. *Fecit lucum.* Vocem Hebræam mirè torquent Interpretes. LXX. τῷ ἄλσει *luco*, i. e. Deæ in monte ſeu luco cultæ, Jovi, qui ἔνδενδρος Rhodiis dicebatur. *Syr.* ſimpliciter דחלא *Idolo:* Arab. אלאנסאך *Idolis.* Nempe vocabuli difficultas, generalem pleriſque ſuggeſſit ſignificationem. Nobis tutiſſima videtur ellipſis; ut ſit Ascherah, pro פסל האשרה *ſculptile* Aſcheræ, quòd avo, Menaſſi, tribuitur, 2. *Reg.* 21. 7. Poſuit etiam ſcul

L ptile

ptile Ascheræ. Aschera ipsa Diana est (alias Luna, & Venus appellata) ab אשר quòd & felicitatem notat, & gressum, & lucum. Omnium trium notionum respectu Orientales Dianæ, nomen, אשרה imposuisse videntur. *Felicitatis*, partubus enim præerat. Ἄρτεμις ἄλοχος οὖσα, τὴν λοχείαν εἴληχε, Diana à pariendo libera, Partus procurandi sortita est provinciam, ut loquitur Plato in Theæteto. Unde & λυσοζώνη cingulum solvens appellata. Eadem Polymamma in antiquis nummis appellatur. Unde & Ephesina Diana cum multis mammis fingebatur, tanquam alma mater uberibus suis nutriens genus humanum. Unde Hieronym. Comment. in Epist. ad Ephes. Erat Ephesi templum Dianæ, & ejusdem in ipso Multimammia, id est, multarum mammarum effigies; qua cultores ejus decepti, putabant, eam omnium viventium nutricem. *Gressus* significatum suadebat superstitio, qua viis Dianam præfecerunt: Unde & ἐνοδία dicta. Callimmachus hymno in *Dianam*:

——— καὶ μὲν Ἀγυιαῖς
ἔσσῃ, καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος.
——— eri, &c.

Et præfecta viis, & portubus.

Ita

Ita Festus sive Paullus: *Diana viarum putabatur Dea*, A *lucis* denique appellare eam placuit, quia per montes & sylvas iter facientibus habebatur propitia. Hinc Horatio, carmine seculari nunc *silvarum potens* dicitur, nunc *montiumque custos, nemorúmque* Virgo. Eadem *Ascbera* Chaldæis Syris & Phœnicibus אשרתא dicitur, ut ex 2. *Reg*. 23.7. patet: Unde Græcorum Ἀστάρτη, idque ὁμοφωνίας ἕνεκα. *Euseb*. 1. Evangel. Præparat. ex Sanchuniat. ἡ δὲ Ἀστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον, κεφαλὴν ταύρου *Astarte capiti suo, tanquam regni insigne, tauri caput imposuit*. Item; Τὴν δὲ Ἀστάρτην Φοίνικες τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσιν, *Astartem verò Phœnices Venerem esse prædicant*. Procopius Gazæus in lib. 1. *Sam*. c. 7. cùm dixisset, ubi LXX. habent τὰ ἄλση Ἀσταρώθ, Aquilam vertere, τῆς Ἀστάρτης ἀγάλματα, subjungit, οὕτω δὲ καλοῦσι τὴν Ἀφροδίτην; quomodo & interpretabatur 1. *Reg*. 16. ubi addit, à Sidoniis eam cultum, lucósque ei plantatos, quæ optime Græcorum & Latinorum Dianæ conveniunt. Eadem Ægyptiorum *Tscurot*, quam Ascherot, postea ab Hebræis vel per contemptum, ob caput bubulinum, vel per adjectionem literæ Aleph, appellatam, verisimile est; *Primit. Heidelb*. p.

 405.

405. Malim tamen Græcorum Ἀστάρτη ab אשרה Heb. & Chald. eſſe אשרתא quàm à voce Synomyma Aſchtſerot. Ita autem, ſub arboris ſeu luci nomine, in fictæ divinitatis opprobrium, illud venit Idolum, quod aliâs בעלת שמים *Domina cœli* Hebraicè: Regina cœli Jerem. 44. v. 18. Syr. אמא *Mater magna*; & Europæis *Mater Deûm* appellatur (de qua prolixius in *Primit. Heidelb.* p. 407.) ipſa Venus, *Alitta* Arabum. *Sed & omnem cæli exercitum*. i. e. Planetarum, & reliquorum aſtrorum cultum aboleri voluit. Sabæi, Chaldæi &c. cæterique Orientales Aſtrorum, Solis cum primis & Lunæ cultui erant addictiſſimi, quorum exemplo Judæi paulatim faſcinati, turpiſſimæ κακοζηλίας reliquerunt exemplum. Qua illud ratione factum ſit, ſcriptorum Arabicorum fide condoce fecimus in *Analect.* P. 1. p. 210. & *Hiſtor. Orient.* p. 266. Hæc omnia Idolorum veſtigia abolevit Joſias, eáq; extra urbem in agris Kidron, vel planitie ejus, in pulverem redegit; pulverem autem Bethelem deportari curavit, nempe, ut, *Kimchius* loquitur: כי שם היה עקר העז שהיה שם העגל וטמא אותו המקום שהיה בו העגל והמזבח *Erat ibi fundamentum Idololatriæ, vitulus ſcilicet:*

licet: Polluitque locum illum (pulvere combustorum Idolorum) *in quo vitulus fuit & altare.*

Hæc Josias. Quid amplissimi Proceres nostri, ubi de tollendis DEI, vel sanctorum imaginibus, quæ etiam veluti reginæ cœlorum, Viarum directores, parturientium *Dianæ*, *Dominæ* cœli, &c. colebantur, quibus omnia repleta erant templa; de abrogando vario apparatu eorum semel suscepta fuit cura? Zvinglio, & adjunctis in mandatis dederant, ut, Idola sive simulachra non minùs; ipsis fatentibus Pontificiis; varietate locorum & nominum, quàm Baalim apud Orientales, olim distincta; templis efferrent: Id quomodo factum sit, ipse Zvinglius resp. ad *Valent. Compar*, Tom. I. pag. 261. enarrat. Tit. *Modus & ordo, quo Tigurina Ecclesia in Idolis demoliendis usa est.* Quòd si verò, *inquit*, Tigurini Senatus totiúsque Ecclesiæ exemplum aliis quoque consilium & occasionem Idola demoliendi subministrare possit, non equidem gravabor paucis omnem ordinem modúmque comprehendere, quem nos secuti, Templa nostra ab omni Idolorum ferre repurgavimus. Cùm jam eo deventum esset, ut Idola passim à quibusdam dejicerentur importuniùs,

 totius

totius nostri Senatus, quem *D*iacosios dicimus, authoritas intercessit, publico edicto interdicens, ne quis privatus Idola qualiacunque subverteret (nisi quis domi suæ privata haberet, vel quæ ipse suis impensis fieri curavisset, quæ in sua non alterius potestate essent sita) usque dum, quid hic fieri debeat, Senatus posset statuere. Hac ergo Magistratus de privatis imaginibus permissione factum est, ut non exiguus earum numerus ex templis ejiceretur, idque illorum opera, qui vera fide instructi pio zelo Idola omnia è medio sublata esse cupiebant. Posthæc rursus à Senatu Diacosiorum decretum est, ut singulis Ecclesiis liberum sit Idola è templo suo dejicere, præscripto tamen certo, quem observarent, ordine. Jubebantur enim omnes, qui ad Ecclesiam aliquam pertinebant una cum Episcopo vel Pastore suo in unum collecti convenire, & simul quid de Idolis sentirent, conferre. Ut si vel omnes simul, vel majorem illorum partem, tollendam esse pronunciarent, jam id commodè sine turbis & tumultu importuno exequerentur. Quòd si verò majori ex parte adhuc imperiti rerum, & rudes esse conspicerentur, negotium hoc eo usque differre jubebat

nebat Magistratus, donec per Pastorem de hac & aliis rebus verè instituti, unanimi consensu eadem quoque demolirentur. Ut autem hæc publico Senatus consulto statuta sunt; sic etiam ipse Magistratus eadem observavit, nec quisquam imperiosè, ut Idola tolleret, coactus est. Dum verò hæc in agro geruntur, in urbe quoque (quæ tres Ecclèsias particulares habet) idem illud negotium hoc modo transactum est. Primum, Idolorum patronis certum aliquem temporis terminum constituerunt, intra quem singulis sua Idola, si quæ illis propria essent, domum asportare liceret. Unde factum est, ut rursum magna ex parte Idolorum numerus minueretur. Constituto autem iliis tempore jam elapso, ex omnium tam clericorum, quàm laicorum numero tres illos trium Ecclesiarum ministros; Henricum Engelhardum, Leonem Judæ, & me, una cum duodecim Senatoribus, è singulis tribubus desumtis delegerunt, addito simul ædili publico, una cum fabris lignariis, ferrariis, & alia servorum manu ad illud opus idonea: qui omnes templa ingressi, clausis post se januis, magno cum labore & studio non vulgari, Idola omnia demoliti sunt, quæ deinde e tem-

ſtrabant, dicebantur Atrati. *Ita Thargum vocem* כהנים *cùm de Idololatria ſermo eſt, reddit. Quid verò eſt, quòd Sacerdotes cum Atratis illis ibi conjunguntur, cùm utrique fuerint Idololatræ, niſi quòd differrent veſtimentis?* Cemarim *enim pullis veſtibus erant induti*; nempe ſuperſtitionis ergo, ut rectè monet *Junius*. Nec dubitandum, quin certus Sacerdotum, vel Monachorum fuerit ordo (unde & alii non à כמר incaluit; ſed נכמר *clauſtro incluſus fuit*, deducunt) quorum toties diſtincta fit mentio in ſacra Scriptura, regia auctoritate confirmatus, qui in excelſis, veluti ſacellis vel Cappellis adoleret, eámque, quæ Soli debebatur DEO, cultus externi ſpeciem, ſoli, Lunæ, &c. deferret. Non verò & noſtri Majores כמרים aboleveruntne, ſive ab atratis veſtibus, quæ religione quadam nonnullis imperabantur; ſive à claudendo, Clauſtris & Monaſteriis deductos ordines? Monachos certè noſtros ab hac poſteriori ſignificatione Judæi uſitatiſſimè, etiamnum כומרים appellant, ut Sacerdotes גלחים Tonſos. Hi enim, qui & ipſi paulatim ſacra peragebant, præſertim בבמות id eſt, ἐν ὑψηλοῖς ut LXX. vertunt, *in locis editis*, (in quibus potiſſimùm ſacella, Monaſte-

ria erigebantur) vel, ut *Syr.* & *Arab.* reddunt *in altaribus*, per Reformationem superioris Seculi cedere fuerunt jussi.

Si excipias: Non adolevisse Christianorum Monachos, Soli, Lunæ, ולמזלות & *planetis*, signis cœli: Quid verò inde? Reginæ cœlorum, contra DEI mandatum, totique exercitui sanctorum cœlestium adolevisse eos, in aprico est. Utrumq; verò Hebræi appellant Emphaticè עבודה זרה ἐπερολατρείαν, *cultum alienum*, tralatitium, qua creatura colitur παρὰ τὸν κτίσαντα, *Rom.* 1. v. 25.

Tertiò, *lucum exportavit domo Jehovæ extra Jeruschalaima ad torrentem Kidronem, quem comburens ad torrentem Kidronem comminuit in pulverem: Et projecit pulverem ejus super sepulchrum illorum popularium, vers.* 6. *Lucum* exportavit, simulachrum quercinum, vel aliud ligneum ingens, Dianæ, à Menasse antea illatum, 2. *Reg.* 21. 7. quod combussit, combustique cineres defunctorum Idololatrarum sepulchris in Idololatriæ detestationem & contemtum, inspersit. Ita enim, nec ineleganter, *Kimchius* locum explicat. Et nostris Majoribus sui erant luci, simulachra prægrandia, suæ אשרות (prout Kimchius in suo Michlol, Rad. אשר docet,

אשרה

שעובדין אותו או אשרה *esse omne lignum*, *quod vel fabricetur, vel* נוטעין אותו לכבוד *plantetur ad cultum*) ingentes ſtatuæ ligneæ nullo dato vel vitæ, vel motus, vel iræ aut vindictæ indicio. Quid *Tiguri* iu lapidea quadam contigerit ſtatua, diximus *Hiſtor. Eccleſ.* Secul. IV. pag. 235. *Schafuſij* Idolum erat ὑπερφυοῦς μεγέθους, vulgò der groß Gott von Schafhausen / 22 pedes longus, inde ab anno 1447. d. 10. Julii in Monaſterio collocatum; de quo *Leonh. Mejer.* Reformat. Schafhuſ. p. 31. *Sangalli* a. Ch. 1524 de voluntate Senatus, per certos homines ſtatuæ noctu ſine turba è fano Laurentiano ſunt ablatæ, cæteræ etiam biennio poſt, è Templo S. Magni, Bernenſium & Conſtantienſium exemplo, exportatæ, & in pulveremredactæ.

Quartò, *lupanaria deſtruxit, quæ erant in domo Jehovæ; ubi mulieres texebant ædiculas ad lucum.* Lupanaria Heb. בתי הקדשים *domos meritoriorum vocant. Vulg.* Effæminatorm. LXX. χαδησὶμ. *Syr.* Domos ſcortatorum, ita & Arabs. Solus *Chald.* בתיהקדש טעותא *Domunculas rerum conſecratarum Idolis. Illi* ergo de ſcortatoribus corporalibus; *hic*, de ſpiritualibus Idololatris textum intelligit. *Jarchius*, ad hunc locum

locum: וידמה כי מעבודת קצת האשרות היה שהיו שם מוכנים למשגל מגונה והנשים היו אורגות שם בתים בעבור האשרה והיו עושים יריעות והיו מחיצ' ובית לבאים לעבוד האשרה הפעולה המגונה וכבר זכר הרב המורה קצת מאותם המשגלים המגונים שהיו מנהג הקדומים העובדי עז להתנהג בהם *Verisimile autem est, ex speciebus cultus quarundam Lunæ vel Veneris statuarum, fuisse, ut quidam turpi se mixtioni prostituerent; mulieres autem ibidem texerent ædiculas propter Ascheram; facerentque cortinas, quæ essent velut μεσότοιχος, & Ædes eorum, qui venerant, ad cultum Aschera, patratum opus infame. Meminit autem* Raf (Maimonides) *in More* (suo Nevochim) *quorundam ejusmodi illicitorum concubituum, quibus veteres illi Idololatræ assueverunt.* Sed & mulieres erant ארגות בתים לאשרה *texentes ædiculas luco*, vel statuæ Ascheræ. Nam & hic textus Interpretes occupavit. Lxx. ὑφαίνον χεττιὶμ τῷ ἄλσει: *vulgi.* Texebant quasi domunculas luci; vel sacella textilia. *Chald.* נשיא מחין תמן מכולין לאשרתא *Mulieres texebant mensuras luco.* Vocem בתים pluralem Chaldæus non à בית domus, sed à בת

à בת quod *mensuræ* nomen est, derivat. unde & in Aruch, per מכילתא vel מדה *mensuram* explicatur. Rectiùs Arabs: ינסגן אלתיאב ללאנסאך *vestes texebant Idolis*: Hunc & Syrus imitatur. Videntur enim omnino hoc loco superstitiosæ innui mulieres, quæ, devotionis prætextu, sacella textilia conficiebant; vel vela, aulæa, quæ imagines illas tegebant vel involvebāt: In quam sententiam *Kimchius* etiam concedit. Sive igitur de Idololatria utrobique, spirituali fornicatione, sermo sit, sive de utraque distinctè, parùm interest. Ex utroque Joschiæ pietas elucet. Utrumque etiam cum Reformatione Majorum magnam habet affinitatem. *Primò* enim lupanaria, propriè sic dicta, luci Evangelii cessisse, ab iis notatum est, qui ægrè illud tulerunt. Extat *Epistola Apologetica* per Ministros Argentorat. contra Eras. ubi sub finem lit. E. sequentia leguntur: *Novimus quendam insignis Ecclesiæ Canonicum non incelebrem, ac inter eos, quos Erasmus confert Israelitis: quibus non libebat in terra aliena canere canticum Domini, qui cùm diri semel in nos stomacharetur, velletque summum aliquod nefas, quod nostro Evangelio deberetur, memorare, gravi cum indignatione dicebat.*

cebat, jam nullum Tiguri poſſe haberi ſcortillum, quod hoſpiti gratificaretur, cùm ingens antequam irrepſiſſet hoc Evangelium, elegantium ſcortorum illic copia fuerit. Mittimus, quòd cænobia, Judæorum opinione, hinc inde בתיקדשים (certè, quos ſanctos illi קדשים appellant, Heb. קדשים nuncupare ſolent; *Ennead.* p, 266.) in *lupanaria* verſa; ſublata ſint, & cuilibet, ex Apoſtoli Pauli regula, libertas nubendi reſtituta fuit. Quòd ſi verò ad Idololatriam, ſpiritualem fornicationem, Joſchiæ exemplum referre libeat, apertè iterum ſatis conſtat, omnes illas everſas eſſe domunculas, quæ ſanctis imaginibus, hoſtiis &c. aliiſque cultu divino affectis, erant deſtinata creaturis: Sacella, pretioſa, imaginum involucra, aulæa, vela, ciboria, altaria portatilia, & quæcunque ſuperſtitioſæ paulatim mulieres vel texendo, vel acupingendo ad hunc contulerunt apparatum. Non obſcura hæc eſt utrinque comparatio. Nam & inter Chriſtianos res veſtiaria in templis ita crevit, ut & luxui magis magisque invaleſcenti fuerit frænum inijciendum, & certi ordinandi Miniſtri, qui texturas illas, cæteróſque ornatus Eccleſiaſticos aſſerva-

asservarent, certoque tempore altaria iidem ornarent. Inter *Sacristæ* Ecclesiæ Tigurinæ onera, ante Reformationem non modò erat, *tempestate imminente, & grandine contra* (NB.) *ipsam pulsare, præcipuè maximas, & duas mediocres; Adventum novi Episcopi vel Regis, aut alterius Principis pulsu itidem campanæ significare, &c.* Sed & *altaria vestire, & in Festis ornare Ecclesiam velis, tapetis, purpuris & aliis ornamentis. Cujusmodi verò ornamenta illa fuerint, per Thesaurarium Collegii conservata & custodita*, illud verò monumenta domestica ignorare non sinunt. In antiquo Codicillo de anno 1333. integer extat ornamentorum Ecclesiasticorum Catalogus. Totum subjiciam scriptum, quòd præsenti scopo apprimè inserviat; & omnino condocefaciat, omnia instrumenta, omnem apparatum, omnes domunculas (ita autem usitata Orientalium Dialecto, appellari potest, quicquid veli, aulæi, repositorii, receptaculi reliquiarum, &c. vicem præstabat) Ciboria præsertim, vel rectiùs κυβώτια, cæteráque vel texta vel tornata, vel fusa,) ut ut pretiosa, abolita, & vel combusta, vel lacerata, vel in alios usus conversa fuisse. *Hic ergo est* (ut verba autographi retineam) *subnotatus Thesaurus*

saurus Ecclesiæ Præposituræ Thuricensis, *qu* *assignatus est honorando Domino*, *Rudolph* *Brun*, *dictæ Ecclesiæ Thesaurario*, *qui electu* *fuit à Capitulo a. D.* 1333. *V. Cal. Marij* *indict.* 1. *&c.*

Una crux *argentea* deaurata, cum lapidibus *preciosis* numero CLXXX. præter perlas, & Christallum. In qua quidem cruce pendebat *alia crux* parva argentea & deaurata, similiter cum lapidibus preciosis in *Cathena argentea.*

Item, alia crux Christallina cum brachio *sancti Andreæ* argenteo, deaurata. Item, alia crux argentea *deaurata*, quæ solet portari ad *Cancellos* cum lapidibus preciosis. Item, alia crux argentea cum lapidibus, quæ *solet portari* in petitionibus, ad Sanct. *Leonhardum.* Item, crux quæ portatur *diebus* Dominicis in processione, quæ fit *in ambitu.* Item, crux quæ portatur ad *infirmos*, cùm *sacro oleo* inunguntur. Item, *duo plenaria*, cum lapidibus pretiosis. Item, unum *plenarium* sine lapidibus. quo utuntur dominicis diebus. Item, *II. libri Omel.* (homiliarum) Sancti *Karoli, qui* sunt in *libraria.* Item. *II* libri *matutinales*, unum æstivale & aliud hyemale. Item, unus liber matutinalis, *de festivitatibus* Sanctorum: Item Graduale musicum. Item, unus

unus liber dictus *Ludermarkt* : Item, *Psalterium Beati* Caroli: Item, libellus orationum *beati Caroli scriptus*, cum *literis aureis*. Item libellus Missalis, dictus W*interteil*. Item, duo capita Sanctorum *Martyrum Felicis & Regulæ* argentea, cum sertis de *lapidibus preciosis*. Item, vasculum vitreum, sanctorum *Martyrum Felicis* & *Regulæ*. Item, caput Sancti *Placiti argenteum*: Item, brachium *Sancti Symeonis* Justi, argenteum. Item, Chrystallus cum terra de sanguine mixta. Item, *Chrystallus, cum dentibus* Sanctorum Felicis & Regulæ. Item, Chrystallus *cum reliquiis* sancti *Nicolai*: Item, Chrystallus *corporis Exuperantij*: Item Chrystallus cum pollice *sancti Caroli*, cum *lapidibus*: Quinque sunt *Chrystalli* numero: Item, sanctorum *Galli* & *Othmari*, cum lapidibus *preciosis*. Item, Leo argenteus, cum reliquiis *sancti Martini*: Item, tria scrinia clausa, cum *reliquiis diversis*, quorum claves *reconditi sunt* cum sigillo Capituli: Item, duo scrinia clausa, cum *reliquiis diversis*, quorum claves *reconditi sunt*, cum sigillo Capituli: Item, duo scrinia cum capitibus *undecim milium Virginum*: Item, V. Calices cum suis *patenis singulis*: Item tres *lapides*, vulgo dicti *paetstein*, quorum unus denominatur lapis

Beati Cosme: Item, duæ *ampullæ argenteæ depictæ*: Item, duæ *ampullæ cupreæ*: Item duo *patimina cuprea*, pro *recipiendis oblationibus*: Item, septem corporalia *cum vasculis aliquibus*: Item, sex *mappæ de serico*, pro patenis quæ per ministrantes tenentur. Item, 1. mappa de serico ad Crucem Domini: Item, duæ mappæ *de serico*, *ad* sepulchrum Domini deputatæ. Item, duæ mappæ de serico *pro communione* hominum *deputatæ*: Item, alba, dicti H. *Stüsselin* candidæ de *Sammito*: Item, *IIII*. albæ, candidæ: Item, *I*. candida Domini custodis. bo. me. Magistri, Ulrjci W*olfleibschen*. Item duæ albæ candidæ de serico: Item, *I*. alba linea, quæ albæ omnes erant quondam dicti *Domini custodis*: Item, alba quondam dicti *Trembelins* de serico, cum pectorali sancti Caroli. Item, alba, cujus medietas est de serico contexta, quondam *Domini* de *Bosvvile*. Item, alba cujus medietas est de serico, quondam *Domini Nicolai* dicti Tyen. Item, alba cujus est medietas *contexta de serico*, quondam H dicti Manessen. Item, alba linea quondam Domini *Rudgeri in foro*. Item, V. albæ pertinent administrationi Missæ *publicæ*. Item, *humeralia* numero *viginti tria*. Item, *VII*. novæ albæ lineæ. Item, stola, quæ

quæ lamen habet de (aurum eſt defæcatum) auro puro, cum lapidibus. Item, ſtola de auro contexta, cum *IIII.* vanulis. Item, ſtola quondam Sluſſelini, cum vanulo de auro contexto. Item, *II.* ſtolæ quondam Magiſtri Ulrici *Wolfleibſch Theſaurar.* contextæ cum *imaginibus de ſerico*, cum *IIII.* vanulis. Item, alia ſtola dicti Theſaur. *de ſerico*, cum vanulo. Item, *III.* ſtolæ de veſtimento Paſchali, cum *III.* vanulis. Item, *II.* ſtolæ contextæ de *ſerico* cum *IIII.* vanulis varii coloris, quas *emerunt domini* Plebanus, Cantor, & de Wartenſe. Item, *II.* caſulæ albæ & *I.* filata de ſerico, cum *II.* dalmaticis albis, & *II.* ſubtilibus, ejusdem veſtimenti pro tempore Paſchali. Item, *I.* dalmatica & ſubtilis. *I.* alba linea pro tempore Paſchali, & privatis diebus. Item, *I.* caſula rubea dicta *gerubte*, cum dalmatica, & *ſubtili, ornata* cum roſis argenteis, deauratis. Item, caſula viridis dicta *gerubte*, cum dalmatica & *ſubtili, ornata* cum roſis argenteis, deauratis. Item, caſula quondam Magiſtri H. de *Baſilea, virgata* de ſerico, cum Dalmatica & ſubtili. Item, caſula contexta de ſerico & auro cum dalmatica & ſubtili, quæ portatur in purificatione beatæ Mariæ. Item, caſula virgata quondam

 b. me-

b. me. Domini H. Episcopi Constantiensis cum dalmatica & subtili. Item, casula, quondam Domini de *Richenthal* virgata cum dalmatica & subtili. Item, casula quondam Domini de *Hoffstetten*, virgata de serico, cum dalmaticis & subtili. Item, *III* casulæ rubeæ de spisso *Saemit*, & 1. dalmatica, ejusdem vestimenti cum subtili de rubeo Zendalo. Item, II. casulæ nigræ de Saemit spisso: Item, casula dicta deß Kistlers/ de serico varii coloris. Item, III. casulæ tenues dictæ *schamlat* nigræ, pro tempore *quadragesimali*. Item, casula cum *Dalmatica* & *subtili*, Domini *de* W*egstetten*. Item, annuli & lapides plurimi *reconditi sunt cum clavibus: scrinium parvulorum* cum sigillo capituli. Item, Cappæ chori, numero sunt *quinquaginta octo*, & duo panni pro Cappis, quorum unus est Domini Johan. de Eycheltron, *alius Domini* Ber. dicti *Goetlin*, Cantorum, & *horum* XIIII. Cappæ habent *lamina*, seu *monilia argentea*, deaurata, & etiam eorum *aliqua habent lapides preciosos*. Item, *VI* panni de serico dicti *Baelgu* pro *sarcofagis* & *altaribus*. Item, *I*. pannus altaris *publici*, *filatus* cum *serico*, *inserta* majestate *&* *coronatione* beatæ Mariæ, *quem comparavit* quondam *Dominus* H. *dictus* Gnurser.

Gnurser. Item, *II.* panni de serico *& auro contexti* pro sarcofagis *comparati à Domino* de W*artenfels*. Item, velum de *Zendalo, ad corpus Christi*, cùm portatur in *festo corporis* Christi. Item, mappa de serico *contexta super altare* publicum deputata, quam comparavit dictus *Gnurser*. Item, *IV. vannones*, seu vexilla de *Saemit.* albæ, & *II.* vexilla *de serico.* Item, *IIII.* manuteria *filata* de filo, *& una corda contexta* de auro. Item, *I. manuterium*, cum corda de auro contextum. Item, *I.* dictum *Lederraihe*, quæ omnia pertinent *ad aram publicam, & pannus*, dictus velum *templi, omnia* data & comparata *per dictum Dominum* Ulricum W*olffleibschen*, quondam Thesaur. Item, *I. manuterium filatum*, cum filo albo, quod fuit quondam *Domini de Landenberg..* Item, I. manuterium filatum cum filo nigro, dictorum de *Hottingen*, ac Molitoris. Item, III. manuteria filata foraminosè, dicta *vulgariter* Holder-blust. Item novem *manuteria*, quæ ponuntùr *ad pulpita* & *ad corpus* Christi. Item, flabella *pavonum.* Item, IIII. cruces vexillorum *deargentatorum.* Item, II. vela linea ad sepulchrum. Item, II. mappæ filatæ foraminosæ, quæ quondam *ponebantur ante altare publicum.* Item, II.

 pulvi-

pulvinaria *deputata*, *plenariis filatis* de serico. Item, *novem pulvinaria* filata de serico ad *usum Ecclesiæ* deputatæ. Item, *VI.* Sudaria. Item, II. anguli cum ciboriis, pro corpore Christi. Item, *Thuribulum argenteum* deauratum. Item, VI. *candelabra anea.* Item pecten *eburneus* quondam Domini *Jacobi Rufi.* Item, speculum: Item, duæ cathedræ pro *cantoribus.* Item, I. sedile, & una cathedra *tornata.* Item, duæ cistæ bene firmatæ *cum ferro:* Item, IIII. *Truculæ longæ.* Item, tria scrinia firmata *cum ferro.* Item, cultura cum Zendalo, quo cooperitur archa beatæ *Mariæ Virginis* in assumtione, quæ quondam fuit custodis, dicti Manassen. Item, cultura *quondam Magistri Ruedigeri Schvvenden* de Zendalo rubeo. Item, cultura quondam Domini H. de Boßwyl *de Zendalo*, & *Scherter.* Item, cultura quondam *Magistri Marquardi* dicti Gnurser *de Zendalo.* Item, cultura quondam Præpositi *de Wildegge*, cum *caldaribus nigris* pro insigniis. Item, Sargia quondam *Domini Boklini.* Item, Sargia *Domini cantoris* Lyen. cum suo clipeo Item, duo *vela linea*, quæ pendent in *Ecclesia à Festo* paschatis, usque ad festum *corporis Christi.* Item, 6. alii *panni pro decore* in Ecclesia *pendere consueti.* Item, historia

storia beati *Caroli, musice scripta & nemata.* Item, *libellus canticris antiquus.* Item VI. *Zonæ de serico.* Item, tres aliæ *Zonæ pro albis* cingendis. Item, liber cum conductis, *Domini Nicolai Mangoldi, musicè scriptus* & nematus. Item, scrinium Cappellanorum cum ferro munitum. Datum, ut suprà.

Quæ verò ad Reformationem usque hic apparatus habuerit incrementa, ex alio Catalogo, qui eo tempore accuratissimè conscriptus est, iterum patebit. Erat autem totus ille apparatus duum potissimum generum *alterum* in aureis, argenteis, gemmeis consistebat clenodiis; *alterum* verò in vestibus. Utrumque ordine ita habet. *Prius*: 1. Vier silberne brustbild/ (retinebo authoris verba, etsi germanica) St. Felix / S. Reglen: S. Exuperantii, und S. Placidi. 2. ein Creutz mit silber überzogen. 3. aber ein Christallin Creutz mit silber eingefasset. 4. ein Creutz mit Gold überzogen / und mit Edelgstein vermengt. 5. St. Florin. Creutz mit silber überzogen. 6. ein kupferin übergülte Monstrantz. 7. ein sarch mit Chalcedoni in Ziegel weis überzogen. 8. ein silberne Monstrantz/war 26. March. 9. ein kleine silberne Monstrantz. 10. ein silberner arm. 11. ein silberne Monstrantz. 12. der seligen Martyrer

fläschlein/in einer silbernen büxen. 13. ein kleine Monstrantz auß Cristall und Silber. 14. zwey silberne Monsträntzlein. 15. St. Carlins Heiligthum in silber eingefasset. 16. St. Gallen Heiligthum in silber gefasset. 17. zwen silberin übergült Stäuff. 18. ein silberner Lew/ darinn St. Martins Heiligthum eingeschlossen was. 19. neun silberne übergülte Kelch/ und nach einer in der Schul Cappell. 20 vier Corporal/schön gemacht. 21. ein grosses silberins übergüldtes Rauchfaß. 22. ein ander gantz silberin Rauchfaß/ eines pfundts schwer. 23. zwey silberne Kän'lein/ und 2. küpferne. 24. zwey plenaria (Plenari) das eine mit Silber und Edelgestein; das ander mit Helffenbein gefasset. 25. Caroli deß Keisers Bettbuch mit Gold gefasset. 26. ein gestikte formulatur Tafel köstlich gemachet; daran gestikt was Melchizedeck und Abraham: Kostet 600. lb.. 27. zwölff höltzine Eistlein. 28. dreissig Kelch den Caplonen zu gehörig. 29. ein gestickt Creutz und 2. vergulte Engel.

Posterius verò, 1. Acht und dreyssig alben/ und ein rohter seydener Himmel/ und 2. weiß seidin Füraltar. 2. ein roter seidener Füraltar. 3. ein gestikt port mit den 12. botten/ und silberinen zeichen. 4. vier weisse Meßgewand mit Leviten röcken und Alban/ deren eins Sammatin/

matin / 2. dammastin / und das viert leinin. 5. ein braun sammatin Messgewand mit Leviten röcken. 6. ein roht sammatin Messgewand, 7. ein rohter sammatiner Messackel mit 2. Leviten röcken mit guldinen streimen. 8. ein grüner sammater Messackel / mit weissen blumen / und 2. Leviten röck / darauff stunden silber in schwartz Hirtzenköpf. 9. ein grüner sammater Messackel / mit einem guldenen Creutz / und 2: dammastin Leviten röck. 10. aber ein grüner Sammat geblümt mit einem gestickten Creutz / mit silbernen übergülten Lämlinen. 11. ein blawer Sammet mit einem pärlinen Creutz / und 2. seidene Leviten röck. 12. ein par guldin stuck mit 2. Leviten röcken. 13. ein braunfarbe Carmisin / mit einem strich / und 2. Leviten röck. 14. ein schwartzer sammat mit einem gestickten Creutz. 15. ein roter Damast. 16. aber ein rotfarber seidener mit etwas bilden / und 2. weissen röcken. 17. siben seidine Küssin. 18. ein weiß damastin Küssin. 19. ein schwartz Carmasin thuch. 20. ein gäler damastiner Himmel. 21. ein weisser Dammast / mit 2. Leviten röcken / und einer Chorcappen / die waren vergabet von dem Cardinal von Sitten im Jahr. 1520. 22. ein weisse sammatin Chorcapp / mit K. Caroli bildtnus und roten lysten. 23. ein grüne Capp mit weissen blumen. 24. zwo grün sammatin Kappen. 25. drey weiß

sammatin und ein schwartze Kapp. 26. ein braun sammatin/ und ein grün mit rothem eintrag mit guldinen Thieren und Blumen. 27. aber zwo schwartz Sammatin / und zwo grün Dammastin / und ein braune Carmosine mit silbernen zeichen. 28. zwen blawe und zwen roht Dammastin. 29. ein blawer Sammatin mit blumen. 30. ein grün Dammastin mit guldinen Blumen sehr schön gemacht. 31. zwo goldfarbe und ein schwartze sammatin Kappen mit rohten blumen. 32. ein blawer und rohter Damast mit streimen. 33. sechs neue Damastin Kappen / so im jahr 1522. gemacht worden. 34. sechs und zwentzig genandt Caplonen Chorkappen. 35. drey schöne gewirkte thücher im Chor aufzuhencken. 36. zwo weiß und blawe Damastin und seidin Decke / über der seligen Martyrer gräber / und aber 2. roht Daffatin / so auch darzu gehört. 37. zwo Burgundisch Deckinen auf die Chor särck. 38. ein roht Damastin Decke/ auff St. Placidi grab. 39. ein weiß dammastin Decke auf unser lieben Frauen Sarch im Chor. 40. fünf leynine Altar thücher / 2. möschine becken: 2. grosse möschine Kertzenstöck / und sonst nach 6. Hæc & id genus plura ordine *Bullingerus* noster in Hist. reformatæ Præposituræ Tigurinæ enarravit. His deniceps oculorum pabulis periculosis vel manifestæ Idololatriæ illici-

illicibus, vel ceremoniarum umbris carere Majores noſtri, Joſchiæ imitatione, maluerunt, quàm ipſo corpore, Chriſto, fide vera apprehenſo defraudari. Et ſanè, quorſum in N. Teſtamento, ubi in ſpiritu & veritate, citra typorum, typicorúmque veſtimentorum (qualia ſunt Levitarum) apparatum DEUS coli vult & adorari, tanta profuſio? Nonne & verbo DEI, & legibus etiam naturæ rectiùs convenerat, ut tot ſumtuoſa ſupellectilia in pauperum potiùs conferrentur ſolatium, quàm lapideorum, aut ligneorum monumentorum ornamentum? Debet religionis cultui ſacro ſuus conſtare honos, ſuúmque decus manere illibatum; neque tamen id ſtatim DEO placet, quod hominis eſt inventum. Nimis ſunt expreſſa Scripturæ documenta, quæ cultus divini rationem non ab humano ſuſpendunt arbitrio; ſed à ſola DEI voluntate: Offerre, DEI mandatum erat; At ne pecus optimum, niſi à DEO permiſſum, gratum fuiſſe, Saulis exemplum probat. Non noſtra; ſed DEI ſacra ſunt. *Solus ergo audiatur.*

Quintò, *Joſchias adductis omnibus Sacerdotibus è civitatibus Jehudæ, polluit excelſa, ubi adoleverant Sacerdotes iſti à Gebaho Beerſchebahhum uſque; deſtruxitque etiam excelſa portarum,*

tarum, etiam quod erat ad ostium portæ Jehoschua præfecti urbis, quod erat ad sinistram cujusque intrantis portam civitatis: Sacerdotibus non permisit, ut offerrent in altari Jehovæ Jeruschalaimis; sed tamen ut comederent azymos panes inter fratres suos, v. 8. 9. Fuit ergo, 1. Reformatio Josiæ *universalis*. Omnia excelsa, sacella extra Dei mandatū recta polluit. i. e. opinionē religionis ademit, vel quisquiliis, fœdis retrimentis, cadaveribus implevit, profāa loca illa esse voluit. *Kimchius* שם אותו מקום טומאה להשליך שם נבלות וכל טומאה להרחיק הע״ז מלב העם *Posuit ea receptaculum impuritatis, ut projiceret cadavera & varia immunda, sicque è corde populi removeret Idololatriam. Vocem* טמא LXX. *ἐμίανε, vulg.* contaminavit. Ita & cæteri, excepto *Arabe*, qui reddidit קלע *evulsit*. Honori ergo, qui excelsis aut Altaribus in excelsis habebatur, successit irreverentia, profanatio, & ex adjectis retrimentis, fœtor, nausea, &c. quod factum est à Gebaho, termino regni Judaici septentrionali, 1. *Reg*. 15. 22. Beerschebahhum usq;, terminum Meridianum, *Judic*. 20. 1. Fuit & Majorum Reformatio universalis: Non in urbe tantùm; sed & in agro publica authoritate recepta, ut ne pagus superesset in toto territorio Tigurino,

rino, qui aram, Excelsum, sacellum retineret, cultibus Heterolatricis destinatum.

2. Non publica modò; sed & *privata* Josiæ Reformatio fuit. Habebat Jehoschua urbis Præfectus penates suos; Idolum domesticum, altare portatile, cujus, quia illud cæteris majus, ut *Kimchius* existimat, fuit, expressa fit mentio. Ne illi quidem per Joschiæ authoritatem locus relinquebatur. Idem Majorum ætate accidisse, & cum publicis simulachris, altaribus; privata etiam, cujusmodi circa Reformationis tempora fuisse plurima, vel ex Confessionalibus patet, cecidisse; in aprico est. *Vide sup.* p. 131.

3. *Moderata* denique Josiæ fuit Reformatio. Abdicabantur quidem muneribus suis, totaque posteritas illorum Sacerdotum, qui è genere Aharonis erant; sed peregrino cultu se contaminaverunt, *Ezech.* 44. 10. partes tamen suas, unde viverent, ex altaris commodis retinebant, prout aliis, בעלי מומין *legaliter pollutis,* munera non negabantur, offerre tamen iisdem non licebat. Nostræ etiam Reformationis tempore moderatè illi procedebant, qui negotium feliciſſimè

licissimè confectum vellent. Monachis, monialibus, sacrificulis non igni statim & aqua interdicebatur. Si claustrales vitam solitariam diutiùs cōtinuare constituissent, *panes comedere*, id est, certum illis redituum Canōem retinere publica authoritate, dum vel viverent, vel vitæ genus mutarent, concedebatur; modò sacra non perturbarent. Id ipsum hinc inde in Monasteriis & Collegiis factum, publicis, si hoc ageretur, decretis probari posset.

Sextò *quicquid uspiam erat ἐθελοθρησκείας, vel à Zidoniis, vel ab Ammonitis, vel Moabitis, aliisve Gentibus vicinis & remotis mutuatum; per Josiam auferebatur.* Testatur enim sacra Scriptura,

1. Quòd *polluerit Tophetum, quod est in valle filij Hinnomi, ne traduceret quisquam filium suum aut filiam suam per ignem Moleco*, v. 10. *Tophetum polluit*, id est, religione exuit, profanum reddidit; quòd *Syrus* & *Arabs* in eversione altarium factum ostendunt: Uterque enim habet, & *evulsit*, evertit aras. Id quod ex traditione Hebræorum videtur petitum. R. *Schelomo Jarchi*, ad hunc locum: הנה עשו שם בנין כדי להעביר בנו ובתו באש למולך והיה אש מכאן ואש מכאן והכומרים מעבירין ותו;

אותו בין שני האשים *Fecerunt ibi structuram, ut traducerent filios aut filias suas per ignem Molochi: Erat enim ignis hinc atque illinc: Atrati autem* (Sacerdotes) *traducebant talem, inter duos ignes.* Plenius *Kimchius*, cujus verba jam transtulimus in *Primit. Heidelberg.* pag. 91. Porrò, *Molecum* hunc fuisse Martem, cujus sacra in ἀνθρωποθυσίᾳ, consistebant; Ibidem distinctè ostendimus pag. 397. Quamvis alii *impropriè* hæc verba, ad alienigarum conjugium, adeóque incestorum concubituum abolitionem referant.

2. *Abolevit equos illos, quos posuerant Reges Jehudæ Soli, ab ingressu in domum Jehovæ, in domum Nathan Meleci aulici, quæ erat in ipsis suburbiis: Currus autem Solis combussit igni,* v. 11. Equi ergo erant eo ordinati, ut Heliolatræ bene manè orientem salutare & adorare possent Solem, quos abolevit, (LXX. κατέκαυσε; *combussit*; Syrus & Arabs *interfecit*, id est, interfici jussit) Rex Josias. De equis istis ita *Kimchius:* ובטל גם כן זה המעשה שהיו עושים מלכי יהודה שהיו עובדים לשמש ונתנו שם. סוסים שהיו מוכנים לזאת העבודה שהיו רוכבים עליהם הולכים לקראתו ממקום שהיה מבוא בית הוה

Illud etiam abolevit יהוה עד לשכת נתן מלך *quod solenne erat factum Regibus Jehuda, Heliolatris: ubi ordinaverant equos, qui cultui illi erant destinati, quibus vecti procedebant in occursum Solis, manè, ad ortum. Pracedebant autem in occursum ejus in loco, ubi erat ingressus in domum Domini, ad conclave Nathanameleci.* Ipsa ergo etiam instrumenta, exercendæ Idolatriæ consecrata, Josias superesse noluit; sed equos cum curribus, Solis cultui sacris, abolevit. Hunc Solis cultum Judæos accepisse à Gentibus, Syriæ vicinis, ostendit *Voss.* de Idololat. l. II. c. 4. Allusisse huc volunt *Jobum* c. 31. v. 26. 27. *Si vidi Solem*, (Heb. אור lucem) *quando splendebat, & lunam* (à qua) *preciosum abit: & seduxit se se in abscondito cor meum; & osculatum est manum meam, etiam hoc fuisset iniquitas judicata, quia abnegâssem Deum desuper:* Qui locus non modò vetustatem cultus Solis ostendit; sed etiam ritus ejus, quo Solem adorabant, manum osculantes, disertè exprimit. Unde & *Hieronymus* in Ezechiel. 8. v. 17. & Apol. 1. in Rufinum refert eundem locum ad ritum, quo Gentiles in *adorando dexteram ori admovebant*, de quo prolixius *Voss.* l. c. pag. 319.

3. *Altaria, qua erant super tectum cœnaculi*

culi Achazi, quæ fecerant Reges Jehudæ: etiam altaria, quæ fecerat Menasche in duobus atriis domus Jehovæ, destruxit Rex, quibus abruptis inde projecit pulverem eorum in torrentem Kidronis, v. 12. Omnia, ubique obvia, tam in Palatiis regiis, quàm Æde sacra posita diruit, Soli, Lunæ, Exercitui cœlorum sacra altaria. Illud cumprimis altare, quod in tecto Achazi; erant autem Orientis tecta plana, non cacuminata; erigebatur, illustre fuisse oportet idque ex ritu colentium exercitum cælorum, *Jerem.* 19. 13. *Zeph.* 1. 5. cui tamen ne regium quidem, quo minùs destrueretur, patrocinari potuit nomen.

4. *Item excelsa, quæ erant in conspectu Jeruschalaimorum, quæ erant ad dextram montis corrumpentis, quæ ædificaverat Schelomo Rex Israëlis Haschtoretæ, abominationi Zidoniorum, & Cemoscho, abominationi Moabitarum, & Milcomo, abominationi Hhamonitarum polluit Rex; & confractis statuis ac succisis lucis earum; implevit loca earum ossibus hominum,* v. 13. 14. Magna fuit pietas Asæ, eximia Josaphati, qui tamen Idololatriam radicitus evellere non poterant, eo forte contenti, quòd aræ Idolis Gentium consecratæ, cultui iterum sacro redderentur. Excelsa, altaria in locis excel-

 sis

ſis, ſacella montana in honore ſemper adhuc erant. Horrenda profectò Idololatria, quæ adeò omnia compita compleverat, ut etiam ad dextram montis oliveti ſtatua poneretur. Unde & qui הר המשחה *mons unctionis* appellari debebat; הר המשחית *Mons corrumpens* dicitur, nempe לגנאי מפני הע״ז *Per contemtum, propter cultum Idololatricum:* Quæ quidem impietas in regno Iſraelitico obtinuit, Solomone vel jubente, vel ſaltem, quod R. *Levi* obſervat, connivente, & uxoribus ſuis permittente. Nomina autem, quæ ſequuntur Idolorum, craſſiſſimæ impietatis veſtigia ſunt; de quibus ſigillatim à nobis actum eſt in *Primit. Heidelbergenſ.* de *Aſteroth*, ſeu *Aſtarte*, vel *Aſchera:* p. 406. *Cemoſcho*, ſive Saturno, p. 404. De *Molocho* ſeu *Milchamo* p. 309. Hæc omnia deſtructa, oſſibus defunctorum Idololatrarum repleta, adeòque profanata ſunt. Cætera, quæ de omnium Idolorum, altarium Idololatricorum ſtrage, in ſequentibus occurruut, hac vice, ne commentaria ſcribamus, mittimus. Illud certum eſt, & heic Majores noſtros paria in pleriſque facere fuiſſe paratos.

1. *Moleci* i. e. Martis victimas Helvetii Reformati per interdictum militiæ mercenariæ

cenariæ tum sustulerunt. *Epistol. Apolog. Argent.* lit. E ult. *Militare præterea exteris Principibus, aut hujus causa ullam accipere pecuniam, apud præcipuos Helveticorum pagos, quæ gens non credebatur sine militia & externa pecunia posse vivere, jam annos aliquot capitale est, qua potissimùm causa, qui in ea gente filij pacis non sunt, ab Evangelio tam pacifico abhorrent.* Vide etiam lit. H. 2.

II. Instrumenta omnia, apparatum Missaticum, statuas, imagines simul & semel non minus, quàm Josias, removere, rigidissimèq; omnia ad pristinæ simplicitatis normam revocare conati sunt, amplissimi Proceres Tigurini, ἀκριβῶς illam, potissimùm solicitante Zvinglio, Vide *Tom.* VI. pag. 241. Nihil denique vel in Magnatum Palatiis, vel Templis publicis relictum erat, quod scandalo esse potuisset, aut posteritati alimentum præbere superstitionis. Josias, ne Solomonis quidem pepercit memoriæ; neque nostros vel Imperatorum, vel Pontificum splendor occœcare poterat: Omnia; quibus revelati DEI verbi authoritas non concessit locum; migrare jubebantur, idque sine tumultu, & strepitu. Id quod masculè contra Erasmum in Zvinglio defenderun *Argentinenses* aliquando Theologi. *Nunt*

scribit (Erasmus nempe) *Zvinglius quàm seditiosè rem gerit? Nunc, Zvinglius quantas turbas concitavit ob imagines? Nunc, quo tumultu exegit Divorum imagines? Profectò, vicinior fuit Erasmo Zvinglius, quàm ut pati debuerit tam confessa sibi de illo, præsertim amico, mendacia persuaderi. Quid quæso unquam egit hic seditiosè, quas turbas, quem tumultum concitavit propter imagines? A Senatu majore & minore, hoc est, à Diacosiis Urbis Tigurinæ indictus primùm est conventus eruditorum, Convocatus Episcopus, & habita gravis ex Scripturis de imaginibus disputatio, in qua cùm didicissent illi, DEUM suis vetuisse, illic habere signa & imagines ubi coluntur, paulò post decreverunt Senatus consulto, templis submovendos, id quod & ipsi citra omnem tumultum, citra turbas curârunt, nec quicquam egit Zvinglius, quàm quod ut è suggestu, ita deinde in disputatione, DEI verbum bona fide exposuit. Hæc est ista Zvinglij seditiosa actio, hæ turbæ, hi tumultus. Apolog.* K. ult. Vide sup. p. 165.

C. In *Consequentibus* se in ipso sistit limine 1. *reformati Paschatis celebratio: Tunc præcepit Rex toti populo dicendo: Celebrate Pascha Jehovæ DEO vestro, prout scriptum est in libro fœderis hujus; neque celebratum fuit simile Pascha huic à diebus Judicum, qui judicârunt Israelem,*

Iſraelem, *aut ullis diebus Regum Iſraël, aut Regum Jehudæ*; v. 21. 22. Magnum intervallum! Ita ſemper doctrina de Sacramentis ſuas habuit eclipſes. Quæ præcedebant Paſchatis ſolennia, ſuos ferè admittebebant defectus notorios, vel ratione loci, vel ſubjecti; quominus ad præſentis accederent feſti accurationem. De illo R. *Schelomo Iarchius*, de hoc *Kimchius*. Ita ille:

לא נעשה כפסח הזה ליי בירושלם. אבל משמלכו מלכי ישראל ומלכי יהודה לא עשו פסח כל ישראל בירושלים לפי שנחלקה המלכות לשנים מירבעם והיו הולכים לעגל שבביתל ובדן עד עכשו שגלו עשרת השבטים והחזירן ירמיהו ומלך עליהם יאשיהו ובאו כלם לירושלם *Non factum eſt Paſcha huic ſimile, Domino Hieroſolymis: verùm, ex quo (diviſim) regnârunt Reges Iſraël, & Reges Jehuda, omnes Iſraëlitæ Paſcha Hieroſolymis non agitârunt, propterea quòd regnum in duo divideretur à tempore Jeroboami, qui proficiſcebatur ad vitulum, qui in Bethel & Dan erat, uſque dum migrarent X. tribus, quibus per Jeremiam reſtitutis imperavit Joſchias, & venerunt ita omnes Hieroſolyma.* Hic verò

ומה שאמר כי לא נעשה כפסח הזה שהיו כל

Quid כל ישראל בלב אחד לעבוד את יי *verò est, quòd dicit*, non factum esse Pascha huic simile? *Nempe, quòd omnes Israelitæ ita parati essent uno corde servire Domino.* Utroque ergo respectu primas deberi existimo huic Joschiæ Paschati, primò ob confluxum populi; secundò, ob Reformationem, quæ perfectior fuit, quàm sub ullo alio rege, adeò, ut minutissimæ ferè superstitionis reliquiæ detergerentur, & ad legem DEI omnia repurgarentur. Et ut non sine omine, aut Numine reformatæ doctrinæ Sacramentariæ primus in Josia proponitur fructus, legitima Paschatis celebratio: Ita & superiori Seculo idem evenisse observamus. Nostræ etiam Reformationis tempore, Pascha celebratum, quale multis retrò Seculis speratum quidem; sed impetratum non fuit Restitutio Cœnæ Dominicæ veri N. T. Paschatis, inter prima etiam fuit feliciter peractæ Reformationis χαριστήρια. Et ut caput aliud doctrinæ non est, quod Papatui universo gravius infiixerit vulnus, ita à vero non abludemus, si fateamur ingenuè, vix multis ante Seculis Pascha nostro simile fuisse agitatum. Sive enim simplicitatem spectemus apparatus, quo cum primis Deus in N. T. delectatur, sive genu

inun

inum verborũ institutionis sensum, sive devotam comunicantium præsentiã, nihil est, quod non ὑπεροχὴν nobis aliquam largiatur.

2 Lege DEI, verbo Jehovæ, luce cœlesti restitutis, Dæmonum ludibria, hominum deliria, cæcæ mentium noctes cedere utrobique debuerent: Quemadmodum *Pythones*, *ariolos*, *& Teraphim* (imagines) *ac stercoreos Deos*, (ita statuæ & simulachra appellantur) *& omnes abominationes, quæ conspiciebantur in terra Jehudæ & Jeruschalaimis, sustulit Ioschias, ut præstaret verba legis scripta in libro, quem invenerat Chilkiia Sacerdos, in domo Iehovæ:* 2. Reg. 23. v. 24. Ita superiori Seculo, Magicarum consecrationum, imaginum, Idolorum DEO abominabilium, sponte secutum exilium, quòd juxta DEI verbum, subsistere ampliùs illa non possent.

3. Ita cultus sub Joschia fuit repurgatus, ut tamen *propter irritamenta, quibus ad iram fuit provocatus Iehova, Dominus à furore suo in Iehudam non fuerit reversus*; v. 26. Et quamvis Joschiæ similis non fuerit Rex, qui ita reverteretur ad Jehovam ex toto corde suo; v. 25. in prælio tamen contra Pharaonem Neco, Ægypti Regem succubuit & occubuit, v. 29. Eadem ratione Majores nostri infelici ad Cappellas

las pugna, exemplo suo probarunt, etsi gratiâ tum divinâ animæ fuerit consultum; non tamen propterea vel impune licuisse peccare, vel hominum viribus Evangelium propagare, vel causæ bonitatem ex prospero rerum externarum eventu æstimare, vel denique nostris armis, equitibus aut copiis, salutem Zionis promovere: Corporum, fortunarum jacturam, cum veritate subsistere posse. Et ut Joschiæ promissum fuit, *quòd, in pace abiturus, non esse visurus futura mala*, 2. Reg. 21. 20. qui tamen hostium violenta occubuit manu: Ita & fortissimi Majores inter fulmina tormentorum, stricturas ensium, ipsos mortis dolores, certi esse poterant, non, quod hostes Evangelii ubiq; speraverãt, mala denno pristinæ servitutis esse metuenda: Deum causæ suæ, contra omnium existimationem, adfuturum. Id quod & ipse Reformator proximè ante conflictum, quem facilè præviderat, monuit, & post acceptam cladem Vir inter Pontificios magnus, *Theologus Venetus*, libenter fassus est, ceu diximus *Tom.* VI. p. 182. Desinant ergo οἱ ἐπιχαιρέκακοι nobis solis exprobare, quòd in Josia, aliisque, vitium non esse, aut malæ causæ indicium, vel obliquis vident oculis.

V. *Cla-*

V. Clara satis & perspicua esse Parallela inter utramque Veteris & Nov. Test. à nobis exempli loco positam Reformationem, ostendimus: Si durior illa videatur, non nostro imputari debet calculo, sed illorum, qui tam luculenti Parallelismi præbuerunt materiam, genio.

a. Ut ingenuitati, quæ fidei Historicæ anima est, litaremus, eorum hactenus ferè, qui rebus vel adfuerunt, vel præfuerunt, uti placuit verbis. Et ut ubique regnare illa debet, ita in sacris & Ecclesiasticis planè imperium obtineat, necesse est. Eandem in parallelis hisce probare constituimus. Si durum videatur, Christianorum cultum, cultûs apparatum pari loco haberi cum Veteris Testamenti Judæis, aut Israelitis Idololatris, Christianos, N. T. & hæreditatis feudatarios, non nostra culpa est: Neque enim alios exagitandi, sed nos, & nostros defendendi studio, in hanc arenam descendimus.

Dura videatur 1. *Comparatio utriusque Idololatriæ in genere*: Quid verò hanc impediat, aut quid obstet, quominus de utraque cum *Iesaja* exclamare possimus: *Formatores sculptilis omnes sunt rei inanis formatores, & desiderabilia eorum non possunt prodesse; ac testes istorum sunt ipsa; non vident,*

neque cognoscunt, ut erubescant. Qui format Deum fortem, & sculptile fundit; ad nullam utilitatem fundit: En omnes se consociantes ei erubescent, & fabri ipsi magis, quàm homines ulli; congregent se omnes, consistant, pavebunt, erubescent una. Faber ferrarius cum norma & operatur prunis, & malleis format illud, cum operatur illud brachio robusto suo, etiam esurit, & nullis est viribus: non bibens aquam defatiscitur. Faber lignarius extendit regulam, delineat ipsum amussi, aptat illud in angulos suos, aut circino format illud: denique facit illud ad structuram viri, secundum ornatum humanum, ut desideat domi: Cedendo sibi cedros, cùm sumsit cupressum & robur, aut quæ fortificat se inter arbores sylvæ, aut cujus plantaverit surculum, & pluvia educaverit: Tunc est homini ad comburendum, qui sumit ex eis ut calefiat, etiam accendit furnum, ut coquat panem; etiam operatur Deum fortem: cui incurvat se, aptans ipsam in sculptile, ante quod procumbit. Partem ejus exussit igni, ad partem eius carnis comedit, assat assum & satiatur: etiam calefit, dicitque: Euge, convalui, vidi ignem: Residuum autem ejus in Deum fortem aptat, exsculpendo illud, procumbit coram eo, incurvátque se, & deprecatur ipsum, dicens: Eripe me, nam DEUS fortis meus es. Non nôrunt.

neque

neque animadvertunt; *illud obducere oculis ipsorum ne videant*, & *corda ipsorum*, *ne intelligant*; Jes. 44. *v*. 4 — 14. Nonne utrinque ratione causæ *efficientis* instrumentalis *activæ*, formatores habemus sculptilium, statuarios, fusores: *passivæ*, normam, prunas, malleum, amussim? Ratione *materiæ*, metalla, ligna, quorum altera pars aræ, altera foco consecratur? *Finis*, adorationem non *terminativam* ad truncum, stipitem, aurum, argentum; sed *symbolicam*: Terminativè, ad Deum fortem conceptam. *D*uo enim apprimè hic sunt notanda: *Alterum*, ne Judæos quidem, crassissimorum Idololatrarum æmulos, adeò stupidos, aut infrunitos haberi voluisse, ut brutas & mutas compellarent statuas. Nam & illi, Gentium exemplo, imagines eas, veluti laicorum doctores, & Mediatores, quarum contemplatione se facilius supremum in cœlis Numen comprehensuros sperabant, paulatim invexerant. Hanc enim Veterum Hebræorum, cæterorúmque Orientalium mentem fuisse, disertis eorum verbis alibi ostendimus: Vid. *Miscell.* p. 200. &c.

Alterum, Imagines, quas εἴδωλα Græcè voces, ipso Spiritu sancto teste, non præbere conspicillum ad intuendum DEUM; sed

ed in animis hominum quoddam veluti tectorium & velum esse ad occœcandos Idololatras; nec proinde *Doctores*, sed seductores laicorum esse. Ne ergo miremur, si vel hodie sint, qui, etsi turpitudinem Idololatriæ nôrint, vel agnoscant, non tamen ejus apud se reatum deprehendant. Altioris hæc sunt indaginis, cur, qui Idololatræ haberi nolunt, ægrè tamen ab Idololatria (quàm diu Jesajæ querenti, ac miseram eorum sortem deploranti, non satis fecerint) se purgare poterunt. Non vidit Jesajas, quâ ratione; salva scientia & prudentia, integro judicio; dicere homo potuerit: *Partem materiæ exussi igne, etiámq; coxi ad prunas istius panem, assavi carnē, quam comedo; partem verò religioni consecravi, ante id quod provenit ex arbore procubiturus*, v. 14. & nos vel moniti hîc cæcutiamus, vel Jesajæ mentem pervertamus?

Nec obstat: *Judæos Baali &c. sua sculptilia destinâsse: Christianos Deo vivo.* Quantò enim major in humanitùs ficto cultu honoris est opinio, tantò ad Deum ipsū manifestior *ἀτιμία* redundat. De *vero DEO*, quem ex creationis operibus cognoscere poterant etiam Gentiles, intelligendus Apostolus, quando Romanos suos monet, eo ipso gravissimè peccâsse Gentes, quòd *gloriam incorrupti-*

corruptibilis (a seque veri DEI, mutatione non essentiali, sed repræsentatione symbolica) *mutârunt in efformatam imaginem mortalis hominis, & volucrium, & quadrupedum, & reptilium*; quod aliud nihil erat, *quàm veritatem mutare in mendacium, & colere ac servire rebus creatis, præterito Creatore, qui est benedictus in secula, Amen.* Rom. 1. v. 23. & 25.

II. Durum videatur; *Baalem, Belum* Babyloniorum, &c. *Ascheram*, sive Dianam, vel Deo, *vel beatæ Mariæ Virgini, vel aliis Sanctis conferri.* Confertur, non ratione vel essentiæ, vel intrinsecæ dignitatis; sed cultûs & adorationis pariter superstitiosæ. Quo sensu non nostra; sed ipsorum Pontificiorum hæc comparatio est. Et de *Baale* quidem (quo nomine Judæi supremum in cœlis Numen intellexerunt, *Dominum omnium*) disertè satis *Ribera* in c. 2. Hoseæ: *Baal*, inquit, *nomen certi cujusdam Idoli: nempe Bel fuit ita dictus antiquitus. Venit autem usu, ut à diversis locis, ubi Templis erectis colebatur, diversa nomina haberet, sicut Beatissima Virgo apud Christianos nunc Lauretana invocatur, nunc à Monte ferrato, nunc ab Amnelupi, nunc à rupe Gallica nomen habet.* De *Aschera* verò, quæ & Domina, & Regina cœli, à superstitiosis Babylonis &

niis & Judæis appellabatur, ita veteres Idololatræ apud Jeremiam: *Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audimus ex te; sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, ut sacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres nostri, & Principes nostri, in urbibus Juda, & in plateis Hierusalem, & saturati sumus panibus, & benè* (NB.) *erat nobis, malúmque non vidimus. Ex eo autem tempore quo cessavimus sacrificare reginæ cœli, & libare libamina, indigemus omnibus, & gladio ac fame consumti sumus: Cùm autem nos adolemus rebus cœlestibus, & libamus eis libamina, an absque præstantibus Viris nostris facimus illis lucunculos, terriculorum cultum exhibendo eis, & libanda eis libamina:* Jerem. 44. v. 16. —20. Eximius locus, qui indolem & ingenium Idololatrarum ad oculum depingit. Primò, qui spontè sibi fingunt numina, temerè & præfractè verbi DEI authoritatem rejiciunt, *v.* 16. Animi deinde sui placita pro oraculis & cynosura habent, *v.* 17. Ad Majorum Principum, &c. provocant exemplum, plurisque illud faciunt, quàm expressum Dei mandatum; ib. Insuper ab effectis incertis, dubiis, beneficiis communibus, quibus, DEUS omnes

omnes ſuas creaturas afficit, ſuperſtitioni ſuæ colorem quærunt. Bene hactenus ſibi, quamdiu libâſſent reginæ cœlorum, res ſucceſſiſſe, remiſſioribus malè: Ad exemplum denique magnatum ſumma argumentorum vis redit, quorum ſplendore tota facilè plebis turba ad eundem cultum attrahatur. *Ita Veteres apud Jeremiam.* An vel verbum, vel apex hic occurrat, quem ſubſequentes poſtea Heterolatræ non fecerint ſuum? Quid, quòd inter Chriſtianos paulatim extitere, qui hunc locum ad B. Mariam Virginem detorſerint? Id quod tum ex *Epiphanio* contra Collyridianos patet, tum ex *Jacobi de Voragin.* Sermonib. aureis, Serm. 1. fol. 76. l. R. Sermone, qui incipit: *Regina cœli eſt Virgo Maria: Unde illud, quod vana mulieres dixerunt de Luna, nos exponamus de iſta regina,* Hierem. 44. Sacrificavimus reginæ cœli, & libavimus ei libamina, & fecimus ei placentas, & tunc ſaturati ſumus panibus, & bene nobis erat, malúmque non vidimus. Ex eo autem tempore, quo ceſſavimus ſacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio & fame conſumti ſumus. *Debemus quidem regina noſtra ſacrificare corpora noſtra per mortificationem, & libare*

libare ei corda liquida, per quandam lacbrymosam compassionem; & offerre sibi placentas hoc est, conscientias mundas, & tunc ab ipsi saturabimur pane i. e. *interna refectione, ne videbimus malum pœnæ æternæ, qui acquirimus bonum gratiæ & gloriæ. Ne quid deesset* (inquit *Rivet.* Apol. pro B. Virgin Mar. l. II. p. 210.) *addere debuit: Quemadmodum olim Idololatræ in Lunæ similitudinem formabant libas seu placentas, illásque religionis gratia vel comedebant* (πίτυρα fuisse existimat *Selden Syntag.* de *Diis Syr.* l. 11. c. 7. p. 312. vel θυλήματα potius priscorum, id est, libamina, melle seu vino & farina confecta, seu salsas molas) *vel adorabant; sic nos etiam in Missis in honorem Virginis celebrandis, formamus crustula ex simila, & in iis Virginis figuram exprimimus, quæ postea adoramus & comedimus. Nemo enim est, qui nesciat, in oblatis illis, quas consecrant, imaginem sæpe expressam videri.*

III. Durum sit, *texturas, vela, vasa, apparatum & ornatum Ecclesiasticum, ipsum etiam externum cultum, DEO aut Sanctis convenientem, eadem collocari sede, cum supellectilibus Idololatricis veterum Gentilium. Non urget;* inquit Joh. Baptista Casal. de Veterib. sacris Christianorum, p. 229. *quòd obiciunt Sectarii, arguentes de Idololatria Catholicos, utpote eorundem*

dem ritus ab Ethnicis processerint; *quibus respondere sat erit, quòd S. Georgius M. scripsit Melito Abbati, in Regist. Epist.* 71. *lib.* 9. & *S. Hieron. contra Vigilantium* T. II. c. 3. *his verbis*: Et quicunque accendunt cereos, secundum fidem suam habent mercedem, dicente Apostolo: Unus quisque in sensu suo abundet. Idololatras appellas hujusmodi homines? Non diffiteor, omnes nos, qui in Christo credimus, de Idololatriæ errore venisse, non enim nascimur; sed renascimur Christiani, & quia, quando colebamus Idola, nunc DEUM colere non debemus, ne simili eum videamur cum Idolis honore venerari? Illud fiebat Idolis, & idcirco detestandum est; & hoc fit Martyribus, idcirco recipiendum est. *Hæc ille.* De mente Hieronymi, & sententia Vigilantii, in specie, suo loco, σὺν Θεῷ erit dicendum. Nostratium mens aut sententia nunquam fuit, quasi simpliciter, quod Gentilismus olim recepit, Christianismus debuisset respuere. Habuerunt illi Templa? habemus & nos. Habuerunt festa, habemus & nos. Habuerunt κοινὰς de Deo & rebus divinis notiones; habemus & nos. In his, in quibus gratia revelatæ voluntatis nos non distinguit, non sumus scrupulosi. Illud verò quæritur; an, quod

O in Gen-

in Gentibus olim DEUS damnavit, rejecit, proscripsit, à Christianis retineri hodie possit & defendi? At sacrificia, suffitus, aliásque externi cultus religiosi species in creaturas transferre, imagines colere, DEUS gravissimè olim prohibuit: Quo ergo iis colore patrocinemur? Veteres, Dianæ domunculas, sacella textilia parabant: Parant & Christiani, Sanctis quidem sæpe; sed non Diis. Veteres reginæ cœlorum libârunt; libant & Christiani. Ostendant ergo, quo jure ipsi laudem mereantur in iis cultûs speciebus, quæ retentæ olim summum conciliârunt probrum? Ostendant disparitatis rationem. *Illud*, inquiunt, *fiebat Idolis, hoc Martyribus.* Quid si, eo ipso nomine & Martyres fiant Idola; si eodem, quo olim apud Veteres Heroes Gentium, afficiuntur cultu? Frustra enim Theologia Pontificia, Numina Veterum, ficta tantùm fuisse nomina existimat, Aliter Orientales, Sabæos etiam & Arabes sensisse, jam aliquoties ostendimus; & qui de origine Idololatriæ scripsit Batricides in Annalib. suis p. 49. 58. non fictorum aut nudorum nominum; sed defunctorum ἀποθέωσιν nobis ostendit. Sol, Luna, reliqua astra, non sunt οὐδὲν, planè nihil: Nec ex ordinatione DEI Crea-

Creatoris, seu hominum superstitione sunt Idola. Tum autem demum Idola constituuntur Creaturæ, cum suprà conditionem evectæ, Creatoris loco habentur. Quando ergo, ubi Deus solus voluit adorari, ubi suum honorem nulli communicare constituit; proruperunt, qui adorationem, honorem cultus in creaturas; Veteres in exercitum cœli ἀστροσεβεῖ; recentiores in beatam Virginem Mariam, sanctos, sanctas transtulerunt, &c. manifestæ, Idololatriæ reatus emersit. Nec refert, utrùm in Baalem, Ascheram, Judæorum, an Christianorum Sanctos & Sanctas transeat: Nihilque exceptionis supererit apud eum, qui utrumque pariter, omnémque adeò עבודה זרה ἑτερολατρείαν prohibuit. Imò, ut, quò quis vel Regi propior, vel sanguine alii junctior, gravius peccat, qui vel in illum, vel hunc perfidus est, aut injurius; ita gravius, dubio procul, illorum esset peccatum, qui, cùm *Deo* ob eximia gratiæ acceptæ bona & dona, gratissimi esse debuissent, ingratitudinis sibi turpis adspergerent fuliginem, eum admittendo cultum in terris, qui soli debetur *DEO* in cœlis. Herodes parasitorum non impune tulit acclamationes; *Act.* 12. v. 23. cùm tamen Tyrii essent & Sidonii, à

quibus proficiſcebantur. Quam alii de voluntate Dei certiores ſuſtinuiſſent pœnam? Nam & hic locum habet illud Servatoris; *qui voluntatem Domini nôrunt, neque tamen eam expediunt, multiplicia ſibi accerſent verbera.* Baalitæ, aliique Gentium Sacerdotes, extraneo igni, vitæ licentia, domi nata & alta ſuperſtitione; DEO ita permittente; diu diuque peccârunt: At Aharonis filii vel ſemel extraneum ignem afferentes, morte temeritatem luerunt. Omnino, non ſolet Deus in illis, quos præ aliis ſuis mactat beneficiis, tantam ferre vel prævaricationem, vel confuſionem, ut neſciant, quid debeatur DEO; quid creaturæ. Zelotes eſt DEUS, non proinde ſibi ſoli deſponſatos, ſpiritualis fornicationis, id eſt, cujuscunque Heterolatriæ, alieni cultus, vult eſſe reos. Reliquas Gentes εἴασεν πορεύεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, Act. c. 14. v. 16. Neque enim illas in gentem ſuam, aut peculium, ſuum dilectum deſtinavit. At in populo ſuo, Idololatriam ne tolerare quidem poterat. Abſolonis tantò gravius fuit ſcelus, cùm ejecto Patre ipſe ſedem occuparet regiam, quantò pluribus naturæ nexibus Patri Davidi fuit obſtrictus. Luciferi è cœlo deturbati pœna tantò fuit juſtior,

justior, quanto affectatio honoris divini ab ipso, in quem divina Majestas tam larga manu sua contulit dona, minùs debebat expectari. Sive ergo Angelus in cœlo, cum Lucifero, sive homo in terris, sive quæcunque creatura alia, honores admittit divinos, soli DEO debitos, & Idolum facit, & cultores suos, manifestos Idololatras. Neque enim Idola naturâ sunt, sed malitiâ hominum constituuntur. Qui statuam; quæ Romæ jam est, ex Jove facta Petrus; cultu prosequitur, lege divina prohibito, & Idololatris consueto, Idololatriæ scelus declinare non potest, sive Gentilis id præstet Jovi; sive Christianus Petro. Atque hæc quidem hactenus de Parallelismo inter Reformationem Joschiæ, & Majorum nostrorum.

IV. Ordine & succinctè indicavimus, Reformatores nostros; Zvinglium cumprimis; non sponte cucurrisse, nec nisi vocatos ad tantum opus eos accessisse: *Vocatos* in cœlo & in terra; *Vocatos generaliter, specialiter, & specialissimè:* Paucis nunc, idem aliorum de Reformatoribus fuisse judicium, ἐπιμέτρου ὁδὸν, palàm faciamus.

Diutius paulò huic tractationi immorati fuimus, quòd necessitas rei idipsum flagitaret. Etsi verò publicorum actorum fide omnia constent, operæ pretium tamen erit; si & aliorum accesserit calculus. Hoc enim de vocatione caput ex primariis haberi debet. Non est ministrorum sponte aut *temerè*, nulla prævia vocatione, currere, *Rom.* 10. 15. Nec ullius, ad ministerium capessendum accedere, nisi vocatus ille sit à Deo, *Heb.* 5. v. 4. Habuisse autem Zvinglium vocationem à DEO, cujus unius honori litavit, cujus unius vocem audiri voluit; satis supérque demonstravimus. *Divina* enim fuit, tum ratione causæ efficientis, tum materialis, tum denique finalis. *Illam* superiori ostendimus *Tom.* VI. p. 171. De *ista* & *hac* suis locis, bono cum DEO, operosius loquemur, ἐντέχνως, inductione argumentorum. Hac verò vice ἀτέχνως ituri per testimonia, συλλήβδην indicabimus, vel doctissimos quosque de vocatione Reformatoris Zvinglii divina non aliter sensisse. Unde tot insignia, quòd nihil contra Scripturam, nihil contra veritatem docuerit, testimonia. *Quid dicit Zvinglius, quod non sit Evangelicum?* Ipse jam a. Ch. 1520. quæsivit Myconius. Et eodem anno Caspar. Hedio:

Cav

Cave putes, me quicquam tui malè consulere, aut quod suspicer, te quicquam dicere præter Scripturæ authoritatem & rationem: Anno verò 1522. Myconius iterum. *Quod hactenus divinarum literarum es usus clypeo, invictus perdurâsti non uno prælio, non duobus sed tribus, & quartum jam ostium pulsat: Nec finem video, etiamsi hoc perviceris. Utere igitur his tam fortibus, tam adamantinis armis ut hactenus, ut videamus, quàm Christus ad sua tuenda nullius alterius indigeat, præter verbum suum. Non credere poteris, quantum pectoris, addat isthæc res omnibus, qui Chrsto se mancipaverunt. Is permaneas, qui es in Christo Jesu.* Huc Oecolampadii, de disputatione Tigurina pro asserenda veritate, facit Epistola: *Narraverunt mihi fratres, dulcissime Zvingli, disputationis vestræ totam Historiam, & iterum gratulandi materiam nactus sum: Evenit ut sperabam; neque certior ulla mihi spes fuit. Sciebam, Christum causam suam non derelicturum. Prope est omnibus in veritate se se invocantibus. Cæterùm, quòd ego non comparuerim, opinor, non opus esse alia excusatione, quàm non satis opportunè literas tuas redditas. Nam de negotiis, & hyemis sævitia non admodum conquerebar. Verùm, etiamsi affuissem, ut audio, tam inermes prodierunt Adversarii, ut prærepta tibi sit robur,*

viresque

virésque tuas experiendi. At, quid non imbelle & languidum, quod veritati se se opponit? Quam quia tu semel defensandam suscepisti, certissimum habes, quod & te tuebitur, sævientibus etiam omnibus inferi portis. Ita autem *cæli* favebant Zvinglii vocationi, quæ ad gloriam cœlestis Patris vocantis tota tendebat, ut terra ubique vocationi applauserit. Si *regiones* spectes, totam fermè Tom. VI. stitimus Europam, Zvinglii opem implorantem, ejúsque veluti Apostolici Ecclesiarum Curatoris auxilium sollicitantem. Unde à magnis ei viris, *Episcopi* Ecclesiarum Reformatarum, non tam gubernationis, quàm institutionis respectu, fuit tributum axioma. *Capito* 1529. *Fac, quod soles, ut modis omnibus perspicacem omnium Ecclesiarum Episcopum te præbeas.* Buceri calculum habes Tom. VII. p. 413. Si *ordines*, status, conditiones hominum consideres, catervatim se offerunt, qui meliorem à Zvinglio Ecclesiæ statum expectârunt. Non *Cardinales* deerant, qui suffragium suum Zvinglii conatibus denegarent. *Amat te Cardinalis* (ita Hedio 1519. ad Zvinglium) *& sinceriter amat multis nominibus, in hoc maximè, quòd Evangelicus es, quòd audes auriculas teneras mordaci radere vero. Nominavit te in præsentia-*

rum

rum non sine magnifico laudis praeconio. Inquit inter confabulandum: Monachus ille iniquo fert animo, quòd Concionator noster Doctores Scholasticos spinas vocat. Hinc illa tragoedia, hic tumultus. Tu, optime Vir, quieto animo vive, nihil reveritus impudentem Monachum. Eruditissimi quique ἐργοδιῶκται erunt satis strenui. Anno 1525. Erasmus Zvinglium in faciem quasi laudavit, *quòd sciret eum Evangelij gloriae unicè favere.* Ejusdem anni, votum est Erasmianum, ad Zvinglium: *Benè vale, mi Zvingli, & rem Evangelicam prudenter & fortiter gere.* Inter eos, qui, voto obstricti, *Monasticas* sequebantur regulas, Abbates erant, Abbatissae, Conventuales, qui tempus liberationis instare impensè sibi gratulati, cominus & eminus Zvinglium urgebant, ut opus coeptum perficeret, servituti intolerabili finem imponeret, Christianam libertatem restitueret. De *Gerolzeggio* supra actum est. *Fabariensis* Praesul, Johannes Jacobus, amicissimis ad Zvinglium, quem *Virum Evangelicum, doctorem verè Evangelicum* appellavit, testatus est literis, sibi Reformatoris conatus non improbari. Inferiores etiam Conventuales, rem seriò egisse, vel uno ostendamus exemplo. Erat Basileae, in Carthusianorum celebri satis clau-

stro, F. *Georgius Pontanus* (alius, dubi procul, à Georgio Pontano, Electori Saxoniæ Cancellario) qui famâ Zvingli excitatus ad eum veluti Medicum recurrit, humanarúmque traditionum & constitutionum jugo alligatus liberari petiit Fidem ferè superarent, nisi ipsius ad manum Pontani essent verba, quam lamentabiliter suam claustrales deplorârint miseriam, statúmque corruptum. Audeat ergo; quod per experientiam longam edoctus certissimè potest, Carthusianus; suum tangere ulcus, & Zvinglio, à quo medicinam expectabat, retegere. Epistola Nicodemiani Pharisæi; ut inscriptio habet, talis est: *In perpetuum salve, præco veritatis altissimæ:* Benedictus DEUS & Pater Domini nostri Jesu Christi, cui juxta copiosam suam miseriam complacuit per te, dulcis Frater Huldryche, quàm plurimas animas, quæ dudum in tenebris ambulabant, Evangelio ejusdem Filii sui ad lucem veritatis reducere, & ad semitas æquitatis, per asperas vias impiæ conversationis prius oberrantes, misericorditer revocare. Inter quas & animulam hanc miseram, quam Satanas alligavit, nedum annis decem & octo, verùm plusquàm triginta & octo post te, veluti *Medic m*

Medicum opportunum (quondam aliàs ſibi non vulgariter notum) ſuſpirare & clamare fecit, cujus tamen curam, prout opus habetur, aſſequi ſe poſſe, non ſperat. Ita vias ſibi undique circumſeptas intuetur miſera. Quid cauſæ ſit, ſolus idem novit, qui renes probat & corda, cujus judicia abyſſus multa, quique terribilis eſt in conſiliis ſuper filios hominum. Olim, dum medela parabatur, declinatum: modò, cùm maximè neceſſaria eſſet, tam remota videtur, ut eam adipiſci nullatenus concedatur. Verum, etſi verbum ſalutis propè ſit in ore, & in corde meo, quid ſi tanta ſit cordis & oris contritio, ut nec præſentiſſimo verbi remedio *quis eam alligare poſſit, aut curare propter eum, qui, cujus vult, miſeretur, & quem vult, indurat.* Ita ſanè deploratæ ſum ægritudinis, ut etiamſi Medicus quiſpiam adeſſet experientiſſimus, prius de ſalute præſtanda deſperaret, quàm conſuleret. Verùm tamen, *quando morbum agnoſco*, & de tuis conſiliis, ô peritiſſimè, nihil addubito, ne tibi videar illudere, brevibus ſummam ægritudinis ceu fido conſultori pandam. *Scis, mi Pater, quid religioſis hujus ſeculi jam dudum impoſuerit, quo ſe putabant nimirum pœnitentes, cùm tamen eſſent ſupra modum in*

DEUM

DEUM & legem ejus ſanctam continuè prævaricantes, & peccatores coram Domino nimis. Putabant ſe ſuis inſtitutis ſanctificandos, cùm tamen abominabiles eſſent coram DEO, ceu pannus immundus. Breviter, putabant ſe caſtas & continentes, cùm eſſent, ut ſcis ipſe, quales. Nec enim ſanè te latet morbus illorum hac parte graviſſimus. Intelligis nimirum, quid me torqueat: Quòd ſi nondum planè, rogo, quæſo, confratrem quondam ordinis noſtri, D. Nicolaum Feurſtein / qui deſerta paſtorali cura Domus Portæ montis ad te, ceu ſuum patronum nuper confugiens ad ea, quæ ſibi tum potiora videbantur, intrepidus, ac (ut ſpero) fide plenus, ſe ſemel accinxit. Ecce is tibi de me referet, quæ ſentiat. & quid illi modò ſcripſerim, etiam tui cauſa. Quapropter, ne te diutius barbarie mea gravem, *diligenter oro te per eum, qui te ſibi dignatus eſt eligere in generis humani utilitatem, ut Epiſtola ſaltem brevi tuam erga me teſteris charitatem, & quid jubeas fieri, certiorem reddas; tametſi parere forſan non concedatur illico; vias tamen exquiram, quibus tandem hiſce gravaminibus tantiſper abſolvar, juxta DEI placitum, & tuæ ſolicitudinis conſilium integrum. Tandem utens Divi Paulini ad æquè Divum Auguſtinum*

ſtinum ſic oro: DEUS miſereatur mei per orationes tuas, & illuminet vultum ſuum ſuper me per lucernam verbi tui, ſanćte frater in Domino Chriſto unanime, Magiſter meus in fide veritatis, & ſuſceptor meus in viſceribus charitatis, Amen. Ex Eremitorio Carthuſiano Baſileæ minoris, menſe Septembr. 1525. Quid, quòd é *ſexu fæmineo* nec paucæ, nec poſtremæ viderint Zvinglii ad reformandum Eccleſiæ ſtatum fuiſſe ὀργανόθεν. Unde & hoc ei nomine vel gratulatæ ſunt, vel etiam ejus ſe curæ & precibus commendârunt. An. 1523 *Margaretha Wattenvvilin* ex Campo regio (Monaſterium eſt in agro Bernenſi notiſſimum) Reformatorem literis compellatum, rogat, ut ne vitio vertat liberius alloquium: Accepiſſe ſe, Evangelicam veritatem ex prædicatione ejus magna accipere incrementa: DEO Ter opt. Max. continuas agere gratias, quòd verbi ſui lucem, tot eximiorum Miniſtrorum opera & Zelo reſtituerit: ſerióque rogare, ut Zvinglio, cæteriſque verbi præconibus contra omnes verbi ſui hoſtes robur & vires largiatur, ut ubique lætis progrediatur augmentis. Barbara, Abbatiſſa Schænniſiana, a. Ch. 1524. ſe ipſam Zvinglii precibus commendat, ut divina virtute in Evangelica doctrina confirmetur, tan-

démque ad optatum salutis portum appellere possit. Ab eodem etiam explicationem loci: *Multi sunt vocati, pauci electi*, flagitat. Sed quid actum agimus? Repetantur ea, quæ ex tota Germania, Helvetia, Gallia, Italia supra congessimus testimonia, *Tom.* VI. præsertim à p. 244.

Quibus duo tantùm addere placet, alterum Germani, Galli vel Sabaudi alterum. *Illud*, Henrici ab Eppendorf, Basileæ ad Zvinglium, Theologum verè Christianum, datum, tale est: *Libellum tuum à Christophoro Librario nobis oblatum, & quo Germaniæ Principibus contra Romani Pontificis fraudes, saluberrimè consulis*, avidissimè complexi sumus: Eundem quoque Udalricho ab Hutten, & Religionis & libertatis Germanicæ unico Vindici, legendum exhibuimus. Ego, qui olim privatis in me beneficiis plurimum debeo, nunc intelligo, quàm sim nomine communis patriæ, denuo tibi obnoxius. Sic pergere debent, quibus nunquam par gratia referri potest. Quòd autem consilium tuum nobis arriserit, paucis ab hinc diebus es intellecturus. Is enim, quem tu & nomine & vindiciis refers, hac in re suum testabitur animum. *Interim nos te bene valere jubemus, atque hortamur, ut glo-*

ria

ria Christi nunquam deesse velis. (NB.) *utcunque obstrepentibus iis, quorum incommodo mundus ad frugem redire incipit, &c.* Ex Basilæa. *Alterum* ad eundem, *Christum Tiguri profitentem*, Orbâ, Farelli, de a. Ch. 1531 ita sonat. *Quanta sit messis, quis populi ardor in Evangelium, paucis nemo expresserit. Sicut Germaniam benignè visitavit Pater; ita Galliam non dedignatur.* Sed paucitatem operariorum deflere cogimur. Adcurrunt multi, se se quærentes, non Christi gloriam; & prius docere festinant, quàm fundamenta fidei didicerint, quos si non admisero, graviter succensent. Sed præstat illis non placere quàm DEO, & plebi non consulere. Vocavimus crebris literis pios, & ad opus DEI non ineptos. Verùm delitiæ Gallicæ ita detinent captivos, ut malint sine fructu perire, & mussitabundi latere sub tyrannis, quàm palàm Christum profiteri. Quod expertus est frater pius, qui isthic nunc agit Petrus Toussanus, per Oecolompadium sæpe huc vocatus literis, quibus nostras frequentes addidimus. Verùm adduci nunquam potuit, donec è Galliis pulsus ad te se contulit. Quare, quantum agnoscis idoneum, tantum adige in vinea Domini properare, ac stre-

nuè

nuè laborare, id studio & diligentia compenset, quod diu cessans omisit. *Pluribus non est quod te detineamus arduis occupatum, quæ sanctè dat perficere Dominus, téque ministro utatur diutius in suam gloriam.*

CAPUT V.

De Vocatione Reformatorum Apostolica.

Reformatorum Vocatio Apostolica vocatur, quia requisita habet ab Apostolis in legitimis verbi Ministris proposita, cuiusmodi sunt. 1. Eruditio, *quæ magna fuit Zvinglii, tam in διδασκαλίᾳ, quàm in Elencho; præsertim in doctrina Sacramentaria; aliisque capitibus controversis Anabaptisticis, & Pontificiis* 2. Hospitalitas; *de qua luculenta tum testimonia, tum exempla, Carolstadii, Buceri, Sapidi, Fagii, &c.* 3. Tolerantia malorum, *quæ penè fuit incredibilis.* 4. Lenitas *sive* mansuetudo *in tractandis plurimis adversariis.* 5. simplicitas columbina, *sive can-*

dor:

dor. 6. Fortitudo, *contra quosvis insultus.* 7. Vita inculpata. 8. Honestum conjugium; *cui tamen seriùs aliorum expectatione se applicuit, & cur. Semper primus intentione, ultimus executione.* 9. Apertum veritatis patrocinium. *Hic typus Apostolicus, regulis convenit Dominicis. Expenduntur ea, quæ Zvinglio obiici solent, a. de Obiecto gratiæ Evangelicæ. b. Peccato originali. c. Providentia. d, Cruce Christi. e. Baptismo. f. Cœna Domini. g. Morte.*

I. Restat ut, promissi tandem memores, Reformatorum, Zvinglii cumprimis, vocationem fuisse Apostolicam, quòd nihil in Episcopo Ecclesiæ Paulus requirat, quod non liberali DEI munere in eum fuerit collatum, commonstremus.

II. Primum requisitum est solida & pia eruditio.

Et ea quidem, quæ possit παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, *exhortari doctrina sua, & contradicentes refutare*; Tit. I. v. 9. Eruditionis Zvinglianæ præcones ex universa penè Europa supra audivimus. Et sanè

Versiones, translationes, commentaria ejus in S. S. valde fuisse desiderata, vel in publicis nundinis significatum fuit. Vide supra Tom. VI. pag. 468. Et Oecolampad. *Si tibi esset parata à te interpretatio in Job, qua carere posses, oro eam mihi communices.* Institutione non minus facilis fuit & perspicuus, quàm in elencho sive confutatione solidus; in consolatione vero felix. Institutioni è Cathedra testimonium perhibuerunt ipsi etiam adversarii: Vide supra *Tom.* VI. pag. 343. De soliditate *Elenchi,* Bucerus locutus est p. 406. & juxta eum Oecolampad. *Accepi tandem ex nundinis Francofordiensibus virulentissimum Lutheri contra me & te librum, vernaculo sermone scriptum, & hoc titulo inscriptum:* Das dise wort; das ist Mein Leib/ noch fest stehen/ wider die Schwermergeister. *Furore nec Pyrkhaimero, nec Fabro cedit. Quid tandem in Ecclesia Christi? Quantum permittitur Satanæ? Quanta DEI super filios hominum ira? Interim nos dæmonum agimur, indigni admonitione, desperati, seditiosique sumus; & si nos excusaverimus etiam verbulo, omnium arrogantissimi. Visum est fratribus Argentinensibus (quos & ipsos sub calicem libri perstrinxit Lutherus) consultum, ut tu respondeas Germanicè, gravitate, qua reliquis respondere so-*

e soles, & ostendas, quibus affectibus in præcipitium feratur. Et ipsi aliquid moliemur. Orant autem, ut citò respondeas, &, more tuo, cordatè. Capito 1528. *Vulgares lectores, eruditionis tuæ luce, perspicua brevitate nervosisque argumentis plurimum capiuntur.* Quæ in *consolando* Zvinglii fuerit dexteritas, *Myconii* Tom. VI. ostendimus confessione & *Berchtoldi Halleri*. Neque verò *viva tantùm voce*; sed & scriptis se toti orbi probavit διδακτικόν. Unde tot insignia laborum ejus elogia, tum de eruditione ejus exquisita *generalia*, tum etiam de singularibus ejus tractatibus *specialia*: *Generaliter.* 1. Oculatiores nexum utriusque Literaturæ, sacræ & profanæ, in Zvinglio veluti sororium valde probârunt. *Oecolamp.* 1526. ad Zvinglium: *Neutiquam te indigna res fuit, frater charissime, prælusisse Pindaro, feliciter enim tessera cecidit, si cui unquam, idque tempore opportuno. Sunt enim quidam, qui pro Poetis & Oratoribus se, titulis & gloriationibus venditant; ij hodie, deplorant per Evangelistas Christi (ita autem contemtius nos appellant) extinctas, sepultásque Musas omnes, & hoc nomine invidiosos nos reddere nituntur, si vel semel submussitemus, Christianam Philosophiam δὶς διὰ πασῶν à seculari sapientia dissidere. Utinam illi non tam neutri*

P 2 *consue-*

consulerent, & juventutis parem haberent rationem, atque nos gregis commissi premit cura: nimirum non essent μεμψίμοιροι. Tu ut in reliquis, ita & in hac causa tempestivè fratribus infirmioribus patrocinio tuo præsto es.

2. Ab illo potissimum patrocinium bonæ causæ in primariis Christianismi capitibus, doctrina præsertim Sacramentaria expectârunt. *Oecolompad.* eodem anno: *Tuum erit, mi frater, Epistola bene expendere, & furibundas voces, quas contemtissimè in nos tanquam adversarios Christi, & regni ejus jacit, non dissimulare, sed Christiana mititate amoliri, maximè autem illum perpetuum tenorem APERTA VERBA, dextrè tractabis.* Jam antea 1523. *Porrò, quod de Vicario scribis, eum facere excudi librum nescio quem adversus te, nihil de ea re mihi constat; at tuas lucubrationes miro ardore & videre & legere desidero: Nam ex Problematum unguiculis quale corpus futurum conjecto. Tibi, quum summum defensandæ veritatis est studium, nihil utique imminet periculi ab infelicibus illis tectonibus, & eorum empiciis operis. Quare prudenter ac rectè facis, qui magno animo quasi intra sanctam Urbem, cum Ezechia, blasphemabundos Rabsaces, munitus fide in Domino non metuis.* In *specie*, non contemnendis ornantur elogiis singuli ferè ejus tracta-

tractatus. De Prædestinatione, Borrhaum p. 307. *Tom.* VI. audivimus: De delectu ciborum & conjugio clericorum, Sebastianum Meyerum, Bernensem Ecclesiasten: De vera & falsa religione, Ludovicum Siguinium, Ravenspurgensem, pag. 560. Quibus accinit Celeb. Hornbek. præfat. ad Lector. Institut. Theolog. *In quem finem primus superioris Seculi Reformator Zvinglius prudenter & cordatè scripsit in Commentario de vera & falsa religione.* Cur primum appellârit, ipse postea alibi explicuit in eadem præfatione: *Zvinglium Luthero præmitto, quia prior in opere Reformationis extitit, etiam purior.* De peccato originali, Urbanum Rhegium, p. 431. De certitudine verbi Dei, Archetele, seu Apologetica, Humelbergium, pag. 559. 565. Adamum Weiss, Creilsheimensium Pastorem pag. 467. Johannem Sapidum, pag. 570. Qui omnes Acta Zvinglii cum Constantiensibus utroque probant pollice. De quibus etiam loqui videtur *Capito*, ad Zvingl. a. Ch. 1522. *Superioribus diebus de libro tuo, quanto hic favore exciperamur, scripsi; non minori animo adversarii amplexantur, quicunque nondum perfricuerunt frontem.* Et anno Christi 1526. *Legimus Epistolam tuam, qua Fabrinæ respondes, heu*

 quam

quàm appositè, quàm scitè omnia. An. Christi, 1527: *Nihil dum est in causa Eucharistiæ editum, quod omnium calculum ita meruit, sicut ultima responsio tua tam gravis, tam robusta, adversus ineptissima convitia Lutheri. Sunt, qui affirment, Jonam tantas delicias objecturum Gallis atque Italis, donatas Latinitate: Proinde vide, ut & vestri libelli Latinè legantur. Aut Myconio, aut Leoni id negotii impone.* Ejusdem de explanatione in Jesajam, & Ambrosii Blareri, judicia T.VI. exposuimus. *Oecolampad.* ipse Zvinglio: *Quàm placuerit Jesajas tuus, scriptis assequi nescio. Proinde ne te laboris pœniteat,*

Ejusdem meminit Bucerus, aliâ ad Zvinglium Epistola, quam, quòd & alia nos edoceat, exhibere operæ pretium ducimus. Non metuo, vel ταυτολογίαν, vel crambem bis coctam quemquam exprobaturum. De Zvinglio plurima hactenus diximus, *Tom.* VI. Multa tamen restant deinceps suis quæque locis inserenda particularia. Valde enim ejusmodi documenra & delectant & juvant. Religioni ducimus ea porrò detinere captiva, quibus facilè post hac, etsi ægrè, carere deberet posteritas. Keiser-bergius, insignis Argentinensium ante Reformationem concionator, in præcone eam

coci

modo. Eandem prudentiam, Historicum commendare, nemo, puto, est, qui contradicat. In genere supra ostendimus, quo loco fuerit Zvinglius in universo orbe Europæo: In specie jam palàm facere incumbit, nihil Paulum à Ministro requirere, quod non ὅλῳ θυλάκῳ in Zvinglium fuisse idē agnoverit collatum. Ita ergo Bucerus: *Salve, in Domino, observande Zvingli; Jesaiam tuum degustavi per noctem unam. Promisit Christophorus reversus à Francofurtia nobis relicturum quantum secum attulit: Plurimum inde & oblectabor & juvabor.* Valde enim mihi ista non religio; sed superstitio vertendi sacra ad verbum, hoc est, sic ut à nemine queant intelligi, improbatur. Fontes sanè consulendi ei sunt, qui velit certum de omnibus judicium assequi, quibus tamen fontes adire non datur, annon præstet vel aliquid sacrorum Scriptorum illis germanè intelligi, quàm nihil? Si sensus enim reddantur, fiet alicubi, ut interpres suum inferat; si autem adnumerentur verba, Interpres nullum reddet, & fingent sibi lectores quisque proprium, & ut factum videmus, rarissimè verum.

Ego idem conatus sum, quod tu: sed pro mea facultatula in Psalmis, quorum enarrationem, impulsus à fratribus Galliæ & inferioris Germaniæ, statui edere sub alieno nomine, quo à Bibliopolis illorum libri emantur. Capitale enim est nostris nominibus prænotatos libros regionibus illis inferre. Simulo itaque me Gallum, & veritatem in locis illis communibus Patrum authoritate obtrudere studeo, multa non suis locis insulcio. *Aretii Felini*, quod meum nomen & cognomen est; sed illud Græcè, hoc Latinè; librum, nisi consilium mutavero, faciam. Tria specto. *Primum*, si quo modo captivis illis fratribus sincerior tractandi Scripturas ratio commendari possit. *Alterum*, si tolli in dogmatis religionis nostræ intempestiva peregrinitas, & Scythica illa à Lutheranis invecta debacchandi rabies. *Tertium*, ut tutiùs hinc sacris possent consolationibus, in persecutione, quam ferunt, confirmari. Quare etiam in priore parte operis verbosius omnia explicare annisus sum, quò reliqua liceret adstrictius. Obsecro te, dum per otium licuerit, unum & alterum Psalmum degustare digneris, & monere quam primum licuerit, eorum quibus possim hoc opus

opus magis frugiferum reddere. Viginti duo tantum adhuc excussi sint, quos tibi mitto. Supersunt multi eorundem argumentorum. Quare, emendare licebit, quicquid peccatum est in parte jam impressa. Item, si consilium meum parum tibi probaretur in extrudendo opere, simul mihi indices, Nihil enim aliud specto, quàm ut prosim. *Jam novi* (NB.) *quantum tibi Dominus dederit, quid tale sit, dispiciendi. Audio te jam in Psalmis versari*; quare ut non erit à tuo jam exercitio mihi de enarrandis Psalmis præcipere alienum, ita minus quoque negotiosum. *Vale, & perge gnaviter in propagando regno Christi, & Scripturis elucidandis; nam datum tibi est plurimum: Nobis non item: Id ergo quod possumus, præstamus.* Neque verò in *Didacticis* tantum, sed & in Elencticis, speciatim in certamine Sacramentario contra Lutherum, Bucerus Zvinglium ferre poterat. Eruderanda sunt ejusmodi testimonia, ut & de Ecclesiæ Argentinensis cum Tigurina primo constet consensus, & per quem olim steterit, quò minus luridum Schismatis Ecclesiastici potuerit, coalescere vulnus, posteritati, eorum, quorum maxima tum fuit authoritas, verbis patescat. Ita ergo Bucerus ad Oeco-

lampadium. *Respondere te Luthero, diligentius considerato illius libro, perplacet. Quod Zvinglium respondere solum optabamus, in causa fuit, ut tu labore liberaris, & non duo libri ejusdem argumenti simul ederentur; denique ut idem utriusque Spiritu agnosceretur.* Sed dum videmus, te singulari odio, & multò violentissimis spiculis petitum præ Zvinglio, probo ut & ipse respondeas: Vellem tamen, ut esset Apologiarum vestrarum aliqua diversitas, ne non omnino eadem uterque tractaretis. Eadem enim in eadem causa, cùm idem sit nobis Spiritus ab altero tractari forte Ecclesia Sanctorum maluisset, qùò omnes vidissent, quàm nobis conveniret, & esset idem Spiritus, & idem animus, &c. Quia autem, non dubito, uterque, tu & Zvinglius, libenter etiam ad ea respondebitis, quæ Lutherus in illo libello contra me calumniatus est; oro, ut id faciatis; rationem omnem calumnias ejus depellendi in Apologia mea legetis. Nimirum & quid præfatus sim, atque annotavi in Postillam ejus, & qua ratione adductus, item de Pomerano. Mendacium unum adjecit: Ich schreibe frey herauß / Philippus habe etwan gewißlich gelehrt / das eitel Brot im Abendmahl seye: Das hat der Luther

Luther frey herauß geſchimpft. Num unquam hoc ſcripſi? in Apologia autem mea ad Brentium, volens probare, impios non poſſe edere corpus Chriſti, eo quòd manducans carnem Chriſti in ipſo maneat, & vitam æternam habeat, objicio mihi his verbis. Hîc ſi dicas: Hæc dicta ſunt de ſpirituali manducatione; reſpondeo: Aliam nullam novi, neque video à quoquam Scripturis aliam probari. Quia Philippus Melanchthon, magnus ille eruditionis antiſtes, cujuscunque nunc ſententiæ ſit, in annotationibus ſuis in Johannem hoc loco ita ſcripſit: Verbo manducatur Chriſtus, ideóque fide, non carnali eſu, apparitione, ſigno, &c. Hîc, ut vides, Philippi verba adnumero, negry quidem adjiciens, neque etiam inde quicquam concludens, & impudenter adeò Lutherus ſcribere auſus eſt: Ich ſchreibe frey herauß. Impudentius eſt autem, quod impingit nobis, animare & excuſare ſeditioſos, & eâ causâ ipſi indignari, quòd in eos ſævius æquo ſcripſerit. Ego enim pro ſuggeſtu, cùm multi, boni etiam, offenſi eſſent eo libello, eo quòd pronunciaret, æternùm etiam damnatos, quotquot occubuiſſent, illum hîc excuſavi, hortatus noſtros, ut ſpectarent

ctarent potius rem ipſam, quàm dictionis acerbitatem. Graviſſimum ſcelus eſſe contra Magiſtratum tumultuari; ideo nullá verborum vehementiam poſſe æquo graviorem videri, expendenti ejus ſceleris immanitatem. Cùm ergò juſtè ſeditioſi mulctarentur, ac etiam capite plecterentur, non deberent indignè ferre, quòd Lutherus fuiſſet invectus in eos acerbius: Cauſam etiam vehementiæ ejus fuiſſe ingentem contumeliam, addidi, quia hinc Evangelii negotium affectum eſſet. Denique eos duntaxat gehennæ addixiſſe, qui ſeditioſo animo hinc emigrâſſent, abjecta ſpe veniæ. Ita pro Luthero è ſuggeſtu in primo templo dixi, cùm ille libellus hic primum legeretur, cum ſtomacho omnium bonorum, Nobilium etiam & Senatorum: Et Lutherus nobis audet impingere, quòd ſeditioſos contra ipſum defenderim. Proferat librum, in quo hujusmodi aliquando à nobis ſcriptum ſit; proferat vel privatas literas, quas illis publicare jam publicus mos eſt, non poſſunt autem ferre, annotari in publica ſcripta ſua, ubi à nobis denuo eduntur. Proferant ullum mortalem, qui tale aliquid à nobis audierit, vel pro concione, vel privatim. Fingit, & (NB.)

credit

credit fingentibus quidvis, id nobis postea impingit; sed ita necesse est agere, qui habent malam causam. Uuum præterea est, cujus moneri Zvinglium velim: Vereor enim, ne calumniandi caussam Lutherani accipiant, quòd humanitatem Christi videtur humilius tractare. Verè quidem dicit ille, opus salutis nostræ Christi, ut Dei esse, non ut hominis. Attamen cum dicat, caro mea verè est cibus, carni, ut mediatrici id etiam, & non solùm divinitati tribui potest. Deus sanè est, qui cibat etiam corpus: Sed ut hic pane corporeo utitur, ita cibando Spiritum, carne filii sui. Nam sibi fidere inde facit, quòd pro immolatione carnis Christi sibi docet esse satisfactum pro nostris peccatis. Ut ita contemplatio carnis pro nobis cæsæ, agente tamen nos Spiritu DEI, animæ nostræ, velut cibatio quædam sit, quia fidei instauratio. Eadem quidem Zvinglius satis testatur in Exegesi sua bonis; at calumniatoribus scis ut nihil satis muniri posset: Quare mediationem hominis Christi, simul cum opere divinitatis ejus, quò verè salvamur, velim fusius etiam mecum contra Lutherum tractaret. Oro ergo ut hæc ubi legeris, illi mittas, quo & videret, quid

petam

petam pro me responderi. Id enim tam non gravabitur, quàm non est gravatus in Exegesi magnificè meam causam agere. Idem postea de genuina Apologia Capitonis esse consilium subjicit. Ergó ne Bucerus Zvinglio animum ad modestam & gravem contra Lutherum Apologiam addat? Ipsi causam tum publicam tum privatam idem commendet, relinquat? Imò utrumq; placuisse Bucero, præmissa testatur Epistola. Neque uno tantùm, sed & altero Buceri celeusmate, quòd Pellicami nostri manu superest scriptum, provincia hæc, juxta Oecolampadium, fuit demandata. Ita enim ad Oecolampad. *Gratia & pax: Non est satis à Papistis persecutionis in nostros Patres & Symmystas, simul in nos furere oportet. Gratia DEO: nihil novi accidit. Dominus potens est contra utrosq; tueri. Habes hic prologum illum Galeatum. Sed ita nobis videtur occurrendum, ut uterq; tu & noster Zvinglius scribatis, & uterque nostra lingua.* Jactat enim Lutherus in illo amœno prologo suo, quæ contra nostram fidem in libello contra Carolstadium, nempe altera parte, wider die himmlischen Propheten scripsit, à nemine adhuc dejecta. Velim igitur Zvinglius scriberet libellum Germanica lingua, in quo amice

amicè, sed tamen graviter Lutherum admoneret, ne nimium sibi fideret, & agnosceret, se in hac causa non bono Spiritu duci. Ejus poterit ille multas, multò probabiliores conjecturas objicere, quàm illæ sint, quibus ille conatur nostram evincere, non ex bono Spiritu proficisci. Vel ille enim, quòd iis argumentis utitur, quibus non sua modò; sed etiam N. N.; si fidem mererentur, probant ex Satana esse. Nam & hæc sæpe aliis verbis rem eandem efferunt, & sanè magis diversis, quàm tu & Zvinglius de Eucharistia sitis locuti. Item, quòd jam non Paulina confidentia omnia sua jactat, & damnat ita, ut quicquid docetis, non hoc tantùm dogma, Diabolo adscribat, omnémque in omnibus fidem derogans. *Ita Christum ipsum, quem docetis, multò nocentius Fabris & Eccius persequens.* Denique, quicquid quisquam vel in speciem diversum ab illis docuerit, mox audire ab iis Schwermer/ Rottgeister/ falsche Propheten. Istæ, inquam, & innumeræ aliæ conjecturæ sunt, ipsum hic hominem agere, & suo non Christi Spiritu ferri. Has præstaret quàm luculentissimè colligi, & illis probare studium ipsius hac in re, & pervicaciam non posse

esse

esse à Spiritu Christi. Zvinglius non infeliciter id posset: Tantùm oro, ut sanabilem sibi Lutherum fingat, ac tractet ut fratrem, quem erroris quidem velit admonere, idque graviter: Sed ita, ut non Lutherum tantùm, verùm etiam lectores omnes non possint non agnoscere, ex sincera tum Christi, tum ejus dilectione omnia proficisci. Nihil elevet; vel tolerabile prædicet, quæcunque in eo sunt Domini, ut multa sunt; quæ omnino notanda sunt, notet candidissimè, semper præ se ferens, nisi gloriæ Christi derogarent, nequaquam fuisse notaturum: Eòque tamdiu distulisse; nominatim ipsius, tanquam adversarii, meminisse. Ut enim nihil aliud, certè nostrum est, ut alienissimi simus ab eo, quod in ipso culpamus, & Christi Spiritum præ nobis feramus luculentius, qui sequi illum certius nobis videmur. Sed dici imprimis non potest, quàm prematur error ille nostra hac Christiana modestia. Paulinum omnes hodie malunt, quàm Lutheranum ingenium & stylum: Prædicatur omnis tua Apologetica: Ferè tantum lucri Christiana illa, & nequaquam fracta tamen modestia, quantum argumenta. Imò ut argumenta expendantur, & non citius

repel-

·epellantur, quàm discutiantur, modestiæ illi debemus. O quàm franget erro-neam istam fiduciam! Vide, optime Luthere, ut hic diversus es à Christo, alienus à Paulo! Vide, ut frivolis conjecturis invictam veritatem oppugnes! Vide, à cujus partibus stes, qui agis, ut omnia nostra Satanæ esse totus orbis credat! Ubi mens Paulina, gaudens Christum & per occasionem prædicari? Ubi fructus pietatis tui dogmatis? Ubi damna, quæ dat nostrum? Oblitus mei, memores moneo. Fit autem nimio quodam studio Christianæ modestiæ; quâ scio hostes Domini universos nos victuros. Præter id, quod ita Lutheranæ acerbitatis, ac minimè Christianæ confidentiæ fermentum ex multorum cordibus expurgabimus, quod amicè necessum est, nisi velimus perturbari omnia. Ergo, in priori parte Zvingliani libri velim ut Lutheri conjecturas refelleret, crebrò monens, *ne velit dominari in Clerum, neve extingueret Spiritum, aut contemneret Prophetias, aut Ecclesiæ judicium sibi & suis arrogare solis, quos; ut apparet; minus possemus ferre, quàm Episcopos, atque Academias:* Et non velit ad vim converti, diffisus verbo, quod ipse, sui, hactenus fecerunt, *curantes per*

Magistratus libris vestris interdici: cùm pro- stent quibuslibet Papistis: Quo pacto pro- hibuerunt contra Paulum cæteros diju- dicare, & Dominos se fidei nostræ fece- runt. In *altera parte* jam nominatim sol- vat argumenta Lutheri, quæ nituntur quatuor illis locis: *Hoc est* corpus, &c. *Panis, quem frangimus,* &c. *Reus erit corpo- ris & sanguinis,* &c. Et, *Probet se ipsum ho- mo.* Tantum voret servus Jesu Christi tædii, & legat ipse hæc. *In altera parte;* wider die himlischen Propheten non sinat re- morari mare convitiorum & sanna- rum, in quo ista innatant. Urgeat au- tem diligenter ubique iis ipsis verbis: *Hoc est corpus meum, &c. Quòd & veritas ope- rum Domini, & analogia fidei non sinant sen- su corporali ea accipere; sicut nec illa: Tu es* Petrus, &c. *ac alia innumera. Ita enim de- mentârunt homines, ut nolint plerique alia lo- ca Scripturæ audire, nisi ex his ipsis probetur eis, sensum carnalem non posse hic consistere,* Id autem persuasissimum nunc multis, po- tissimùm istis argumentis. Si voluit in- telligi panem corporaliter suum corpus esse, oportuisset id esse sensibiliter, ut etiam opera Domini: Item, oportuisse corpus panem pro nobis passum fuisse: Item, isto modo avocabimur ad elemen- tum

mundi. Tum mirè vulgare cœpit esse, ut nostri rogent adversarios: Quid ad eos ista verba? Rogent, ubi ipsis facta sit facultas ex pane faciendi corpus, & hæc verba ea cum efficacia repetendi? Postremò, quòd nullus hinc posset expectari fructus pietatis; & memoria mortis Domini impediatur. *Ea, quàm poterit, vulgariter tractet; nihil augustioris Philosophiæ admittens; sed ne Patres quidem, nisi obiter, citet. Semper enim adversarii objiciunt, quòd rationem sequamur, & Patres homines. Et quòd ab istis verbis, tanquam invictis, ad alia loca dilabamur, quare diligenter judicandum, quàm impium sit, id nobis vitio vertere; quod utique nihil aliud est, quàm à luce arcere & vi detinere in obscuro.* Verùm, iterum oblivìscor mei. Utatur Zvinglius eo Spiritu erga hos, pro horum ratione, quo erga Fabrum pro ejus ratione usus est. Sed velim etiam in titulo amicam ad Lutherum admonitionem, ne veritati obstrepat, & confutationem der vier gründen vom Sacrament wider die himlischen Propheten / polliceri. Et mox in præfatione ad Lectorem, elevare eum dissidium, quòd ita velit nos Dominus probare, tum ostendere, quàm invitus cum Luthero congrediatur. Sed ita voluisse

luisse Dominum; se id facturum, ut tum gloriæ DEI studuisse videatur. Sic agere Dominum, ut soli ipsius verbo credamus; nullis hominum commentis; ut ab uno DEO, & nulla authoritate humana pendeamus. *Hoc optaremus scribi à Zvinglio.* A te verò, ut ipse quoque prologum istum tuo more excuteres, & conjecturas impias illas fortiter confutares: *Ita tamen semper erroris sui monens Lutherum atque præteritæ dilectionis, ut præ te feras spem resipiscentiæ ejus, tum Germanicè etiam ipsi respondere, syngrammati accommodans te vulgi auribus,* &c. Ita olim Argentoratum solebat φιλοσοφῆσαι. Quid, quòd Apologiæ hujus curam ipse etiam Oecolampadius Zvinglio commendavit? *Quæ inter amicos* (ita scribit ad *Zvinglium.*) *de Eucharistia vera fatentur, ea in suggestu contentiosissimè impugnant. Monitorem audiunt Lutherum, cui necessarium est, ut per te quam primùm respondeatur, ut hisce nundinis, in quibus invectivarum in nos magnus erit proventus, non desit, quo adversarii comprimantur.* Et *Sebastianus Hoffmeisterus,* tum Bernensis Theologus. *Tibi incumbit respondere blasphemo & calumnioso libello, M. Lutheri, quo in vita, ita me Deus amet, nihil vidi virulentius, nihil quod magis Sophisticen,*

minus

minus Christianæ pietatis atque sinceritatis spiret. Velit Deus, ut tam malignus animus serviat etiam eo invito gloriæ Christi, id quod non dubito, modò præstes eum Zvinglium, qui mihi notus es. Cura autem, ut sic respondeas, ne quid ex te audiat te indignum,&c. Vide *Tom.* VI. p. 775. Quid scriptis suis Eucharisticis profecerit, longum esset disserere. Molliores confirmabátur, superstitiosiores nutare cœperant, rigidiores factioni suæ periculum deprehenderant. *Illud* ne quidem probatione indiget. De *isto* Capito ad Zvinglium d. 24. Septembr. 1527. *Nuper hic fuit, qui libello tuo, quo graviter excepisti impudenter grassantem convitiis, permotus, dubitare se duntaxat ait, neque velle quicquam asserere in publicum: Tantum impetratum cuperet, ne sibi missandi necessitas obtruderetur, postquam de præsentia carnis ambigeret. Fatebatur & Adamus Fuldensis; quem Hessorum Archiepiscopum nominant; se incertum. Nam suspendo, inquit, sententiam.* Tum ille: *Tu non audes judicium tuum significare, & me facto eodem alligas, quod impium ego puto, &c. Huius* documentum præbent literæ *Philippi Melanchthonis* ad Stephanum Vigilium, Augustensem, ubi inter alia: περὶ δείπνυ κυριακῦ, *adhortor propter Christum, ne factioni Zvin-*

gliana adsentiare. Ego summa diligentia scribo jam adversus Cinglii dogma ad D. Vldricum: Et brevi prodibit meum scriptum. Nihil metuo, nec invidiam, nec Helvetiorum violentiam. Didici enim multis maximis tentationibus dogma Cinglii impium & falsum esse, & hanc meam Epistolam patiar te ostendere, quibus volueris. Magnum est periculum ab illa factione: Ideo videris, ne te patiaris a veritate, & simplici Scripturæ sententia abstrahi. Planè ut, qui modo Saul Ecclesiam persequebatur, *Act.* 9. v. 1. mox postea Paulus, nomen Christi prædicare cœpit, ita qui magno hîc Zelo, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, (neque enim mentem Zvinglii rectè tum erat assecutus) Melanchthon quam adeò acerbè impugnavit sententiã eidem tamen paulò pòst fasces libenter detulit: Non contemnendo bonæ causa probè probéque à Philippo, antequam palinodiam caneret, examinatæ argumento, de quo pleniùs aliâs.

Ad *Anabaptismum* accedimus, qui, ut Zvinglium vehementissimè exercuit, ita eundem quoq; nativis suis idem depinxit coloribus, non integris tantùm tomis, sed & succinctis Epistolis, qualis illa est ad *Michaelem, N.* quam ex ipsis fontibus & originibus huc derivamus: *Gratiam & pacem*

nem à Domino: Venit ad nos, mi Michael, hæc fœmina, quæ, quænam sit ignoro, vehementer obsecrans, ut te per literas à Catabaptistis avellam. Cui ego primum constanter negavi, quod petebat, subindicans quàm multa non ante multos dies tecum super ea re disseruerim: At vicit importunitate sua mulier, ac istas inter meas occupationes extorsit, quibus ego non tantùm volo, te ab illorum hominum hypocrisi deterrere; nec enim ad hoc satis idonea sunt aut instructa; quantum fœminæ satisfacere, quæ te asserit nondum esse retinctum, sed metuendum esse, ne longa istorum hominum consuetudine rapiaris in eorum vesaniam. Quid ergo tibi commercii cum his est, qui se à Christianis separant? At dicunt: Nos Christiani sumus, ii verò, quos creditis, Christiani non sunt. Quis, oro, vobis id indicavit? An cognitores estis cordium ac renum? Quin Christum constanter corde teneant, ore confiteantur, operibus æmulentur, quantum Dominus dat; quo judicant innocentem fratrem? Quot enim putas myriadas esse in Ecclesia Christi, qui vitæ sanctimonia, morum probitate, oris parsimonia, præstantissimos Anabaptistarum antecellunt? Attamen, ut hoc interim illis donemus, excellere eos sanctitate, quis, quæso, Spiritus eos docet, mox, ut tantillum supra alios promoverint, efferri debere? An Christus

 hujus

hujus arrogantiæ author eis adducitur? An Apostoli exemplum præbuerunt? Quæ unquam Historiæ prodiderunt, quosquam ab Ecclesia Christiana plebis secessionem fecisse, mox ut paulo meliores essent promiscuo populo? Fecerunt hoc Monachorum factiones; sed numquid propterea meliores erant, quod tanti se æstimarent? Taceo blasphemam Catabaptistarum loquacitatem, quæ omnem omnium maledicorum virulentiam superat, arrogantiam simulatam, simulationem pervicacissimam: Quid enim non faciunt, ut videantur ab hominibus? Deinde facile abstinent magna pars illorum à deliciis, quòd ex infima desperabilique plebis colluvie ad hunc portum appulerunt, ut ex obscuritate sua nobilitatem faciant: Quòd si eis facultas adsit, Sardanapalos videas ac Heliogabalos, ludum ac jocum esse præ istis. Scio Bergelium, utcunque pejeret, non alia ratione animum à parentibus despondisse, quàm quòd non suppeditarent, quantum illius licentia postulabat. Vexat mentem humanam, nisi vehementer contra hos impetus ac ventos firmata est, gloriæ cupiditas. Eum omnes celant, juniores tamen paulò infelicius: Semper enim deprehenduntur. Quocirca mentis oculos adaperi, & vide quid Christianum hominem deceat; non quid isti faciant, aut loquantur. Cupit hæc fœmina te in urbem reducere: Ego operam

operam meam & *fidem tibi semper polliceor. Vale* 10. *April.* 1526. H. Zvinglius.

Malleum *Pontificiorum* fuisse Zvinglium, tot ejus contra ipsos disputationes, colloquia, scripta, ipsa denique reformatio abundè testantur. Certè ubi opus fuit, scapham appellavit scapham, & nullis vel minis, vel superiorum promissis territus, veritati semper, ejúsque patrocinio se totum devovit. Cùm insolentius ageret in Helvetia *Eccius*, adversæ tum partis Atlas & Choragus, minimè illud tulit impune; id quòd ex Epistolis Zvinglii ad ipsum datis satis est manifestum. T.l.p.565.quibus unam addimus,Zvinglii nobis manu relictam, quæ ζωογραφίαν Eccianam nobis exhibet. *Gratia & pax à Domino. En tibi, audacissime homo, repercussionem, non herclete, sed vobis dignam. Tu enim merebaris, ut quicquid usquam est contumeliarum, sannarum, læderiarum. in te jaceretur, nisi nos decuisset has artes tuas contemnere potius, quàm pro dignitate referre. Nam, qua porrò est infamia, ut te induci patiaris, ut ad Helvetios de nobis scribas tam impudenter, támque tum impurè, tum nequiter? An putas obscurum esse, quibus impulsoribus id feceris, & in quem usum? Tu ne tam feliciter unquam in hac arena depugnâsti,*

ut victor abieris? Quamvis, quid refert etiamsi victor abeas, an propterea veritas non est veritas? An verbum Dei vim & ingenium suum mutabit, quòd tu quemquam clamosa ista loquacitate tua obruas? Contentus non fuisti, quòd superioribus pugnis victus abiisti? Scilicet novum incendium excitare oportuit, qui ad hoc natus es, ut omnia turbes. Hoc deerat factis tuis, ut qui prius stabilitatem tuam omnibus notam reddidisti, etiam animi malignitatem proderes, quo mundus longa post Secula, Eggii non modò stultitiam, verùm etiam improbitatem, exempli vice ante oculos haberet. Tacebuntur olim Herostrati, Antonii, Catilinæ, & soli Eggii, velut flagitiosorum Θάτσοι memorabuntur. Omnis vita tua jam inde ab unguiculis spurca fuit, lingua petulans, os maledicum, vox impura, oculi libidinosi, frons impudens, ut quæ ista quoque auderet simulare, quæ malitia quidem suasisset; sed fractus conscientia animus designare præ muliebri formidine non posset. Cor tum habendi, tum gloriæ cupiditate sic flagrans, ut juxta Prophetæ verbum, pacem aut otium ferre nulla ratione potueris: Nunc Rhomam petis: Paulò pòst, quòd Episcopus illic non es factus, & in Germaniam redis, omnia mixturus. Nec est, quòd zelo Dei te ista facere causeris. Nam quem ex omnibus mortalibus proferes, qui tam

am scelestam vitam duxerit, quam tu? Veneri, ingluvii deditus, ut vel harpyam falum esse præstiterit, si Momum Dii audirent, vel asinum, quàm hominem, quamvis quid attinet humanam speciem circumferas an simia, modò re non aliud sis, quam bellua: Nec te uti alia ratione quenquam puto, quàm qua muli & asini utuntur: Opportunus es ad omne facinus; nullius enim te pudet: Tales frontes habere oportet eos, qui patrum sensum exuerunt, & tyrannorum furorem induerunt. Verbùm, quid saxum objurgo? Quasi verò tu sensum aliquem hominis habeas, qui spes ulla sit, te ullius objurgationem sive blandam sive fortem auditurum? Deploratiorem hominem, dum universam Germaniam perlustro, non video. Sunt, qui æquiparari tibi stultitia, jactantia, malitia possunt; præferre nemo. Deliberaveram diu mecum, quòd te amanter convenire vellem, at quantò magis cogito, tantò magis video, nihil per humanitatem confici tecum posse. Nunc ergo, quando neq; mitibus, neq; acerbis restitui potes, nihil aliud superest, quàm ut fustuario vapules, haud aliter, quàm fugitiva mancipia, & asini molares. Nam ad Anticyram quis est, qui te releget? Quasi verò nulla Anticyra sufficere possint, ut tam perditum restituant. Cùm enim maximè restituissent, nihil quam ex insano & furioso

furioso stolidissimum & pessimum fecissent; talis enim naturâ prius fueras.

III. Hospitalitas.

Eandem requirit Paulus loco citató. Hæc verò quanta fuit in Zvinglio? Materiam hujus exercendæ virtutis afflictissima præbebant tempora. Multis solum patrium erat vertendum, vitæ genus mutandum, adeò ut qui antea officium Missantium facile possent implere: Evangelistarum augustiorem provinciam nec vellent, nec possent administrare. Catervatim autem illi omnes vel Zvinglium ceu asylum accesserũt ipsi, vel ab aliis ei fuerunt cõmendati. Inter primos Carolstadium referimus, cui viam ad Zvinglium straverunt doctissimorum Virorum literæ συςατικαί. Initium fecerunt *Argentinenses*. Wolfgang. *Capito* 1530. Zvinglio, (cui & Ministrum ex Marchionatu commendat) Carolstadium juvari, è re commune esse, nervosè ostendit. Eodem anno *Bucerus* ad eundem: *Quandoquidem apud nos nulla sit spes huic fratri nostro prospiciendi* (Carolstadium intelligit) *visum est eum ad te mittere, cui obtigit messis amplior, Oramus igitur te, ut illum commendatum habeas, tanquam non solùm cruce probatissimum; sed etiam vita & morsbus sic nobis exploratum, ut non dubitemus*

in

in nos recipere, te Christi gloriæ egregiè inserviturum si eum, Ecclesiæ Ministerio inserueris. Feroculus olim erat, ut ferebat & Lutheri ferocissimi convictus & incredibilis insolentium ceptorum successus, qui quemlibet modestum insolescere facere potuit. Jam diutina persecutione, & gravissimorum casuum tolerantia ita fractus & cicuratus est, tum Christo dignissimis opinionibus imbutus, ut certò sciamus, eum admirationi tibi futurum. Nec est, quod dogmatum in eo peregrinitatem verearis, per omnia nobis ὁμόψηφος καὶ ὁμόδοξος *est, etiam circa baptisma. Quod, te insalutato Tiguro discesserit, cùm aliquot annos illic fuisset, eam causam dicet, ex qua satis intelliges, nequaquam id factum tui fastidio, multò minùs factionis, quæ tum suppullulabat, studio. Jam non dubitamus, haud leve apud te momentum habiturum, quòd cum primis renati Evangelii adsertoribus operam admodum strenuam navavit, tum præcipuè, quòd primus, etsi non tam consultò, quàm fortiter, basin omnis superstitionis, errorem illum circa Eucharistiam expugnare adortus est; eáque causa hactenus ea pertulit, & quod unicè urere solet, à fratribus, quæ nemo verbis satis explicaverit. Certè, si quis quam Christi nomine amicè nobis & benignè excipiendus est, hic excipiendus est, tum amantissimè, tum prolixissi-*

lixissimè, hac maximè ætate, tam constante & sincera pietate, tot crucibus exercitus, & propter Christum ubique gentium ferè exulem, odio denique flagrantem majori, quàm quisquam alius, apud eos etiam, qui Christo in primis ordinibus mereri sibi videntur. Sed hæc satis supérque tibi, qui etiam Christiani exercitus calones, nedum talem triarium benevolentia inusitata accipere & fovere soleas. De Lutheranis furoribus, quoniam omnium bonorum opinione majores sunt, non est quod scribam; sua ipsi mole ruent. Pro eodem Carolstadio Capito etiam Zvinglio scripsit, ut, suprà brevius diximus, alia occasione prolixius, in hunc modum: *Carolstadium exulem authoritate Lutheri, propter assertam etiam nunc veritatem Eucharistiæ, apud nos, & per hos dies conversatum, non potuimus non vehementer probare. Ingenio & natura duriore apparet, sed animo putamus æquo, & ad ædificationem, non ad sectas spectanti. Tantum potest crucis usus, quo plurimum illi fides adolevit. Hic nulla spes brevi consequendæ conditionis, postquam propemodum unam Urbem habemus: Nam reliquæ ditioni, quæ est perquam exilis prospectum est. Jam difficile est tantam alere familiam, ubi paterfamilias ad comparandum victum est idoneus. Nihil requires, nisi patria istius Idiotismum*

rum, quo consequendo navabit operam: In illa aliqua domicilio exceptus pulchrè sustinebit vitam. Pascitur tenuibus ac paucissimis. Nos hominis maximo permiserescit, vel ob Lutheranorum improbitatem, qui tragica in illum excogitant flagitia, posthabita omni humanitate, nedum fide, quàm praeclarè tamen jactant; sed nihil minus ambigunt consequi, nisi fides sit tam malignis artibus innocentes laedere. Scio, *quae de te sine fronte praedicant, quae in nos & Oecolampadium infanda ad Senatum nostrum scripserit Lutherus, quae idem palàm de me asseruit Marpurgi. Ea mihi argumento sunt, quamobrem illorum accusatione nihil commovear. 15. Maj.* 1530. De eodem Carolstadio loqui videtur *Oecolampadius*, Epistola ad Zvingl. *Quantus is Vir sit, quámque dignus loco haud obscuro opinor absque meis literis tibi cognitum. Nos sanè speramus eum retenturi apud nos, verùm non quid in rem nostram; sed quid in gloriam Christi & usum Ecclesiae sit, spectare ac sectari oportet, & cognovimus, quod Prima-guardia, vel, ut vocant Bremogardum Viro habeat opus probatissimo fide, eruditione, integritate, constantia, prudentiáque potissimum, dimittere eum cogimur, qui & ad illos literas commendatitias habet, & eo loco plurimum lucri Christo facere poterit. Scio,*

te homini affuturum quàm diligentissime. Et satis fecisse Zvinglium expectationi, & seriò Basileenses ita de Carolstadio sensisse, probavit eventus. Tiguri enim ad ipsum summi templi admissus est Archidiaconatum, spartam luculentam; & paulò pòst, quiescere prius Basileenses noluerunt, donec reciperent, quàm antea huc miserant. Videatur *Bibliotheca Tigurina* pag. 90. Quid, quòd ipse etiam Bucerus, portum quæsiturus amico, & familiari Zvinglio ipsum prolixâ commendavit Epistolâ, quæ talis est: *Salve Vir præstantissime: Tam vita, quàm doctrina tua, atque constantia suavissimus quidam odor amanè adeò, quotquot sunt per Germaniam veritatis studiosis abblanditur, ut me quoque non incognitum modò tibi*, verùm etiam obscuriorem, quàm qui innotescam, invitârit jàm pridem ad amandum te plurimùm, nunc etiam audere fecerit literis te compellare, hominémque ignobilem æquè tuæ charitati commendare. Certus enim sum, qui Evangelium tam doces fortiter, & vivis adeò sincerè citra delectum, nulloque personarum respectu quemlibet proximum, non verbo te tantùm & lingua, sed opere & veritate diligis, quantumvis sit terræ filius, nulloque nobilis merito.

Quo

Quo nimirum nunquam satis laudata illa se se eleemosyna exerit maximè, quando videlicet miseria est certior. Jam hic frater ab obsequio mihi fuit, amans scil. bonarum literarum, atque Theologiæ sincerioris, qua causa, cùm, compellente iniquitate atratorum, quos falsò Prædicatores appellant, nuper rejecta cuculla, in Christianam libertatem me asserui, miserè ab Hochstrato, & hujus farinæ reliquis affligitur, neque alia patet liberandi ejus fenestra, nisi, si vale ipsis dicto, in communem se Christianissimum restituat, hócque jam agit. Cùm autem Helvetius sit, túque apud hos habearis, quod par est, magno in pretio, non dubitat, quin tuo patrocinio, si uti contingeret, acturus esset ex sententia hanc causam, oravit, se tibi commendarem. Cui, cùm planè negare (ita de me meritus est) nihil quicquá possim, quanquam ipsi mihi opus jure sit apud te commendatore; morem gessi fratri & amico. Per Christum, te obsecro, cùm ea sit tum vitæ, tum doctrinæ apud atratos perversitas, cùm pertinaciùs nemo Evangelio adversetur, ut ex sententia Christi esse non dubitem, bonos omnes ab illis desciscere, velis adesse afflicto, & nisi aliud sentio, dare ho-

mini consilium, ut Christiano olim liceat esse, hoc est, in Domino libero. Me si refert nôsse, Martino Bucero nomen est: Municeps & Patronus meus est amicissimus tibi Beatus Rhenanus, obnoxius etiam Sodalitati Dominicali, à qua nuper assertus sum in communem Christi religionem, auspiciis, spero, Christi: Jam à sacris sum Friderichi Palatini, &c. Apud Vangiones X. Calend. Jan. 1520. Ipsam, paulò post 16. Jan. 1523. Buceri causam Oecolompadius Zvinglio his verbis commendavit: Buceri causam tibi commendarem, nisi te scirem φιλανθρωπότατον. Hominem, si juvare potes, juva obsecro: Ego mancus sum, manum porrigere nequeo; nihil alioquin ejus nomine facere detrectarem. Ingenio, eruditione, ardore, constantia, multisque aliis nominibus Evangelio prodesse potest. Vale, mi Zvingli, & cresce ingentem magnam in Christo. In hunc censum venit Epistola *Sapidi*, tum ευχαριστική, tum ἐγκωμιαστική: *Adhuc memor sum mi* Zvingli, *(ita ille)* sempérque manebo, donec licebit mihi inter vivos agere, quòd me istuc iter facientem tam honorificè exceperis, tot novis auxeris amicis, iisque non vulgaribus, sed eruditis; sed Christianis, &

& quales sibi quisque bonus maximo parare velit, insuper tot cumulatum beneficiis, unde quicquid molestiæ mihi meisque conatibus in illa nupera peregrinatione accidit, tu tua pia & amica bonitate extersisti. Jam non memorabo, quantum mihi accesserit felicitatis ex illa morum suavitate, qua rebus & hominibus ex asse congruis, ex varia doctrina, qua nemini cedere videris, crede mihi, incidit ingens voluptas, dum jam de his scribo; In hoc tamen mihi abs te miser factus sum, quòd quum tuis meritis respondere non possim, ingratus cogar mori, nisi fortè tum beneficium relatum quoque sit, dum ingenuè fatemur, quòd *reponamus, non opis esse nostra, &c.* Quid & jucunditatis & utilitatis Zvinglii φιλοξενία ferat acceptum, *Bersius*, jam p. 260. T. VI. vidimus. Et quia gratia gratiam parit, Zvinglii humanitati, alii etiam, amantissimis testimonium perhibuerunt literis. *Hieronymi Frobenii*, addi meretur Epistola, tum ob authoris nomen, tum etiam argumenti varietatem *Quam ad me dedisti* Epistolam, Zvingli amicissime, statim sub discessum meum ad Brabantinos, accepi. Ad quam etsi tempus respondere negabat, tamen præter ea, quæ scire cu-

piebas & singularis invitabat, amicitia. An est, quòd me rideas, aut inurbanitatem meam mihi exprobres quòd pro tali humanitate nihil retulerim? Si hoc minus est ex humanitate tractare, uni adesse puero, cum voluptate summa, ad mediam usque noctem, quo pacto ii tractarentur, *quos cuperes tua honorare humanitate.* Ego brevibus dicam; nam copiosè vel tempus non admittit. Doleo de mea inscitia, quòd agnoscere hujusmodi beneficia non queam, aut si agnoscam, manifestare nequeam. Sed heus, quò digredior impudens, an te à meliorum diutius avocabo lectione? Cave putes, fictè me promisisse, quæ scribo de Euripide. Gaudeo, quòd non miserim, hoc saltem nomine, ut mea contatio tam eruditam extorserit Epistolam. Misissem antea, tamen in Vulcanicum Bibliopolam distuli, qui & nunc me recessit inscio. Nunc per hunc mea mitto volumina. Cætera curabo ipse Francofurdiæ. Operam meam, qualis qualis est, totam tibi adscribo. Novarum rerum nihil est, nisi, si hoc ignores, quòd Franciscus de Sickingen adeò favet Johanni Reuchlin, ut bellum etiam indixerit Monachis. Constantissimus ac certissimus rumor

rumor est, Johannem Capnionem brevi ad sua rediturum bona. Franciscus Provinciali scripsit; qui Hogostrato indixit silentium. Brevi audies de Monachis jucundissima. Erasmus nobis per proprium scripsit nuncium: Juvenem in utraque lingua adeò doctum, ut non habuerimus apud nos illi similem, qui sua incuria literas amisit. Lovanii Theologi insaniunt. Dum abiret juvenis, caput Theologorum, Arensis, egit in agone, incertum, an mortuus. Dorpii orationem mitto, nisi habueris antea, qui à factione Theologica summa, ob orationem, editam affectus contumelia, simúlque ex suo ejectus Collegio, ac nunc totus agit Erasmicum. Hanc illi ignominiam ad meliores acutissimum addituram calcar non dubito: Hæc *Frobenius*, 1522.

Certè, quòd de fratre suo Romanorum Consulum eloquentissimus liberæ admissionis reliquit encomium; *facilimos fuisse aditus ad ipsum, patuisse aures ipsius querelis omnium, nullius inopiam ac solitudinem, non modò populari accessu, sed ne domo quidem & cubiculo inclusam*; id ipsum primariis superioris Seculi Doctoribus de Zvinglio insedisse, cur ambigamus? Adeò enim crebræ & frequentes ad eum commendationes

 tiones

tiones, ut derelictorum & consilium rogantium patrocinio ætatem ferè terere potuisset. Hac fiducia *Gerbelius*, jurisconsultus, *Zvinglio* commendavit proselytum, malè habitum; sup. T. VI. p. 404. *Sapidus*, ex Johannita Christianum p. 570. *Beatus Rhenanus*, Dominicanum: *Qui tibi has literas reddidit, Dominici sodalis est; Vir haud dubie optimus, atque mirum in modum eruditus, etiam in politioribus studiis: Nam talem esse dicent eruditorum literæ, quibus mihi commendatus est, & ipse congressus, etsi perbrevis evidentius comprobavit. Habet negotium quoddam in quo tuam quoque desiderat operam. Rogo, ut amicum hominem diligenter adjuves.* Basil. 1521. Eadem προθυμία, *Fagio* semel atque iterum animum addidit, ut peregrinos Zvinglio commendaret. *Mitto tibi* (ita Isenaco scripsit d. 7. Maj. 1528.) *hic hominem, literarum præsertim sacrarum non ignarum, Evangelicæ sanè doctrinæ studiosum. Annis ab hinc non multis prolapsis* κήρυκα τῦ Χριςῦ *apud Memmingenses & pium & fidum egit. Nomen est ei Joannis* Rott / *ex nostro oriundus oppidulo, natus parentibus undequaque pijs & honestis. Hactenus per aliquod temporis spatium, paternis laribus vitam transegit. Studio texturæ, cujus*

cujus peritus est, more Apostoli, victum propriâ manu quaritans. At quia plerisque se ocius cum homine agi visum est, si soli verbo Christi inculcando, suaque vocationi non admodum infelici niteretur. Persuasus pius homo, ad tuas ecce navigat terras, sperans se se tuo beneficio provinciam aliquam subeundam sibi nacturum: Confidens, nusquam etiam se tutius ad Christi regnum promovendum, quàm apud vos futurum. Præsertim post Christianum illum conflictum Bernensem, quo omnia tranquilliora reddita speramus. Quare, Huldrice observande, tuum candorem, è quo nunquam non indies ad plerósque multus redit fructus, ex animo precor, fratrem istum ex me, ut habeas tibi commendatissimum, tuámque operam sicuti opus habuerit, ei te non denegaturum oro: Id ego pro mea facultate, ubicunque potero, promerebor. Audio enim, non parùm ex te pendere, quotquot ferè Ecclesiis, hinc inde sub Imperio Dominorum Bernensium sitis, præficiuntur. Et aliâ Epistolâ idem: *Quòd bonis avibus ad tuos redieris penates, peracto conflictu Bernensi, magnopere congratulor. Quamvis intellexerim quantas procellas Sathan tibi remeaturo paraverit. Attamen DEO gratia, qui te incolumem tuis restituit, nec ullis te periculis succumbere voluit,* Mitto tibi literarum fasciculum, Candide

Udalrice, quos tu vel imprimis æquo ac benevolo animo suscipere velis. Improviso enim instinctu, quorumdam tuam humanitatem, mea barbarie potissimum onerare persuasus, quàm tu boni consulere velis. Convenerunt me, qui præsentes tibi afferunt chartulas, postquam ancoram nostro injecissent oppidulo; exploratam enim sibi meam conditionem ex quibusdam amicis sciscitatis priùs reddiderunt, indicantes se se vel primo congressu, periculo à me facto, quæ aëris tempestas ipsos in nostras detulisset terras, in exilium pulsos propter Christum: Hactenus enim, ut retulerant, sub Ducatu Principis Austriæ substiterunt, quem planè horrenda tyrannide in Christum, Christique fideles sævire ajunt. Et ut nôsti, quamprimum mandatum ante complusculos dies ediderit, quo miris modis homines à Christo nostro Salvatore arcere nititur, huic, inquam edicto, isti, ut ferunt, antequam auscultare, citiùs vel omnibus bonis destitui voluerunt, solum ut lucrarentur Christum: Considerantes scilicet, DEO magis, quàm hominibus acquiescendum: Eóque boni fratres dulcibus relictis laribus ad tuos properant penates, sperantes nonnihil

nihil solatii, consiliique apud te reperturos. Quare, charissime Udalrice, tuam humanitatem impendio efflagitamus, ut eos ex me commendatissimos habere velis. Quantum enim verò mihi divinare licuit ex colloquiis ultrò citróque agitatis, nihil vel tantillum mali suspicari potui, ex omni imò parte beatos arbitror. *At tu interim, cui quotidiano experimento judicium exercitatius, eóque certius, penitius introspiciendo, latius rem trutinato: Poteris enim vel primo intuitu facilè ex ipsis conditionem eorum expiscari, &c.* Unam adhuc addimus *σύστασιν Wolfgangi Wissenburgi*, Basileensis Ministri d. 3. April. 1529. *Est apud nos Jacobus quidam, dictus ξεῖνος Badensis, homo satis pius, atque sincerus Verbi DEI amator,* quem si non noveris facilè, quisnam sit, ex Utingero nostro perdisces, quem ante hos menses aliquando Abbas Wettingensis, ut suæ factionis Monachum Oeconomiæ suæ, quam hîc habet, præfecit, sperans fortè ex eo hypocrisin nonnil auctum hoc modo. Sed DEI gratia aliter cecidit. Jam non modò ob Senatus decretum; sed multò magis ob læsam conscientiam, quòd se ipsum à vera Dei Ecclesia ejectum sentiebat, si hoc vestimentorum aliorúmque mundi elementorum

 delectu

delectu diutius teneretur, cucullam cum reliquis Antichristi signis exuit, & ne posthac, sicut antea, scandalo, per maximum fornicationis crimen, esset; matrimonium secum tacitus adoptavit. Quod ubi Abbas suus cognovit, sui Monasterii Priorem, quem vocant, minis horribilissimis onustum demisit, sperans fortè, ita posse DEO jam dicatum templum, ob ventris escam, in suam hypocrisin reducere: Sed DEI dono factum, ut Domini Basileenses omne negotium in se receperint, ei denunciantes, ne quid in eum, vel ob exutam cucullam, vel ob contrahendum matrimonium moliatur. Illi tandem Abbatis Legati, se nihil impetrare sentientes, eam, quam uxorem elegerat, & jam aliquandiu mala conscientia satis aluerat, quasi alterius viri uxorem diffamârunt: Húcque devenére res, ut ista se à priori marito jure solutam literis, aut bona judicii fide testaretur. Quandoquidem autem hoc negotium ante annos duos aut circiter, sub notario Utingero, judicibus autem Leone, & Doctore Engelhardo apud vos actum fuit, negligentiâ autem quadam factum, ut literas intermitteret, non sperans tandem fieri, ut ipsis opus haberet; si quid ergo apud te mea

mea vilitas potest, oro, non propter nos, sed propter Christum ipsum, ut hujus mulieris causam audire non dedigneris, *qua nam parte juvari possit, cognosces, ut sui divortij causas, similitérque lata sententia prioris testimonium nanciscatur, ut huic Jacobo posthac non scortum; sed uxor legitima adhærere possit, &c.* Non ergo ubi fami tantùm; sed & famæ consulendum erat, Zvinglii θύρας ἀφθόνας pulsatas, videmus.

III. Succedit tolerantia malorum.

Nam & hoc exigit Apostolus ab Episcopo, ut esse possit ἀνεξίκακος, tolerans malorum; 2. *Tim.* 2. 24. Patientiam, primam Theologi Christiani esse virtutem, & tot Scripturæ monita, & obvia fidelium DEI probant exempla. Hac Zvinglium munitum, & suprà communem hominum sortem fuisse instructum, non domestici tantùm; sed & extranei liberè fatebantur ejus admiratores. Erant certè, qui veluti conclamatis suis rebus, & naufragio proximi in Zvinglii exemplo, vel portum quærebant, vel quærere jubebantur.

Iacobus Ammianus, Mediolano ad Zvinglium: *Jussi ut* (Myconius) *forti animo sit in Christo, & te assiduò in memoriam revocet,* *qui*

qui nihil non perpeteris, dum Christum in animis Christianorum suscitas. Petrus Scudus, 1522. *Tantum mihi de generosa morum tuorum mansuetudine polliceor, tantum de insigni illa juxta ac sincera pectoris tui benignitate persuadeo, ut cùm toties ipse quoque dura fortunæ discruciatus sis violentia, me quoque, &c.* Addimus D. *Rhenani* calculum a. Ch. 1519. ad ipsum Zvinglium, Basileæ perscriptum: *Gratissima mihi fuerunt literæ tuæ, quemadmodum erant humanitatis plenissimæ; sed non paulò gratius fuit, quod ore nobis retulit Simon noster,* pergere te videlicet in asserendo Christianismo, quem partim impietas manifesta, partim fallax superstitio non isthic modò; sed ubivis gentium, indignis modis conspurcârunt. Et quanquam, ut non caret æmulatione virtus, obstrepant quidam, tamen à proposito tuo, quod instanter urges, adhuc nemo te retrahere poterit. In qua re constantiam tuam admirari surbit, quâ nobis Apostolici illius Seculi virum repræsentas. Obganniunt quidam, rident, minantur, petulanter incessunt; at tu verè Christiana patientia suffers omnia. Sic agendum est, mi Zvingli, quemadmodum facis, connivendum, inquam, ad multa, ei qui velit malos Christo lucrifacere. Benefi-

ciis

iis ad se traxit Judæos noster non cōvitiis. Porrò gratum quoque fuit audire, D. Conradum Fabrum, Küsnachtensem *Commendatorem, ut vocant, abs te donato libello penitus inflammatum, ut purioribus istis literis ex animo favere ceperit. Laudo consilium tuum, quod non feliciter tibi successit*

Guilelm. Farellus, a. Ch. 1525. ad Zvingl. *Si unquam se se obtulit lætitiæ & gaudij ratio propter persecutiones, ejectiones, & falsa in pios mendacia ob Christum, nunc quam maximè Nam quid, quæso, intentatum relinquunt impij? Scire velim, vel unam rimulam superesse, qua pios aggredi possint, quam non sint perscrutati. Verùm si DEVS pro nobis quis contra nos? Gratulor tibi hanc tuæ fidei probationem, &* perseverantem in te Christum, per quem stas æternum dures. Gratiam agnoscens quanta in te sit, &c. *Idem,* a. Ch. 1528. Christi ardens gloriam, pro qua in horas mortem perfers. *Glareanus,* a. Ch. 1521. Audio tibi insidias strui à peccatoribus, quam rem vehementer doleo. Hydram vides, Hercules ut sis, oportet Imò jam a. Ch. 1621. *Otto Brunfelsius.* Vehementer probo constantiam tuam, atque animum illum vere invictum & Christianum. Sic perterrendi sunt hostes Christiani, perstandum,

ſtandum, perrumpendum, audendum. Hac una re tantùm eſt opus, ut perſeveremus, & ne ſinamus extorqueri nobis gladium verbi DEI; atque ſic fiet, ut ſponte concidant, triumphemúsque nos. Utinam exemplum cæteri ſequantur, qui jactant Evangelium! Ipſe tandem omnium optimè Zvinglius, quas tempeſtates ſuſtinuiſſet, quotidie recenſere poterat, de quibus jam a. Ch. 1522. ad Myconium: *Tam crebri ſunt pulſus, tam vehementes ictus, qui domum DEI deÿcere tentant, ut non injuſtè quis aliquando crediderit, nec ventos eſſe, nec imbres; ſed grandines & fulmina, ac nî apertè viderem, Dominum cuſtodire civitatem, jam dudum clavum abjeciſſem. Verùm, cùm eum videam rudentes firmare, antennam dirigere, velum tendere, & quid multa? Ventis imperare, iners, nec hominis nomine dignus fuero, ſi ſtationem deſerens nihilominus ignominiosè perirem,* Totum itaque me illius benignitati permittam, regat, vehat, feſtinet, maneat, acceleret, moretur, mergat, nihil prorſus indignabimur. Ejus enim vaſculum ſumus: Nobis uti poteſt, & ad honorem, & ad ignominiam, quamvis crebrò ab illo petam, ut carnem noſtram quam ſemper ſequi piget, quæque inſtar moroſæ

morosæ mulieris responsitat, & factorum omnium rationem postulat, in ordinem cogat, &c. *Hæc ille.*

IV. Proxima est πραότης, lenitas in docendo.

Δοῦλον Κυρίου δεῖ εἶναι ἐν πραότητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, servum Dei oportet cum lenitate erudire eos, qui contrario animo sunt affecti, 2. Tim. 2. 25. Neque verò hoc laborum condimentum defuisse Zvinglio, tum præclarorum Virorum probant judicia, tum ipsa superioris Seculi Historia. Ex illis *Oecolampad.* est: *Ut magnopere probo, quod sinceritatem doctrinæ tuæ coram adversarijs tuis mansuetè tueri vis (atque utinam, idem is omnibus esset animus!) ita abominarer institutum, si ad contentionem descenderes, quod longè abesse non dubitârim à tam miti ingenio.* *Farellus:* Exegesin amicam *perlegi avidiùs, quia profecta à charissimo mihi; quique doctè ac luculenter rem ob oculos ponit, obfusas propellis tenebras, sancto astu inescans peritiores, cum mira varietate, jucunda puritate polis multijuga eruditione ornatum opus. Det Deus hoc conciliari opere Lutherum, ac seipsum agnoscere, ut Christi succussa undique Ecclesia pacis nonnihil sentiat, ne infirmiores sub talibus dissidijs periclitentur. Gratis-*

Gratissimum est, te, ut causa, rationibus, ita modestia & benignitate, si quid tamen, hujus adversarij habent, superiorem esse. Capito 1526. de eodem: *Scribitur ad me, placidum vestrum scribendi genus profuisse plurimum. Nolim tamen, quiddam decedat modestia, gratia veritati.* Eodem an. *Tua legimus ad Billicanum. Moderatio ista animi plurimùm habet momenti. Gratia DEO, qui calamum tuum tam appositè moderatur.* Idem: *Argumentis densis ac perspicuis agis sine convitio.* Et a. 1527. *Gratia DEO, qui tibi cum tantis dotibus istam animi moderationem dederit.* Luthero alia ratio est. Eadem modestia, ubicunque ei locus relinqui poterat, usus fuit, in certamine Anti-Pontificio. Aculeata satis fuit *Iodoci Heschii,* Ittingensis Monachi, ad Zvinglium Epistola, gravis accusatio abolitæ religionis, de qua suo loco: Sed quàm blandè Zvinglius responsoria sua errantem revocavit? Ita enim d. 8. Martii 1525. ad ipsum Tiguro: *Non erat opus, optime Vir, ut anxiè deprecareris culpam,* quæ culpa non est jam altera vice: Priore, per Franciscum nostrum: altera per præsentium latorem. Hoc enim habet Christianorum amicitia fratrum, dissimile mundi aliorum amicitiæ, ut cùm hi in gratiam redeunt cunctanter, se sibi

mutuò

mutuò credant. Illi verò, discussis omnibus simultatis nebulis, protinus in fratrum numerum recipiant, quos paulò ante hostes judicaverant. Sic & nos mutuò faciamus. Quos unus atque idem Spiritus in eandem gratiæ fiduciam convocavit: Idem sentiamus. alter alterius onus subeat. Quam equidem conditionem, sic tecum subiturus sum, ut nulla sit unquam ætas, de perfidia nostra querimoniam ullam habitura.

Pollicere igitur de nobis non uti de reconciliato hoste; sed uti de fratre, quocum nulla unquam offensio intercessit. Quæ præsentium lator ad nos attulit, optimè curata sunt. Verum, heus tu, Senatus noster indubiè majorem fidem servaturus est, quàm ullæ possint literæ præsertim hoc rerum statu, quo si vel jota unum excideret, fieret tota Ilias. Ut ergo amicum ad nos misisti, nullis munitum pignoribus, quod equidem pro maximo pignore puto; Vis enim tibi fidem haberi, id quod puræ plerunque conscientiæ postulant: Sic & nos eundem charissimum & fidelissimum fratrem nostrum ad te remittimus, qui ore ad os quid dicatur, omnia non modò referet; sed etiam aget tecum. Quòd porrò ad

S me

me attinet, ne nihil à nobis habeas, hoc meo Chirographo me tibi sic adstringo, ut fratrem fratri decet, his etiam legibus, ut si mea parvitas tibi unquam vel hac, vel âlia in causa possit prodesse, ulli sim nec otio, nec negotio parciturus, modò deserta hypocrisi ad DEUM fortem, vivum venias ad bibendum. Summa omnia erunt tibi indubia, tuta,& secura.

VI. Simplex Prudentia.

Dominicum, ad Apostolos, præceptum est: *Simplices estote ut columbæ*, ἐ ὀφρόνιμοι ὡς ὄφεις, *prudentes, ut serpentes*. Simplicitatem, id est, candorem, integritatem vel vultu ostendit ex natione, candoris nomine tum maximè celebrata; oriundus Reformator. De eodem breve, sed luculentum est *Capitonis* testimonium: *Ex animo es inter raros Christianus, nescius fuci. Tu perge, mi Zvingli, tuo more sincerè dicas, & lenitate summa, qua Christus de mundo splendidè triumphavit.* De singulari Prudentia abundè testatur Methodus, in reformatione ab eo observata, exquisitissima, & verè regia. Vide sup. *Tom.* VI. p. 231. Testantur amici, qui, quoties eum adhibuerunt in consilium, fidem ejus atque prudentiam & experti sunt,& admirati.

rati. Ministerio initiandos multi ei commendârunt, ut politiores illos officiiq; monitos remitteret. *Farell.* a. Ch. 1528. *Ubi N. probè commonefeceris officij, & eorum quæ Ministro adesse oportet, quibus te Christus in multorum ædificationem ornavit, ad nos celeriùs advolare des operam.* Paulus Fagius, Isenaci 1528. eodem nomine, alios duos Zvinglio commendavit, quòd exercitatiùs & subactius in istis haberet judicium, ceu suprà modò diximus.

VII. Fortitudo.

Noluit timere Christus discipulos suos, illos, qui possent occidere corpus tantum; sed eum, qui & corpus & animam detruderet in gehennam; *Luc.*12.v.5. Fortiter ergo agere, pericula contemnere, causam DEI curæ habere, DEO magis quàm hominibus obedire assuescerent. Et his characteribus notata fuit Zvinglii vocatio. Non deerant pericula, quæ Evangelii nomine subiit Zvinglius, sexcenta. De quibus compendiosè *Myconius* in vita Zvinglii. Paucis nunc, *inquit*, agemus, quibus nam fuerit ob veritatem objectus periculis. Sacerdotibus & Monachis de gradu, ut ita dicam, dejectis, & contra Pensionarios, quos vocamus, conflicto

mandato, deflexum est ad insidias, si quo modo tolli posset homo iste. Clancularias, etiamsi mihi notas, tacebo; manifestas & tibi manifestabo. Venit post medium noctis aliquando, qui petiit, ut hominem invisat morti proximum. Diacono pro hero respondente, se quicquid sit laboris obiturum (nam illum ob negotia diurna excitandum) tam obstinatè renuit, ut oriretur de insidiatore suspicio. Diaconus igitur abiens, ceu Domino relaturus omnia, ostio occluso, latronem foris manentem delusit. Manè facto cognitum est, navigio captum, ore mox obthurato, clam fuisse deportandum. Non multò post & equus ad eundem usum paratus expectabat. Deinde vidimus insidiatorem (Tuginum esse dixerunt) in urbe sine pallio, gladio cinctum longissimo palàm vagari, sicubi virum obviam opportunè factum occidere queat Indicatus iste capitur & evanescit. Tigurini duo (quorum nomina sciens prætereo) vino madidi, noctu Zvinglii domum lapidibus pulsantes, & specularia perforantes, clamore, maledictis, ictibus, tam crudeliter, turpiter, inhumaniter egerunt, ut vicinorum nullus hiscere vel per fenestellam auderet. Non

cessâ

cessârunt igitur priùs & lapides deficerent, & verba, & vires. Tumultus relatus est ad Consulem, manè clausis portis quæsiti sunt, viris armatis per omnes urbis angulos frustra, dum mulierculæ consciæ malè dissimulantes alterum proderent, haud voluntariè (nam alter jam evaserat) extractus ergo ex vase vinario Sacerdotis cujusdam ab indignabundis pertrahitur in carcerem, &c.

Ardor nempè & intensissimum omnibus inserviendi studium effecit, ut ipse quasi prodigus vitæ fræno potius haberet opus, quàm calcaribus: Ita enim *Jodoc: Kilchmejer*, qui, relicta urbe patria, Bernæ postea aliquandiu Ecclesiæ operam præclaram locavit, Lucernâ ad Zvingl. 1502. *Fertur apud nos hisce præteritis diebus, binos è Monachorum cætu dimisso, quasi religioso consilio maximopere utendum foret, summa te importunitate evocasse: mox te, ut es paratissimus ad præstanda cuique obsequia, promisisse descensum. Cæterùm, dato & accepto consilio Adjutoris tui retractum, non statim videlicet ad quorumvis clamores, maximè noctu, prorumpendum, priùs rem per se explorandam, ne in tantis negotiorum undis navigantem te insidiarum procella sic incautum obruant & extinguant. Qui, ubi descenderit,*

æstimantes, Zvinglium esse, manum in eum hostiliter protinus injecisse, abduxisseque, mortem interminantes. Verùm, prodita voce, sese jam deceptos sentientes, rémque adversus opinionem cecidisse, relicto eo, aufugisse quàm celerrimè, ne fortè deprehensi, quod tibi malum statuere, ipsi experiri cogerentur. Quid ad hæc pericula? Forti restitit animo, callóque quasi obducto, omnia contempsit. Hac laude jam anno Christi 1519. innotuit *Bilibaldo Pirchheymero*, Norimbergensi. *Fuere mihi*; sic scribit Vir celeberrimus, literarum cumprimis Græcarum Interpres felicissimus; *literæ tuæ Zvinglie optime admodum gratæ, non solùm quia ex illis te nostri memorem esse videbam*; sed, etiam quòd te antea convaluisse, quàm ægrotâsse perciperem. Igitur, etsi ob adversam tuam indoluerim valetudinem, longé tamen magis ob sanitatem tibi restitutam gaudeo, optóque, ut illa sit diuturna & longæva. Quid enim attinet te Virum doctum, & rerum humanarum apprimè peritum hortari, ut fortiter, quicquid DEUS jusserit, feras? cùm propria tua prudentia adversa cuncta tolerare calleas? Potiùs itaque DEO gratias agamus, qui percutit & sanat, occidit & rursum vivificat, & qui paulò minùs tuam à sepulchro

pulchro reduxit animam: Cujus nomen sit benedictum. De Zoilis nostris nulla nobis cura, quid enim aliud agerent, quàm quod assiduè agere non desinunt? quonam illorum honore, imò utilitate ipsi viderint. Verti diebus superioribus Luciani fugitivos, quibus Epistolam ad Novenarum Comitem adjunxi, quam si legeres, forsitan rideres: Misissem tibi libellum, si ab impressoribus absolutus fuisset. Videbis illum, DEO, dante aliquando, cum sex orationibus Gregorii Nazianzeni, quæ nunc imprimuntur, à me versis. Capnio noster heri ad me literas dedit: Profectus est Vir bonus ob patriæ suæ calamitates Ingolstadium, ut & periculum fugeret, & invidiam pariter declinaret: Adversarii illi sui libenter ei nocere tam inussissent; sed nihil valet contra innocentiam malitia. Albertus non tam meus, sed & tuus te salutat, Beatus Rhenanus nihil rescripsit: *Bene vale mi Zvingli, & me ut facis ama, ídque pariter à me expecta. Norenbergæ nono Cal.* 1519. *Myconius.* Lucernâ, a. Ch. 1522. *Quàm bene vobiscum agitur, qui habetis gratiam DEI, ut hominem non timeatis nec minas, nec aliud quicquam: Alioquin enim planè deijceremini. Iohannes Hannerus* 1526. Francofordiâ: *Mul-*

 tis

is nominibus mihi clarus es Zvingli eruditissime, potissimùm verò, quòd animum infractum adversus tot æmulorum assultus geris, atque interim nihil de indefesso adserendæ veræ pietatis studio remittis, quæ res etiamnum fecit, ut qualibet quæsita causa amicitiæ tuæ demerendæ occasionem captaverim. *Lutheri*, aliorúmque calculum suprà dedimus, Tom. VI. pag. 577. 233. 250.

VIII. Inculpata vita.

Sed & ἀνέγκλητος, inculpatus, esse debebat Episcopus: sceleris, vitiique purus, *Tit.* 1. 6. Ut talem se præberet Zvinglius Reformator, omnem impendit operam. Unde & exterorum hoc nomine tulit puncta, qui non eruditionem ejus minùs fuerunt mirati, quàm morum probitatem, vitæque innocentiam commendârunt. *Quis tam divinum pectus* (Zvinglium intelligit) *maxima benevolentia non amplecteretur? Miram & conditam morum facilitatem non exoscularetur? Vitæ integritatem non suspiceret?* Ita jam a. Ch. 1521. Basileæ exclamavit *Marcus Bersius*, P. Theodorinus. Cætera vide sup. Tom. VI. pag. 249.

IX. Conjugium.

Insu-

Insuper ab Episcopo Paulus requirit, ut sit μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, *unius uxoris vir*. Ib. Non erant Apostolica tempora γαμοσυγῆ, quæ legitimam conjugii copulam, non prohiberent modò Episcopis, Verbi Ministris; sed & convitiis insectarentur, gravitérque conjugio copulatos ministros Evangelicos mulctarent. Ex primis, superiori Seculo, jus matrimoniale ordini Ecclesiastico ausus fuit asserere *Zvinglius*. Sed ut hominum, qui nulla magis offendi videbantur re, quàm publica matrimonii concessione, se accommodaret captui & ingenio, aliquandiu post assertum jus abstinuit à possessione, usque adeò ut minus æquo eam nonnulli ferrent moram, animo, veriti, ne causa bona, damnum inde aliquod acciperet. Monendum hoc propter malevolos quosdam, qui adeò postea, cùm clericum intelligerent uxoratum, animo ab eo fuerunt alienati, ut in aliis etiam jam probatis, nutaret assensus, videbatur: Aliter enim cæteris, qui rem ex se se æstimabant, sentire placuit, qui Zvinglio hoc maximè nomine gratulabantur. Ita certè *Bucerus* ad Zvinglium: *Gratia Christi tibi augeatur mi frater charissime. Literæ tuæ tam apertæ, támque Christiano Spiritu ad*

me dici vix potest, ut me exhilararint. Quod autem professum palàm te maritum in literis Capitonis legi, id præ immenso gaudio, me propemodum extra me posuit. Unum enim hoc desideratum in te. Non poteram namque tantam pusillanimitatem fidei tibi tribuere, qui veritus sis, te marito non tam feliciter usurum Christum in negotio verbi sui, atque usus fuisset malè cælibi. — Ex amussi nunc te Apostolicæ per omnia respondere, serio triumpho: Et certè: quicquid alii sentiant, frendant, ringant, rideant, convitientur, Sardonius risus est. Manet, manebitque non axioma tantùm positivum Pauli, ut sit Episcopus μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ; sed & oppositum, quòd ultimis temporibus Spiritus sint futuri impostores, κωλύοντες γαμεῖν *prohibentes contrahere matrimonium*, 1. Tim. 4. 3. Quòd tardius ipse sibi hujus libertatis Christianæ copiam fecerit, pro more fecisse censendus. Ita enim primus semper erat intentione, ut ultimus esse voluerit executione, ne suis litare videretur, vel desideriis, vel commodis. Eadem Methodo in esu carnis, & abrogatione imaginum versari voluit, velut ipse indicat, Tom. II. pag. 641. *Multis forsitan eo nomine suspectus esse possum, quasi ego solus omnium author sim; quod ipsum tamen nullis*

nullis rationibus veris unquam probabitur. Idem enim ante annos aliquot in carnium esu mihi contigit. Forte fortuna enim cum amicis aliquot, modestissimis hominibus, domum quandam ingressus sum, in qua, non voluptatis gratia, non ventris studio; sed in Christianæ libertatis exemplum aliquantum carnis à quibusdam comesum est, idque cum pia gratiarum actione, quod ex Babylonica Pontificia tyrannidis captivitate eos liberare DEUS dignatus esset. Ego tamen carnes tunc ne gustabam quidem, etiamsi & mihi apposita essent. Cùm verò nonnihil controversiarum inde exortum illos turbaret, annon meum est illos defendere? Num eos, ceu ignavus Pastor, deserere debuissem? Cùm in publico suggestu ante cibos omnes omnibus quovis tempore licitos esse docuissem. Idem in simulachrorum negotio evenisse videmus. Si enim DEI verbum purè & dilucidè prædicari debet (quod ipse, DEO volente, quoad vixero, facturus sum) & Missam, & simulachra, usúmque illorum, qualis hodie est, cum multis alijs aboleri oportet. Quamvis facilè ferre potuissem, si de simulachris nihil adhuc fuisset tentatum. Sed cùm ea fuerit voluntas Dei, ego quis sum, ut illi me opponam! Simulachra certè ferri non debent, & Missam Sacrificium *non*

non esse omnino dicendum est. Confer. Epilog. Epist. ad *Urban. Rheg.* T. II. p. 122.

X. Apertum veritatis patrocinium.

Apostolicum denique (cætera enim omnia ad compendium ponimus) est non esse lucifugam, sed ejus spei, quæ in nobis, reddere rationem. Iterum hic triumphavit Zvinglius noster, tum publicis disputationibus, tum etiam scriptis toto orbe notis. Unde *Oecolompad.* ad Zvingl. *Rectè facis, atque rem planè dignam & officio, & pio animo tuo, mi Udalrice, quòd paratus de omnibus his, quæ à te hactenus docta sunt. Nimirum hoc fuerit Apostolicum Canonem imitari, & per omnia Christianæ mentis sinceritatem præ se ferre. Precor Dominum nostrum Christum, ut, quod bono mihi Spiritu ceptum videtur, in carne non consummetur, id quod non rarò fieri novit tua prudentia. Et ego sanè bona ominor, atque non mediocria Christiani gregis commoda: Tantùm fiant sancta sanctè. Audio esse quendam magni nominis qui rideat, & parùm probet. Sed valeat ille, quantus quantus est.*

Habuimus *regulas* Apostolicæ vocationis, ubi ad *exempla* deveniendum esset, modestiæ fortè Chtistianæ limites non trans-

transgrederemur, si Reformatores nostros Apostolica vestigia, pro virili, & ratione infirmitatis humanæ, exprimere habuisse curæ, breviter ostenderemus. Ex iis enim, quæ hactenus longa enarravimus serie, non pauca occurrunt eorum, quorum Catalogum Apostolus thrasonicis Pseud-Apostolorum opposuit vociferationibus, 2. *Cor.* cap. 6. & 11. Certè, si Zvinglius, si Lutherus, si alii, quorum DEUS ad reformandum usus est operâ, cum iis conferuntur, qui scientiæ sibi clavem superiori seculò vindicârunt; si utrorúmque requisita, pietas, eruditio, fama, vigiliæ, pericula, & si quæ alia in Paulina recensione se offerunt, vel Myops videat, tam institutioni divinæ, quàm constitutioni Apostolicæ propius accedere, nostros, longius abire Pontificios.

XI. Hucusque Zuinglius Ministerio functus est διὰ δόξης καὶ εὐφημίας. Idem cum Apostolo, aliísque Christi Ministris ἀτιμίαν καὶ δυσφημίαν, experiri debuit. Nam & fidem, fideique defensionem, & vitam, & mortem etiam Reformatoris nonnulli, ut emergenti Reformationis operi

operi ponerent obicem, vellicârunt. Et quanquam plerorúmque jam ſupra à nobis fuerit habita ratio, non tamen ἀπροσδιόνυσον, aut otioſum, ſi diſtinctius paulò ad ſingula attendamus, futurum exiſtimamus.

Fidem quod attinet, non eſt noſtri inſtituti, ut vel *Papiſtarum*, vel *Anabapiſtarum*, hoc loco, omnes proferamus querelas: *Illi* enim ſuis ubique, non Zvinglio tantùm, ſed toti moleſti fuerunt orbi clamoribus, nova Reformatorem ſacra invexiſſe, tum etiam, quando antiquiſſimis probare paratus erat monumentis, nihil extra Moſen, Prophetas, Evangeliſtas & Apoſtolos ſe docuiſſe. *Hi* verò nimium ei, cujus famæ & & functioni periculoſiſſimas illi ſtruxerunt inſidias, rigorem exprobrârunt: Quorum omnium Zvinglius ſuperſtes; ut ſupra audivimus; rationem habuit: Vide Tom. VI. pag. 657.

De iis ergo potiſſimùm, quorum ipſi nonnunquam reformati pleniorem deſiderârunt explicationem, ſoliciti capita de (*a*) objecto gratiæ Evangelicæ, peccato (*b*) originali, (*c*) Providentia, carne (*d*) Chriſti. Sacramentis, Baptiſmo (*e*) & Cœna

b. ad Regem Christianum: *Deinde sperandum est tibi, visurum esse Sanctorum, prudentium, fidelium, constantium, fortium, virtuosorum omnium, quicunque à condito mundo fuerunt, sodalitatem, cœtum & contubernium, &c.* Hos inter postea expressit non Patriarchas tantum, Prophetas & Apostolos; *sed & Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones.* Quanta hinc Zvinglio apud Adversarios conflata invidia, dici non potest. Prodierat hæc Zvinglii *Expositio* jam ante concordiam Wittenbergensem: Impedire poterat modesta Gualtheri generi Apologia, quo minus toties Evangelicorum concordiæ malè intellecta verba intercederent. Sufficere potebant tot Theologorum nostrorum, ad citatum locum, explicationes, exceptiones, retorsiones. Et tamen nuper demum Jesuita Labbæus ex me fuit ausus quærere, *quæ Zvinglii fuisset religio? Quia verò* (inquit Dissertat. de Scriptorib. Ecclesiast. Dissert. Tom. I. pag. 924.) *obiter Zvinglii, Hottingerique meminimus: Placet ab Hottingero sciscitari*

scisscitari, quam religionem professus sit Patriarcha ille suus Zvinglius, qui in expositione fidei ad Franciscum I. hæc est ausus scribere, anno 1530. ab H. Bullingero 1536. in publicam lucem commissa, atque in corpore operum Zvinglianorum anno 1581. Tiguri edito non prætermissa P. II. fol. 559. *Si ergo cum DEO sunt, &c.* Ad quam quidem importunam planéque impertinentem adversarii quæstionem, alibi à nobis responsum est; *disputatio de Melchised.* in Ennead pag. 170. quo si non prolixè, sufficienter tamen calumnia videatur diluta. Illud ἐκπερισσοῦ, notandum, hanc Reformatoris *Expositionem*, scriptum esse posthumum. Ipsum præ manibus habeo Zvinglii autographũ, sic satis ad prælum paratum, ut tamen, procul dubio, Zvinglio sufflaminatæ Editionis rationes non defuerint. Quamvis, ne quicquam dissimulemus, ipse; quo scriptum primâ curâ, affectum potius quàm perfectum fuit; annus Zvinglio fatalis, quo ad Cappellas occubuit. Unde & *Bullingerus* in Catal. operum Zvinglianorum Msc. *Christiana fidei à Huldrico Zvinglio prædicata brevis & clara expositio ad Regem Christianum scripta: Mense Julio 1531. Edita demum à morte ejus,* anno Christi, 1532. *Probata tamen fuit Editoribus, & peculiari*

peculiari encomio insignita? Non nego. Quanquam (ita *Bullingerus* successor) fidelissimus Evangelii præco, & Christianæ libertatis assertor constantissimus, H. Zvinglius omnia sua clarè *circumspectè & dilucidè dixerit, hoc tamen libello veluti se ipse superans de vera fide nescio quid cygneum vicina morte cantavit.* Sic Bullingerus; qui de toto loquitur scripto, quo breviter & succinctè primaria religionis Christianæ capita proponuntur, & ita quidem ut, rationem & Methodum illius temporis author facilè superet. Lapis verò offendiculi, procul dubio, neminem turbâsset, si Zvinglius ipse superstes (defuncti autem mutare verba religioni Editores duxerunt.) Editioni præesse, aut subodorari potuisset, tot hinc, quæ secutæ postea erant, pullulaturas controversias. Ea enim & modestia & prudentia fuit Zvinglius, ut nihil proponeret, quod offenderet; nihil mordicus defenderet, quod mutatum ædificationi commodius inserviret. Repete, quæ Tom. VI. p. 232. & sup. p. 282. ipsius Zvinglii verbis exhibuimus. Quicquid sit, non satis prudenter agunt, qui, cùm toties Zvinglius clarè, perspicuè, ex professo salutis fontem ostenderet unicum, Christum Servatorem, ex eo,

quòd, cùm multis aliis, gratiam illam extraordinariè factam pluribus, sibi privatim scripserit; de via & ratione consequendæ salutis ipsa, controversiam moveant. Si hoc rigore vel cum Patribus, vel Scholasticis, vel aliis etiam Theologis ageretur, quis accusationum tandem sperandus esset finis? Certum est, absq; fidei conditione Zvinglium salutem nemini adjudicâsse; fidei tamen donum, ex charitatis regula, non iis statim, qui inter ordinariè vocatos non erant relati, noluisse negare. Epist. ad *Urb. Rheg.* Tom. II. p. 118. *Cùm, ut in viam redamus, aterna vita nusquam sit hac lege promissa, ut nisi quis circumcisus sit aut tinctus, nullatenus sit eam adepturus*, non est cur temerè inferis adjudicemus, qui signis istis initiati non sunt, Hæc omnia ex Pauli ad *Rom.* Epistola c. 2, colliguntur. Neque Christus dixit, qui baptizatus non fuerit, salvus non erit. Ista in hunc usum argumentati sumus, ut ostenderemus, toto cœlo errare, etiamsi sint non modò magna, sed vetera quoque nomina, qui damnationi æternæ solent adjudicare nunc Christianorum infantes, qui non sint baptismo tincti, nunc verò eos omneis, quos Gentiles vocamus. Quid enim scimus, quia fidei quisque in

corde suo DEI manu scriptum teneat: Senecæ Viri sanctissimi fidem, quam Epistola ad Lucilium 34. prodit, quis non admiretur, cùm ait: Sic certè vivendum est, tanquam aliquis in pectus intimum prospicere possit, & potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? Nihil DEO clausum est. Interest animis nostris, & cogitationibus mediis intervenit. Sic intervenit, dico, non tanquam aliquando discedat? Hæc Seneca. Quis, quæso, hanc fidem in cor hominis scripsit? Neque quisquam putet, ista in evacuationem Christi tendere, *ut (NB.) quidam* nos insimulant, amplificant enim illius gloriam. Per Christum enim accedere oportet, *quicunque (NB.) ad DEUM veniunt:* de qua re paulò pòst. Unde socerum Mosis ne suspicamur quidem aliâ viâ, quam quæ dicit: *Ego sum via, veritas & vita, ad DEUM pervenisse, quâ & Moses & omnes venerunt.* Ita jam an. Ch. 1526. Zvinglius mentem suam exposuit; nec, quod sciam, vel à Luthero postea Marpurgi, vel aliocunque reprehensus est: Ita saltem non exagitatus, quasi canibus & porcis viam ad cœlestes patefaceret sedes. Nonne disertè satis, unam ad vitam ostendit viam, Christum? Quàm

indignè tulit Archiatri Tigurini in disputatione publica sententiam, qui ex Aristotele tum etiam, cum nullæ amplius extarent Scripturæ, rectè gubernari posse Rempublicam, effutire fuit ausus? Vide sup, pag. 141. Quòd de Seneca, cujus & studiosus lector, & magnus admirator fuit Zvinglius, benigniùs senserit, an vel sine exemplo fecit, vel absque venia? *Accedunt* (ita Joh. *Rualdus* in vita Plutarchi cap. 9.) *in Plutarcheis libris crebra & nescio, unde ex abdito eruta sententia, quas vel veritate, vel gravitate vice Christiani oraculi possis accipere. Itaque illum, ut Senecam lib. de anima, Tertullianus, sæpe nostrum nihil ambigam hic appellare.* Hieronymus eundem Senecam Viris illustribus annumeravit, motus Epistolis Senecæ ad Paulũ: Et quanquam tum ex Pontif. tum ex Refor. etiam Scriptoribus animadverterint, nusquam Paulum Senecam, multò minus Senecam spirare usquam videri Paulum; adeò ut ejusmodi scripta, quale hoc quod extat, sit.

Τρυφὴ πιθήκων, καὶ γέλως πολὺς σοφῶν.

Sixto Senensi tamen, & Fabro Stapulensi acta Lini persuaserunt, verè esse Pauli Epistolas, & Senecæ ad Paulum. Unde *Sarisberiensi desipere videbantur, qui non venerarentur eum, quem Apostolicam familiaritatem meruisse constat.* Certè (*Labbæ* Jesuita

verba sunt Tom. II. Dissertat. de Scriptoribus Ecclesiast. pag. 777.) *consuetudinem inter Apostolum Paulum, ac Philosophum Senecam innuunt verba illa, venerabilis Petri, Cluniacensis Abbatis ad articul.* 1. *Hæreseos Petrobussianorum: Nonne ipsi Paulo famosius ille Philosophus Seneca dixit: Nullas se credere suffecturas ætates ad literarum illarum altitudinem capiendam?* Ita veteres & recentiores de Seneca apertè scribebant; Zvinglio nostro ne sperare quidem de eo licuerit?

II. Ad alterum accedimus de *peccato Originali*, ipsi imputatum dogma heterodoxum.

Hoc enim nomine traductum fuisse Zvinglium tum ex *Urbani Rhegij* indicio constat Tom. VI. pag. 431. tum ex aperta *Balthasari Hubmejeri*, contra Zvinglium, accusatione, de qua *Oecolompadius* ita: De libellis Balthasari; *inquit*; nemo commonefecerat tibi mittendis, jam olim quendam miseram. Duos ergo impressos accepi, alterum apud me retineo, quandoquidem contra Dialogum olim in ædibus meis habitum, scriptus est, & par est, ut illi respondeam; id quod & statui, ut technæ impostorum detegantur. In eo li-

me dici vix poteſt, ut me exhilararint. Quod autem profeſſum palàm te maritum in literis Capitonis legi, id præ immenſo gaudio, me propemodum extra me poſuit. Unum enim hoc deſideratum in te. Non poteram namque tantam puſillanimitatem fidei tibi tribuere, qui veritus ſis, te marito non tam feliciter uſurum Chriſtum in negotio verbi ſui, atque uſus fuiſſet malè cælibi. — Ex amuſſi nunc te Apoſtolicæ per omnia reſpondere, ſeriò triumpho: Et certè: quicquid alii ſentiant, frendant, ringant, rideant, convitientur, Sardonius riſus eſt. Manet, manebitque non axioma tantùm poſitivum Pauli, ut ſit Epiſcopus μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ; ſed & oppoſitum, quòd ultimis temporibus Spiritus ſint futuri impoſtores, κωλύοντες γαμεῖν *prohibentes contrahere matrimonium*, 1. Tim. 4. 3. Quòd tardius ipſe ſibi hujus libertatis Chriſtianæ copiam fecerit, pro more feciſſe cenſendus. Ita enim primus ſemper erat intentione, ut ultimus eſſe voluerit executione, ne ſuis litare videretur, vel deſideriis, vel commodis. Eadem Methodo in esu carnis, & abrogatione imaginum verſari voluit, velut ipſe indicat, Tom. II. pag. 641. *Multis forſitan eo nomine ſuſpectus eſſe poſſum, quaſi ego ſolus omnium author ſim; quod ipſum tamen nullis*

nullis rationibus veris unquam probabitur. Idem enim ante annos aliquot in carnium esu mihi contigit. Forte fortuna enim cum amicis aliquot, modestissimis hominibus, domum quandam ingressus sum, in qua, non voluptatis gratia, non ventris studio; sed in Christianæ libertatis exemplum aliquantum carnis à quibusdam comesum est, idque cum pia gratiarum actione, quod ex Babylonica Pontificiæ tyrannidis captivitate eos liberare DEVS dignatus esset. Ego tamen carnes tunc ne gustabam quidem, etiamsi & mihi apposita essent. Cùm verò nonnihil controversiarum inde exortum illos turbaret, annon meum est illos defendere? Num eos, ceu ignavus Pastor, deserere debuissem? Cùm in publico suggestu ante cibos omnes omnibus quovis tempore licitos esse docuissem. Idem in simulachrorum negotio evenisse videmus. Si enim DEI verbum purè & dilucidè prædicari debet (quod ipse, DEO volente, quoad vixero, facturus sum) & Missam, & simulachra, usúmque illorum, qualis hodie est, cum multis alijs aboleri oportet. Quamvis facilè ferre potuissem, si de simulachris nihil adhuc fuisset tentatum. Sed cùm ea fuerit voluntas Dei, ego quis sum, ut illi me opponam! Simulachra certè ferri non debent, & Missam Sacrificium

non

non esse omnino dicendum est. Confer. Epilog. Epist. ad *Urban. Rheg.* T. II. p. 122.

X. Apertum veritatis patrocinium.

Apostolicum denique (cætera enim omnia ad compendium ponimus) est non esse lucifugam, sed ejus spei, quæ in nobis, reddere rationem. Iterum hic triumphavit Zvinglius noster, tum publicis disputationibus, tum etiam scriptis toto orbe notis. Unde *Oecolompad.* ad Zvingl. *Rectè facis, atque rem planè dignam & officio, & pio animo tuo, mi Udalrice, quòd paratus de omnibus his, quæ à te hactenus docta sunt. Nimirum hoc fuerit Apostolicum Canonem imitari, & per omnia Christianæ mentis sinceritatem præ se ferre. Precor Dominum nostrum Christum, ut, quod bono mihi Spiritu ceptum videtur, in carne non consummetur, id quod non rarò fieri novit tua prudentia. Et ego sanè bona ominor, atque non mediocria Christiani gregis commoda: Tantùm fiant sancta sanctè. Audio esse quendam magni nominis qui rideat, & parùm probet. Sed valeat ille, quantus quantus est.*

Habuimus *regulas* Apostolicæ vocationis, ubi ad *exempla* deveniendum esset, modestiæ fortè Chtistianæ limites non trans-

transgrederemur, si Reformatores nostros Apostolica vestigia, pro virili, & ratione infirmitatis humanæ, exprimere habuisse curæ, breviter ostenderemus. Ex iis enim, quæ hactenus longa enarravimus serie, non pauca occurrunt eorum, quorum Catalogum Apostolus thrasonicis Pseud-Apostolorum opposuit vociferationibus, 2. *Cor.* cap. 6. & 11. Certè, si Zvinglius, si Lutherus, si alii, quorum DEUS ad reformandum usus est operâ, cum iis conferuntur, qui scientiæ sibi clavem superiori seculò vindicârunt; si utrorúmque requisita, pietas, eruditio, fama, vigiliæ, pericula, & si quæ alia in Paulina recensione se offerunt, vel Myops videat, tam institutioni divinæ, quàm constitutioni Apostolicæ propius accedere, nostros, longius abire Pontificios.

XI. Hucusque Zuinglius Ministerio functus est διὰ δόξης καὶ εὐφημίας. Idem cum Apostolo, aliísque Christi Ministris ἀτιμίαν καὶ δυσφημίαν, experiri debuit. Nam & fidem, fideíque defensionem, & vitam, & mortem etiam Reformatoris nonnulli, ut emergenti Reformationis operi

operi ponerent obicem, vellicârunt. Et quanquam plerorúmque jam supra à nobis fuerit habita ratio, non tamen ἀπροσδιόνυσον, aut otiosum, si distinctius paulò ad singula attendamus, futurum existimamus.

Fidem quod attinet, non est nostri instituti, ut vel *Papistarum*, vel *Anabapistarum*, hoc loco, omnes proferamus querelas: *Illi* enim suis ubique, non Zvinglio tantùm, sed toti molesti fuerunt orbi clamoribus, nova Reformatorem sacra invexisse, tum etiam, quando antiquissimis probare paratus erat monumentis, nihil extra Mosen, Prophetas, Evangelistas & Apostolos se docuisse. *Hi* verò nimium ei, cujus famæ & & functioni periculosissimas illi struxerunt insidias, rigorem exprobrârunt: Quorum omnium Zvinglius superstes; ut supra audivimus; rationem habuit: Vide Tom. VI. pag. 657.

De iis ergo potissimùm, quorum ipsi nonnunquam reformati pleniorem desiderârunt explicationem, soliciti capita de (*a*) objecto gratiæ Evangelicæ, peccato (*b*) originali, (*c*) Providentia, carne (*d*) Christi. Sacramentis, Baptismo (*e*) & Cœna

na Domini, morte denique ejus breviter vindicabimus. I. *Obiectum gratiæ* quod concernit, est in omnium ore paragraphus ille Exposit. Fid. Christ. Tom. II. p. 559. b. ad Regem Christianum: *Deinde sperandum est tibi, visurum esse Sanctorum, prudentium, fidelium, constantium, fortium, virtuosorum omnium, quicunque à condito mundo fuerunt, sodalitatem, cœtum & contubernium, &c.* Hos inter postea expressit non Patriarchas tantùm, Prophetas & Apostolos; *sed & Herculem, Theseum, Socratem, Aristidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones.* Quanta hinc Zvinglio apud Adversarios conflata invidia, dici non potest. Prodierat hæc Zvinglii *Expositio* jam ante concordiam Wittenbergensem: Impedire poterat modesta Gualtheri generi Apologia, quo minus toties Evangelicorum concordiæ malè intellecta verba intercederent. Sufficere poterant tot Theologorum nostrorum, ad citatum locum, explicationes, exceptiones, retorsiones. Et tamen nuper demum Jesuita Labbæus ex me fuit ausus quærere, *quæ Zvinglij fuisset religio? Quia verò* (inquit Dissertat. de Scriptorib. Ecclesiast. dissert. Tom. I. pag. 994.) *obiter Zvinglij, Bullingerique meminimus: Placet ab Hottingero sciscitari*

sciscitari, quam religionem professus sit Patriarcha ille suus Zvinglius, qui in expositione fidei ad Franciscum I. *hæc est ausus scribere, anno* 1530. *ab H. Bullingero* 1536. *in publicam lucem commissa, atque in corpore operum Zvinglianorum anno* 1581. *Tiguri edito non prætermissa* P. II. fol. 559. *Si ergo cum DEO sunt, &c.* Ad quam quidem importunam planéque impertinentem adversarii quæstionem, alibi à nobis responsum est, *disputatio de Melchised.* in Ennead pag. 170. quo si non prolixè, sufficienter tamen calumnia videatur diluta. Illud ἐκπεριουσίας, notandum, hanc Reformatoris *Expositionem*, scriptum esse posthumum. Ipsum præ manibus habeo Zvinglii autographũ, sic satis ad prælum paratum, ut tamen, procul dubio, Zvinglio sufflaminatæ Editionis rationes non defuerint. Quamvis, ne quicquam dissimulemus, ipse;quo scriptum primâ curâ, affectum potius quàm perfectum fuit; annus Zvinglio fatalis, quo ad Cappellas occubuit. Unde & *Bullingerus* in Catal. operum Zvinglianorum Msc. *Christiana fidei à Huldrico Zvinglio prædicata brevis & clara expositio ad Regem Christianum scripta: Mense Julio* 1531. *Edita demum à morte ejus,* anno Christi, 1532. *Probata tamen fuit Editoribus, & peculiari*

peculiari encomio insignita? Non nego. Quanquam (ita *Bullingerus* successor) fidelissimus Evangelii præco, & Christianæ libertatis assertor constantissimus, H. Zvinglius omnia sua clarè *circumspectè & dilucidè dixerit, hoc tamen libello veluti se ipse superans de vera fide nescio quid cygneum vicina morte cantavit.* Sic Bullingerus; qui de toto loquitur scripto, quo breviter & succinctè primaria religionis Christianæ capita proponuntur, & ita quidem ut, rationem & Methodum illius temporis author facilè superet. Lapis verò offendiculi, procul dubio, neminem turbâsset, si Zvinglius ipse superstes (defuncti autem mutare verba religioni Editores duxerunt.) Editioni præesse, aut subodorari potuisset, tot hinc, quæ secutæ postea erant, pullulaturas controversias. Ea enim & modestia & prudentia fuit Zvinglius, ut nihil proponeret, quod offenderet; nihil mordicus defenderet, quod mutatum ædificationi commodiùs inserviret. Repete, quæ Tom. VI. p. 232. & sup. p. 282. ipsius Zvinglii verbis exhibuimus. Quicquid sit, non satis prudenter agunt, qui, cùm toties Zvinglius clarè, perspicuè, ex professo salutis fontem ostenderet unicum, Christum Servatorem, ex eo,

T quid.

quòd, cùm multis aliis, gratiam illam extraordinariè factam pluribus, sibi privatim scripserit; de via & ratione consequendæ salutis ipsa, controversiam moveant. Si hoc rigore vel cum Patribus, vel Scholasticis, vel aliis etiam Theologis ageretur, quis accusationum tandem sperandus esset finis? Certum est, absq; fidei conditione Zvinglium salutem nemini adjudicâsse; fidei tamen donum, ex charitatis regula, non iis statim, qui inter ordinariè vocatos non erant relati, noluisse negare. Epist. ad *Urb. Rheg.* Tom. II. p. 118. *Cùm, ut in viam redamus, æterna vita nusquam sit hac lege promissa, ut nisi quis circumcisus sit aut tinctus, nullatenus sit eam adepturus*, non est cur temerè inferis adjudicemus, qui signis istis initiati non sunt, Hæc omnia ex Pauli ad *Rom.* Epistola c. 2, colliguntur. Neque Christus dixit, qui baptizatus non fuerit, salvus non erit. Ista in hunc usum argumentati sumus, ut ostenderemus, toto cœlo errare, etiamsi sint non modò magna, sed vetera quoque nomina, qui damnationi æternæ solent adjudicare nunc Christianorum infantes, qui non sint baptismo tincti, nunc verò eos omneis, quos Gentiles vocamus. Quid enim scimus, quia fidei quisque in

corde

corde suo DEI manu scriptum teneat: Senecæ Viri sanctissimi fidem, quam Epistola ad Lucilium 34. prodit, quis non admiretur, cùm ait: Sic certè vivendum est, tanquam aliquis in pectus intimum prospicere possit, & potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? Nihil DEO clausum est. Interest animis nostris, & cogitationibus mediis intervenit. Sic intervenit, dico, non tanquam aliquando discedat? Hæc Seneca. Quis, quæso, hanc fidem in cor hominis scripsit? Neque quisquam putet, ista in evacuationem Christi tendere, *ut (NB.) quidam* nos insimulant, amplificant enim illius gloriam. Per Christum enim accedere oportet, *quicunque (NB.) ad DEUM veniunt:* de qua re paulò pòst. Unde socerum Mosis ne suspicamur quidem aliâ viâ, quam quæ dicit: *Ego sum via, veritas & vita, ad DEUM pervenisse, quâ & Moses & omnes venerunt.* Ita jam an. Ch. 1526. *Zvinglius* mentem suam exposuit; nec, quod sciam, vel à Luthero postea Marpurgi, vel aliocunque reprehensus est: Ita saltem non exagitatus, quasi canibus & porcis viam ad cœlestes patefaceret sedes. Nonne disertè satis, unam ad vitam ostendit viam, Christum? Quàm

indignè tulit Archiatri Tigurini in disputatione publica sententiam, qui ex Aristotele tum etiam, cum nullæ amplius extarent Scripturæ, rectè gubernari posse Rempublicam, effutire fuit ausus? Vide sup, pag. 141. Quòd de Seneca, cujus & studiosus lector, & magnus admirator fuit Zvinglius, benigniùs senserit, an vel sine exemplo fecit, vel absque venia? *Accedunt* (ita Joh. *Rualdus* in vita Plutarchi cap. 9.) *in Plutarcheis libris crebra & nescio, unde ex abdito eruta sententia, quas vel veritate, vel gravitate vice Christiani oraculi possis accipere. Itaque illum, ut Senecam lib. de anima, Tertullianus, sape nostrum nihil ambigam hic appellare.* Hieronymus eundem Senecam Viris illustribus annumeravit, motus Epistolis Senecæ ad Paulũ: Et quanquam tum ex Pontif. tum ex Refor. etiam Scriptoribus animadverterint, nusquam Paulum Senecam, multò minus Senecam spirare usquam videri Paulum; adeò ut ejusmodi scripta, quale hoc quod extat, sit.

Τρυφὴ πιθήκων, καὶ γέλως πλαλὺς σοφῶν.

Sixto Senensi tamen, & Fabro Stapulensi acta Lini persuaserunt, verè esse Pauli Epistolas, & Senecæ ad Paulum. Unde *Sarisberiensi desipere videbantur, qui non venerarentur eum, quem Apostolicam familiaritatem meruisse constat. Certè* (*Labbas* Jesuita

verba sunt Tom. II. Dissertat. de Scriptoribus Ecclesiast. pag. 777.) *consuetudinem inter Apostolum Paulum, ac Philosophum Senecam innuunt verba illa, venerabilis Petri, Cluniacensis Abbatis ad articul. 1. Hæreseos Petrobussianorum: Nonne ipsi Paulo famosus ille Philosophus Seneca dixit: Nullas se credere sufficecturas ætates ad literarum illarum altitudinem capiendam?* Ita veteres & recentiores de Seneca apertè scribebant; Zvinglio nostro ne sperare quidem de eo licuerit?

II. Ad alterum accedimus de *peccato Originali*, ipsi imputatum dogma heterodoxum.

Hoc enim nomine traductum fuisse Zvinglium tum ex *Urbani Rhegij* indicio constat Tom. VI. pag. 431. tum ex aperta *Balthasari Hubmejeri*, contra Zvinglium, accusatione, de qua *Oecolompadius* ita: De libellis Balthasari; *inquit*; nemo commonefecerat tibi mittendis, jam olim quendam miseram. Duos ergo impressos accepi, alterum apud me retineo, quandoquidem contra Dialogum olim in ædibus meis habitum, scriptus est, & par est, ut illi respondeam; id quod & statui, ut technæ impostorum detegantur. In eo li-

bro mihi impingit falsò, quod negem originale peccatum in pueris, dicitque, quòd non ex me loquar, sed ex te, Magistro in Tiguro. Tibi verò quatuor errores impingit: Primum, quòd defendas impium (ut vocat) Baptismum puerorum calamo, doctrina, & carnifice contra agnitam veritatem: Et quia defendis hæc non vera, puniat te Deus alio errore in quem cadis, & manifestè pronuncies, originale peccatum non esse peccatum, &c. Recentiores etiam Zvinglio, eum peccatum originis agnovisse morbum & conditionem naturæ, non propriè dictum peccatũ; lib. de ratione fidei, imputârunt. Sed & hanc meram fuisse λογομαχίαν, Zuinglium peccatum originis ejúsq; propagationem constanter asseruisse, certum est. Usitatos tamen terminos paulò aliter accepit, quàm ferebat usus communis. Peccati nomine sensu strictiori & proprio designavit peccatum actuale, quia est facinus seu actio contra legem. Peccatum originale verò eo respectù morbum appellavit, quia est corruptio naturæ per se damnabilis, in quo quicunque nascuntur, sint hostes & adversarii. Ut ergo morbi vox, modò non physicè sumatur, & aliis efficacioribus exprimatur in Scholis Theologicis

logicis, commodè poteſt tolerari, ita peccati etiam nomenclatura, prout latius vel ſtrictiùs ſumitur, vel exemplo Jacobi actuali tantùm tribuitur Jacob. 1. v. 15. vel, authoritate Pauli Rom. 7. v. 7. etiam originali. De vera & genuina Zuinglii ſententia videatur ejus ad Urbanum Rhegium Epiſtola, Tom. II. pag. 116. Ut verò mentem Zuinglii rectiùs aſſequamur, notandum eſt, Zuinglio cum eo hominum genere fuiſſe negotium, qui Baptiſmo aquæ eam tribuerent ἐνέργειαν, ut exiſtimarent τὰς ἀβαπτίστους ſimpliciter eſſe mortis æternæ reos; damnare eos culpam originalem. Zuinglius, ut oſtenderet, non illos de ſalute ſtatim periclitari, qui nullâ ſuâ culpâ abſque baptiſmo diſcederent, aliam offert medicinam, Chriſti ſanguinem, quo ſolo peccatum originale tolli palàm docuit. Si ergo originale elui etiam debuit, & tolli ſanguine Chriſti, peccatum utique fuit, etſi reſpectu actualis peccati, impropriè ſic dicti nomẽclatura inſigniri voluerit. *Epiſtola* ad Urbanum Rheg. Tom. II pag, 117. Eſt ergo, *inquit*, iſta ad peccandum amore ſui propenſio, peccatum originale: Quæ quidem propenſio non eſt propriè (NB. ſtrictiori nempe ſenſu, ut peccatũ actuale)

peccatū, sed fons quidam & ingenium Pauli post: Peccatum in nobis inhabitans aliud non est, quam vitium corruptæ carnis, quæ amore sui perpetuò concupiscit adversum spiritum. P. 121. Nunc ad postremam partem accedemus, in qua istud jugium suscepimus probandum, quòd vitium originale solo sanguine Christi tollitur, & quòd lavatro baptismi tolli nequit. Et pag. 122. Hæc nostra est de originali peccato sententia. Vitium esse ac morbum, qui ceu mulcta primis parentibus inflictus est: Quorum propagatio sic vitiata est transgressione, ut quicquid inde nascatur, ad peccandum propendeat: ac nisi divina clementia, maturè de remedio efficaci providisset, periissent, quotquot ex hoc fonte nati fuerunt. Dei ergo bonitas per Filii sui mortem huic cladi occurrit, ut tametsi reliquiæ peccati originalis, puta φιλαυτίας ingenium tenaciter adhærescat, non tamen nocere possit his, qui sunt in Christo Jesu: Haud enim aliter potest damnare peccatum originale, quam Lex, quæ ultra damnare non potest, etiam si nunquam non peccemus. Nihil etiam damnationis superest his, qui sunt in Christo Jesu Rom. 8. Contaminatur quidem generatio nostra

pro-

propenſione ad peccandum, at non nocet contaminatio: Venenum enim ademtum eſt ei per Chriſtum. In Chriſto autem ſunt non modò parentes, quos miſericordia divina in fidei lucem ac gratiam induxit; ſed eorum quoque liberi non minus qui ex Abraham ſecundùm promiſſionem nati ſunt. Eadem enim eſt fides, ac idem Teſtamentum ſive fœdus, quantum ad interiorem hominem attinet. Perinde enim priſci illi miſericordia DEI nitebantur per promiſſum Chriſtum, atque nos per exhibitum. Is ergo ſuo ſanguine ſic, quicquid damnare potuit, expiavit, ut nihil ſuperſit, quod tyrannidem ſuam in nos exercere poſſit; non caro, non Lex, non Diabolus Princeps mundi hujus: Sic quoque apud Patrem morte ſua impetravit omnia, ut quicquid in nomine ejus petamus, detur. Atque hæc omnia ſic ſentio, ut ſi quis nos manifeſti erroris Scripturæ verè ſacræ teſtimonio arguerit, non modò ab errore avelli; ſed ei, qui avellet, gratiam habere ſtatuerim. Ita Zvinglius anno Chriſti 1526. occaſione graviſſimæ controverſiæ de interitu infantum Chriſtianorum ἀβαπτίστων. Si obſcuriùs de peccato tum originali locutus videatur; clariùs uti-

que mentem paulò pòst suam Marpurgi expressit. Articulus enim ille, quem tunc cum Luthero & aliis de peccato originali recepit, talis est: Credimus, peccatum originale ab Adam nobis innatum esse, & perceptum hæreditario, esséque peccatum ejusmodi, ut condemnet omnes homines. Et si nobis non succurrisset Dominus noster Jesus Christus sua morte & vita, necesse fuisset nos ex hoc peccato æternum mori, nec unquam pervenire in regnum DEI & fælicitatem. *His cùm per omnia* (verba sunt Gualtheri, Apolog. pro Zvinglio,) *consentiunt quæ Zuinglius ante tradidit, nihil opinor etiam hoc loco peccatum est, quàm quòd libera ejus, & solida in omnibus fidei dogmatis edisserendis perspicuitas, invidis quibusdam calumniandi occasionem præbuit.* Id quod eadem Apologiâ prolixiùs ivit demonstratum optimus Gener, idémq; dignissimus, ex intervallo, successor; & *Bull. cont. Anab.* c. 11.

III. Tertius locus de *Providentia* sequitur, qui, ut vel Pelagianorum habet Syrtes, vel Epicuræorum aut Stoicorum Scyllas, ita præ alijs, ut clarè & distinctè proponeretur, merebatur. Magnam, suâ operâ, Zuinglius apud bonos inivit gratiam, ita tamen, ut amicissimi quique

que, quid metuerent, vellicârint, in tempore, aurem.

Vix Zuinglii de Providentia DEI ad Cattorum Principem prodiit tractatus, phraseologia ejus de authore peccati quosdam ita offendit, ut sinceris etiam æstimatoribus ejus aqua subinde hæserit. Johannes Cousardus, Gandavo, Reformatorem ipsum anno Ch. 1530. monuit. Tam dextrè, inquit, ac nervosè cuncta, quæ sub Sole fiunt, divina providentia fieri gerique colligis, ut nullo mihi pacto videatur contrarium posse adferi, nisi quòd, quæ sexto Capite de *authore, motore, & impulsore DEO, quo latro ad peccandum cogitur (quanquam mihi ratio, ipsáque divina ac humana Naturæ disputatio ita fieri dictat) tamen non capio, quomodo cum multis Scripturæ locis possint convenire.* Quas tu adfers rationes, mihi quidem satisfaciunt, quòd sciam te neutiquam ignorare, quid ad ea, quæ producturus sum, respondere possis. Cæterùm hæc ea præcipuè de causa producam, ut si quis ea contentiosus nobis, ut adsolet, objiciat, habeamus abs te, quod illi respondere valeamus. Et primum quidem è libro, qui *Sapientia* dicitur, testimonium proferetur, in cujus primo Capite sic legimus: *Deus*

mortem

mortem non fecit , nec lætatur in perditione vivorum. Si mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum , quomodo impellit & movet ad peccandum: Unde & mors & perditio sequitur vivorum. Et Eccles. 15. Non dicas, ille me implanavit, non enim necessarii ei sunt homines impii. Omne execrandum erroris odit Dominus. Dicit DEO homines impios non esse necessarios, & Tu cap. 5. scribis , *necesse fuisse, ut cùm intellectus isti tum Angeli, tum animi creandi essent, hac ratione conderentur, ut Dei justitiam perinde ac benignitatem cognoscerent:* Justitia verò quomodo cognoscetur nî sit & injustitia? Æquè ac benignitas & mansuetudo non cognoscuntur, nî sit violentia & feritas. Igitur & impii homines secundum tuam ratiocinationem, illi erunt necessarii , ut cognoscuntur pii , ac per consequens, non benè dicit Scriptura, ipsi impios homines non esse necessarios. Sequitur: Omne execramentum erroris odit Dominus. Si errorem odit, cur in errorem aut latronem aut homicidam impellit, ut latro & homicida sit? Nam latrocinium & homicidium errorem non minimum esse, neminem puto ambigere. *Atque hæc interim à contentioso exempli causa,*

sa, dicta velim. Nam si quis ita urgeat, quid responderi poterit? Sanè pro ingenii mei parvitate quid dicam, non invenio; nisi hoc fortè, quòd ipse ais, DEUM, quòd facit, liberè facere, ut qui alienus sit ab omni affectu noxio, igitur & absque peccato, id quod verissimum esse agnosco; attamen, qui contentiosus est, si instare vehementiùs perrexerit ac dicere: *Amice, nihil neque agis, neque dicis. Ais enim, quòd latronem Deus impellat ad peccandum; & Scriptura adferat, Deum nemini mandare ut impiè agat, & nemini Spiritum peccandi dare. Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium; quomodo ista inter se convenient?* DEUS latronem ad peccandum cogit, & nemini mandavit impiè agere. *Praterea Jacobi* c. 1. sic legitur: Ne quis hominum, si tentatur, tum dicat, se a Deo tentari. Nam Deus ut malis tẽtari non potest, ita nec ipse quẽquam tentat. Quæso, si Deus neminem tentat, quomodo, quòd majus est, movere, impellere ac cogere ad peccandũ dicitur? *Hæc si quis, ut dixi, urgeat, quid dici queat, nullus video.* Proinde, clementissime Domine, te quam humillimè rogârim, ut hinc me, aliósque fortè non paucos expedias, id quod te possie præstare optimè

mè confido. *Nam hæc tibi prius omnia fuiſſe expenſa, quàm ea, quæ de Providentia DEI extant literis mandares, non dubito: ideoque & abſque ullo negotio hunc nodum ſolvi poſſe, modò voles:* Hæc doctiſſimus ille *Gandavenſis*, eximius Zuinglii æſtimator. Ab eo tempore tam Pontificii, quàm Lutherani cauſam Eccleſiis noſtris ægrè faciendi, quaſi primarij earum Doctores culpam peccati in ipſum derivarent, adeóque (horreo verba nobis piacularia, & ne per febrim cogitata, repetere:) DEUM authorem peccati facerent. Utrùm Zuinglius *Couſardo* reſponderit, nihil habeo dicere. Video tamen & alios eundem vexâſſe ſcrupulum, quem tamen ita commodè Zuinglius ſuperſtes exemit, ut optimo cuique ſatis actum non dubitandum. Solutio ex *Epiſt. lib.* 1. pag. 23. ita habet. Quæ ex Johannis 15. Cap. & Eccleſiaſtici quoque 15. tanquam pugnantia objicis: Sine me nihil poteſtis facere, &c. Reliquit Deus hominem in manu conſilii ſui, adpoſuit ei ignem & aquam, ut ad quod velit, porrigat, &c. per quæſtionem: An divina providentia cuncta gerantur, & liberum ſit humanum arbitrium nec ne, exponi oportet, Quàm, per Epiſtolam, ut impoſſibile ſit, pro

pro dignitate tractare, arbitror, te non fugit. Sed Canonem, quem in hac re sequimur, brevibus audi, eo enim tibi satisfaciet. CANON: Utcunque mortales de DEO rebúsque invisibilibus arbitrentur, & contendant, vincere tamen semper oportet eam sententiam, quæ divina providentia gubernari atque disponi omnia adserit, Providentiam enim si tollas, bonitatem cum sapientia sustulisti; quibus sublatis jam non est summũ bonum Deus: Imò, juxta impiorum temeritatem, non est Deus. Si enim Deus summè sapiens est; Jam sequitur, ut juxta sapientiam istam optimè disponat & curet. Si enim cura non sequatur sapientiam, inde veniet, quòd aut non possit curare, quæ futura sciat, aut nolit: Si nequeat, non erit omnipotens: Si nolit, non erit optimus. Cùm ergo sit & optimus & omnipotens, relinquitur, ut, juxta sapientiam suam omnia, moderetur. Postea, nihil fieri putabimus extra ejus curam & dispositionem. Ipse enim est, qui operatur in nobis, & velle & perficere pro sua voluntate. Hic ergo provocat quidam: Libidini igitur indulgebo, quicquid enim egero, Deo autore fit, qui se voce produnt, cujus oves sint. Esto enim Dei ordi-

ordinatione fiat, ut hic homicida sit, alius adulter, ejusdem tamen bonitate fit, ut qui vasa ipsius iræ futuri sint, his signis prodantur, quum scil. latrocinantur, scortantur, potant citra pœnitentiam. Quid enim aliud quam gehennæ filium his signis deprehendimus? Dicant ergo, Dei providentia se esse proditores ac homicidas, licet; nos enim idem dicimus; sed simul hoc jungimus, quòd qui ista sine correctione ac pœnitentia faciunt, DEI providentia æternis cruciatibus propter justitiæ illius exemplum mancipentur. Habes nunc Canonem nostrum, quo contra omnia tela munimur. Quæ ex Scripturis pro libero arbitrio promuntur. Sed heus tu, castè ista ad populum, & rarius etiam: Ut enim pauci sunt verè pij, sic pauci ad altitudinem hujus intelligentiæ perveniunt. Quòd si quis dicat: Cur ergo Deus non nunquam sic loquitur, quasi aliquid libero tribuendum sit arbitrio? Si vis, inquit, ad vitam ingredi, serva mandata: Et, si quis mandata mea servaverit &c. Et similia omnia videntur homini tribuere, quasi suapte Marte non nihil possit. Quid tum? Ubi enim non balbutit DEUS, teneri Patris in morem nobiscum? Ubi non tribuit homini, quod

quod solus ipse fuit? Nemo, inquit, venit ad me, nisi pater meus traxerit eum: Et contrà: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis. Quomodo ista non sunt discordia? Si enim Evangelio nemo credit, quàm qui tractus est, quomodo absolvent Evangelii prædicatione conscientias Apostoli? Sed tam familiaris est Deus, ut suis, quod suum ipsius est, tribuat. Hæc paulò concisius, quàm velis, arbitror, sed sufficient, si diligenter tecum rumines. *Joseph tantus erat futurus, ut parentes ac fratres eum adorarent: Hoc erat in fatis ac consilio DEI. Jam post hanc Dei constitutionem, omnia mihi considera, quæ cum eo gesta sunt, & videbis, multis in locis talem speciem prabere, quasi homo suo quid possit consilio. Verùm, quomodo finitur tandem ea historia? Eveniebat, quod Dominus dixerat. Quæ ergo mediastina fuerunt, non temerè, neque humano, sed divino sunt facta consilio; Sic totam genesin expendere debemus, ac omnes res gestas.*

Patet hinc, Zvinglium orthodoxè & piè asserere. 1. Providentiæ DEI omnia subjici. 2. Ab ordinatione DEI, neque latrocinium, neque homicidium, neque furtum eximi. Nihil enim fieri nescien-te, nolente, non permittente, dirigen-

te & determinante Deo. 3. Neque tamen culpam in Deum rejiciendam Eos enim, qui ita loquantur, loqui de suo, & prodere se, cujus oves sint. 4. Hæc signa & τεκμήρια esse vasorum iræ. Non ergo ad Deum hic quicquam redundare vitij. Tales providentiâ divinâ relinqui, quales per peccatum & primam inobedientiam reperiantur; qualésque reperti justissimo Dei judicio puniantur. 5. Sobriè hanc doctrinam, castè & parcè proponendam, ne occasionem imperiti hinc arripiant mysteria religionis Christianæ proscindendi. Memor nempe esse poterat magnus Vir, quid Augustino accidisset, ubi ex eadem de Providenria Dei doctrina malevoli imputare augusto Doctori ausi fuerunt, quasi Deum authorem peccati statueret. Hæc Zuinglij fuit doctrina brevis & succincta; sed perspicuo proposita Canone: *Providentiâ Dei fieri, quicquid fit, ab ea nihil eximi, omnia ad eam, sive justitiæ divinæ exercitium, sive misericordiæ paternæ beneficium referri.* Piè & sacræ Scripturæ convenienter docuit; quòd duriores alibi adhibuit phrases, deprimendo potius absoluto, independenti, imò DEI ordinationem impedienti acceptæ illæ ferri debent arbitrio, quàm proposito ullam Deo adscribendi culpam

culpam. Cum divinam Providentiam, (*ita loquitur*, de Provid. Dei cap. 7.) dicimus hoc aut istud crimen fecisse, quod hic aut alius patravit, jam improprie loquimur. Quantum enim DEUS fecit, non est peccatum, quia non est contra leges, &c. Illi enim non est lex posita, utpote justo. Nam justis non ponitur lex, juxta Pauli sententiam. Unum igitur atque idem facinus, puta adulterium, aut homicidium, quantum DEI est, authoris, impulsoris opus est; crimen non est, quantum autem hominis, crimen ac scelus est. Cogendi, impellendi, movendi, aliáque id genus verba, nudæ, & otiosæ speculationis indifferenti, permissionis generali influxui, cui res humanas subijciunt timidi, adhibuit, non ut omnem arbitrij libertatem tolleret, vel Deum mali authorem faceret, sed ut tum *infallibilitatem* divinæ præscientiæ, tum *immutabilitatem* decretorum astrueret atq; vindicaret. Apertè & manifestè satis Zuinglius ab omni culpa & noxa Deum liberat. Etsi verò fundamentum concursus providentiæ DEI specialis cum actibus liberi arbitrii malit quærere in absoluto jure in omnes creaturas, non tamen sumi illud debet, cum exclusione juris ordinati, quod ordo est & ratio ju-

 stitiæ,

stitiæ, quam DEUS verbo Legis & Evangelii nobis in promissionibus & comminationibus revelavit. Ex quo ordine DEUS neminem punit, nisi pœna dignum, neminem Diabolo, veluti carnifici tradit, ut ad furtum, homicidium, &c. impellat, nisi pervicaciâ suâ & obdurato animo id ipsum fuerit meritus. Verbo, præsupponit Zuinglius vasa ista, destinata ad interitum; quibus negat liberum deinceps esse eum, quem ab æterno DEUS constituit finem, reddere irritum. Prævidit jam Zuinglius hanc de Providentia doctrinam adversariorum cavillis (quamvis nihil ei prorsus hac de re, quòd sciam superstiti objiceretur, & ipse Landgravius Hassiæ, Philippus magnanimus eum, quem Marpurgi de Providentia habuisset sermonem de Providentia, scripto sibi tradi petierit,) objectum iri. Ipse proinde, etsi fortè minùs scholasticè, & disertis verbis omnem peccati imputati suspicionem à DEO removet, & peccatoribus necessitatis telum objectum eripit. *Et cùm* (ita cap. cit.) *hæc videri cuiquam curiosiora aut nimis arguta possint, is considerare debet, nos hoc tantùm agere, ut bonitatem resipere non minùs quàm justitiam omnia DEI opera circa hominem ostendamus. Cùm enim*

enim homo tale animal factus est, sapienter & bene factum oportet, ab eo, qui nihil quàm quod bonum, est facere potest. Ut sic ea, quæ nos mala putamus, bono nostro fiant. Secundò, ista causa tam latè tractamus hæc, ne Chrysostomi querimonia quenquam moveat, quasi, dum omnia providentiæ divinæ referamus, injuriâ supplicio adficiamus sontes, & cætera, quæ ille ῥητορικῶς, multa queritur. Nam cùm Lex homini est data, semper peccat, cum contra Legem facit, quantumvis nec sit, nec vivat, nec operetur nisi in Deo, ex Deo, & per Deum. Sed quod Deus operatur per hominem, homini vitio vertitur, non etiam Deo. De posteriori verò ibidem: *Nec dicet quisquam*: Innocens igitur est latro, Deo enim impulsore occidit: Nam contra legem peccavit. At inquies, coactus est ad peccandum. *Permitto*, inquam, *coactum esse, sed in hoc, ut & alter transferretur, & alter cruci affigeretur, hoc enim agit eadem providentia*

IV. Scrupulum, *de carne Christi*, quasi minus magnificè de ea sensisset *Zuinglius*, suprà p.   . Buceri verbis expressimus. *Unum praeterea* (ut vel potiora hoc loco repetamus) *est, cujus moneri Zuinglium velim; vereor enim, ut calumniandi ansam Lu-*

 therani

theram arripiant, quòd humanitatem Christi videretur humilius tractare. Verè quidem ille dicit, opus salutis nostræ, Christi, ut DEI esse; non ut hominis; attamen, cùm dicit, caro mea verè est cibus, carni ut mediatrici id etiam, & non solum divinitati tribui potest. Deus sane est, qui cibat etiam corpus; sed ut hic pane corporeo utitur, ita cibando Spiritum carne filij sui. Nam sibi fidere inde facit, quòd per immolationem carnis Christi, sibi docet esse satisfactum pro nostris peccatis, ut ita contemplatio carnis pro nobis occisæ, agente tamen nos Spiritu Dei, anima nostra velut cibatio quadam sit, quia fidei instauratio. Eadem quidem Zuinglius satis testatur in Exegesi sua bonis, at calumniatoribus scis, ut nihil satis muniri possit: Quare mediatorem hominis Christi simul cum opere divinitatis ejus, quo verè salvamur, velim fusius etiam nunc contra Lutherum tractaret. Oro ergo, ut hæc ubi legeris, illi mittas, quo & videat, quid petam pro me respondere: Hæc *Bucerus* animo solicito ad Oecolampadium. Verùm, rectè de carne Christi, sensisse Zuinglium ipse jure monet Bucerus; quod si non eadem ubique fuerit usus phrasi, ad adversarios, quibus cum illi negotium erat, attendendum. Ipse certè Zuinglius, ubi observavit, alios minus μεγαλοπρεπῶς, de

carne

carne Christi sentire, suam testatus est displicentiam. *Sic ergo* (ita *Epist.* lib. III. pag. 115. b.(compellat Hanerum Norimbergensem) *& nostram in hac re sententiam habes*, non alienam à tua, quam quòd nostra cavet, ne plus æquo videamur abjecisse humanitatem, in qua ille jam olim passus est. Nam etsi nihil ex ea provenisset, exemplum tamen quod nobis, teste Petro, ut ejus vestigia sequamur, reliquit, tanti esse debebat, ut non *μικρολογίζωμεν* de Christi humanitate. Nunc autem, cùm veluti instrumentum ac pignus est, cujus contemplatione irata nobis justitia placatur. Quid enim negabit, qui proprio filio pepercit? Nunquam debet fastidiosus sermo de illa, è limine oris nostri prodire, cùm & ipsa divinitas, per quam omnia sunt condita, atque adeò hæc ipsa de qua loquimur humanitas & condita, & in unitatem ὑποστάσεως. *ut divini esset organum mysterij, adsumta est, cum ea communicaverit quæ sua sunt.* Ita: Hanero respondit, quem (ut suprà T. VI. pag. 542. monuimus) metuit divinitatem sic adstruere, ut humanitatem planè abjiceret. Huic periculo ut authoritate sua occurreret, Zuinglius seriam dedit operam: Ubi verò per ἀμετρίαν ἀνθολκῆς ti-

 mendum

mendum erat, ne humanitas in divinam transiret substantiam, proprietates naturæ divinæ realiter communicarentur ipsi abstractivè humanitati, ita loquendum erat, ne, dum vitaret Scyllam, incideret in charybdin. Quid Veteribus olim contigerit in controversiis Nestorianis & Eutychianis, notius est, quàm quòd repeti hoc loco debent. *Zuinglius unionem* (Verba sunt *Gualtheri*, ex Apolog. pro eo, & operibus ejus) *inter DEUM & hominem ejusmodi constituit, quæ nec naturarum discrimen tolleret, nec earundem proprietates commisceret. Ut enim duas in illo nec permixtas, nec divisas aut discerptas naturas confessus est; sic etiam utriusque proprietates sanctas & inviolatas esse tradidit. Non ignoro tamen, quòd & quàm diris convitiys hic se lacerandum præbuerit, iys nimirum hominibus, qui ut omnia ejus atro calculo notârunt; ita Orthodoxam quoque doctrinam Zuingliani nominis invidia nimis scurriliter impetiverunt. Dolebat enim istis, naturarum in Christo proprietates sibi obstare, quominus, quod de Cœna susceperant, certamen obtinere & tueri possent. Eam ergo arcem ante omnia convitiys (argumenta enim contra veritatem deerant,) oppugnandam esse censuerunt, è qua tela ipsis intolerabilia provolabant. Occasionem autem*

autem

autem se habere commodissimam arbitrati sunt, quòd Zuinglius Allœoses diceret eas locutiones, quas Theologi aliâs per Idiomatum communicationem esse exponendas dicunt. Unde in Allœosin ceu rabidi canes conversi eam maledictam, exetrabilem, Diabolicam, hæreticam, blasphemam, &c. vocârunt miserrimi homines, egregiè interim dissimulantes, Zuinglium per Alloeœsis vocabulum non aliud, quàm Idiomatum communicationem intelligere. Sed ipsum potiùs audiamus, ut constet tandem quidnam de Christo senserit, & num aliqua in re hæreticis accedere videri possit. In eodem enim ad Carolum Imp. libro, post ea, quæ supra commemoravimus verba, sic inquit: Filium carnem assumpsisse credo & intelligo, quòd humanam naturam, imò totum hominem, qui ex corpore & animo constat, verè ex immaculata perpetuáque Virgine Maria assumpserit. Id autem hoc modo, ut totus ille homo in unitatem hypostaseos sive Personæ filij DEI sic sit assumtus, ut peculiarem personam homo non constituerit; sed assumtus sit ad Filij DEI personam inseparabilem, indivisibilem, & indissociabilem. Quamvis autem utraque natura, divina videlicet & humana, ingenium ac proprietatem suam sic servaverit, ut utraque in illo verè &

naturaliter eſſe deprehendatur, adhuc tamen naturarum diſtinctæ proprietates & opera Perſonæ unitatem non diſſociant. Non magis, quàm in homine animus]& caro duas Perſonas conſtituunt: Nec enim iſta natura diverſiſſima ſunt, ita diverſio quoque proprietatibus, & operationibus pollent. Attamen homo, qui ex his conſiſtit, non duæ perſonæ, ſed una eſt. Ita Deus & homo unus eſt Chriſtus, perfectus Deus & perſectus homo, non quòd una natura altera fiat, aut inter ſe confundantur; ſed quòd utraque propria maneat, & unitas tamen perſonæ iſta proprietate non disjungatur. Hinc unus & idem Chriſtus pro humanæ naturæ ingenio vagit, incrementum capit, proficit ſapientia, eſurit, ſitit, edit, bibit, æſtuat, alget, vapulat, ſudat, vulneratur, trucidatur, timet, triſtatur & cætera, quæ ad mulctam & pœnam peccati attinent, fert, nam ab ipſo peccato alieniſſimus eſt. Pro divinæ autem naturæ proprietate cum Patre ſumma & ima temperat, omnia permeat, ſuſtinet ac fovet; cæcos illuſtrat, claudos reſtituit, mortuos evocat, hoſtes verbulo ſternit, mortuus ipſe vitam reſumit, cœlos petit, Spiritum ſanctum de ſuo mittit. Et

hæc

hæc omnia unus, idémque Christus, quantumvis natura ingenióque diversa facit, una DEI filij Persona manens, ita ut etiam, quæ divinæ sunt naturæ, propter personæ unitatem ac perfectionem nonnunquam humanæ tribuantur, & quæ humanæ sunt, de divina dicantur. *Hactenus Zuinglij verba recensuimus. Erubescant ergo hic quidam magni nominis. Theologi, cùm vident quàm immeritò, invidiæ fascino decepti Zuinglium Nestorianæ hæresis insimulent, ut qui duas personas propter naturarum discrimen statuat, cùm iisdem ferè verbis & rationibus, quibus Veteres contra hæreticos usi sunt, personæ unitatem in diversarum proprietatum differentia fateantur.*

IV. In *doctrina Sacramentaria* hoc Zuinglio debetur, quòd non operis tantum operati Idolum à Scholasticis antea obtrusum, fortiter destruxerit; sed & primus corporalem carnis Christi præsentiam apertè, tum rationibus gravissimis, oppugnaverit, Pædobaptismum contra Anabaptistas asseruerit, hócque adeò de Sacramentis caput à multis erroribus purgârit. Et tamen quas hoc nomine non sustinuit procellas?

Ex Pontificiis sunt, qui Zuinglium, ejusque discipulos Tigurinos seditiosi accusant

cusant Anabaptismi, quam impudentem calumniam impudenter evomuit Bzovius anno Christi 1525. §. 57. *Causam mali Tigurini ipsi præbuerunt, qui de Anabaptismo sparsos non ita pridem Munceri libros avidissimè lectitabant, eósque non minus Lutheri, quàm & Ulrici Zuinglij operibus longè præferebant; quem & verissimum Prophetam esse dicebant, & ex omnibus talem, qui solùm opus verbi DEI & regnum Christi syncerè unicequе promoturum cuperet, Ductores habuere Cunradum Grebble, & Felicem Mantscherum* (portentosè detorta nomina) *nobili stemmate satum, viros sanè doctissimos, & Latinæ, Græcæ, Hebraicæque linguarum apprimè peritos, quibuscum & clanculum conspirabat Zuinglius.* Anabaptistarum domitor, clancularijs illorum faverit conspirationibus? Qui integro de *seditionum authoribus* docuit scripto, *notam hanc non minus turpem quàm falsam Dei verbo inuri: Excutiendum ergo veternum illum perniciosissimum & aperiendos oculos omnium, quo tandem quinam revera tumultuum & seditionum authores sint, videre possint*; Vide Tom. II. p. 124. b. Leniter, fateor, initio Anabaptistarum coryphoeos tractavit, ut lucrifaceret eos: Ubi verò spes decollavit, vertit stylum. Qua de re succinctè Myconius in vita Zuinglij:

Inte-

Interea temporis, bone Deus, quæ pestis irrepserat, hæresis Catabaptistarum, infantes primò baptizare vetantium, & se ipsos rebaptizantium! Deinde in omnes, quæ fuerunt unquam, hæreses furibundo spiritu ruentium. Initio postquam rem sensit', quòd authores & amici erant & docti, & cives, & oves, familiariter cum ipsis agere tentavit: Verùm ubi coràm adnuentes, digressi cœperunt nil nisi mentiri, parare discipulos, ab Ecclesia disjungi, novam instituere: coactus est ire totis viribus obviam Satanæ, & expugnare publicè. Agathi mi crede, novies ego ipse collationibus amicis, & disputationibus seriis interfui. Si pluribus esset tractandum negocium, esset jam diu certè quod dicerem. Convitijs, ora, blasphemiis & conviciis æstuabant: & ut uno dicam verbo, quicquid Joan. habet revelatio malorum, adcumulabant in Zuinglium. Pestis ipsa quò magis per conatum reprimebatur, eò fit ardentior. Tandem ergo carcere, proscriptionibus, morte, contra perjuros, inobedientes, seditiosos, non jam contra Catabaptistas, Senatus compellebatur grassari, nì falsum maluisset quàm verum, seditiones quàm pacem, malum

quàm

quàm bonum. Neque sic tamen averti poterat, quin libris publicatis boni forent præmuniendi, ne fuco seducerentur. Postremus in hoc fuit ordine D. Balthasar Hubmerus Catabaptistarum alpha, nuper amicus, & in Evangelio socius, paulò post hostis acerrimus. Is scripto primum, deinde ex Waldshut oppido Rheni fuga elapsus, ut Tigurum subintrârat, captus, ore ad os in Curia deputatis tantùm præsentibus rebellavit. Petierat tum à Senatoribus, ut Leo Juda, Sebastianus Oeconomus, & Ego, sibi concederemur ad colloquium. Mos gestus est secundò, perduximus huc hominem, ut palinodiam in diem posterum promitteret. Igitur hoc animo in Templum è Curia postridie veniens, Zuinglio descendente suggestum ascendit, & astruit, quicquid hactenus docuisset, motum se causans, quòd ille constantiam tam excellenter vexisset: pertinaciam suam constantiam esse judicans miser. Reductus in carcerem omnino latuit, usque dum beneficio Zuinglij clàm dimissus, non sine comite & viatico: ubi venit Constantiam, adeò malis onerat virum, ut per Apologiam satisfacere cogeretur fratribus. Hæc de Catabapistis Helvetiæ primis.

Non

Non audent negare Anabaptistæ, Zuinglium Pædobaptismum publicè defendisse; in eo tamen sibi blandiuntur, quòd Pacimontano plusculum in privato colloquio videatur indulsisse. Hunc consensum nuper ursit, ex libello Msc. ἀνεκδότῳ (quem Anabaptistæ quidam Tigurini suo nomine jactârunt) editor confessionis nuperæ Anabaptisticæ, p. 112. & 113. ubi & Msc. illius expressa fit mentio. Quo verò candore author quisquis sit, (etsi enim Tigurini Anabaptistæ sibi illud tribuant, unius etiam manum viderim, authorem tamen agnoscere non potui) in Zuinglii vel explicanda sententia, vel citandis allegatis fuerit versatus, non meis, sed ipsius indicabo verbis, ex Tom. II. pag. 104. respons. ad *libell. Balthas. Hubmejeri: Praterea turpe, infame, & perpetuum nominis nostri dedecus fore dicis, quod ea scribam, qua cum libris ante hac à me editis tantopere pugnent, in quibus parvulorum baptismum penitus damnarim, & rejecerim. Quo in loco & falsò, & violenter calumniam mihi impingis. Hoc enim testari possum, me non unquam opinionem hanc absurdam & impiam, quam vos passim effunditis, vel animo concepisse, nedum ut scriptis & vulgatis libris eam asseruerim. Non tamen ignoro, unde nam hac calumnia*

sib

tibi petita sit. Novi enim quendam & tibi, & nobis familiarem, cui locum ex articulorum nostrorum opere nuper objecisti, quo me parvulorum baptismum rejicere & damnare testatus es. Cùm enim illic de prisca illa catechisandi consuetudine disputans inter alia dicens: Quem morem docendi pueros redire apud nos cupio &c. tu mox arreptis hisce verbis meis & aliò detortis me parvulorum baptismum damnare affirmasti. Ego de doctrina juventutis Christiana loquor, quàm pro more vetusto publicè institui & doceri velim: Quam sententiam meam, quæ ibidem sequuntur, evidentissime demonstrant. Tantum ergo in te regnat invidia & livoris fascinum &c. Plura de ipso Hubmeiero vide Epist. ad Gynor. *Tom. II.* p. 11.

Placuit uno hoc specimine probare, quid de reliquis Apologistæ habendum sit allegatis. Sed fusius Zuinglium purgavit ab intentato Catabaptismo eximius Ecclesiæ nostræ nuper Theologus, *Joh. Rudolphus Stukius*, refutatione Antimanifesti Anabaptistici, quæ tamen affecta tantùm lucem hactenus non vidit, ex *Bulling.* l. I. advers. Anabapt. c. 6. ubi Hubmejerus ad ἐχεμυθίαν redactus, palinodiam quidem promisit: Sed, ut inconstans fuit, & *lubricus*, quòd & Bzov. notat a. Ch. 1525. S. 5[illegible]. recit i-

recidivam passus est. Ita verò de *Hubmejero* Zuinglius meritus nō erat, cujus ille facilitate abusus & crebriùs ipsum occupaverat quæstionibus, & non semel rogandi veniam occasionem præbuit. Testis ejus est brevis ad Zuingliū Epistola, quæ ex ipso autographo, quod habemus, ita sonat: *Habet ad te, quod enarret, Vir iste in verbi Dei impendio cordatus, & tibi non ignotus. Idcirco patienter audies eum. Cæterùm scribe mihi, propter Deum de Baptismate: Etsi quid peccaverim in te, & Leonem, clàm delictum est, condonate. Ex nidulo nostro VValdshut. Tuus Baldazar.* Et docilem & solicitum hic discipulum existimes Anabaptistarum patronum; delictorum etiam non modò memorem; sed & serium deprecatorem, quorum tamen mox oblitus ad genium suum redijt. Zuinglius verò, quàm esset à studiis illorum & moliminibus alienus, Confessione suâ ad Carol. V. perspicuè satis indicavit. *Ad cavendum illorum sive stultitiam sive malitiam, primus contra ipsos non sine periculo, DEI auxilio fretus & docui & scripsi. Ut nunc per illius bonitatem ea lues apud nostros valde remisit. Tam abest, ut quicquam hujus seditiosæ factionis receperim, docuerim aut defenderim.*

 Quid

Quid verò in ſpecie de Pædobaptiſmo Zuinglius ſenſerit, tum ex operum Tom. II. tum ex Epiſtolis ejus hinc inde, maximè pag. 70. 77. (quæ Epiſtola etiam ἀυτογράφως ſupereſt) patet. De *Cœna Domini* motus excitati erant vehementiores. Hinc enim exoſa illa *Sacramentariorum* nomenclatura, quaſi novam, abſurdam, blaſphemam de Cœna Domini invexiſſet ſententiam. Longum eſſet, ſi quæ ὡς ἐξ ἀμάξης, in Zuinglium conjecta fuerunt convitia, repeteremus. Sunt, qui ſomnium ejus indignis exaggerant modis. Alii Phraſeologiam ejus proverbialem flagellant. Alij ſacræ Scripturæ, totique antiquitatî vim inferre, quàm in Phraſi, *agnus eſt paſcha*, agnoſcere voluerunt loquendi formulam Sacramentalem, quâ tamen nihil uſitatius eſſe, jam abundè alibi à noſtris eſt probatum. Hinc, etſi alibi ; paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit ; Zuinglio tamen etiam diu mortuo inſultare illi perrexerunt, qui rectius Schiſmati mederi, quàm exaſperare illud debuiſſent. Hinc livida & dentata *Michaelis VValtheri*, Saxonici Theologi, de propoſitione Zuinglij ; *Agnus eſt Phaſe* ; diſſertatiuncula, Jenæ 1660. edita. Temerarium profectò eſt ſtatuere, ea

ea Diaboli esse ludibria & commenta, quibus potissimum regnum ejus destruitur. Vix enim in Ecclesia major & crassior Idololatria per tot Secula exercita tuit, quàm ab eo tempore, quo Christi verba propriè accepta & rudi plebi, & Præsidibus etiam, persuaserant, transsubstantiatum sub panis & vini speciebus offerri θεάνθρωπον, adeóque adorandum. Reliquorum εἰκονολατρεία, ut emunctiores errorem excusabant, symbolica; hæc terminativa erat. Jam autem Diabolus regnū suū, divisione ipse destruxisset? Quàm ἀθεόλογον est ignorare, in sacris literis ipsum *Paschatis*, i.e. transitùs nomen, *agnum* notare; transitûs μνημόσυνον, seu memoraculum? Quàm ἀπαίδευτον, καὶ ἄλογον, vel cum politioribus Latinis, imò Orientalibus etiam, nescire, proverbialem locutionem, *albus an ater sit, nescio*, planè nihil definire; sed indefinitè simpliciter, eleganter tamen, ut Erasmus loquitur, notare vehementer iguotum? Vel, ex præmissa, albus an ater sit nescio, concludere, E. est ater. Ridendum, dubito, an indignandum, quoties videmus, viros graves & doctos hic scrupulū movere, & impertinenter in scirpo quærere nodum. Certè, si conditionem, qualitatem monitoris, Zuinglius

 expri-

exprimere potuisset, nunquam ea loquendi formula uti vel debuisset, vel, qua fuit ἀγχινοία, voluisset. Et ut ne quid dissimulem, non animadverti Zuinglium formulam illam adhibuisse, antequam in *Zasii* Epistolâ ad Budæum familiari, hominis Pontificij ad Pontificium, (ei communicata, qui nec homines nec Angelos contra Scripturam loquentes, aut suggerentes audire voluit,) illá legisset: Vide Tom. VI. pag. 499. Jam anno Ch. 1519. Phrasin illam non modò impunè, sed cum laude elegantiæ adhibuit Zasius, absque metu, absque suspicione Dæmonologiæ: Et Zuinglio postea nostro fraudi esse debuerit? Magna profectò in Viris magnis ἀῤῥωστία. Quæ ergò, malùm! non, quod possem, protervia, aut insania dicam, sed Christianæ, ἐπιεικείας negligentia, quicquam de Dæmonum suggestionibus hîc somniare? Sed quando tela nostra Historica tam prolixas digressiones ægrè jam admittit, commodiorem vindiciarum ejusmodi sedem, in loco de materia Reformationis; quo hæc, cæteráque, quæ eidem Zuinglio objiciuntur, rejicimus; speramus. Quamvis abundè satisfaciant, quæ ad utramque respondit objectionem *Gualtherus* noster, in Apologia pro Zuinglio,

glio, quam, quia in omnium manibus non est, hoc loco subjiciemus: Cum Missæ, *inquit*, Papisticæ monstrum primus ea animi fortitudine, qua æquum erat, aggrederetur, cùm ineptum transsubstantiationis figmentum confutaret, cùm veritatem corporis Christi assereret, ascensionem ejusdem in cœlos non sine magna salutis nostræ spe tueretur, & ex omnibus ijs Dominicæ Cœnæ mysterium felicissimè eliceret, omnia ejus sic accepta sunt, quasi ipsum Christum jam non ex Cœna modò; sed ipsa quoque Ecclesia tolleret, Sacramentorum usum ac religionem prophanaret, & in matrem Ecclesiam esset impiissimus. Quæ res quantas inter membra tum turbas pepererit, non est ut pluribus exponam, cùm vel levis hominis memoria singularem piis mentibus dolorem afferat. Quia tamen plus quàm capitale crimen hîc Zuinglio intenditur, ipsa rei necessitas postulare videtur, ut & hoc loco viri famam & causam à calumnijs asseramus, ab eo nimirum exorsi, quod illi cumprimis damnare solent: Domini verba sacro-sancta esse, multis contendunt, cùm tamen illud nemo fidelium neget. Eadem verò si quando obscuriora sunt, planius exponi

ni debere, ipsa quoque religio & vera pietas admonet. *Dixit in ultima Cœna, cum panem fregisset Dominus: Accipite, edite, hoc est corpus meum.* Quæ verba Pontificij minus intellecta eo detorserunt, ut panis substantiam mutatam, & in corporis substantiam transivisse dicerent. Alij rursus transsubstantiationem quidem negare ausi, veritatem tamen, quam non omnino ignorabant, proferre ausi non sunt; sed panis quidem substantiam manere, cum hoc verò ipsum corpus tradi & manducari docebant, non quidem eo modo, quo plures Veterum locuti sunt; sed duris vocabulis causam aggravantes, Domini corpus realiter, substantialiter, verè Sacerdotum manibus porrigi, fidelium & infidelium ore excipi, dentibus conteri & comedi affirmabant. Scio, quosdam hæc non libenter admissuros esse; sed tamen idem fateri cogentur, cùm Nicolai Papæ sententiam contra Berengarium pro sancta & Catholica agnoscant, quæ non hæc modò, sed longè atrociora continet. Zuinglius verò illorum doctrinam eo tendere videns, ut inanis illa Missarum fiducia per hanc non dejiceretur, sed confirmaretur potiùs, suæ fidei commissos sinceriùs institu-

endos

endos esse ratus, quæcunque de Christo & salutis mysterio, undique in Scripturis habentur, cum cœnæ verbis & tota ejusdem institutione studiosè conferens, non obscurè vidit, longè alium illorum sensum esse, quàm qui hactenus à Pontificiis, & novis illis Theologis fuerat traditus. Unde, ut mysterium hoc pijs mentibus aperiretur clariùs, ea sic exponenda esse censuit: *Hoc significat corpus meum*; Vel, *Hoc est signum, figura.* μνημόσυνον, *aut memoria corporis mei*: Non, *quòd Christum è Cœna excluderet; sed quòd vanam & perniciosam in realis corporis manducationem multorum spem fidem & explosam vellet.* Et hæc tam libera; ut illis videtur; verborum Christi expositio, has tumultuandi causas adversarijs præbuit, quibus moti non linguæ, non calamo, non manibus, non armis denique parcendum esse putant, ut tam fœda, impia, blasphema & hæretica opinio eliminetur. Cæterùm, quia hac in re causam suam fortissimè defendit Zuinglius, non operæ pretium nobis videtur, ut Scripturæ testimonijs eandem asseramus: Illud hic ostendisse sufficiet, ipsum non novi dogmatis authorem esse, sed quæ à vetustissimis Doctoribus olim tradita sunt, bona fide docuisse.

Quare trium in Latina Ecclesia præstantissimorum Virorum testimonia traducemus, è quorum numero primus Septim. Fl. *Tertullianus* prodeat, qui corporis Christi veritatem hinc maximè probari posse existimavit, quòd corpus suum panem significari voluerit. *Adversus Marcionem* enim scribens, lib. 4. sic ait: *Christus acceptum panem, & distributum discipulis corpus suum illum fecit: Hoc est corpus meum dicendo, id est, FIGURAM corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus. Ceterùm, vacua res, quod est phantasma, figuram capere non posset.* Idem adversus eundem lib. 1. *Sed ille* (Christus nimirum) *quidem usque nunc, nec aquam reprobavit Creatoris, quâ suos abluit, nec oleum, quo suos unguit, nec mellis & lactis societatem, qua suos infantat, nec panem, quo ipsum corpus suum REPRÆSENTAT, etiam in Sacramentis propriis egens mendicitatibus Creatoris.* Zuinglius ergo suâ expositione à vetustissimo Ecclesiæ Doctore ne verbis quidem dissentit. Ut enim hic, ita ille quoque panem corporis figuram vocavit, & Christum hac suâ locutione non aliud significare voluisse docuit. Licèt enim in primo libro *repræsentandi* verbo usus esset, alterum tamen illud, quod de *figura* corporis

poris dicit, quomodo ſuperius illud intelligi debeat, abundè ſatis exponit. Exploditur ergo illorum hominum ineptia, qui, cùm *Hieronymum* quoque in eorundem verborum expoſitione *repraſentandi* verbo uti vident, illud ſic accipiendum eſſe contendunt, quaſi ipſum corpus per panem nobis realiter repræſentari, id eſt, præſens reddi intellexerit. Quaſi verò plitiſſimus Latinæ linguæ cultor voce hac tam barbarè uti voluiſſet, & non potius Tertulliani & aliorum, qui ipſum præceſſerunt more eſſet locutus. Niſi autem hanc Tertulliani ſententiam poſteri quoque, imò & σύγχρονοι approbâſſent, vel ſi hanc tantùm piaculum eſſe credidiſſent, num tam patientis ſtomachi omnes illos fuiſſe putabimus, ut nemo illum reprehenſurus fuiſſet, cùm in alijs opinionibus ſuis reprehenſores tam facilè invenerit? Sed nolumus illorum niti ſilentio, ne quis nos nimis frivola cauſæ noſtræ ſubſidia quærere dicat. Ipſos potiùs eadem cum Tertulliano docente, audiamus. D. *Ambroſius* enim Pauli verba 1. ad Corinth. Epiſtolæ exponens, ſic ſcribit: *Oſtendit Paulus Corinthijs myſterium Eucharistiæ inter cœnandum celebratum non cœnam eſſe. Medicina enim ſpiritualis eſt,*

quæ cum reverentia celebrata purificat sibi devotum. Memoria enim redemtionis nostræ est, ut redemtionis memores majora ab eo consequi mereamur. Rursus ergo Zuinglij nostri sententiam in Ambrosio quoque deprehendis. Uterque enim Cœnam hanc *memoriam* (Græci μνημόσυνον vocant) redemtionis, id est, corporis & sanguinis Christi, per quæ redemti sumus, vocavit. At μνημόσυνον non ipsam rem, sed rei in memoriam redigendæ signum vel figuram esse constat apud omnes, qui bonas literas, vel à primo limine salutârunt. Pergit autem ibidem Ambrosius, ut sententiam suam clariùs & fideliùs nobis commendet. Nam hæc verba: Mortem Domini annunciabitis, sic interpretatur: *Quia enim morte Domini liberati sumus, hujus rei memores in edendo vel potando, carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt, significamus.* Idem ergo *significandi* verbo utitur, quod in Zuinglio tantopere abominatur, tot scurrilibus dictis & conviciis exagitat adversariorum improbitas. Et paulò pòst de Testamento disputans addit: *Testamentum ergo sanguine constitutum est, quia beneficij divini sanguis testis est, in cujus typum nos calicem mysticum sanguinis ad tuitionem corporis & animæ nostræ percipi-*

percipimus. Tertia ergo vox ab Ambrosio profertur, qua & Zuinglius & Tertullianus usi sunt. Τύπος enim Græcis idem quod Latinis *figura* significat. Unde vel hinc constat, quid superius per memoriam & significandi vocabulum voluerit intelligi. Sed addatur hic tertius nulla parte reprobandus testis (licèt hodie quorundam impudentia illum multis suspectum facere conetur,) *Augustinus* scil. & eundem illum, cum ijs, quæ modò enumerata sunt, consentire videbimus. Nam in Psalmi tertii enarratione: *In Historia*, inquit, *N.T. ipsa Domini nostri tanta & tam miranda patientia, quòd eum* (de Juda autem proditore loquitur) *tamdiu pertulit tanquam bonum, cùm ejus cogitationes non ignoraret, eum adhibuit ad convivium, in quo corporis & sanguinis sui figuram discipulis suis commendavit & tradidit.* Agnoscis nimirum celeberrimi Doctoris vocem, Ecclesia: Agnoscis figuræ vocabulum propriè & absolutè positum, ut à Tertulliano ante & ab Ambrosio typi vocem usurpatam docuimus. Porrò idem contra *Adimantum, Manichæi discipulum* cap. 12. Manichæorum ineptias discutiens, quibus Scripturarum locutiones de sanguine, de carne & alijs tropicè dictas miserè torque-

tibi petita ſit. Novi enim quendam & tibi, & nobis familiarem, cui locum ex articulorum noſtrorum opere nuper objeciſti, quo me parvulorum baptiſmum rejicere & damnare teſtatus es. Cùm enim illic de priſca illa catechiſandi conſuetudine diſputans inter alia dicens: Quem morem docendi pueros redire apud nos cupio &c. tu mox arreptis hiſce verbis meis & aliò detortis me parvulorum baptiſmum damnare affirmaſti. Ego de doctrina juventutis Chriſtianæ loquor, quàm pro more vetuſto publicè inſtitui & doceri velim: Quam ſententiam meam, quæ ibidem ſequuntur, evidentiſſime demonſtrant. Tantum ergo in te regnat invidia & livoris faſcinum &c. Plura de ipſo Hubmeiero vide Epiſt. ad Gynor. *Tom. II.* p. 11.

Placuit uno hoc ſpecimîne probare, quid de reliquis Apologiſtæ habendum ſit allegatis. Sed fuſius Zuinglium purgavit ab intentato Catabaptiſmo eximius Eccleſiæ noſtræ nuper Theologus, *Joh. Rudolphus Stukius*, refutatione Antimanifeſti Anabaptiſtici, quæ tamen affecta tantùm lucem hactenus non vidit, ex *Bulling.* l. I. adverſ. Anabapt. c. 6. ubi Hubmejerus ad ἐχεμυθίαν redactus, palinodiam quidem promiſit: Sed, ut inconſtans fuit, & *lubricus*, quòd & Bzov. notat a. Ch. 1525. S. 5...

recit i-

recidivam passus est. Ita verò de *Hubmejero* Zuinglius meritus nō erat, cujus ille facilitate abusus & crebrius ipsum occupaverat quæstionibus, & non semel rogandi veniam occasionem præbuit. Testis ejus est brevis ad Zuingliū Epistola, quæ ex ipso autographo, quod habemus, ita sonat: *Habet ad te, quod enarret, Vir iste in verbi Dei impendio cordatus, & tibi non ignotus. Idcirco patienter audies eum. Cæterùm scribe mihi, propter Deum de Baptismate: Etsi quid peccaverim in te, & Leonem, clàm delictum est, condonate. Ex nidulo nostro VValdshut. Tuus Baldazar.* Et docilem & solicitum hic discipulum existimes Anabaptistarum patronum; delictorum etiam non modò memorem; sed & serium deprecatorem, quorum tamen mox oblitus ad genium suum redijt. Zuinglius verò, quàm esset à studiis illorum & moliminibus alienus, Confessione suâ ad Carol. V. perspicuè satis indicavit. *Ad cavendum illorum sive stultitiam sive malitiam, primus contra ipsos non sine periculo, DEI auxilio fretus & docui & scripsi. Ut nunc per illius bonitatem ea lues apud nostros valde remiserit. Tam abest, ut quicquam hujus seditiosæ factionis receperim, docuerim aut defenderim.*

X Quid

Quid verò in ſpecie de Pædobaptiſmo Zuinglius ſenſerit, tum ex operum Tom. II. tum ex Epiſtolis ejus hinc inde, maximè pag. 70. 77. (quæ Epiſtola etiam ἀυτογράφως ſupereſt) patet. De *Cœna Domini* motus excitati erant vehementiores. Hinc enim exoſa illa *Sacramentariorum* nomenclatura, quaſi novam, abſurdam, blaſphemam de Cœna Domini invexiſſet ſententiam. Longum eſſet, ſi quæ ὡς ἐξ ἁμάξης, in Zuinglium conjecta fuerunt convitia, repeteremus. Sunt, qui ſomnium ejus indignis exaggerant modis. Alii Phraſeologiam ejus proverbialem flagellant. Alij ſacræ Scripturæ, totique antiquitatî vim inferre, quàm in Phraſi, *agnus eſt paſcha*, agnoſcere voluerunt loquendi formulam Sacramentalem, quâ tamen nihil uſitatius eſſe, jam abundè alibi à noſtris eſt probatum. Hinc, etſi alibi ; paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit; Zuinglio tamen etiam diu mortuo inſultare illi perrexerunt, qui rectius Schiſmati mederi, quàm exaſperare illud debuiſſent. Hinc livida & dentata *Michaelis VValtheri*, Saxonici Theologi, de propoſitione Zuinglij; *Agnus eſt Phaſe*; diſſertatiuncula, Jenæ 1660. edita. Temerarium profectò eſt ſtatuere,

ea

ea Diaboli esse ludibria & commenta, quibus potissimum regnum ejus destruitur. Vix enim in Ecclesia major & crassior Idololatria per tot Secula exercita fuit, quàm ab eo tempore, quo Christi verba propriè accepta & rudi plebi, & Præsidibus etiam, persuaserant, transsubstantiatum sub panis & vini speciebus offerri θεάνθρωπον, adeóque adorandum. Reliquorum εἰκονολατρεία, ut emunctiores errorem excusabant, symbolica; hæc terminativa erat. Jam autem Diabolus regnũ suũ, divisione ipse destruxisset? Quàm ἀθεόλογον est ignorare, in sacris literis ipsum *Paschatis*, i.e. transitûs nomen, *agnum* notare; transitûs μνημόσυνον, seu memoraculum? Quàm ἀπαίδευτον, καὶ ἄλογον, vel cum politioribus Latinis, imò Orientalibus etiam, nescire, proverbialem locutionem, *albus an ater sit, nescio*, planè nihil definire; sed indefinitè simpliciter, eleganter tamen, ut Erasmus loquitur, notare vehementer ignotum? Vel, ex præmissa, albus an ater sit nescio, concludere, E. est ater. Ridendum, dubito, an indignandum, quoties videmus, viros graves & doctos hic scrupulũ movere, & impertinenter in scirpo quærere nodum. Certè, si conditionem, qualitatem monitoris, Zuinglius

exprimere potuisset, nunquam ea loquendi formula uti vel debuisset, vel, qua fuit ἀγχινοίᾳ, voluisset. Et ut ne quid dissimulem, non animadverti Zuinglium formulam illam adhibuisse, antequam in *Zasii* Epistolâ ad Budæum familiari, hominis Pontificij ad Pontificium, (ei communicata, qui nec homines nec Angelos contra Scripturam loquentes, aut suggerentes audire voluit,) illá legisset: Vide Tom. VI. pag. 499. Jam anno Ch. 1519. Phrasin illam non modò impunè, sed cum laude elegantiæ adhibuit Zasius, absque metu, absque suspicione Dæmonologiæ: Et Zuinglio postea nostro fraudi esse debuerit? Magna profectò in Viris magnis ἀῤῥωστία. Quæ ergò, malùm! non, quod possem, protervia, aut insania dicam, sed Christianæ, ἐπιεικείας negligentia, quicquam de Dæmonum suggestionibus hîc somniare? Sed quando tela nostra Historica tam prolixas digressiones ægrè jam admittit, commodiorem vindiciarum ejusmodi sedem, in loco de materia Reformationis; quo hæc, cæteráque, quæ eidem Zuinglio objiciuntur, rejicimus; speramus. Quamvis abundè satisfaciant, quæ ad utramque respondit objectionem *Gualtherus* noster, in Apologia pro Zuinglio,

glio, quam, quia in omnium manibus non est, hoc loco subjiciemus: Cum Missæ, *inquit*, Papisticæ monstrum primus ea animi fortitudine, qua æquum erat, aggrederetur, cùm ineptum transsubstantiationis figmentum confutaret, cùm veritatem corporis Christi assereret, ascensionem ejusdem in cœlos non sine magna salutis nostræ spe tueretur, & ex omnibus ijs Dominicæ Cœnæ mysterium felicissimè eliceret, omnia ejus sic accepta sunt, quasi ipsum Christum jam non ex Cœna modò; sed ipsa quoque Ecclesia tolleret, Sacramentorum usum ac religionem prophanaret, & in matrem Ecclesiam esset impiissimus. Quæ res quantas inter membra tum turbas pepererit, non est ut pluribus exponam, cùm vel levis hominis memoria singularem piis mentibus dolorem afferat. Quia tamen plus quàm capitale crimen hîc Zuinglio intenditur, ipsa rei necessitas postulare videtur, ut & hoc loco viri famam & causam à calumnijs asseramus, ab eo nimirum exorsi, quod illi cumprimis damnare solent: Domini verba sacro-sancta esse, multis contendunt, cùm tamen illud nemo fidelium neget. Eadem verò si quando obscuriora sunt, planius expo-

ni debere, ipsa quoque religio & vera pietas admonet. Dixit in ultima Cœna, cum panem fregisset Dominus: Accipite, edite, hoc est corpus meum. Quæ verba Pontificij minus intellecta eo detorserunt, ut panis substantiam mutatam, & in corporis substantiam transivisse dicerent. Alij rursus transsubstantiationem quidem negare ausi, veritatem tamen, quam non omnino ignorabant, proferre ausi non sunt; sed panis quidem substantiam manere, cum hoc verò ipsum corpus tradi & manducari docebant, non quidem eo modo, quo plures Veterum locuti sunt; sed duris vocabulis causam aggravantes, Domini corpus realiter, substantialiter, verè Sacerdotum manibus porrigi, fidelium & infidelium ore excipi, dentibus conteri & comedi affirmabant. Scio, quosdam hæc non libenter admissuros esse; sed tamen idem fateri cogentur, cùm Nicolai Papæ sententiam contra Berengarium pro sancta & Catholica agnoscant, quæ non hæc modò, sed longè atrociora continet. Zuinglius verò illorum doctrinam eo tendere videns, ut inanis illa Missarum fiducia per hanc non dejiceretur, sed confirmaretur potiùs, suæ fidei commissos sinceriùs institu-

endos

endos esse ratus, quæcunque de Christo & salutis mysterio, undique in Scripturis habentur, cum cœnæ verbis & tota ejusdem institutione studiosè conferens, non obscurè vidit, longè alium illorum sensum esse, quàm qui hactenus à Pontificiis, & novis illis Theologis fuerat traditus. Unde, ut mysterium hoc pijs mentibus aperiretur clariùs, ea sic exponenda esse censuit: *Hoc significat corpus meum*; Vel, *Hoc est signum, figura.* μνημόσυνον, *aut memoria corporis mei*: Non, *quòd Christum è Cœna excluderet*; *sed quòd vanam & perniciosam in realis corporis manducationem multorum spem fidem & explosam vellet.* Et hæc tam libera; ut illis videtur; verborum Christi expositio, has tumultuandi causas adversarijs præbuit, quibus moti non linguæ, non calamo, non manibus, non armis denique parcendum esse putant, ut tam fœda, impia, blasphema & hæretica opinio eliminetur. Cæterùm, quia hac in re causam suam fortissimè defendit Zuinglius, non operæ pretium nobis videtur, ut Scripturæ testimonijs eandem asseramus: Illud hic ostendisse sufficiet, ipsum non novi dogmatis authorem esse, sed quæ à vetustissimis Doctoribus olim tradita sunt, bona fide docuisse.

Quare trium in Latina Ecclesia præstantissimorum Virorum testimonia traducemus, è quorum numero primus Septim. Fl. *Tertullianus* prodeat, qui corporis Christi veritatem hinc maximè probari posse existimavit, quòd corpus suum panem significari voluerit. *Adversus Marcionem* enim scribens, lib. 4. sic ait: *Christus acceptum panem, & distributum discipulis corpus suum illum fecit: Hoc est corpus meum dicendo, id est, FIGURAM corporis mei. Figura autem non fuisset, nisi veritatis esset corpus. Cæterùm, vacua res, quod est phantasma, figuram capere non posset.* Idem adversus eundem lib. 1. *Sed ille* (Christus nimirum) *quidem usque nunc, nec aquam reprobavit Creatoris, quâ suos abluit, nec oleum, quo suos unguit, nec mellis & lactis societatem, quâ suos infantat, nec panem, quo ipsum corpus suum REPRÆSENTAT, etiam in Sacramentis propriis egens mendicitatibus Creatoris.* Zuinglius ergo suâ expositione à vetustissimo Ecclesiæ Doctore ne verbis quidem dissentit. Ut enim hic, ita ille quoque panem corporis figuram vocavit, & Christum hac suâ locutione non aliud significare voluisse docuit. Licèt enim in primo libro *repræsentandi* verbo usus esset, alterum tamen illud, quod de *figura* corporis

poris dicit, quomodo superius illud intelligi debeat, abundè satis exponit. Exploditur ergo illorum hominum ineptia, qui, cùm *Hieronymum* quoque in eorundem verborum expositione *repræsentandi* verbo uti vident, illud sic accipiendum esse contendunt, quasi ipsum corpus per panem nobis realiter repræsentari, id est, præsens rèddi intellexerit. Quasi verò plitissimus Latinæ linguæ cultor voce hac tam barbarè uti voluisset, & non potius Tertulliani & aliorum, qui ipsum præcesserunt more esset locutus. Nisi autem hanc Tertulliani sententiam posteri quoque, imò & σύγχρονοι approbâssent, vel si hanc tantùm piaculum esse credidissent, num tam patientis stomachi omnes illos fuisse putabimus, ut nemo illum reprehensurus fuisset, cùm in alijs opinionibus suis reprehensores tam facilè invenerit? Sed nolumus illorum niti silentio, ne quis nos nimis frivola causæ nostræ subsidia quærere dicat. Ipsos potius eadem cum Tertulliano docente, audiamus. D. *Ambrosius* enim Pauli verba 1. ad Corinth. Epistolæ exponens, sic scribit: *Ostendit Paulus Corinthijs mysterium Eucharistiæ inter cœnandum celebratum non cœnam esse. Medicina enim spiritualis est,*

qua cum reverentia celebrata purificat sibi devotum. Memoria enim redemtionis nostræ est, ut redemtionis memores majora ab eo consequi mereamur. Rursus ergo Zuinglij nostri sententiam in Ambrosio quoque deprehendis. Uterque enim Cœnam hanc *memoriam* (Græci μνημόσυνον vocant) redemtionis, id est, corporis & sanguinis Christi, per quæ redemti sumus, vocavit. At μνημόσυνον non ipsam rem, sed rei in memoriam redigendæ signum vel figuram esse constat apud omnes, qui bonas literas, vel à primo limine salutârunt. Pergit autem ibidem Ambrosius, ut sententiam suam clariùs & fideliùs nobis commendet. Nam hæc verba: Mortem Domini annunciabitis, sic interpretatur: *Quia enim morte Domini liberati sumus, hujus rei memores in edendo vel potando, carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt, significamus.* Idem ergo *significandi* verbo utitur, quod in Zuinglio tantopere abominatur, tot scurrilibus dictis & conviciis exagitat adversariorum improbitas. Et paulò pòst de Testamento disputans addit: *Testamentum ergo sanguine constitutum est, quia beneficij divini sanguis testis est, in cujus typum nos calicem mysticum sanguinis ad tuitionem corporis & animæ nostræ percipi-*

percipimus. Tertia ergo vox ab Ambrosio profertur, qua & Zuinglius & Tertullianus usi sunt. Τύπος enim Græcis idem quod Latinis *figura* significat. Unde vel hinc constat, quid superius per memoriam & significandi vocabulum voluerit intelligi. Sed addatur hic tertius nulla parte reprobandus testis (licèt hodie quorundam impudentia illum multis suspectum facere conetur,) *Augustinus* scil. & eundem illum, cum ijs, quæ modò enumerata sunt, consentire videbimus. Nam in Psalmi tertii enarratione: *In Historia,* inquit, *N.T. ipsa Domini nostri tanta & tam miranda patientia, quòd eum* (de Juda autem proditore loquitur) *tamdiu pertulit tanquam bonum, cùm ejus cogitationes non ignoraret, eum adhibuit ad convivium, in quo corporis & sanguinis sui figuram discipulis suis commendavit & tradidit.* Agnoscis nimirum celeberrimi Doctoris vocem, Ecclesia: Agnoscis figuræ vocabulum propriè & absolutè positum, ut à Tertulliano ante & ab Ambrosio typi vocem usurpatam docuimus. Porrò idem contra *Adimantum, Manichæi discipulum* cap. 12. Manichæorum ineptias discutiens, quibus Scripturarum locutiones de sanguine, de carne & alijs tropicè dictas miserè torque-

quebant, inter alia sic scribit: *Non enim Dominus dubitavit dicere*; Hoc est corpus meum; *cùm signum daret corporis sui.* Ubi, quod antea *Figuram* dixit, nunc *Signum* vocat. Quod perinde est, ac si significandi verbo cum Zuinglio usus fuisset. Nec aliena ab instituto nostro videri possunt, quæ idem ille lib. 3. de doct. Christ. cap. 16. disserit, docens nimirum, quibus notis Scripturarum locutiones, figuratæ ne sint, vel minùs, deprehendere oporteat. Sic enim ajt: *Si praeceptiva oratio est, aut flagitium, aut facinus vetans, aut utilitatem, aut beneficentiam jubens, non est figurata, Si autem flagitium aut facinus videtur jubere, aut utilitatem & beneficentiam vetare, figurata est. Nisi manducaveritis, inquit, carnem filij hominis, & sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis: Facinus, vel flagitium videtur jubere. Figura est ergo, pracipiens passioni Domini esse communicandum, & suaviter atque utiliter recondendum in memoria, quòd pro nobis caro ejus crucifixa & vulnerata sit.* Ejusdem generis sunt, quæ ad *Bonifacium* de Sacramentis & Sacramentalibus loquendi formulis in genere scribit in hunc modum: *Nempe sæpe ita loquimur, ut Pascha propinquante dicamus, crastinam vel perendinam*

nam Domini passionem, cùm ille ante tam multos annos passus sit, nec omnino nisi semel illa passio facta sit. Nempe ipso die Dominico dicimus: Hodie Dominus resurrexit, cùm, ex quo resurrexit, tot anni transierunt. Cur nemo tam ineptus est, ut nos ita loquentes arguat esse mentitos, nisi quia istos dies secundum illorum, quibus hæc gesta sunt, similitudinem nuncupantes, ut dicatur ipse dies, qui non est ipse, sed revolutione temporis similis ejus, & dicatur illo die fieri, propter Sacramenti celebrationem, quod non illo die, sed jam olim factum est? Nonne semel immolatus est Christus in se ipso, & tamen in Sacramento non solùm per omnes Paschæ solennitates; sed omni die populis immolatur: nec utique mentitur, qui interrogatus eum responderit immolari. Si enim Sacramenta quandam similitudinem earum rerum, quarum Sacramenta sunt, non haberent, omnino Sacramenta non essent. Ex hac autem similitudine plerumque etiam ipsarum rerum nomina accipiunt. Sicut ergo secundum quendam modum Sacramentum corporis Christi, Corpus Christi est, Sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi est: Ita Sacramentum fidei fides est, &c. Quid his, quæso, apertius dici poterat? Sacramenta non ipsas res esse dicit; sed rerum in se habere similitudinem: Interim Scripturæ locutiones

nei.

non tollit, non invertit, non mutat, non violat, sed secundum eum modum accipiendas dicit, quo dictæ sunt, Sacramentalem videlicet, qui à figurato nihil distat, cùm omnia Sacramenta rerum spiritualium figuræ sint. Constare itaque nunc spero, Zuinglium circa mysticam Domini & Sponsi nostri Jesu Christi cœnam non novi alicujus dogmatis authorem fuisse, cùm videlicet Veterum sententiam ijsdem quoque verbis & propriissimis loquendi formulis exposuerit. *Non ignoro autem, quid hic nobis objecturi sint. Licèt*, inquiunt, *veteres, hoc modo locuti, & iysdem verborum formulis usi sint, interim tamen nec signa statuerunt inania, nec mysticam illam Cœnam vera Christi præsentià spoliârunt, quem suis nunquam non præsentem esse, nemo illorum dubitavit.* Zuinglius verò quoniam semel Christi quoque verba prophanare instituerat (sic enim illi loquuntur) jam & signa evacuare, & omnem Christi præsentiam negare ausus est. Hic ergo velim, ô fratres, omnibus eos oculos dari, quibus quid animi illis insitum, liquidè videre possent. Miraretur, scio, universus orbis tam effrontis oris calumniam. Quis enim per hunc signa vel violata, vel evacuata esse unquam probare

bare potuit? Quis illum Chriſti præſentiam negare nunquam audivit? Illud potiùs ex ſcriptis ejus certò demonſtrari poteſt, eum ſic de omnibus illis ſenſiſſe, quemadmodum Veteres ſenſiſſe conſtat. *Auguſtinus* certè de doct. Chriſt. lib. 3. c. 9, hujusmodi in his exponendis terminos nobis præſcribit: *Pauca quadam pro multis, eádemque factu facilima, & intellectu auguſtiſſima, & obſervatione caſtiſſima, ipſe Dominus & Apoſtolica tradidit diſciplina: Sicuti eſt baptiſmi Sacramentum, & celebratio corporis & ſanguinis Domini. Quæ unusquisque cum percipit, quo referantur imbutus agnoſcit, ut ea non carnali ſervitute, ſed ſpirituali potiùs libertate veneretur. Ut autem literam ſequi, & ſigna pro rebus, quæ hic ſignificantur, accipere, ſervilis infirmitatis eſt: Ita inutiliter ſigna interpretari, malè vagantis erroris eſt.* Inter hos, inquam, Chriſtianæ & piæ moderationis limites ita ſe & doctrinam ſuam continuit noſter hic, ut nec ſigna, panem & vinum, pro ipſis rebus ſignatis, corpore & ſanguine, acciperet, nec interim inania & vacua eſſe doceret. Poſſum hujus dicti rationem ex libello ad Chriſtianum regem adducere, ubi ſic ajt: *Chriſtum credimus verè eſſe in cœna, imò non credimus eſſe Domini cœnam, niſi*

nisi Christus adsit. Confirmatur, ubi duo vel tres in nomine meo congregati, isthic sum in medio illorum: Quantò magis adest, ubi tota Ecclesia ei est congregata? Et paulò pòst sententiam suam omnem, brevibus comprehensam, sic proponit: *Asserimus igitur, non sic carnaliter & crassè manducari corpus Christi in cœna, ut isti* (Pontificij nimirum) *perhibent; sed verum Christi corpus credimus in Cœna Sacramentaliter & spiritualiter edi à religiosa, fideli & sancta mente, quomodo & divus Chrysostomus sentit. Et hæc est brevis summa nostra, imò non nostra, sed ipsius veritatis, sententia de hac controversia.* Quid verò in his desiderabunt quotquot vera fide præditi, veræ etiam religionis studiosissimi sunt? Quid hic Cœnæ S. sancto mysterio derogat, quàm quòd se Papistarum instar nolle nec posse sentire docet, idque *Augustinum* secutus, cujus regulam suprà ex lib. 3. de dict. Christ. c. 16. adscripsimus. Illic enim figuratas esse docet locutiones, quæ flagitium aut facinus jubere videntur. Quid verò flagitium aut indignum facinus est, si hoc non est, quòd hic designari testatur Pontificiorum cohors? Nam *dist.* 2. *de Consec. Canon.* Ego Berengarius &c. panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecra-

ſecrationem, non ſolùm Sacramentum; ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe: & ſenſualiter non ſolum Sacramentum, ſed in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi, fidelium dentibus atteri, palàm teſtantur, & Berengarium idem fateri compellunt. Quid verò his dici poterat magis horrendum & atrocius? Interim tamen non deſunt magni nominis Theologi, qui ſe ſplendidè de Papatu devicto triumphaviſſe gloriantur, qui hunc ipſum Canonem pro ſancto, pio, & Chriſtiano agnoſcunt, & inſtar Nicolai Pontificis omnes eos chartaceo anathemate feriunt ac diris devovent, qui huic contradixerint. Sed horum minas & ſesquipedalia verba non multum moratus Zuinglius veritatem rei intrepidus protulit, docens nimirum, Chriſtum Sacramentotenus in Cœna præſentem eſſe, & contemplatione fidei manducari, Cœnam interim non evacuans, cujus ſeptem fructus, & virtutes ſpectatiſſimas in eo, quem ſupra citavimus, libello enumerat. *Primò* res ſanctæ ſunt, inquit, & venerandæ, utpote à ſummo Sacerdote Chriſto inſtitutæ & ſuſceptæ. *Secundò*, teſtimonium rei geſtæ præbent. *Tertiò*, vice rerum ſunt,

quas significant; unde & nomina earum sortiuntur. *Quartò*, res arduas significant, & ascendit cujusque signi pretium cum æstimatione rei, cujus est signum. *Quintò*, analogiam symbolorum & rei significatæ continent. Habet autem Eucharistia duplicem analogiam. Unam, quæ ad Christum pertinet. Ut enim panis humanam vitam sustinet ac fulcit, ut vinum hominem exhilarat: Sic destitutam omni spé mentem solus Christus restituit, sustinet & lætificat. Quis enim ultra desperatione contabescat, qui DEI filium videt suum esse factum? Cùm animo illum tenet, veluti thesaurum, qui eripi non potest, quo verò impetrare omnia apud Patrem potest. Alteram habet analogiam, quæ ad nos pertinet. Ut enim panis ex granis multis fit, vinum verò ex multis acinis confluit; sic Ecclesiæ corpus ex infinitis membris in unum corpus, una in Christum fiducia, quæ ex uno Spiritu provenit, coagmentatur & erigitur, &c. *Sextò*, auxilium, opémque afferunt fidei. Et hoc præ omnibus facit Eucharistia. In hoc quatuor potentissimi, imò universi sensus à carnis cupiditatibus velut vindicantur, ac redimuntur, & in obsequium fidei tra

huntu

huntur. Auditus, cùm jam non symphonias chordarum, diversarúmque vocum harmoniam; sed cœlestem vocem audit: Sic DEUS dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum pro vita illius dederit. Visus, cùm panem videt ac calicem, quæ vice Christi, ut illius bonitatem, ingeniúmque significent, annon & ille fidei obsequitur? Christum enim velut ante oculos conspicit, quem mens ejus inflammata pulchritudine deperit. Tactus panem in manus sumit, qui jam non panis, sed Christus est manducatione. Gustus, olfactúsque & ipsi huc advocantur, ùt odorent, quàm suavis sit Dominus, quámque beatus sit, qui illi fidit. Ut enim illi cibo gaudent & expergesiunt; sic mens hunc cœlestis spei suavem nacta gustum gestit & exultat. Adjuvant ergo fidei contemplationem Sacramenta, concordant cum mentis studijs, quod aliâs citra Sacramentorum usum non tantopere tantóque fit consensu. *Septimò*, vice jurisjurandi sunt. Nam & Sacramentum Latinis pro jure jurando usurpatur. Qui enim unis eisdémque Sacramentis utuntur, una eademque gens ac sancta quædam conjuratio fiant, in unum corpus, inque po-

pulum unum coëunt, quem qui prodit, perjurus est. Populus ergo Christi, cum ejus corpus sacramentaliter edendo in unum corpus conjungitur, jam qui perfidus est, attamen sese huic societati audet insinuare, corpus Christi prodit, tam in capite, quàm in membris. Quia non dijudicat, id est, non tanti æstimat corpus Domini, cùm quod pro nobis illud tradidit, tum quod illius morte liberatum est. *Hactenus Zuinglij verba*, multis tamen omissis, recensuimus; quibus per omnia conveniunt, quæ idem ille in Jeremiæ caput 27. conscripsit in hunc modum: *Quid opus fuisset isto Paradigmate sive ostento? Num enim non satis erat monuisse verbo, nisi quòd ejuscemodi facta sensuum plures, & idcirco etiam vehementiùs moveat ad recipiendum monita, quàm dum unius tantùm sensus movetur? Si Jeremias tantummodò prædicaret, solus auditus feriretur, cùm verò ei, quod prædicat simile ostentum visui exhibet, jam duo nobilissimi sensus percelluntur, & frangitur contumacia, oscitantiáque pellitur. Si in Cœna Domini vehementiùs ducitur mens, ad ejus contemplationem quod agitur, dum externa symbola visui & gustui idem suadent, quod auribus prædicatio; cùm tamen hæc omnia sint externa, sola verò fides, quæ domi sedet & regnat*

regnat, horum virtutem recipit. Hæc enim si desit, audire verbum, videre actionem, degustare symbolum, nihil quàm risum movent. Stultitia enim incredulis gentibus est Evangelium. Et paulò pòst: *Quomodo & præsenti loco videtur: Qui à Propheta monentur & ostento manu ducuntur, cùm à timore DEI ac fide alieni essent, nihil potuit, neque verbum, neque factum verbo simile. Constat igitur, quòd, quæcunque symbolis tribuuntur, fidei sint principaliter; sed justa & æqua ratione tribuantur, cum quòd pars Sacramenti sunt, (quamvis inferior, utpote externa: Constat enim ex spirituali re, & corporali; Sacramentum,) tum quod idem significant sensibus quod spiritus menti, quo infestum Spiritui corpus compescunt, & obsequiosum reddunt ad id quod mens agit. Unde nemo tam rudis est, quem hujusmodi ὑπεροχαὶ offendant, Christi verum corpus in Cœna verè etiam editur, cùm panis & vinum præbeatur. Verum enim corpus, non falsum assumsit. Verè edit mens fidelis, cùm non simulatè recipit Christum, cùm verè fidit Christo. Sed vide, annon hæc omnia cùm de symbolis dicantur, non tamen virtute symbolorum; sed Spiritus ac fidei operatione fiant? Ut Allœoseos virtutis symbolis tribuatur, alteri Sacramenti parte, quod fidei solius, dum modò rem ad vivum resecare volumus, esse cognoscitur.* Ve-

 rum

rum ergo corpus cùm edi dicitur, illud verum corpus, quod cælo illatum est, intelligimus; sed illud ipsum non naturaliter, hoc est, quemadmodum ipsum naturale est, etiam naturaliter à nobis editur; sed spiritualiter hic edimus, quod isthic naturaliter est. Hæc omnia Zuinglij sunt, quibus non aliud dici videmus, quàm quod ante hunc D. Augustinus, quæst. lib. 3. in Leviticum c. 84. sic dixit: *Advertendum est, quoties dicit: Ego Dominus, qui sanctifico eum, loqui de Sacerdote, cùm hoc etiam Mosi dixerit, Et sanctificabis eum. Quomodo ergo & Moses sanctificat, & Dominus? Non enim Moses pro Domino; sed Moses visibilibus Sacramentis per ministerium suum, Dominus autem invisibili gratia per Spiritum sanctum, ubi est totus fructus etiam visibilium Sacramentorum. Nam sine ista sanctificatione invisibilis gratiæ, visibilia Sacramenta quid prosunt?* Nihil ergo hic Zuinglius docuisse cernitur, quàm quòd & alij probatissimi Ecclesiæ Doctores tradiderunt. Licèt enim *signa & tesseras*, Sacramenta vocârit, non tamen ita extenuavit, ut illa nihil aliud, quàm quòd militaris aliqua tessera significat, continere sentiret. Quin potiùs talia agnovit, quæ & fidem provocarent, & nos de Dei promissionibus certiores redderent,

derent, adeóque ipsum Christum nobis præsentem ob oculos quasi statuerent, fidei contemplatione apprehendendum. Sunt hujus sententiæ infinita in scriptis ipsius testimonia. In explanatione enim articuli 18. panem & vinum ideo in corporis & sanguinis Christi figuram nobis instituta esse scribit, *ut fideles in fide sua etiam visibili quadam actione certiores redderentur.* Et in libello ad Principes Germaniæ: *Signum*, inquit, *quantumvis non est res, additum tamen, rem ipsam veluti testimonio & confessione firmat, quo non liceat inficiari.* Et rursus: *Cùm panis & vinum, quæ ipsius Domini verbo consecrata sunt, simul fratribus distribuantur; annon jam totus Christus velut sensibiliter (ut etiam, si verba requirantur, plùs dicam quàm vulgò solet) sensibus etiam offertur? Sed quomodo? Anne ipsum corpus naturale manibus & palato tractandum? Minimè: Sed animo offertur istud contemplandum; sensibus verò sensibile ejus rei Sacramentum.* Et in fine pericopes addit: *Et nos nunquam negavimus corpus Christi Sacramentaliter & in mysterio adesse in Cœna, tum propter fidei contemplationem, tum propter symbola, ut diximus, totam actionem; sed ista præsentia fidei est, non Sacramentorum.* Hæc Zuinglius. Quisquis ergo

 illum

illum signa evacuare dixerit,& plusquiddam ipsis tribuendum esse censet, suam & inscitiam prodit, & superstitionem qua deceptus externis tribuit, quæ non nisi divinæ gratiæ sunt beneficia. Ita *Gualtherus* pro socero suo, eodémque in Antistitio antecessore.

Non instituti jam nostri est pro veritate doctrinæ Sacramentariæ Ecclesiarum nostrarum fusiùs disputare, fiet, σὺν Θεῷ, suo loco, ubi materiam reformationis diligentiùs paulò excusserimus. Hac tamen occasione succinctè ostendere fuit visum, nihil novi confinxisse Zuinglium: Sententiam ejus planam esse, facilem, perspicuam, cuivis etiam ex Scripturis obviam: Cæteras perplexas, obscuras, sibi contrarias, &c. Ea certè, quam tradidit Zuinglius, non plebejis tantùm, aut ijs, qui literas tractârunt ex professo Theologis; sed & Regibus, Principibus ita placuit, ut ejus, ad stuporem multorum, rogati reddere potuerint rationem. Apologeticum sententiæ nostræ addere liceat, etsi prolixius paulò, magni, Hassiacæ Domus Herois, *Philippi* verè *magnamini*, qui, à sorore Elisabetha, Electricè Saxoniæ, semel atq; iterum monitus, quasi corporalem Christi in pane negaret

garet præsentiam, quo ipso fides derogaretur Christi verbis; pluribus monstratum ivit rationibus, negationem præsentiæ carnalis fulcris niti minimè cariosis. Zum ersten (retinebo ipsius Herois verba, ex Archivo Cassellano mihi à magno literarum, ipsoque literatissimo, fautore, non ita pridem communicata,) stehet der zanck zwischet Luther und Zwinglin deßgleichen Oecolampadii darinn; Luther spricht Christus sey im Brod leiblich/ wessentlich/ und wann man jhn fragt/ ob Er also da sey/ wie Er am Creutz gehangen oder stattlich; so spricht er nein. Wann man jhne dann weiter fraget/ wie Er dann da sey/ so spricht er/ er wisse es nicht/ und wil beweisen auß den worten/ Das ist mein Leib: der vor euch dargegeben worden/ und wil Jhne doch nicht lassen im Brod seyn/ wie Er vor uns alle dargegeben und gecreutziget ist. Dargegen spricht Zwinglin und Oecolompadius, nach dem Joh. 6. stehet/ werdet ihr nicht essen von dem fleisch des Menschen und trincken von seinem blut/ so werdet ihr (kein leben in euch haben/ dan mein fleisch ist ein rechte speiß/ und mein blut ist ein rechtes tranck/ wer mein fleisch isset und mein blut trincket/ der hat das ewige leben/ und Ich werde ihne aufferwecken am Jüngsten

age/ wie nun die jünger Jhne fragten/und sagten/ HErr/ das ist ein harte Rede/ wie können wir Dein fleisch essen/und Dein blut trincken/ da sagt Christus/ das fleisch ist kein nutz/ der Geist ists der da lebendig machet/ dan mein wort sind Geist und Leben rc. Hierauff spricht nun Zuinglin/ daß Luther und alle Menschen/ die ihe von götlicher Lehr etwas wissen/ seyn mit jhnen deß Eins/ daß dise wort allein müssen geistlich/ alß nemlich auff/ und im Glauben verstanden werden/ also nemlich das Christus fleisch sey uns nutz zuessen/ durch den Glauben in seinem sterben. Nun liebe Schwöster/ du kanst wol dencken/ solt man durch das eusserliche essen/ das ewige Leben haben/ so könte einer selig werden/ der da nicht glaubete/ und weren zwey wäg zur seligkeit/ einer Glauben/ der ander Essen: welches der Schrift und dem Glauben nach nicht seyn kan. Dieweil nun Luther die klaren wort Johannis am 6. geistlich verstehen muß/warumb dan nicht auch die wort: Das ist mein Leib/ dieweil doch Christus nicht ist eine speise des leibs/ sonder der seelen? Weiter sagt Zuinglin/ das Christus gesagt habe/er wolte nicht mehr leiblich in der Welt seyn. Und spricht Zwinglin nicht/ wie man jhme schuld gibt/daß Gott nicht vermüge/sondern Gott woll nicht haben/und Christus

stus hab leiblich hie auff Erden sein amt und bereich / vom Vatter außgericht / und vollendet: Vnd das solches wahr sey / so schreibt Lucas im I. Geschicht der Apostlen / da Christus ist auffgenomen gen Himmel / und die Apostel nach stuhnden/und in Hiñel sahen / da traten zwen Engel herfür und sagten: Jhr Galilæische Männer / was stehet jhr und sehet in Himmel / der Christus / wie jhr Jhne gesehen habt hinauffahren / also wird Er wider kommen / so wil Er auch zum ende der Welt sichtlich wider kommen? Die unsichtlich widerkunft / leiblicher weise/haben wir kein Schrift von. Zwinglin / sagt auch weiter / das Christus sprech: Jch verlasse die Welt / und gehe zum Vatter / und so ich nicht hinweg gehe / so komt der Tröster nicht. Jtem / ein kleine zeit habt jhr Mich nicht/und aber über ein kleins so habt jhr Mich / und ich gehe zum Vatter. Jtem/die armen habt jhr allezeit / Mich aber nicht allezeit. Vnd der Spruch/sind vil in Johanne durch und durch. Es stehet auch geschriben in der Geschicht der Apostlen / Christus muß den Himmel eynnehmen / biß das alles vollendet werde / daß von Jhme gesagt haben alle Propheten. Jtem/ es stehet in der Epistel zu den Ebreeren: So Er auf Erden were / so were Er nicht Priester: und weiters/in der selben Epistel / Er hat ein opfer gethan für die sünde/das ewig giltet auf ein-

einmal / zum anderenmal wil Er erscheinen in seiner Herrlichkeit / ꝛc. wil sich auch nicht mehr opferen lassen. Es spricht auch Christus selbs wider Cajaphas / von nun an werdet jhr sehen des Menschen-sohn sitzen zu der Rechten der Kraft / und kommen in den wolcken des Himmels. Das alles gibt Zeugnus / daß Christus nicht wolle leiblich auf Erden seyn / und nicht wohnen / wie die Schrift sagt / in dem das mit händen gemacht ist. Auf daß du aber deß ein besseren verstand habest / so helt sichs also: Christus ist GOtt und Mensch / hat zwo Natur an sich / die eine ist Gottheit / die ander ist Menschheit: die Gottheit ist ewig geweßt / und kein geschöpft / die Menschheit ist gemacht und geschaffen von Gott und durch Gott / und Gott hat Menschheit an sich genomen: Nun muß man Christum recht verstehen / in seinen worten und wercken / alß nemlich / einmal sagt Er nach Menschlicher natur / das andere mal nach Göttlicher: Alß nemlich / Er spricht / der Vatter ist grösser dann Ich / da spricht Er wie ein Mensch / dan nach der Gottheit ist Er im Vatter / und ein wesen / nach der Menschheit ist Er geschaffen und geringer dann Gott / nach dem Spruch am Creutz / ach Gott / ach Gott / wie hast du Mich verlassen / da redet Er wie ein Mensch / dann wan Er nach Göttlicher natur redet / dörfte Er nicht sagen / ach mein Gott / darzu

darzu leidet Er nach Göttlicher natur nicht/ sonderen menschlich / es ist auch kein verlassung in Gott / sondern allein Menschheit werden eine kleine zeit verlassen / wie im Psalm stehet / und darnach mit der Ehren Krone gekrönet: Noch einen Spruch/ alß im Marco da Christus redet / von dem jüngsten tage / da spricht Christus/ es weiß kein Engel die zeit wann Er kommen sol/ auch der Sohn nicht sondern allein der Vatter: Sihe/ hie ist aber nit anderst zuverstehen / alß der Sohn nach der Menschlichen natur / aber nach der Göttlichen weißt Er alle ding/ und ist Jhm nichts verborgen. Wie auch im Evangelio stehet/ diß alles schreib ich darumb / auff daß du sehest wie der schrifft art ist/ und Christus art / es von ihm selber zureden: Hierumb müssen nun alle solche vorangezeigte sprüche dahin dienen / daß Christus leiblich wesentlich nit wolle hie auff erden seyn/ an einigem orth / aber nach Göttlicher natur ist er / wo Er will/ Er will aber nirgend angebätten sein dann im Him̃el/ dann das Vatter-unser lehret uns / alß nemblich Vatter unser / der du bist im Himmel. Es spricht auch Christus in Mattheo / Marco/ Luca/ wann sie werden sagen / Christus ist hie und da/ Er ist in der kammer oder wüsten/ so glaubs nicht. Auß disem allem hast du leichtlich zu urtheilen : Wie du auch mir schreibest ich

sole

solt Paulum zum Elfften zu den Corinthiern ansehen / Nun hab ich ihnen wahrlich fleissig angesehen: Jch bitt dich aber freundlich und bruderlich / wollist Jhne auch recht lesen / und aufmercken auf daß ich dir anzeigen werde: Zum ersten findest du klar/daß sie seyn zusammen kommen in Corintho/und das nachtmal gehalten/ nit dermassen wie wir jetz mit unsern Teutschen und Lateinischen Messen halten / sondern gessen mit einander/ und ihr essen zusamen getragen/daß aber Paulus die Corinther schilt und spricht/ daß sie zum gericht zusammen kommen / und daß sie schuldig seigen am leib und blut deß Herzen / hat die ursach/ wie es der Text mitbringt/daß sie sich vollsoffen und verachteten solch Abentmahl und die armen die nichts hatten/ dañ welcher das veracht/ das Christus im Abendtmahl hat eingesetzt/alß nemblich wie Paulus sagt/so offt ihr von dem brod essen werdet/solt ihr deß Herzen todt verkündigen/ welcher nun solches Abentmahl veracht/und darzu die armen beschemet/ der veracht die verkündung deß tods deß Herren / der ist auch schuldig am leib und blut deß Herzen / dann welcher das werdt veracht / das Jhm Christi tod und leiden durch den glauben mitbringt/der veracht Christum/ und sein tod/ sterben und leiden/ der ist schuldig am leib und blut deß Herzen. Zum andern/wer seinen nächsten

sten veracht / dieweil Christus unser Haubt und wir seine gliedermaß und auch Christi leiden sawol vor meinen nächsten geschehen alß vor mich/der ist schuldig am leib und blut deß Herren/dann wer meiner hand etwas thut/der thut mirs auch: und daß solches war sey/ daß solches der rechte verstand sey / so gibts das Capitel klar zum elfften zun Corinthern im anfang uñ beschluß: Im anfang/da Paulus sagt/ jr hort / wann ihr zusamen komt so helt man doch nicht deß Herren Abentmahl / einer ist druncken/der ander ist hungerig / habt ihr aber nit häuser da ihr essen und drincken muget/ oder veracht ihr die nichts haben / und soll ich euch loben hierin? Ich lobe euch nit. Uñ im beschluß schreibt Paulus: darum lieben Brüder/ wan ihr zusammen kompt/so harr einer deß andern / uff daß ihr nicht zum gericht zusammen komt. Sihe/ hie sihestu liebe Swester/ warum sie schuldig sein am leib uñ blut deß Herren: darumb spricht Christus viermal in dem Capitul und nents brodt/ und spricht/welcher unwürdig vom brodt essen wirdet / und spricht nicht so offt ihr von dem leibe essen werdet / oder von dem blut trincken werdet / sondern nents stracks brodt und kelch. Paulus were ohnzweiffel so weisse wolgewesen / hett es sollen leib sin/ r hets also genent: So nent auch Lucas und Paulus den kelch nicht anders. Dieser kelch

ist

ist ein New Testament in meinem blut: Sprich iht in diesem kelch ist mein blut. So stehet auch bey dem wort / das ist mein leib / allwegen / der vor euch dargeben worden / wie Paulus und Lucas davon schreiben : Nun ist Christi leib nicht im brodt vor uns dargeben / sondern am Creutz: hierumb ist nun Zwinglin und Oecolampadi meinung / daß man Christum geistlich / und sein leib und blut durch den glauben ins hertz und nicht mit dem munde empfange / also seye Er uns nutz. Leiblich habe Er sein werck vollendet und seinen Geist in unser hertzen geschickt / der sol uns alle ding offenbahren. Darzu sagen sie / dieweil wir verzeihung unser sünde durch Christus leiden im glauben gnugsamb haben / daß ewig gilt / warumb wir uns dann viel engstigen wollen nach eine verzeihung zuerlangen / sondern vielmehr solcher verzeihung eingedenck zusein / wie St. Paulus sagt / so offt ihr von dem brod esset sollet ihr deß Herren todt verkündigen / und auch desselbigen Jhme zudancken / und uns gegen unsern nächsten solche dancksagung beweisen. Sie sagen auch weiter / daß der mehrer theil aller alten Scribenten uff ihr seiten sey / alß nemblich Augustinus spricht / was bereitestu den munde oder bauch / glaube so hastu gessen: und an einem andern orth spricht Augustinus / wan die kindlein in die Kirchen gehen / so sprechen sie wir haben

ben unsern Herr Gott gesehen / und haben doch nicht unsern Herr Gott gesehen / sondern das brodt oder zeichen der dancksagung oder leibs Christi. Es ist ja war / wir nehmens in ein Sacrament / nun heist ein Sacrament auff Teutsch nicht anders dann ein heilig zeichen eines heiligen dinges / und so haben es alle alten geheissen. Christus nents auch ein Testament / ists nun ein Testament / so muß der das Testament gemacht hat nicht da seyn / sunder verstorben und nit mehr aldo / sunst weres nit kräfftig. Es ist auch nimmer zu leugnen daß Luther und Philippus Melanchthon eben solcher meinung gewesen seyen: Und darum zum beschluß so bewege solches alles wol und biß ein rechter zufeller / und henck nit an den personen / sondern an der wahrheit. Gott sicht kein person an. Jch sehe auch mehr besserung (NB.) bey den die man Schwermer heißt / dan bey den die Lutherisch seyn. Setz dein vertrawen zu dem do stehet im Psalm: Setz dich zu meiner rechten / biß daß ich alle deine feinde zum schemel deiner füsse lege: *Hæc incomparabilis Heross.*

Huc usque de doctrina Zuinglij Sacramentaria. Atque hoc scelus, hoc piaculum illud est, quod incestæ semper linguæ magno reformatori Zuinglio exprobrârunt, & cui immortuum, ipsum doluisse Lutherum, suprà Tom. V. p. 731.

ostendimus. Ut sententiam de Transsubstantiatione (quam Apologetico nuper scripto, monstravimus dogma esse, quod & *Scriptura repugnet*, & *fidei analogia*, & *pura antiquitati*, & *sobria rationi*: Dogma contrà, *novum*, *incertum*, *Scholasticorum dissidijs miserè laceratum*, & *scandali plenissimum*,) feliciter Zuinglius everteret, non Scylla tantùm vitanda ei erat, sed & Charybdis. Non satis erat, unum explodi & Ecclesiæ pomærijs eliminari paradoxum; cætera omnia, quæ *ὑποτυπώσει τῶν ὑγιαινόντων λόγων*, repugnabant, removenda erant, omnia nempe, quæ vel Sacramentorum naturam inverterent, externa elementa in Idolum mutarent, analogiam fidei, eam præsertim, quæ est de Christi corpore, actionibúsque ejus naturalibus, pessundarent; ut uni tandem veritati relinqueretur locus. Quid verò hic delicti? An, quòd errorem adeò crassum voluit reformatum? Imò *novum* rei & phraseologiæ hominem reprimere debebat, quod *VValther*. pag. 263. potissimum urget. Novum sit, cui & Scriptura, & tota antiquitas calculum non denegat? Si ipse hanc sententiam novam vocat Zuinglius & singularem, non opposité ad sacras literas, vel primam antiquitatem,

tatem, sed ad rancidas recentiorum Scholasticorum Disputationes esse intelligendu, cum alia Zuinglij scripta probant, tum cumprimis omnia contra Lutherum Apologetica, quæ extant Tom. II. p. 324. &c. Probent verò tandem; neque enim dicere satis est; quid sit illud cui novitatis jure impingatur probrum? *Verba, vel Phrases?* At cum Tertulliano, Ambrosio, Augustino Zuinglium loqui, doctè ostendit Gualtherus. *Res ipsa?* At non idem, quod tum placuit, Transsubstanciationis dogma, priscæ placuisse antiquitati, fusè in scriptis suis palam fecit hinc inde. Imò, quam malè Papatus, novitatis studiosissimus, novitatis ea accusare possit, quæ renovata tantum erant, luculenter satis Reformator noster vindicat, tum alibi, tum *Exeges. Eucharist.* ad ad Luth. Tom. II. p. 332. b. *Signa nunc addam*, inquit, *& instrumenta. Quod per omnia templa & basilicas*, quæ cis Rhenum sunt, domicilia, in quibus Sacramenta custodiuntur, non vetustiora sunt ducentis annis, aut paulò plus, signum est, ante tot annos Eucharistiæ Sacramentum eo habitum loco, quo nos habemus. Tiguri, Urbe vetustissima, cum hoc anno aræ omnes tollerentur, nulla prorsus inventa est, quæ cum tem-

illum signa evacuare dixerit, & plusquiddam ipsis tribuendum esse censet, suam & inscitiam prodit, & superstitionem qua deceptus externis tribuit, quæ non nisi divinæ gratiæ sunt beneficia. Ita *Gualtherus* pro socero suo, eodémque in Antistitio antecessore.

Non instituti jam nostri est pro veritate doctrinæ Sacramentariæ Ecclesiarum nostrarum fusiùs disputare, fiet, Σὺν Θεῷ, suo loco, ubi materiam reformationis diligentiùs paulò excusserimus. Hac tamen occasione succinctè ostendere fuit visum, nihil novi confinxisse Zuinglium: Sententiam ejus planam esse, facilem, perspicuam, cuivis etiam ex Scripturis obviam: Cæteras perplexas, obscuras, sibi contrarias, &c. Ea certè, quam tradidit Zuinglius, non plebejis tantùm, aut ijs, qui literas tractârunt ex professo Theologis; sed & Regibus, Principibus ita placuit, ut ejus, ad stuporem multorum, rogati reddere potuerint rationem. Apologeticum sententiæ nostræ addere liceat, etsi prolixius paulò, magni, Hassiacæ Domus Herois, *Philippi* verè *magnanimi*, qui, à sorore Elisabetha, Electricè Saxoniæ, semel atq; iterum monitus, quasi corporalem Christi in pane negaret

garet præsentiam, quo ipso fides derogaretur Christi verbis; pluribus monstratum ivit rationibus, negationem præsentiæ carnalis fulcris niti minimè cariosis. Zum ersten (retinebo ipsius Herois verba, ex Archivo Cassellano mihi à magno literarum, ipsôque literatissimo, fautore, non ita pridem communicata,) stehet der zanck zwischet Luther und Zwinglin deßgleichen Oecolampadii darinn; Luther spricht Christus sey im Brod leiblich/ wessentlich/ und wann man jhn fragt/ ob Er also da sey/ wie Er am Creutz gehangen oder stattlich; so spricht er nein. Wann man jhne dann weiter fraget/ wie Er dann da sey/ so spricht er/ er wisse es nicht/ und wil beweisen auß den worten/ Das ist mein Leib: der vor euch dargegeben worden/ und wil Jhne doch nicht lassen im Brod seyn/ wie Er vor uns alle dargegeben und gecreutziget ist. Dargegen spricht Zwinglin und Oecolompadius, nach dem Joh. 6. stehet/ werdet ihr nicht essen von dem fleisch des Menschen und trincken von seinem blut/ so werdet ihr kein leben in euch haben/ dan mein fleisch ist ein rechte speiß/ und mein blut ist ein rechtes tranck/ wer mein fleisch isset und mein blut trincket/ der hat das ewige leben/ und Ich werde jhne aufferwecken am Jüngsten

 tag/

age / wie nun die jünger Jhne fragten / und sagten / HErr / das ist ein harte Rede / wie können wir Dein fleisch essen / und Dein blut trincken / da sagt Christus / das fleisch ist kein nutz / der Geist ists der da lebendig machet / dan mein wort sind Geist und Leben rc. Hierauff spricht nun Zuinglin / daß Luther und alle Menschen / die ihe von göttlicher Lehr etwas wissen / seyn mit jhnen deß Eins / daß dise wort allein müssen geistlich / alß nemlich auff / und im Glauben verstanden werden / also nemlich das Christus fleisch sey uns nutz zuessen / durch den Glauben in seinem sterben. Nun liebe Schwöster / du kanst wol dencken / solt man durch das eusserliche essen / das ewige Leben haben / so könte einer selig werden / der da nicht glaubete / und weren zwey wäg zur seligkeit / einer Glauben / der ander Essen: welches der Schrift und dem Glauben nach nicht seyn kan. Dieweil nun Luther die klaren wort Johannis am 6. geistlich verstehen muß / warumb dan nicht auch die wort: Das ist mein Leib / dieweil doch Christus nicht ist eine speise des leibs / sonder der seelen? Weiter sagt Zuinglin / das Christus gesagt habe / er wolte nicht mehr leiblich in der Welt seyn. Und spricht Zwinglin nicht / wie man jhme schuld gibt / daß Gott nicht vermüge / sondern Gott woll nicht haben / und Christus

stus hab leiblich hie auff Erden sein amt und befelch/ vom Vatter außgericht/ und vollendet: Und das solches wahr sey/ so schreibt Lucas im I. Geschicht der Apostlen/ da Christus ist auffgenomen gen Himmel/ und die Apostel nach stuhnden/ und in Himel sahen/ da traten zwen Engel herfür und sagten: Jhr Galilæische Männer/ was stehet jhr und sehet in Himmel/ der Christus/ wie jhr Jhne gesehen habt hinauffahren/ also wird Er wider kommen/ so wil Er auch zum ende der Welt sichtlich wider kommen? Die unsichtlich widerkunft/ leiblicher weise/ haben wir kein Schrift von. Zwinglin/ sagt auch weiter/ das Christus sprech: Jch verlasse die Welt/ und gehe zum Vatter/ und so ich nicht hinweg gehe/ so komt der Tröster nicht. Jtem/ ein kleine zeit habt jhr Mich nicht/ und aber über ein keins so habt jhr Mich/ und ich gehe zum Vatter. Jtem/ die armen habt jhr allezeit/ Mich aber nicht allezeit. Und der Spruch/ sind vil in Johanne durch und durch. Es stehet auch geschriben in der Geschicht der Apostlen/ Christus muß den Himmel eynnehmen/ biß das alles vollendet werde/ daß von Jhme gesagt haben alle Propheten. Jtem/ es stehet in der Epistel zu den Ebreeren: So Er auf Erden were/ so were Er nicht Priester: und weiters/ in der selben Epistel/ Er hat ein opfer gethan für die sünde/ das ewig giltet auf ein-

darzu leidet Er nach Göttlicher natur nicht/ sonderen menschlich / es ist auch kein verlassung in Gott / sondern allein Menschheit werden eine kleine zeit verlassen / wie im Psalm stehet / und darnach mit der Ehren Krone gekrönet: Noch einen Spruch / alß im Marco da Christus redet / von dem jüngsten tage / da spricht Christus / es weiß kein Engel die zeit wann Er kommen sol / auch der Sohn nicht sondern allein der Vatter: Sihe / hie ist aber nit anderst zuverstehen / alß der Sohn nach der Menschlichen natur / aber nach der Göttlichen weißt Er alle ding / und ist Jhm nichts verborgen. Wie auch im Evangelio stehet / diß alles schreib ich darumb / auff daß du sehest wie der schrifft art ist / und Christus art / es von ihm selber zureden: Hierumb müssen nun alle solche vorangezeigte sprüche dahin dienen / daß Christus leiblich wesentlich nit wolle hie auff erden seyn / an einigem orth / aber nach Göttlicher natur ist er / wo Er will / Er will aber nirgend angebätten sein dann im Himel / dann das Vatter-unser lehret uns / alß nemblich Vatter unser / der du bist im Himmel. Es spricht auch Christus in Mattheo / Marco / Luca / wann sie werden sagen / Christus ist hie und da / Er ist in der kammer oder wüsten / so glaubs nicht. Auß disem allem hast du leichtlich zu urtheilen: Wie du auch mir schreibest ich

solt

solt Paulum zum Elfften zu den Corinthiern ansehen / Nun hab ich ihnen wahrlich fleissig angesehen: Ich bitt dich aber freundlich und bruderlich / wollist Ihne auch recht lesen / und aufmercken auf daß ich dir anzeigen werde: Zum ersten findest du klar/daß sie seyn zusammen kommen in Corintho/und das nachtmal gehalten/ nit dermassen wie wir jetz mit unsern Teutschen und Lateinischen Messen halten / sondern gessen mit einander/ und ihr essen zusamen getragen/daß aber Paulus die Corinther schilt und spricht/ daß sie zum gericht zusammen kommen / und daß sie schuldig seigen am leib und blut deß Herzen / hat die ursach/ wie es der Text mitbringt/daß sie sich vollsoffen und verachteten solch Abentmahl und die armen die nichts hatten/ dañ welcher das veracht / das Christus im Abendtmahl hat eingesetzt/alß nemblich wie Paulus sagt/so offt ihr von dem brod essen werdet/solt ihr deß Herzen todt verkündigen/ welcher nun solches Abentmahl veracht/und darzu die armen beschemet/ der veracht die verkündung deß tods deß Herzen / der ist auch schuldig am leib und blut deß Herzen / dann welcher das werdt veracht / das Jhm Christi tod und leiden durch den glauben mitbringt/der veracht Christum/ und sein tod/ sterben und leiden/ der ist schuldig am leib und blut deß Herzen. Zum andern/ wer seinen nächsten

sten veracht / dieweil Christus unser Haubt und wir seine gliedermaß und auch Christi leiden sawol vor meinen nächsten geschehen alß vor mich/der ist schuldig am leib und blut deß Herren/dann wer meiner hand etwas thut/der thut mirs auch: und daß solches war sey/ daß solches der rechte verstand sey / so gibts das Capitel klar zum elfften zun Corinthern im anfang uñ beschluß: Im anfang/da Paulus sagt/ jr hort / wann ihr zusamen komt so helt man doch nicht deß Herren Abenemahl / einer ist drunckẽ/der ander ist hungerig / habt ihr aber nit häuser da ihr essen und drincken muget/ oder veracht ihr die nichts haben/ und soll ich euch loben hierin? Ich lobe euch nit. Uñ im beschluß schreibt Paulus: darum lieben Brüder/ wan ihr zusammen kompt/so harr einer deß andern/ uff daß ihr nicht zum gericht zusammen komt. Sihe/ hie sihestu liebe Swester/ warum sie schuldig sein am leib uñ blut deß Herren: darumb spricht Christus viermal in dem Capitul und nents brodt/ und spricht/welcher unwürdig vom brodt essen wirdet/ und spricht nicht so offt ihr von dem leibe essen werdet / oder von dem blut trincken werdet / sondern nents stracks brodt und kelch. Paulus were ohnzweifel so weisse wolgewesen / hett es sollen leib sin/ er hets also genent: So nent auch Lucas und Paulus den kelch nicht anders. Dieser kelch ist

ist ein New Testament in meinem blut: Sprich
in in diesem kelch ist mein blut. So stehet auch
bey dem wort / das ist mein leib / allwegen / da
vor euch dargeben worden / wie Paulus und
Lucas davon schreiben : Nun ist Christi leib
nicht im brodt vor uns dargeben / sondern am
Creutz: hierumb ist nun Zwinglin und Oeco-
lampadi meinung / daß man Christum geist-
lich / und sein leib und blut durch den glauben
ins hertz und nicht mit dem munde empfange /
also seye Er uns nutz. Leiblich habe Er sein
werck vollendet und seinen Geist in unser her-
tzen geschickt / der sol uns alle ding offenbahren.
Darzu sagen sie / dieweil wir verzeihung unser
sünde durch Christus leiden im glauben gnug-
samb haben / daß ewig gilt / warumb wir
uns dann viel engstigen wollen nach eine ver-
zeihung zuerlangen / sondern vielmehr solcher
verzeihung eingedenck zusein / wie St. Paulus
sagt / so offt ihr von dem brod esset sollet ihr deß
Herzen todt verkündigen / und auch desselbigen
Ihme zudancken / und uns gegen unsern näch-
sten solche danckſagung beweisen. Sie sagen
auch weiter / daß der mehrer theil aller alten
Scribenten uff ihr seiten sey / alß nemblich Au-
gustinus spricht / was bereitestu den munde
oder bauch / glaube so hastu gessen: und an einem
andern orth spricht Augustinus / wan die kind-
lein in die Kirchen gehen / so sprechen sie wir ha-
ben

ben unsern Herr Gott gesehen / und haben doch nicht unsern Herr Gott gesehen / sondern das brodt oder zeichen der danckſagung oder leibs Christi. Es ist ja war / wir nehmens in ein Sacrament / nun heist ein Sacrament auff Teutsch nicht anders dann ein heilig zeichen eines heiligen dinges / und so haben es alle alten geheissen. Christus nents auch ein Testament / ists nun ein Testament / so muß der das Testament gemacht hat nicht da seyn / sunder verstorben und nit mehr aldo / sunst weres nit kräfftig. Es ist auch nimmer zu leugnen daß Luther und Philippus Melanchthon eben solcher meinung gewesen seyen: Und darum zum beschluß so bewege solches alles wol und biß ein rechter zufeller / und henck nit an den personen / sondern an der wahrheit. Gott sicht kein person an. Ich sehe auch mehr besserung (NB.) bey den die man Schwermer heißt / dan bey den die Lutherisch seyn. Setz dein vertrawen zu dem do stehet im Psalm: Setz dich zu meiner rechten / biß daß ich alle deine feinde zum schemel deiner füsse lege: *Hæc incomparabilis Heross.*

Huc usque de doctrina Zuinglij Sacramentaria. Atque hoc scelus, hoc piaculum illud est, quod incestæ semper linguæ magno reformatori Zuinglio exprobrârunt, & cui immortuum, ipsum doluisse Lutherum, suprà Tom. V. p. 731. ostendi-

oftendimus. Ut fententiam de Transfubftantiatione (quam Apologetico nuper fcripto, monftravimus dogma effe, quod & *Scripturæ repugnet*, & *fidei analogiæ*, & *puræ antiquitati*, & *fobriæ rationi*: Dogma contrà, *novum*, *incertum*, *Scholafticorum diffidijs miferè laceratum*, & *fcandali pleniffimum*,) feliciter Zuinglius everteret, non Scylla tantùm vitanda ei erat, fed & Charybdis. Non fatis erat, unum explodi & Ecclefiæ pomærijs eliminari paradoxum; cætera omnia, quæ ἀντιτυπῶσι τῶν ὑγιαινόντων λόγων, repugnabant, removenda erant, omnia nempe, quæ vel Sacramentorum naturam inverterent, externa elementa in Idolum mutarent, analogiam fidei, eam præfertim, quæ eft de Chrifti corpore, actionibúsque ejus naturalibus, peffundarent; ut uni tandem veritati relinqueretur locus. Quid verò hic delicti? An, quòd errorem adeò craffum voluit reformatum? Imò *novitas* rei & phrafeologiæ hominem reprimere debebat, quod *VValther*. pag. 263. potiffimum urget. Novum fit, cui & Scriptura, & tota antiquitas calculum non denegat? Si ipfe hanc fententiam novam vocat Zuinglius & fingularem, non oppofitè ad facras literas, vel primam antiquitatem,

tatem, sed ad rancidas recentiorum Scholasticorum Disputationes esse intelligendu, tum alia Zuinglij scripta probant, tum cumprimis omnia contra Lutherum Apologetica, quæ extant Tom. II. p. 324. &c. Probent verò tandem; neque enim dicere satis est; quid sit illud cui novitatis jure impingatur probrum? *Verba, vel Phrases?* At cum Tertulliano, Ambrosio, Augustino Zuinglium loqui, doctè ostendit Gualtherus. *Res ipsa?* At non idem, quod tum placuit, Transsubstantiationis dogma, primæ placuisse antiquitati, satè in scriptis suis palam fecit hoc inde. Imò, quam malè Papatus, novitatis studiosissimus, novitatis ea accusare possit, quæ renovata tantum erant, luculenter satis Reformator noster vindicat, tum alibi, tum *Exeges. Eucharist.* ad Luth. Tom. II. p. 332. b. *Signa nunc audiem*, inquit, *& instrumenta. Quod per omnia templa & basilicas*, quæ cis Rhenum sunt, domicilia, in quibus Sacramenta custodiuntur, non vetustiora sunt ducentis annis, aut paulò plus, signum est, ante tot annos Eucharistiæ Sacramentum eo habitum loco, quo nos habemus. Tiguri, Urbe vetustissima, cum hoc anno aræ omnes tollerentur, nulla prorsus inventa est, quæ cum tem-

plo excitata esset. Quid? an hoc signum non est, ad octingentos hinc annos, aras nondum fuisse? Sacerdotia missalia, quæ Capellanias nostri, alij Vicarias vocant, tam Tiguri, quàm per omnes Helvetios, Argentoratum usque, vetustiora trecentis annis non inveniri, etiam ad signa pertinet. Glaronæ ac Tugij reperti sunt missales libri, non ad plenum trecentorum annorum, qui rubricas hujusmodi continent: Ac mox, ut baptizati sunt, infantes scilicet, detur eis panis & vinum corporis & sanguinis Domini. Quod multò est fortissimum omnium, eos, qui tum erant, de Eucharistia non sensisse, ut nos videri volumus; alioquin pueris infantibus non porrexissent. Mitto multa, sed non etiam istud: Quod Lucernæ, Helvetiorum pago, ea die, quam Cœnam Domini etiamnum vocamus, in cœnaculum vel aulam unam conveniunt, qui in Curia sunt Canonici & Senatores Urbis cum Præposito Collegii: Ibi legitur, nescio quid ex sacris literis aut Patrum sermonibus. Interim inferuntur vinum & panes azymi, cúmque jam tempestivum est, surgit Præpositus, & panem benedicit, his verbis: Hæc dona charitatis benedicat dextera Dei Patris.

Mox

Mox & vinum hoc modo: Hoc poculum charitatis benedicat dextera DEI Patris. Protinus religiosè edunt, qui sedent, ac circumstantibus præbent, ac simul itur in templum; ac panum infermentatorum magna vis circumfertur: Pòst, concio sequitur; quod itidem est signum veteris Cœnæ. Hoc non ideò scripsi, quasi non passim apud omnia Collegia quid simile deprehendatur; sed ut ostendam paulò tardioribus, domi habere, quo discere possint, majores nostros non sensisse, quòd corpoream Christi carnem in pane ederent, etiamsi nobiscum panem symbolicum corpus Dominicum appellârunt. Instrumenta habet Collegium nostrum Tigurinum, annos nata plus septingentos, in quibus nulla Missæ fit mentio. Ordinis Benedictini ac Bernhardini, Monachi passim inter Helvetios sic sunt instituti, ut corporis Dominici aut Missæ nulla fiat mentio in Diplomatis eorum, etiamsiquidam intra trecentos annos instituti sunt. Atque hæc omnia similiaque, si perpetuò rejicitis, vera tamen sunt potiora vestris omnibus. Ita *Zuinglius*, ubi novitatis devergendum erat contra Pontificios convitium. Non ab ultima tantùm veritate accersivit antiquitate, sed mediæ ætatis

documēta ad manus erant, quibus evincere poterat Zuinglius non novorum dogmatum se authorem; sed corruptorum & vetustate vel detritorum, vel neglectorum restauratorem, atque Reformatorem. Sed, missis Missaticis, cur Waltnerus illud non videt manticæ, quod à tergo est? Cur novitatem phraseos Zuinglio objiciat, immemo, novam magis & insolitam Ecclesiæ Romanæ primarijs doctoribus visam Lutheranam, quàm Zuinglianam? Et certè, non, nisi quatenus Berengarij palinodiæ similem suam facere studeant, magnam à Pontificijs inibunt gratiam. Non minùs alioquin Lutheranorum (fatentur, diffiteantur, perinde est) sententiam, quàm nostram, novitatis, majoris verò absurditatis insimulatam, vel solius Bellarmini judicio, palàm facere liceat. Lutherus, inquit, T. III. Controv. lib. 2. c. 1. de Sacramento Eucharistiæ p. m. 96.) scripsit, verba Evangelistæ: Hoc est corpus meum: Hunc facere sensum. Hic panis est corpus meum. Quæ sententia aut accipi debet tropicè, ut panis sit corpus Christi, aut significativè; aut est planè absurda & impossibilis. Neque enim fieri potest, ut panis sit corpus Christi. At *monitori Diabolo* suam Zuin-

Zuinglius acceptam fert explicationem? Mendacium πτεάπηχυ. Nemini hactenus, ut verborum quisque suorum esset interpres, fuit denegatum. Solus Zuinglius diram hanc suscipere cogitur legem, ut, ubi optimè sensit, nervosè & planè Theologicè rem explicuit, elegantia tamen Phraseos tum insolitæ, cujus perquàm fuit studiosus, vocis, ex Scholis non petitæ, rariori usu, lectoris offendat vel ignavi, vel ignari aures. Quàm enim heic ad cantum classici omnia sunt parata? Et doctè & graviter atrocissimam calumniam, & intolerabilem ex præmissis consequentiá, quasi, ex doctrina ipsius de Providentia DEI, aliquid redundaret ad ipsum Deum maculæ, deprecatus est; & tamen, quòd *coactionis, impulsûs*, & adhibuit verba, nudæ permissioni potiùs opposita, & necessitati hypotheticæ, dependentiæ, infallibilitatis, im̃utabilitatis, vocabulis, quibus tamen ille, Rhetoricæ studiosior, non magnopere videbatur delectari, æquipollentia, immane hoc ei scelus fuit impactum. Quod postea Scholæ, distinctione materialis & formalis, peccati abstractivè & concretivè sumti, non infeliciter conciliârunt; id Zuinglius, per opus DEI, qua absoluti Domini & judicis, & vitium

 homi-

hominis expedivit. Unde & hoc ei nomine, Reformationis tempore, à reliquis magni operis focijs, nihil fuit exprobratum. Nec poterat quicquam à Luthero metui, qui duriori etiam gaudere folitus eft phrafi, ceu libellus ejus de fervo arbitrio abundè probat, & ex eo Theod. Zuing. *Theat. Sap.* pag. 70. de quo poftea, Σ. Θ. ubi de Providentia Dei tum actuali, tum æterna, paulò diftinctiùs. Peccatum originale, Auguftini exemplo, Zuinglius morbum appellavit; & tamen præter meritum, pulfari hic debuit: *Theat. Sap.* p. 481. De *Perfona Chrifti*, quàm clarè, quàm fobriè ad mentem Conciliorum Oecumenicorum fuam etiam explicuit mentem Zuinglius; quàm modeftè, fe, hoc ipfo nomine, nulli fore moleftum teftatus eft; Tom. II. p. 356. b. & 451. & tamen, quia ἀλλοιώσεως (cujus locis citatis prolixam reddit rationem) alternationis, reciproci usûs, quàm κοινωνίας ἰδιωμάτων, fubinde uti maluit vocula, quæ undique in ipfum veluti Neftorij difcipulum conjecta fuerunt convitia? Eadem ratione, in materia præfenti, de monitore fuo, quia noluit ἢ σολοικίζειν, ἢ βαρβαρίζειν, fed tersè & eleganter, ut ab eruditis & libentiùs legeretur, & faciliùs intelli-

intelligeretur, loqui hoc ei vitio verti debebat. Indignum profectò minerval tanti Præceptoris ſolicitudine! Si Germanica Lutheri phraſis ijs torqueretur fidiculis, &, ubicunque etiam bene ſenſit, vel proverbialiter vel ἀκυρολόγως fuit locutus, in malam raperentur partem, quot portenta parturiviſſet, & monſtra? De *verbis equidem* (ita *Zuinglius* Tom. II. p. 451. reſp. ad Luther.) *ut ingenuè illud fatear, non adeò multùm ſolicitus ſum, modò illud vero ſenſu percipiatur, quod verbis ſignificari oportet.* Hac ἐπιείκειαν, cùm Zuinglius omnibus polliceatur libenter & liberaliter, cur eandem ab alijs non expectet confidenter? Sed quando huc ſemel delati ſumus, ipſum de hac re audire placeat Zuinglium ex *Subſid.* ſive *Coronid. Euchariſt.* Tom. II. fol. 249. ita loquentem: *Reſtabat adhuc haud minimus conatus, quo ſcilicet exempla proderemus, quæ nulla cum parabola conjuncta forent. Cœpimus ergo cogitare omnia, omnia revolvere; attamen aliud nihil exemplorum occurrebat, quàm quod in Commentario proditum eſt, aut quod occurrebat, erat illorum ſimile. Cùm verò tredecima dies appeteret (vera narro, adeóque vera, ut celare volentem conſcientia cogat effundere, quod Dominus impertijt, non ignorans, quantis me contume-*

iis, risibúsque exponam:) Cum, inquam, tredecima Aprilis lux appeteret, visus sum mihi in somnio multo cum tadio denuo contendere, cum adversario Scriba, sicque obmutuisse, ut quod verum scirem, negante lingua beneficium suum, proloqui non possem, qui me angor, ut solent nonnunquam somnia fallaci ludere nocte, (nihil enim altiùs, quàm somnium narramus, quod ad nos attinet, tametsi leve non sit, quod per somnium didicimus gratia Deo, in cujus solius gloriam ista prodimus,) vehementer turbare videbatur. Ibi ἀπὸ μηχανῆς, visus est monitor adesse (ater fuerit an albus, nihil memini, somnium enim narro) qui diceret: Quid*, ignave respondes ei, quod* Exod. 12.*scribitur: Est enim Phase, hoc est, transitûs Domini. Protinus ut hoc Phasma visum est, simul expergefio, & è lecto exilio, locum apud* LXX. *primum undique circumspicio, ac de eo coràm tota concione pro virili dissero; qui sermo ubi acceptus est, quemadmodum paulò pòst dicemus, omnibus sacrarum literarum candidatis, qui adhuc non nihil propter parabolæ obstaculum hærebant, omnem nebulam discussit, factúmque est, ut tribus istis diebus Cœnæ Dominicæ, Parasceves ac Resurrectionis, tantùm Pascha Christi celebratum sit, quantum ipse nunquam vidi, eorúmque numerus, qui ad alia ollásque Ægyptiacas respe-*

respectarent, longè minor esset. Hæc nempe illa Pandoræ pixis, toties nostris objecta & exprobrata! Somnium non Scipionis, non Hieronymi nimis Ciceroniani; sed Zuinglij Reformatoris, non tamen minus, quàm istud olim in Scholis φιλοβαρβάρων, (de quo Erasm. descript. Vit. Hieron.) exagitatum. Videamus verò breviter, an hinc tot clamorum sive causæ, sive occasiones natæ sint justæ. *Restabat adhuc*, inquit Zuinglius, *haud minimus conatus, quo scilicet exempla proderemus, quæ nulla cum parabola conjuncta forent.* Recitaverat Zuinglius successum disputationis habitæ in Curia cum status Secretario, *Joachimo im Grut* (hoc enim homini contentioso, & à Reformatione alieno nomen erat, de quo alibi prolixiùs;) qui, ut doctus satis erat, ita in exemplis, in quibus *Est* sumi pro *significat*, Zuinglius eruditè ostendit, properea acquiescere noluit, quòd non essent locutiones Sacramentales; sed tantum parabolicæ: Cùm tamen parabolæ etiam, & plurimùm quidem, eodem quo Sacramenta Metonymias Tropo, apud Judæos, præsertim, adeóque linguâ Hebraica, proponantur. Non ergo respectu vel causæ, vel certitudinis, quasi Zuinglio scrupulus de

re

de re ipsa hæsisset; sed adversarij sui ratiõe, eiúsque contumaciæ intuitu, *hunc haud minimum appellavit conatum.* Quàm enim diu ante Zuinglius, & receptam in Papatu sententiam rejecerit, & commodiorem prætulerit, tum ex *Commentarijs* ejus, rum etiam *Epistola* ad *Alberum*, Rütlingensium Pastorem, quam *Utingeri* manu adhuc habemus descriptam, & quæ extat Tom. II. oper. pag. 153. tum denique ex ipso limine *Subsid. Eucharist.* p. 244. T. II. manifestum est. *Fuimus*, inquit, *ante annos plures, quàm nunc conveniat dicere hujus opinionis de Eucharistia, quam & per Epistolam, in Commentario promulgavimus; sed consilium erat eam non temerè in vulgum dissipare*, &c. Nihil ergo Zuinglio, qui ex verbis institutionis, Idiotismo linguæ sanctæ, natura Sacramentorum, explicatione Christi, tota antiquitate persuasus esse poterat; Verbum *Est* hoc loco idem esse, quod *significat*; deerat: Aliorum tamen, sive inscitia, sive contumacia calcar addidit, ut doctrina, eorundem judicio adhuc obscurior, exemplis parallelis clarior redderetur. Id quod Ecclesiæ factum fuit minimè insolitum; ut emergentibus pugnis, veritas prodiret manifestior. Nunquam S. S. Trinitatis, gratiæ divinæ

divinæ, &c. Majestas, luculentiùs fuit asserta, quàm cùm tenebriones mysterijs illis tenebras offnndere fategissent. Ita ergo illud, quod perspicuum satis erat ijs, qui attentas præbuerunt aures ad conversionem; accuratiori scrutinio examinandum restabat, ad hostium vel convictionem vel confusionem. Nihil enim desiderabat Secretarius, quàm ut hanc Metonymiam, in Sacramentalibus etiam locutionibus locum habere *Zuinglius* ostenderet; qua facta demonstratione, ipse tacitus veluti maus porrigere jam videbatur. Totū quippe negotium cùm esset confectum, & *Zuinglius* exemplis, quibus *Est* ponitur pro *significat*, Secretarium adobruisset, die 12. April. 1525. Senatus decretū totius Ecclesiæ nomine fuit ad hunc ferè modū secutum: *Eucharistia, Deo volente, juxta institutionē Christi, Apostolorumq; ritū posthac utiminor: Infirmis ac in fide adhuc tardioribus fas esto hac vice tantūmodo vetere more uti.* Triumphum igitur agenti Zuinglio, idem quod victori accidit, & strenuo belli Duci, qui noctu sæpe somniat, quæ diurna versavit manu. Reformatoris aures pridie perpetuo cocysmo Secretarij opplebantur: *Verba Cænæ non esse parabolica; nec proinde impropria*; Cumque in tanto strepitu, selectus statim armorum

rum, in promtu non esset, qui audacioris adversarij jugulū peteret; *Cogitare capit omnia, omnia revolvere, attamen nihil exemplorum occurrebat, quam quod in Commentario proditum est:* Id verò quantum erat, quantáq; δεινότητι expositum? Rem ipsam Zuinglius jam antea expendit, & tum ex Historia institutionis, tum Apostolicæ explicationis luce operosè monstravit, non posse verba de præsentia carnis Christi, hactenus credita, intelligi; quæ omnia ordine refert in *Comment.* Tom. II. p. 207. &c. Quid si alia jam argumenta non suppetijssent? Aut morosiora ingenia non acquievissent; an propterea illa non sufficere poterant? Quot, quæso, Scripturæ sunt mysteria claris quidem; sed paucis tradita verbis, & in quibus ingenia desultoria semper habent, quod rodant, an ideo veritati periclitandum existimabimus? Non numero, sed pondere agit Theologus. Non ergo de re ipsa, toties jam vindicata, Zuinglius erat solicitus, de argumentis aut per se necessarijs, aut in se sufficientibus; sed de ijs, quibus se partibus adversis accommodare debebat, ut eriperet, quæ pertinacissimus adversarius pertinacissimè urgebat. Hæc dum agitaret interdiu consilia, noctu etiam eundem occu-

occupârunt: An verò vel novo, vel insolito exemplo? Certè, qui literas seriò tractant, non vigilantes tantùm; sed & dormientes loquuntur, ratiocinantur, & ea sæpe, de quibus interdiu non semper cogitârunt. Nec putem, vel ultra rationis, vel Naturæ beneficium assurgendum, si dicamus, non planè abludere à vero illud Poëtæ:

Omnia quæ sensu volvuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.

Studia quoque (ita ipse *Balduinus* lib. III. de cas. conscient. c. 6. p. 601.) *atque labores, quibus aliquis diu est assuetus, somnia pariunt similia, de piscibus & aquis somniat piscator, de armis & bellis, sonitúque tubarum & bombardarum, miles.* Qua de re *Augustinus* scribit lib. de Spiritu & anima c. 25. *Secundum studia, quæ quisque exercuit, somniat, & solitarum artium simulacra, in præsentia mentis impressa apparent in somniis. Juxta etiam infirmitatum diversitates diversa accidunt somnia; etiam secundum morum & humorum diversitates variantur & somnia.* Vix aliquis reperietur homo studiosus (repeto verba magni *Riveti*, Exercit. in Gen.

Gen. c. 28. p. m. 478.) qui simile non senserit, dormienti nempe visum fuisse, vel quòd in libris aliquid legeret, vel cum aliquo disputaret, aut ratiocinaretur, quem antea non meminisset sibi visum. Talia somniorum genera inter naturalia & penè ordinaria referuntur. Quid mirum ergo, si Zuinglius, post varias meditationes & disputationes sibi visus sit iterum cum adversario disputare, & qui sæpe antea locum illum Exodi legisset, cujus vigilans non meminerat, sibi repræsentaverit aliquem monentem de loco, ad rem, quæ agebatur, apto? Quid in eo potest notari atro calculo, nisi ab ijs, quorum atram litem Dæmon commovit? Nam si res ipsa, & somnij materia consideretur, nihil est curiosum, nihil præter naturam, nihil quod vigilanti objici non possit; nihil præterea animadverti potest tetrũ, obscœnum, aut crudele, aut tale quid, cujus ad dæmonem debeat referri, aut possit suggestio. Et tamen, toties moniti, toties edocti sua semper oberrantes chorda, qui Zuinglium, contra charitatis regulam, & præcipua veri Christianismi elementa pessimum vellent; somnium illud, quod castum, pium, naturale est, ubique Dæmoniacum traducunt. *Sunt autem* (ita enim

enim *Balduin.* l. c. p. 602.) *somnia à Diabolo, cùm abducunt hominem à verbo ad impiā doctrinam, quæ prætextu revelationum & visionum divinarū pingitur, &c. Qualia fuerunt, &c. Zuingly & sociorum, qui interpretationes Scripturarum ex somnijs petebant, cujus illustre exemplum est in ipso Zuinglio, qui se interpretationem verborum Cœnæ* est, *pro* significat, *ex revelatione Angeli, quem, num ater fuerit, an albus, dubitavit, in somnio se habere scripsit*, T. II. Zuinglij ergo discipuli, (quo nomine illi potissimum, qui Helveticæ Confessionis sunt socij,) interpretationes Scripturarum ex somnijs petant, qui disertis in Confessione verbis caverunt, *aliud Dei verbum neque fingendum, neque cælitus expectandum; eámque duntaxat Scripturarum interpretationem pro orthodoxa & genuina agnoscendam, quæ ex ipsis petita est Scripturis:* Confess. Helvet. cap. 1. & 2. Zuinglius interpretationem cœnæ Angelicam jactârit, qui nec Angeli in Historia memorata meminit, nec quicquam monitori tulit acceptum, quàm quòd, loquendi formulam, quæ *Est*, sumit pro *significat*, in Sacramentis etiam habere locum, (non confictis, aut tortis, sed in sacris obvijs,) evidenter probari posse, ostenderit exemplis. *Dubitavit tamen, albus an ater fuerit?* Ergo ater? Ergo Diabolus?

Idem Zuinglius eo ipso *Subsidio Eucharist.* pag. 24. de Scriba, sibi notissimo, adversario suo, quædam commemoraturus: *Scriba*, inquit, *quidam (qui albus an ater sit, non est hujus instituti dicere) fortè surrexit*, &c. Num & hic cavillandi locus? An vel de genio, vel Cacodæmone sermo? Quid quæso, attinet adeò prodigiosè in re sacra vel mentiri, vel falsum testimonium, contra apertissimam lucem, dicere? Ad tribunal certè Grammaticum relegandi sunt, quos deinceps imperitiam suam, in tanta luce, prodere non pudebit. Cicero, Marcum Antonium pro spiritu, genio vel bono, vel malo non habuit, & tamen scripsit. *Rubrium Cassinam, cujus hæreditatem petebat ignoràsse, albus ne an ater esset.* Ita *Catullus* de Cæsare:

> Nil nimium studeo, Cæsar, tibi velle placere,
> Nec scire, *utrum sis albus an ater homo.*

Et *Hieronymus* contra Helvidium: *Ego ipse, qui contra te scribo, cùm in eadem urbe tecum consistam, in qua balbutis & erubescis, albus, ut ajunt, an ater sis nescio.* Ego verò Diabolum (ita audacter *VValtherus* lib. c. p. 266.) fuisse statim commodè probatum da-

dabo quintuplici argumentorū genere. Satis confidenter. Quàm vellem, doctos cæteroquin, & cautius mercari didicisse, & ante victoriam non adeò præcipites canere ἐπινίκιον! Magnæ profectò temeritatis est, in rebus adeò arduis, & verè tremendis ἐπιχαιρεκακίαν libentiùs testari, quàm Christiano dignam συμπάθειαν. Sed videamus, breviter, an repererit Waltheri, non quod pueri in faba. *Primum* argumentum à *Zuinglio-Calvinianorum indole & complexione, qua primipili ipsorum, inde à pueris, Enthusiastis, quorum ortus est ex Cacodæmone, se se associârunt*, accersit. Illi, qui Enthusiasmum, Libertinismum, Schuenkfeldianismum, Weigelianismum, monstra & portenta, quæ ex Lutheranorum magnâ partem prodierunt Scholis, omnium felicissimè, quod scripta nostratiū loquuntur, prostraverunt, parasiti illorum sint & obstetrices: Illi, qui, desperatâ apud alios medicinâ, ad nostros relegati sunt: qui, ut à fanatici Spiritus suggestionibus liberari possent, *Zuinglium*, & *Zuinglij* discipulos consuluerunt (luculentum exemplum suprà habuimus in *Zuinglio*, p. 247. *Bullingerus* verò, Zuinglii discipulus specimen dedit in Felice Thannero, homine cumprimis in S. Sc. injurio, quem Celsiss.

Landgravius Hassiæ Tigurum, veluti sophronisterim, tum ablegaverat,) eosdem tamen væsaniæ suæ socios habeant? Si Carolstadius, Lutheri collega, faventior Schuckfeldio fuit, quid miremur? Magnus enim ipse Schwenkfeldius initio Lutheri fuit hyperaspistes, cujus etiam causam edito libello contra Episcopum Uratislaviensem, fortiter egerat: Donec sententiâ, de corporali præsentia corporis Christi, offensus, secessionem ab Ecclesia Lutherana fecit, non, ut nostræ accederet; sed ut eidem veritatis fortius defendendæ materiam præberet. Nec propterea, quod in quibusdam religionis capitibus, confusi ingenij, Nobilis ille Silesius, reliquit vestigia, in omnibus planè, ijs etiam, quæ rectè docuerat, vel à Carolstadio, vel ab alijs; qui non ad eum, qui dixit; sed ad id, quod dictum erat attendendum, didicerant; erat deserendus. Hæc verò omnia quid ad Zuinglium, si alij, sive Carolstadius, sive Bucerus, vel in Schwenkfeldium faciliores fuerunt (de quo tamen suo tempore) vel somnijs etiam addictiores? Zuinglio certè non εἰς ἕξιν μεταβεβηκέναι, anxia sua solicitudine, & prævisis invidiæ & calumniæ telis, satis est idem testatus. Sed facilè auguror, quid *VValtherum* urat. Ægrè fert,

quòd Carolstadium, *hominem*, Melanchtonis judicio *ferum*, *sine ingenio*, *sine doctrina*, *sine sensu communi*, & exceperit Zuinglius, & ejusdem patrocinium publicè susceperit. Ergo & hoc flagitium est, hominem propter Christum, bonámque causam exulem, recipere? Non Helvetiorum primùm; sed Argentinensium factum est commendationibus, ut Zuinglius (qui tamen ipse quid in eo desiderârit, & quàm multa, de quibus rectè senserit, veluti tyro minus commodè defenderit, exposuit Tom. II. p. 244. a. b. præsertim pag. 340.) hominem, desertum undique atque jactatum, & admitteret, nihil tale de se meritum, Tom. II. pag. 244. suprà pag. 253. & commendatum deinceps haberet. Sed *ferus fuit*, *sine ingenio*, &c. Unde hæc sive austeritas, sive feritas, jam suprà *Capitonis* verbis p. 253. expressimus. Rebus secundis, ut plurimùm, insolescimus, neque cujusvis est ridentem ferre fortunam. Alius fuit initio certaminum, cùm dubium aleæ eventum expectaret, alius postea inter triumphatos adversarios evasit, id, quod luculentissimo assertum ivimus testimonio *Petri Mosellani* ad Pirchheimerum, de colloquio Lipsiaco, Tom. VII. p. 623. Sed *ferus* fuerit

Carolstadius; propterea non curandus? Indoctus fuerit, quid verò hoc ad Zuinglij somnium? Si omnes illi, qui in consortio suo duros tolerant, immoderatos, vehementes, importunos, eodem semper laborarent contagio, malè olim moderatissimi Melanchthonis famæ fuisset consultum. *Secundum* argumentum, *in fallaci somniorum conditione*, nos non ferit. Scimus equidem ubi multa sunt somnia, ibi plurimas vanitates, sermonésque innumeros, *Eccl. s.* 5. 6. Et rarissimè contingere, *ut Deus per somnia quid moneat electos suos*; neque tamen nescire debemus, & *hoc*, etsi rarius, fieri; & *illud* de vanis, confusis, extravagantibus (Arab. non ineleganter אצעאת אלאחלאם appellabant ex Alkor. *Surat.* Josephi) intelligendum somnijs. Nihil Zuinglius somniavit, quod vel novitate absurdum, vel impietate horrendum, vel vitiositate aversandum fuisset. Continuavit, quam interdiu suscepit, disputationem, noctu etiam; non ut doctrinæ suæ, cujus certissimus jam erat, majorem per somnia expectaret πληροφορίαν, sed ut contentiosi Disputatoris toties repetito desiderio satisfaceret. *Rarissimè*, inquit *Waltherus*; *hodie contingit, ut DEVS* per

per somnia quid moneat electos suos, idque in externis duntaxat periculis, quæ etiam ab aliys vulgaribus & purè naturalibus somniys, quibus non adeò est fidendum, nullo negotio possunt dignosci, partim ex consideratione personæ, si pia sit; *partim* ex analogia rerum, *partim* ex repetitione, impressiori fortiori, *aliisque circumstantiis, & maximè* ex eventu, *qui si non respondet, facilis conjectura de somniorum futilitate.* Εάλως, αἷς ὕφηνας ἄρκυσιν, *implicatus es laqueis, quos contexuisti,* inquit *Orthodox.* ad *Eranist.* apud Theodor. Dialog. II. Neque enim alios Zuingliani somnij agnoscimus characteres. Favet *Pietas* Pietatem enim, cum doctrina, ingenio, φιλοπονίᾳ, quæ ei libenter largiris, pag. 294. pridem eruditorum chorus ἀναντιφθόνως adjudicavit. Favet rerum *analogia.* Nihil non, quod ad rem ipsam, secundùm quietem, Zuinglius audiverat. Νέφος μαρτύρων in promtu erat, *Est*, hinc inde in sacris literis, accipi pro *significat*; illud exercitatissimum adhuc exercebat, ut, tum ex genio Linguæ sanctæ, tum Sacramentorum natura, in sacramentalibus etiam locum habere adversario subtiliori ostenderet; quod & κατ' ἀναλογίαν, postea feliciter factum est. *Circumstantias* nobis, textûs συνάφεια facilè

conciliat. Dormiens somniavit, quæ vigilans antè tractavit. Neque *eventus* deerat. Nam & locus *Exodi* à monitore indicatus, in promtu erat; & applausus populi, & adversarij ipsius conditio, ad ravim & nauseam inculcata, de Sacramentalibus locutionibus, suffragantur. *Sed quod doctrinam attinet*; addit Waltherus; *ipsam, & articulos fidei Christianæ & religionis, certum est & indubitatum, scribit D. Hunnius, Deum per somnia non agere: sed tantùm per verbum suum.* Ut vel ex *VValthero*, vel *Hunnio* hoc disceremus, non erat necesse. Jam ex Apostolo didicimus, hausimus, ne Angelo aliud Evangelium præconianti, adhibendam fidem. Et nostri id ipsum clarissimè jam, 1. cap. *Confess, Helvet.* toti testati sunt orbi Christiano. Nec nos vel Zuinglio, vel cuiquam alij, qui nova, & revelatæ voluntati contraria, per somnia obtrudere conatur dogmata, veniam poscimus. At de veritate, veritatis studiosis nullas noctu, alta quiete, illabi cogitationes, aut discursus: Eos, qui, post diuturnas occupationes, ad somnum se composituri, pijs de rebus sacris, gravibus disputationibus indormiunt, animæ, nec dormientis, nec morientis, nulla habere exercitia, & in somnio de ijs etiam, de

de quibus vix ante per febrim cogitârunt, ſolicitè ſæpe diſſerere, id verò negare, quotidiana nos experientia minimè ſinit. *Tertium*, Waltheri telum, ab *inſidioſiſſima verbi divini depravatione*, aliquid in receſſu haberet, niſi puerilem principij petitionem committeret. Indignatur Zuinglio, quòd *Monitoris iſtius conſilio, aſtuto ſatis & fraudulento, homines abducti ſint à clariſſima verborum inſtitutionis litera, ad proprij cerebri figmenta. Dum enim Salvator nos edere jubet & bibere, quod nobis in Cœna porrigit, & de illo expreſsè & dilucidiſſime pronunciet*; Eſſe corpus, ſanguinémque, & quidem corpus illud ſuum, quod pro nobis traditum ſit; ac ſanguinem illum ſuum, N. T. qui effuſus ſit pro remiſſione peccatotorum, *Monitorem hoc ſuuque deque habere, id nequaquam* Eſſe; *ſed ſaltem* ſignificare corpus & ſanguinem, *nimis audacter, impiè, impudenter & blaſphemè eructare.* Sed geminas vidit Thebas, qui Monitorem de ipſis Cœnæ verbis loqui exiſtimat. Zuinglio hærenti, an alibi, ubi de alijs Sacramentis ſermo eſt, Metonymica hæc, qua *Eſt* pro *ſignificat* accipitur; loquendi formula adhibeatur, Monitor locum *Exodi* cap. 12. ſuggeſſit. In ipſa Cœna Domini *Eſt* pro *ſignificat* ſumi, Zuinglius longè an-

 te

te & doctè asseruit, & constanter defendit. Cur igitur in Monitorem rejiciatur, quòd Zuinglius suum esse nunquam negavit? *Blasphemum tamen & impium est, clarissima Salvatoris verba pervertere.* Imò, si quid impium, hoc maximè, censemus. Neque enim emortualia vel Testamentaria verba, absque impietate sacrilega, mutari, vel possunt, vel debent. Ubi verò vel veritatem, vel perspicuitatem verborum Zuinglius unquam vocavit in controversiam? De modo tantùm significandi disceptabat, mediatus esset, an immediatus, proprius an tropicus? Tropicum esse, nec Lutherus, nec Lutheri discipuli, nisi suæ simul hypothesi renunciare velint, inficiari audebunt. Aliud enim utique verba volunt, *Hoc est corpus meum:* Aliud, *in, cum, & sub pane est corpus meum.* Si per Lutheri Tropum perspicuitati, nihil derogatur, cur Zuinglius hoc nomine vapulet? Quid, quòd ipsa Waltheri quædam verba necessariò locutionis improprietatem requirunt, quædam pleniorem ex Evangelica Historia explicationem. Verba enim ab ipso, in causæ ipsius subsidium, nempe, *Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur;* prolata, vel eo certè nomine, quòd non illud ipsum corpus, per inclusionem, discipulis fuerit distributum, quod

in remissionem peccatorum frangendum erat; propriè & literaliter intelligi non possunt. Illud enim semel tantùm verè fuisse fractum, in ara crucis, & eventus docuit, & Paulus *Epist.* ad Hebr. pluribus confirmat. Quæ verò de poculo ex *Matthæi* c.26.v.28. *VValtherus*, compendio suo, protulit verba, ex *Luca*, pleniùs explicata, afferre debuisset. Ita enim *Luca* c. 23. v. 20. legimus: *Hoc poculum est novum illud Testamentum, per sanguinem meum, qui pro vobis effunditur.* Annon vero hîc tot ferè Tropi, quot verba? Aut num de poculo propriè intelligimus, quod illi, quod in poculo, competit? Vel num ipsum, in poculo, vinum, novum esse poterat Testamentum? Aut denique ipse, vino significatus, sanguis Testamenti propriam subire poterat nomenclaturam? An sanguis ille Novi Test. alibi, quàm in ara crucis erat effusus? An effundi idem debet quotidie, cujus una tantùm effusione peccatorum remissio fuit acquisita? Credant, quæsumus, qui hanc ultra seculum serram reciprocârunt, non prolubio nobis esse, ut vel controversijs turbetur Ecclesia, vel tot modis desiderata illa careat pace, vel conscientiæ etiam nostræ adeò periculosè saucientur. Cur traduci in deli-

cijs.

cæ admittere potuerint proprium illi, qui & scientiam ad examen ejus attulerunt, & conscientiam, tot scriptorum plaustra loquuntur. Ægrè fert *VValtherus*, negâsse quosdam, veluti Lutheranorum fabulam, quæ de Zuinglij monitore vulgò nota sint. Ipsam Historiam, nemo quod sciam, in controversiam vocat, utpote in scriptis Zuinglij obviam. Nectamen ea vel sinceritate, vel dexteritate *Schlusselburgius*, cujus unius motu tot fluctus in simpulo excitat, in Historijs Helveticis versatus est, ut fidem mereatur; Vide *Biblioth. nost.* pag. 154. Illud verò veluti calentissimum jure rejicitur mendacium, quando Angelicam alij, alij Dæmoniacam, temerario ausu, ex phrasi proverbiali fingunt, Zuinglióque adscribunt apparitionem. At *non est nobis*, inquit Waltherus, pag. 300. *pepo pro corde, nec ferrum pro fronte, non fungus pro cerebro, non adamas pro conscientia, neque in libidinem mentiendi adeò petulanter, & procaciter sumus projecti, ut suspicione gravare velimus innocentes*: Nam & nos sub Deo sumus, Gen. 50. v. 19. *quia quæ nos meditamur, loquimur, scribimus, gerimus, videt, auditque, cui æquè nobis reddenda erit ratio omnium cogitationum, verborum,*

rum, ſcriptorum, factorum, Matth. 12.36. Rom. 2. v. 16. Nec nobis, *ὦ ματιολοιχὲ*, vel cornea fibra, vel

αἰεὶ κραδίη στερεωτέρη ἐστὶ λίθοιο:

Nec nos adeò vel officij immemores, vel charitatis negligentes, vel Scythæ mali, vel vitæ prodigi, vel famæ decoctores deſperati, vel contradicendi pruritu infecti, vel denique cedere neſcij haberi volumus, ut, niſi periculum ex ſenſu literali videremus præſentiſſimum, tot difficultatibus, jurgijs, convitijs, contentionibus, anathematibus, vel apertam palinodiam libenter non præferremus. *Quartum* Waltheri argumentum, *à propoſitionis conſideratione petitum, ita habet: Monitor*, inquit, *ſcriptum eſſe* Exod. *Zuinglio dixerat*, Agnus eſt phaſe, hoc eſt, tranſitus Domini. *Verùm, nuſquam extat hæc propoſitio, neque ibi, neque alibi, quod infra pluribus patebit.* Hic verò ſorex ſuo ſe indicio maximè prodit. Nempe vellent, qui loquendi formulas Sacramentales adeò præfractè negant, nihil tale de agno paſchali extare: Id quod ad Calendas Græcas non obtinebunt. Ingemiſcimus interim, ne id à doctis cæteroquin Viris impetrare nos poſſe, ut bona fide nobiſcum agant, verbáque noſtratium tot criminibus

nibus falsi onerare desinant. *Monito*
Zuinglio dixit: Agnus est phase. Ubi verò vel
gentium, vel locorum? *Quid ignave* (hæc
Zuinglij referentis verba sunt,) *respondes*
si, quod Exodi 12. scribitur: Est enim Pha-
se, hoc est, transitus Domini. Hæc ver-
ba nuspiam extent? Inspice, *Exod.* 12. v.
11. Hebræos (si de verbis dubites) fon-
tes: Rivulos inspice, *Græcos, Syros, Ara-*
bicos, Samaritanos: Vulgatum cum primis,
qui remoto sipario, ipsam etiam Zuinglij
habet ἐξήγησιν. Quid si verò sensum expri-
mere maluisset Zuinglius, &, tuis ver-
bis mutuatis, dixisset: *Agnus est phase,*
an propterea quicquam peccâsset? Tuo
judicio, Walthere; sed non, vel Scriptu-
ræ testimonio, vel legitimæ consequentiæ
beneficio, causâ bonâ cadet solidissimus
Scripturæ interpres. Etsi enim non igno-
remus, cœlum multos propemodum ter-
râ miscere, ut ne; quod tamen sic satis
jam vindicatum à nostris est; demonstra-
tivum זה ad agnum paschalem referunt,
nunquam tamen adeò claræ Scripturæ, &
locutionum Sacramentalium consuetudini
tenebras offundere poterunt. Expendan-
tur, quæ contra Pontificiorum exceptio-
nes habet *Rivet* in Exod. c. 12. 11. & nos
breviter, tum in *Apolog. Eucharist.* p. 16.

40. tum in *Bibliothecario nostro* p. 347. & *Ennead.* p. 152. observavimus. Sed hanc propositionem, *neque ibi neque alibi extare, infra se probaturum* magnificè Waltherus jactat. Nos contrarium jam evidenter, locis citatis, probâsse speramus, si quid verò attulisse videatur vel *VValtherus*, vel alij, contra receptam veterum, & probatam recentiorum, de locutionibus Sacramentalibus sententiam, illud, ut suprà monuimus, suo loco, ubi materiam Reformationis examinandam susceperimus, (modò vitam Deus concesserit, & vires) lector à nobis expectet. De ultimo argumento, quod valde est puerile, & quod parœmiographi ne titivillitio æstimârint, non sumus multum soliciti. *Quintum*, inquit, *est, à propria Zuinglij subdubitatione. Titubanter is & animo fluctuanti factum enarrat nudum, & adjicit, se non meminisse, ater fuerit an albus.* Titubanter? Quàm rectè in te illud, de Demosthene, Homeri:

Δεινὸς ἀνὴρ τάχα κεν ϗ ἀναίτιον αἰτιόῳτο.

Forsan & innocuum culpet vir sævus & acer.

Non titubans, non fluctuans; sed aperta; proverbialis tamen est locutio, quâ simpliciter & categoricè; suo tamen more, eleganter exprimere voluit, monito-

nitorem sibi ista suggessisse; qualis tamen, aut quis fuerit, se cum ignarissimis juxta ignorare. An hoc est titubare aut fluctuare sermone? Et quercum suâ citharâ demulsit Orpheus, unde illud veterum καὶ δρῦς μαινὰς ἐγένετο. At, quibus Zuinglio somnium Diabolicum obtrudere semel est constitutum, illos sanè echinis asperiores, planéque intractabiles reperias. Nostratium explicationes, demonstrationes, authoritates Classicorum, eorum etiam, qui extra partium sunt studia cõstituti, ceu algâ viliores, contemnuntur: Ipsi, veluti Pythagoræ, oraculum haberi volunt. *Ad proverbialem morem se se conferunt quarti,* (*pergit* Waltherus; quorum sententiæ & nos accedimus, de reliquis proinde tribus excusandis minus soliciti,) *& cumprimis pristini Heidelbergenses, qui & ex alijs Zuinglij scriptis, & ex Erasmi Chiliadibus exempla se petere posse autumant, sed & hoc est extra Rhodum saltare, siquidem 1. nos non tantùm attendimus phrasin illam, ater an albus fuerit? Sed unà omnes facti circumstantias. 2. Quo fundamento vel in speciem probabili adversa pars evictum dabit, Zuinglium respexisse hic in recensendo somnio ad dicendi modum? Si maximè digitum eò intendisset, dicere tamen non potuisset,*

in memoriam revocare, (quo somnijs nihil est usitatius,) potuerit, monitoris vel formam, vel conditionem: Eúmq;, qui simpliciter dicere volebat, non occurrere, quis monitor fuisset, παροιμία dixisse, *albus an ater sit nescio. Quo verò fundamento vel in speciem probabili evincemus, Zuinglium hoc loco attendisse ad loquendi modum?* Imò, quo vel colore adversarij probabunt aliud Zuinglium intendisse? Quis enim unquam, phraseologiâ illâ, extra proverbij usum fuit usus? Solus adeò ineptus fuerit Zwinglius, ut nesciret, quid æra lupinis distarent, propria ab improprijs differrent? Non ergò, uno tantum modo inscitiam suam produnt, qui, unde Zwinglium ad proverbialem attendisse locutionem constet, quærunt, cùm, extra proverbij usum, bonæ notæ authoribus planè ignotam esse, extra controversiæ aleam ponere deberent. Quod subjicit: *Si vel maximè digitum eò intendisset, dicere tamen non potuisset: Monitor num candidus fuerit? num fraudulentus? cui fides adhiberi debeat? aut nequeat?* id verò tantum non malitiosum est. Cur enim de forma, quæ vigilanti postea, ut fieri solet, excidit, ita loqui non potuerit externa, cum de fide & candore Monitoris nihil occurreret, quod vel suspicionem excitare debuisset? Bonum

Monitorem fuisse, Zuinglius vel hilum dubitârit, qui gratias DEO egit pro eo, quod didicit? Qui a monitore non rejectus fuit vel ad Fabulas, vel ad Scholasticos, Lombardum, Nicolaum Papam, Cardinalem Cameracensem, columnas sententiæ Lutheranæ? Quòd in ea veritate, quam Spiritus sancti ductu jam confessus erat, confirmabatur, *Joh.* 14. 16. & 1. *Joh.* 2. Cùm nihil planè haberet somnium illud, quod malo genio acceptum ferri debuisset. *Ipsa tamen phrasis infausti ominis est.* Id verò Judæo persuaseris, non mihi. Habuerint in damnandis olim reis atri lapilli usum infaustum; fuerint & illi rationes suæ, qui nigrum cavere jussit; affinis phrasis speciem habeat oppositionis definitæ; hoc tamen loco ne fidiculæ quidem ejusmodi extorquebunt sensum. Nec enim Zuinglius *qualis*, sed potiùs quis *non* fuerit; nec Tros, nec Rutulus; exprimere in animo habuit. Aut quis vel ambigere sustineat, Zuinglio plus satis compertū non fuisse, adversarium suum, *Joachimum Secretarium*, hominem astutum, versipellem, quem etiam sic satis graphicè depinxit, & qui, cum ab Amplissimo Magist. Tiguri. Romam in causa Civili ad Pontificem ablegarētur, non potuit non

virus

virus suum in Zuinglium, sequenti mox
anno 1525. evomere. Verba Secretarij
ex originibus ad Amplissimos Proceres
Tigurinos ita habent : Aber für euch
selbst sag ich noch das / wie ich dick offentlich
vor euch/und auch ihme under augen gesagt
hab/des Sacraments halb / das der Mann
jrre/ das sag ich nach / und wird ihm darin
nichts nachlassen : und ich wolt lieber / daß
ihr mich hetten daheim gelassen / so hette ich
können die geschrift erlesen ; so hand ihr mich
herein geschickt/das komt mir übel : und so bald
ich weil und platz mag haben / wird ich darum
nicht unersucht lassen : das söllent ihr von mir
guter meinung verstehen / und es eueren bi-
derben leuthen in der Statt und auf dem Land
von mir frölich sagen / und ich het es langest
gern gethan / so hat es sich nit wollen schicken :
Ihr wüsset auch wol/wie gern mann es gehört/
wann ich es hab angerührt. Hæc Secreta-
rius Româ, ut animum suum in Zuingli-
um porrò explicaret. Sed vana sine vi-
ribus ira ; & bruta ex Capitolio Romano
erant fulmina. Qui cominus antè nihil
profecerat, quid eminus effecisset? Do-
mum autem reversum non observo quic-
quam in negotio Eucharistico tentâsse :
Convasatis potiùs rebus suis Tiguro Secre-
tarius migravit, sedémque alibi quæsivit.
Tot

Tot nominibus, comminationibus Joachimus ille (de cujus legatione Romana plura diximus, T. V. p. 551.) Zuinglio innotuit, & tamen, cùm certis de causis hominis tum nomen exprimere nollet, simpliciter dixit: *Scriba quidam, qui albus an ater sit, non est hujus instituti dicere.* Quo ergo cunque sensu aliis hæc loquendi formula sumatur, certum tamen est, Zuinglium non ad qualitates internas, sed externam Monitoris speciem respexisse, & non qualis, sed quis esset, excidisse. *Aliud tamen omnia volunt apud Erasmum exempla!* Imò nec *mens*, nec *exempla*, nec *homogenea*, glossæ confictæ, patrocinantur proverbia. Non *illa*, solet enim dici de homine (toto subjecto, seu supposito, non ejus qualitatibus) vehementer ignoto. Non *ista*. Solius *Hieronymi* exemplum satis perspicuè indicat, non vel de candore, vel fraudibus *Helvidij*, scrupulum hæsisse, cujus & blasphemiam nigro theta notabat, quémque nobilem factum ajebat ex scelere; sed quòd, veluti hominem obscurum, & quem, ante blasphemiam illam vix de nomine quisquam novisset, adeò non curârit, ut etiamnum, albus an ater, i. e. quis esset, sine ullo detrimento ignoret. Porphyrionem quidem, observat, ad-

admonere, Horatium, proverbiali figura atri nomine intellexiſſe malum, albi bonum,

Vultu mutabilis, albus & ater.

Sed δὶς διὰ πασῶν hæc diſtare, nemo, niſi qui ne inter apia quidem verſatus eſt Grammatica, inficiabitur. Aliud eſt; *albus hic & ater*, verſipellis, aſtutus, callidus, qui ut ſcenæ inſerviat, hypocritam agit, modò albus, modò ater. Affirmativa hæc eſt definita; at altera, albus an ater ſit, neſcio, indefinitè negativa. Ego certè, qui Dn. Waltherum virum doctum veneror; *albus* tamen an *ater* ſit, neſcio; nunquam eum vidi, utrum *albus & ater*, ipſe viderit; Domino ſuo ſtat, caditque, ego neminem, præjudicijs onerare ſoleo: Ægrè in hanc arenā pertractus. Sed & *homogenea proverbia*, ſignificationem noſtram confirmant. Unde idem *Eraſmus* p. m. 267. *Non novit natos.* SIMILLIMA huic figura eſt, natum non novi, pro eo, quod eſt prorſus, ac modis omnibus (NB) ignoro. Ita ipſe *Eraſmus*, optimus verborum ſuorum Interpres, ſe explicat, & nobis pro lubitu ſenſum fingere & refingere liceat? Quid, quòd ipſis Arabibus, non multum diſſimili ſenſu, παροιμιάζεσθαι placeat, cùm, cui nihil reſponſum eſſe vo-

lunt, dicere assolent, מא רד עליה סורא ולא ביצא *non est ipsi responsum, nigrum vel album*, i.e. nihil. Nempe, ut rectè monuit *Erasmus*, affine quoque proverbiũ, novit quid album, quid nigrum, hunc etiam admittit sensum: Novit id, quod nemo vel indoctus ignorat. — Videtúrque tractum à priscis illis mortalibus, qui duos tantùm naturales colores noverant, album & nigrum, teste Pompejo. Ut ergo de re indefinitè negata, proverbio veteres dixerunt, *nec album, nec nigrum respondit*, id est, nihil prorsus: Ita externam constitutionem indefinitè inficiaturi, albus an ater sit, nescio, proverbialiter iidem enunciârunt. *Usus ergo proverbii*, ita infert Waltherus; *alibi repetitus hic nihil facit, quia ibi semper intellexit vel candidum, vel fraudulentum, quod hoc loco scire & dicere non potuit*. Sed somnium Waltheri hoc est, non Zuinglij assertio. Detur vel unicum ex Zuinglij scriptis exemplum, ubi sensu Waltheriano, phrasin illam acceperit? Exemplum modò allatum è diametro repugnat. Noverat Secretarij astutiam, versutiam, contranitendi studium, si quisquam alius optimè, quam &, Romam missus, virulento in Zuinglium calamo expressit, & tamen quod tum nomen ejus

jus (non qualitates, quas ibidē descripsit,) latere vellet, albus an ater sit, nescio, dixisse satis erat. Sed & utrum candidus an fraudulētus Monitor ille fuerit, quomodo ignorârit, qui Deo pro re in expectata, monito saluberrimo, ex ipsis Israëlis fontibus petito, gratias egit? Qui omnem donationem bonam, omnéque munus perfectum à Patre luminum descendere pridem novit? Qui secundùm quietem didicit, quo & se magna liberare potuit difficultate, & alijs satisfacere in re gravissima. Ignorârit ergo, si de eo quæstio fuisset, cui felicitatem illam, de qua tantopere sibi erat gratulatus, transscriberet? DEI munere hoc contigisse, grati animi indicijs testatus est: Cujus verò, noti, ignoti, specie, admonitio facta fuerit, tam non vitio verti debebat excidisse, quàm idem contigisse alijs probatum esse poterat. Atq; sic frustra Waltherus, ὡς τὴν ἐν ἄργει ἀσπίδα καθελὼν σεμνύνεται.

Crimen falsi triplex à socijs commissum, non satis prudenter *VValtherus* eluit. *Falsum esse*, inquit, *quenquam suorum scriptitâsse, Zuinglium ex somnio suam primò didicisse sententiam*. Nonne verò clara satis *Hunnij* verba: *Zuinglius suam sententiam de Cœna Domini ex somnio didicit: Ergo hoc ipso Deus: Zuinglianam Sectam notare, &*

omnes monere voluit, ut sibi ab ea caveant? Duriora & impudentiora Compilatorum Historiæ August. Confess. fol. 47. *Zuinglium consilio atri monitoris obtemperâsse; unde dogma Sacramentarium profectum,* (NB.) *& huc usque agitatum fuerit.* Neque tu; Walthere, mitiorem te vel præbes, vel probas, qui, & ante, & per somnium, Diabolum, Zuinglio, neque merenti, neque tamen planè præter exspectationem, (sannas enim & ludibria hæc illum prævidisse, suprà jam ostendimus, p. 361.) Præceptorem obtrudis. Falsum esse, 2. *docuisse suos, Zuinglium ipsum, indigitâsse monitorem suum fuisse Spiritum.* Num quid ergo, magnum in vicinia Casuistam, Balduinum, non meminisse poteras vulgâsse, Zuinglium, interpretationem verborum ex revelatione Angeli, quem, num ater fuerit an albus, dubitarit, habere, scripsisse? Vide sup. pag. 369. Falsum 3. esse, *dicere suos, Zuinglium nescivisse, suâ quidem imaginatione, num Spiritus fuerit bonus aut malus; id namque dixisse tantùm, se nihil meminisse, scil. quod ad formam & figuram Monitoris pertinebat, cujus forma ei exciderat.* At ipse, ut mittamus alios, *VValthere*, non ad externam figuram; sed internas Monitoris qualita-

tes

tes, proverbium modò detorſiſti, ſcuto haſtáque, ex *Eraſmo,* ſed ſine ſucceſſu, non alium proverbium admittere ſenſum, evincere conatus. Quod verò κατακυρεύσας, καὶ κρίνας ἄλλον, *Zuinglium ſibi imaginatum, à Deo illud profectum, feciſſe: ajtis more omnium hæreticorum & Pſeudo-prophetarum*; & infirmæ cauſæ, & præpoſteri judicij indicium eſt. Illi enim, quorum res ſunt deploratæ, ad convitia ſolent verti, &, quæ *Hieronymi* fuit querela, Hæretici alijs ſuum libenter affingunt nomen. Res cum re, cauſa cum cauſa certet. Oſtendimus, quibus rationibus ſuffultus, de ſomnio ſuo bene ſperare potuerit Reformator. Et Paulo, *Act.* 18. & Ambroſio, *Epiſt.* 28. & Hieronymo, ad *Euſtoch.* & Auguſtino, *Poſſidonio* teſte, ſui per ſomnia erant monitores: Nemo tamen hactenus, etſi de religione ſæpe eſſent, dicam illis impegit, aut Hæreſeos atrum nomen adſperſit.

VII. Mors reſtat, adeóque glorioſus, qui opus, vitæque tranſactæ tempus coronat finis. Fuiſſe Demagogos, qui triſtem Zuinglij obitum atrociſſimis calumnijs impetierint, ſuprà Tom. VI. audivimus. Sed quid indignius famam Zuinglij, & adminiſtratæ Oeconomiæ fidem labefactare,

ctare potuisset, quàm, si ad finem constans non permansisset? Si ad sanguinem usque, quod Apostolus Paulus, *Heb* 12.4. requirit, in pugna spirituali non certâsset? Si gregem periclitantem deseruisset? Tantò propiùs *Josiæ, Regi Jehudæ*, Heroi inclyto magno Veteris Testamenti reformatori accessit, quantò plura cum eodem non in vita tantùm; sed & in morte (uterque enim ut piè vixit, ita & beatè, violenta tamen hostium manu, obiit,) habuit communia. Fuerint subinde, qui mortuo insultârunt, nunquam tamen defuerunt, qui non & de tanti viri morte, & meritis ejus æquiùs judicârint. Testes dedimus luculentos, supra, T. VI. p. 666. &c. unum ijs adjungimus *Michaelem Kellerum*, Ministrũ Augustanum, cujus ad viduam Zuinglianã hæc nuper communicata fuit Epistola:

Gnad von Gott dem Vatter durch Jesum Christum zuvor/ mein geliebte Schwöster im Herren: Wo ihr nicht auß Gottes wort besseren bericht/ und in eweren hertzen durch den heiligen Geist verstendiget weret/ so hetten jhr fürwaar menschlicher anmutung halber wol ursach mehr dañ ander Leubt zu trawren. Aber jhr wüsset/ daß eben solches der gute will unsers lieben Gottes ist/ in dessen Hand wir alle leben und schweben: Ja ohne welchese willen kein härlein keinem menschen von seinem kopf fallen mag. Dann er hat einem jeglichen menschen/ wie Job sagt/ zil und zeit gesetzt/ die er nicht übertetten

ten kan: Wie uns dann allen solches auch täglich
zugewarten ist. Sintenmal dann das zil dem tre-
wen/ frommen/ Gottsgelehrten Mann Meister
Huldrichen / ewerem lieben Ehegemahel/ und un-
serem geliebten Bruder (welches aufferstehung Chri-
stus seyn wolle) vom Herzen also und auf die weise
gestecket und gesetzet / so wöllen wir es dem All-
mächtigen willen begeben/ und wider jhn in keinen
weg nicht streben/ das dann geschech/ so wir mit
übrigem trawren uns Heidnisch und als Ungläu-
bige anderen menschen erzeigten. Trawren sol man;
Ja man muß wol trawren: Dann menschliche blö-
digkeit ist solche häftige heimsuchung zutragen vil
zu schwach: Aber man sol derselbigen trawrigkeit
ein end machen. Waar ist es / daß mir auff disem
erdtreich kein besserer nicht hat sterben mögen/ dann
M. Huldrich: Darneben weiß ich / und bin es sicher
und gewiß / daß diser sein tod und sterben jhm selbst
auch uns und allen zum allerbesten gelangen wird.
Dann er hat Gott auf seiner seiten gehabt / den
er trewlichen geprediget/ geprisen / und allen men-
schen nach seinen gaaben des glaubens und gena-
den darzu ihme bewisen; geoffenbahret und bezeu-
get hat / und hat das nicht allein mit lehr / und
seinem gantzen leben bewisen; sonder auch jetz zu-
verfechten / schützen und schirmen sein Vatterland:
Ja als ein geliebter Bruder im Herzen / hat er
auch seinen leib daran gesetzt / und sein blut neben
und für sie verspruzt / und das leben darob auffge-
geben. Wer wolte dann um eine solche herrliche
schickung Gottes trawren? Er möchte doch sein
leben thewrer und höher nicht aufgegeben haben.
Warlich sag ich auch / daß M. Huldrichs tod mehr
nutzen wird/ dann sein leben. Es wird auch M.
Huldrich grösser nach seinem tod / dann er im leben
gewesst ist. Dann jhr sollet keinen zweifel haben;

heber

hebet der zorn Gottes am hauß Gottes an/ was wil dann disem begegnen und widerfahren/ die dem Evangelio nichtglauben? Mein hertzliebe Schwöster im Herzen/ seit getrost/ es wird Gott ewer nicht vergessen: Er wird euch alles leids wol hundertfaltig ergetzen/ und wird es bald thun; mögend ihr ihme allein vertrawen. Es sind bey uns nur vil tausend (*NB.*) menschen/ die ein hertzliches vertrawlich mitleiden mit euch haben; auch hertzlich für euch Gott biten/ daß euch Gott stärcken/ und kraft zudulden und zutragen verleyhen wölle. Es lebet der Zwinglin in vil tausend hertzen/ darauß dann sein unvergessen seyn wird. Ich wolt/ daß es müglich wehre/ daß ich nächer bey euch seyn solte/ hoffete euch tröstlich zu seyn. Ich bin wider auff geheiß eines gantzen Rahts beruffen/ und zupredigen aufgestelt/ wo das nicht were geschehen/ so were ich langest widerum zu euch hinein gezogen/ rc. Wo ich euch möchte dienstlich seyn oder etwas mögen verholffen seyn/ so es möglich were/ wolt ich seyn beflissen. Es grüssen euch die guthertzigen/ so bey uns sind/ Antonius Rechling/ und seine eheliche Haußfraw/ andächtige/ und die fürwahr nicht ein klein trawren haben. Ergeben alle sachen dem Herzen/ der wolle ewer pflägen/ geben einen rechten/ sanften/ aufrichtigen glauben/ und vertrawen/ thätige liebe gegen dem nächsten/ gedult in allen eueren trübsalen/ hoffnung/ das unpresthaftige leben/ das ewige zubesitzen/ das wölle euch verleihen/ Gott der Vatter/ Sohn/ und heiliger Geist/ Amen. Ita *Michael Kellerus*, Minister Augustanus d. 11. Novemb. 1531. Sed quid necesse est alios nos audire; ipse Zuinglius fati sui certissimus Vates, & imminentes pro-

prævidit calamitates, & omnes, quas vel caro refractaria, vel mundus immundus nectere inde potuissent strophas, feliciter solvit. *Cùm ergò* (ita ad N. amic. haud vulgar. Epist. respons. Tom. II. pag. 323.) *nos à veri adsertione ad hunc modum terres, quòd qui hanc rem unquam aggressi, extincti sint, parùm moves: Nondum enim nos piget Christi, ne & ipsum nostri coram Patre, Angelisque suis pigeat. Is quoque mortuus est, non pro veritate modò; sed ipsa veritas. Quid ubi Apostolos objectem? Cùm innumeri sint, non solùm ex Christianis; sed etiam Philosophis ac Gentilibus, ausi pro veritate mori: Neque ideo, quòd occisi sunt, verum non fuit, quòd docuerant: Sed sunt ista ultima carnis subsidia, cùm veritatem nequit vel ferre, vel superare. Jam ad manus spectat; ferrum acuit, omnia miscet. Ego verò dudum didici pium, hominem his terreri non debere, beatúmque fore, qui in hoc proscinditur mundo; quantò enim plùs contumeliarum pro Christo tulerimus, tantò nos manet gloria major. Dominum oro, ut me confortet, rari* (NB.) *enim admodùm fuerunt, qui ad finem perseveraverint. Quòd porrò mones, ne mea scientia nimium fidam, nescio, quomodo debeam accipere. Nam si fidei certitudinem intelli-*

intelligis per scientiam, sic ei fido, ut sciam veritatem superaturam esse, etiam ubi (NB.) *ossa mea in favillam erunt redacta: tametsi videmus sic armis plerosque fidere, ut nihil non sibi polliceantur. Occiditur quidem Christus; sed brevi resurgit, ac de hostibus triumphat.* Hæc ipse Zuinglius, quibus cum conferri possunt, quæ supra ad ad ostentum Cometæ citavimus, Tom. VI. pag. 680.

CAP. VI.

De Vocatione Reformatorum Extraordinaria.

Quæ, & quorum olim vocatio fuerit extraordinaria. Quo sensu talis haberi possit Reformatorum, nempe 1. *respectu* donorum. 2. Subsidiorum. 3. Successus. 4. Consensûs *ipsorum inter se Reformatorum fundamentalis, ubi de Colloquio Marpurgensi, ejusque Capitibus.* Prærogativa *Ecclesiarum nostrarum tum in doctrina* puritate, *tum ceremoniarum* simplicitate, *tum recepta reformationis*

con-

constantia, *ubi potissimùm de Sacramento Cœna Dominica controversia Sacramentaria, & imaginibus. Non uno tantùm Zuinglij sententiam, de præsentia Sacramentali, niti argumento, fusius monstratur. Iconomachia necessitas assertitur. Ecclesia Tigurina Apostasia in doctrina Prædestinatiaria fusius diluitur.*

I. Triplicem hactenus Reformatorum, Zuinglij præsertim, vocationem ostendimus *generalem*, omnibus Christianis, quibus non assensitivum tantùm; sed & discretivum in controversiis fidei competere judicium, alibi docuimus, communem: *Specialem*, Ministrorum Ecclesiæ; *Specialissimam* reformatorum, eámque ad Apostolicam Cynosuram examinatam: Ea adhuc superest, quæ ob eminentiam, certásque prærogativas *extraordinaria* vocari potest.

II. Quemadmodum enim antehac, & in Veteri & Novo Testamento, extraordinarios Ministros, sive ad Ecclesiæ *institutionem*, sive ad institutæ singularem & extraordinariam *conservationem*; sive denique ad collapsæ *restitutionem*, Deus

excitavit, donis extraordinarijs munitos; ita & superioris Seculi reformationem multa habuisse, quæ in ordinarium Vocationis ad Ministerium referri non possunt censum, distinctiùs paulò nobis probandum erit.

Vocatio extraordinaria *propriè dicta* est, quæ altiorem quandam & perfectiorem habet directionem, quàm quæ ordinarijs medijs possit obtineri. Unde & Ministri tales eam semper habuerunt Spiritus sancti παράστασιν, ut absque errore docuerint. Tales in V. Testamento *Prophetæ* erant, in Novo *Apostoli*. Et quanquam, ratione donorum hæc vocatio extraordinaria fuit, non tamen ordinationis respectu immediata. Unde & Elisæus, & Matthias, ille Propheta, hic Apostolus, vocationis suæ testem habuerunt ordinationem. Hujus vocationis proprietates erant ἀναμαρτησία, in obeundo munere, *Joh*. 16. 13. Donum miraculorum (quod tamen in aliis *proprium* fuit, in alijs *analogum*; Marc. 16.v.17.) ad veritatem missionis demonstrandam; aut saltem ejusmodi doctrinæ efficacia & evidentia, ut impiorum etiam conscientia

tiæ de ea fuerint evictæ. *Extraordinariis* ejusmodi Ministris voluntatem suam Deus revelavit, *aut viva voce*, Apoc. 1. 10. aut *visionibus*, aut *somniis*, aut demonstratione per *Urim* & *Thummim*, aut alia aliqua *familiaritate*, quasi ore ad os, sine ænigmate, *Num.* 12. v. 6. 7. 8. Huic vocationi extraordinariæ, *propriè* & *κυριολέκτως sumta*, affinis est *analoga*, quando, nec *immediatum* Dei alloquium quidem accedit, sed afflatus *mediatus*, verbum Dei per Prophetas & Apostolos pronunciatum; nec *impeccantia* absoluta; sed *relativa*, quæ certitudini atque authoritati sermonis Prophetici & Apostolici innititur. Hanc extraordinariam vocamus, *κατ' ἀναλογίαν*.

b. Quod quidem discrimen diligenter est observandum. Etsi enim omnes illi, quorum operâ Deus vel ad *institutionem*, vel *conservationem*, vel *restitutionem* Ecclesiarum, contra & præter ordinaria, quibus illæ diversis ætatibus diversimodè fuerunt administratæ, media, fuit usus, extraordinaria sit, & vocari possit; gradibus tamen Ministri illi extraordinarij differunt, tum authoritatis, tum etiam donorum. Alij absolutè immediatam vocationem; alij mediatam quidem ratione

 tione

tione ordinationis, extraordinariam tamen tum respectu aliorum, tum etiam donorum & successuum. Alij, illi præsertim, quibus cum infidelibus, Judæis & Gentibus, eorúmque conversione, novarum adeò Ecclesiarum extructione negotium fuit, miraculis claruerunt, cujusmodi Apostoli erant & Apostolici viri: Alij δυνάμει τῦ λόγυ, evidentia & efficacia doctrinæ probârunt, divinitus se missos. Tales Johannes Baptista, Patres multi erát & reformatores, quibus illum tribuimus Prophetici afflatus gradum, qui in executione rerum præclararum consistit: In illis, in quos dicitur ruere Spiritus sanctus, conspicuus, & in judicibus, veteris Synagogæ Judæicæ magnis reformatoribus, ab ipsis Hebræis notatus: Vide supra Tom. VI. ex *Majn.* Id quod propter eos, qui in extraordinaria vocatione, miraculorum semper donum requirunt, notamus, & suo tempore prolixius explicare constituimus. Reformatorum vocationem extraordinariam vocamus sensu non tam *stricto*; quàm *latiori*, & *κατ' ἀναλογίαν*.

III. Quanquam verò multa sint, in quibus Dei digitus in Reformationis opere, &

re manifestè se exerit, & quæ ab ordinariis, tum Ecclesiæ doctrina, tum regimine non poterant expectari, ea tamen, quæ excellebāt, & quæ in omnium sive oculis, sive manibus versabantur, hac vice exponere fert animus; suntque potissimùm donorū abundantia, subsidiorum prærogativa, successus felicitas, consensus denique, in fundamentalibus.

IV. Præcedit ergo eximia donorum, quibus Reformatores erant instructi, *copia* & ubertas.

Hic enim conspicua fuit. 1. *Pietatis* ferventissimum studium, quo Reformatores, ut Christum sequerentur, omnia reliquerunt. Qui honoratissimi in Papatu vivere potuissent, odium totiùs Mundi in se concitârunt, ut Christo servirent. 2. *Fortitudo* eximia, quæ omnia eos pericula, ipsamque adeò vitam spernere jussit. Acta superioris Seculi, Martyrologia probant, fortitudinem pro defendenda Evangelij causa adhibitam, ipsis sæpe adversarijs fuisse terribilem. Et quæ, amabo, esset insania, carnem suam ita odisse, ut integra regna, vastæ provinciæ

vitam citiùs, quàm Christum Evangelio prædicatum amittere voluissent, nisi θεῖόν τι & cœlestis aura eos afflâsset? 3. *Prudentia insolita*, quam in tractandis tam diversis ingenijs, felicissimè multi demonstrârunt. Erant, qui alios terrerent, alij Βοανεργὲς, ὑοὶ βροντῆς, vehementes: Alij, ut infirmiorum haberetur ratio, Barnabæ ὑοὶ παρακλήσεως. Suo quisque climati, suæ Spartæ ita erat aptus, ut quanquam, quod negari non potest, animorum non semper conjunctio potuerit obtineri, dogmatum tamen consensus in ijs, quæ ad salutis pertinebant ἀκρόπολιν, tolli non posset. 4. Φιλοπονία inaudita, & planè ferrea. Miramur, & meritò, disertum apud Græcos Chrysostomum; acutum Augustinum. Suâ tamen quisque locutus est & scripsit meditationes linguâ vernaculâ. Prudentiæ major, quàm artis in plerisque apparet Methodus. Rebus utcunque pacatis in Ecclesia vixerunt. Sed si ad Reformatorum attendamus fata, temporum infelicitatem, pensorum ubertatem, Linguarum, quarum ad Reformationem erat necessaria notitia, varietatem, artium selectum, occupationum ordinariarum onera, Scriptorum plaustra (ne hyperbolicè quidem loquor,) non minor admirandi

randi

randi patebit campus. Certum est, nihil apud veteres observari laude, imitatione, publico præconio dignum, quod non φιλοπονίᾳ sua sint assecuti nostri Reformatores. Qua de re nonnulla diximus in *Schola nost. Carol.* Orat. II. 5. Neque negligenda est *gratia*, qua paulatim apud optimos quosque, primæ, mediæ & ultimæ conditionis polluerunt. Non omnis gratia humana vitiosa est; sed ea, quæ ambitiosè quæsita, assentationibus ab ijs alitur, qui non vocem tantum; sed & religionem habent venalem. Qui cœlum terram, Christo Pilati aut Herodis præferunt amicitiam. Aliàs præsentissimi numinis vestigia cerni in ipsa hominum gratia, cùm quæ suscipiuntur, insolita cumprimis, probis probantur, non obscurè phrasis Scripturæ frequens, invenire gratiam coram aliquo, proficere gratia apud Deum & hominem, *Luc.* 2. 25. Ecclesiæ nutricios Principes vocat Propheta. Illorum proinde opera negligenda non est. Non Mosi soli, nec Aharoni soli DEUS populi sui administrationem commisit. Eos συμφερτῇ ἀρετῇ agere voluit. Ita & majores nostri, etsi non defuerint, qui Evangelij cursum quocunque modo sufflaminare conarentur, mox tamen repererunt,

qui causæ bonæ faverent, ejúsque patrocinium susciperent. Miram Providentiæ divinæ in flectendis & movendis hominum animis, ἐνέργειαν esse, illi nôrunt, qui experientiâ discunt, eos subita & inexpectata mutatione ex persecutoribus Saulis, mansuetissimos fieri Paulos. Ubi, posthabita amicitia vel majorum, vel parium, periculum accersetur propter inferiores, imò opinione hominum abjectissimos. Hac gratia, non plebis tantùm; sed & Regum, Principum aurigante, Evangelij cursus felicius processit; ut suo loco audiemus.

V. Succedit subsidiorum apparatus.

b. Talia sunt 1. *Restitutio* & reformatio *literaturæ politioris*. Etsi enim Agricola, Valla, Erasmus pro Philologiæ, artiũ & linguarum studijs, eârumq; cultura soliciti fuisse videantur, multa tamen, quæ magnorum virorum fuit ingenuitas, exciderunt, quæ ansam postea Theologiæ etiam emendationem urgendi præbuerunt. Id quod observare breviter, quàm indicare multis opportunius fuit visum. Conradus Hofmañus, Ecclesiæ nostræ Plebanus, Zuinglij antecessor proximus, prolixo scripto comprehendit, quæ Zuinglium, reformationem

nem tum molientem, per Capitulum moneri vellet. Multa, ajt inter alia, se in eruditissimo Valla observâsse, quæ, ad evitandum scandalum, magno redimere pretio, quàm publicè exponere mallet. Erasmus ridendo dixit verum: & Grammaticas sæpe regulas castigatis loquendi formulis ita proposuit, ut ipsa simul Theologia emendaretur. 2. *Divinum* illud artis *Typographicæ subsidium.* Nefarios, fatemur, habet abusus; sed & varios, eósque nunquam satis æstimandos usus. Vix adeò brevi tempore vel Helvetiæ vel Saxoniæ reformatio innotuisset, nisi uno die tantum dedissent prælatypographica, quantum plures per annum calami. Unde eruditæ eruditorum lucubrationes & nasci simul, & peregrinari cæperunt. Eodem tempore & Gallus & Italus, & Hispanus, Belga & Germanus rescire poterant, quod paucis ante septimanis in extima editum erat Britannia. 3. *Bibliothecarum publicarum compendium.* Crescente studiorum amore, crevit etiam desiderium, supellectiliem augendi librariam. Unde tot per Galliam, Germaniam, Angliam, Belgium, Hungariam Bibliothecæ non ex impressis tantum, sed & Mss. cujusvis Linguæ & Nationis libris collectæ.

Unde & antiquissimarum Versionum sacratum, Orientalium cumprimis Codices; Patrum, antea in paucis scrinijs abditorum publicæ Editiones, translationes, castigationes, quæ intra Seculi spatium immane quantum auctæ, plura nobis antiquitatis reserârunt monumenta, quàm antecessores nostri sperare fuerunt ausi.

VI. Sequitur *successuum* felicitas.

Miraculosum enim erat 1. Reformatores Eliæ Spiritu armatos & animatos, pectora cæca, visionibus, apparitionibus, lemuribus, lamijs assueta, vi quadam flexanima & vorticordia aures suas unius Christi voci commodare, & substringere docuisse. 2. Miraculosum erat, ad tubam Evangelij muros non Hierichuntinos, sed Babylonicos cecidisse: Ad Legem in arca fœderis servatam Dagonem, Philistæorum, Idololatriam, omnem ruisse. 3. Miraculosum erat, duorum testium ore totum propemodum orbem stare voluisse. Erant quidem primi, qui manum reformationi admoverunt, viri eruditi, pij, magnanimi; sed nullo muniti externo vel armorum, vel humanæ pompæ strepitu. Non ore gladij, ut Muhammed; sed

ſed gladio oris tantum, Apoſtolico more, totum penè ſubegerunt orbem. Imò, ne humanæ quicquam tribueretur induſtriæ, obſervavimus, ſanguine potius quàm victorijs Evangelij creviſſe doctrinam. Et quoties contigit, ut, cum nutanti arcæ ſuppetias ferre vellent Majores, cum Uza experiri debuerint, Deum, in regni ſui conſervatione, opera noſtra non indigere, 2. *Sam.* c. 6. v. 6. 7. adeòque in manifeſtanda Nominis ſui gloria, nec parem ferre, nec ſuperiorem. 4. Neque negligendum eſt, ea loca Reformationis lumen maximè colluſtrâſſe, de quibus humana ratio maximè deſperabat. *Saxones*, & *Helvetij*, utrique alijs ſtudijs, quam Theologicis tum temporis addictiores, facem, contra omnium expectationem, præferebant. Ita enim *Gualtherus*, in vita Zuinglij, paulò ante finem. *Liceat mihi hic paulisper gloriatione pia dulcissima patria congratulari. Hæc enim cum bellorum studio flagrans* (in his certè ſtudijs quid, univerſi orbis judicio, Helvetia jam olim obtinuerit, ex eorum teſtimonijs, quæ *Method. leg. Hiſt.* pag. 243. inſeruimus, æſtimari, quàm domeſticorum verbis exprimi maluimus, quibus recẽtiores Scriptores Veneti, Nanius & Paulus Paruta adjũgi poterãt, & hic

maxi-

maximè p. 13. ad a. Ch. 1513. quo Helvetiorum res fuêre florentissimæ, annotat, quod authoritas eorum, *à questi tempi presso tutti i Principi era grandissima per un gran concetto, che si havea del loro valore nelle cose militari*. Et pag. 31. *Sono dunque gli Suizzeri una natione d' huomini Contadini, lontani da certa eleganza, & civiltà di vita, ma di guerra molto bravosi, & fortissimi, supra tutte le nationi dell Europa &c.) luxu diffluens, delitijs & voluptatibus tota inserviens vel Corinthum aliquam voluptuariam, vel Romam bellatricem referre videretur, cùm præterea superstitiosis cultibus immersa divos suos & religionem propriam, perinde atque olim Dianam suam Ephesij admiraretur: Zuinglium tamen sanioris doctrinæ nuncium, non aliter quàm hi omnes Paulum Apostolum, admisit, docentem recepit, monentem sustinuit, vitia & superstitionem veterem accusantem, protrahentem, & extirpantem non rejecit. Armorum studium placida Christiani gregis ovis facta sponte reliquit: Vberrimos regalium largitionum quæstus repudiavit, delitijs modum, voluptatibus frænum, luxuriæ terminos statuit. Oppugnavit tam sanctos conatus multis & miris rationibus Satanas. Promissionibus plus satis splendidis multorum animos tentavit. Spem ad summa quæque penetrandi amplissimam aperuit. Honoribus, divitijs, voluptatibus, & quæcunque alia*

alia in mundo dulcia habentur, & magnifica pios flectere animos conatus est. Viderunt autem Sancti & verbi Dei doctrina instructi homines, Dei regnum & ejus justitiam ante omnia quæri debere, & mundi hujus divitias, opes, honores, dignitatem, æstimationem, fœdera, societates, amicitias, & quæcunque alia sunt hujus generis, excrementa. imò damnum esse putaverunt, ut Christum lucri facerent. Nihil hîc fingo: res ipsa loquitur. Alia ergo opus hoc sibi aggrediendum esse ratus humani generis hostis, periculorum metus, inimicitias, odia & bellorum terrores protulit. Vicerunt & hæc fortissimi Christi Regis milites. Nihil in religione semel suscepta immutârunt. Nihil a pietatis studio declinârunt. Nihilo in tentationibus deteriores facti sunt. Viget adhuc firma & certa in Christum fides: Floret justitia; vivunt bonæ leges, quibus libido, alea, ebrietas, & si qua alia cum vero Dei cultu & communi honestate pugnant vitia, coercentur. Ardet charitatis studium. Colitur pax publica, & ita colitur, ut hisce turbulentissimis temporibus, quibus omnes ferè tam Vrbes, quàm Principes vel ipsi mutuo se se atterunt, vel aliorum bellis implicitis periclitantur, Tigurina Civitas Evangelicæ doctrinæ lætos & pacificos fructus sentiat. Coluntur cum religione vera bonæ literæ intus & Christi pauperes, tum

ærarij

ærarij opes, tum quicquid ex Ecclesiasticis bonis collectum est, Sanctissimus Magistratus pia liberalitate profundit. Hæc sunt, inquam, Tigurina Ecclesia studia, quæ primus in hac divina gratia Spiritu adjutus Zuinglius plantavit, quæ in omni tentationum tempestate retenta, in posteram quoque (divino sic juvante Numine) retinebuntur. Adhuc enim nullas nec minas, nec insidias timere possunt, qui super eam petram extructi sunt, adversus quam nec inferorum portæ prævalent. Num ergo falsus & impius Propheta dici poterit, qui tam felices doctrinæ suæ fructus post se reliquit? Num hæreseos sectatores sunt, qui in his perseverantes studijs & laboribus huc unicè incumbunt, ut Christi fideles in fide & pietate vera retineant? Quid hic dicent, qui cùm semel in animum induxerint omnia nostra malignius carpere, satius esse dicunt, ut mala faceremus, & manifestè essemus impij, quàm ut hypocrisi hæc nostra velimus? Ego hos non falsæ simulationis; sed veræ fidei fructus esse existimo, charitatem nimirum & innocentiæ studium. Videant ipsi potiùs, ne dum hæc nostra calumniantur, fidei gloria superbi tandem à Christo Rege & Judice audiant: Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, introibit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est: Discedite à me,

qui,

qui operamini iniquitatem. Neque hic illos multum moramur, qui ex omnibus istis nihil colligi posse existimant, cùm hæreticos quoque dicent invenire, qui non minores, imò graviores quoque (ut ipsi loquuntur) in sua impietate asserenda labores sustinuerint, quàm qui orthodoxam fidem secuti sunt. Sed in hoc quoque suam ignorantiam testantur, & maledicam mentem, dum videlicet impios hæreticorum labores cum sanctorum salutaribus studiis conferunt. Quem enim ex omni hæreticorum colluvie dabunt isti homines, qui laborum assiduitate, legendi & scribendi indefesso studio, vel unico Origeni par esse queat? Vel quem illorum cum Athanasii, Augustini, Hieronymi, Chrysostomi, aliorum studiis conferemus? Licèt verò tales dari possent, diversus tamen studiorum & laborum finis est. Qui fideles sunt, ad Christi gloriam unicè respiciendo, fidem, charitatem, & innocentiam plantant: Hæretici verò dum suum honorem, suum quæstum, & commodum quærunt, ab omnibus istis sunt alienissimi. Hæc paulò fusiùs *Gualtheri* verbis. Ad conscientiam quisque suam revocet, an qui hoc impetrant, ut populum superstitioni addictũ, quæstuosa militiai nsolentem, armis penè innutritum, δωροφαγίᾳ infamem, luxu diffluentem; Deo, Christo, pietati, frugalitati, humanitati resti

restituunt, id ipsum divino suffulti auxilio non præstiterint, quod de populo N. Testamenti per Christum convertendo, prædixerunt Prophetæ? Nonne carneum hoc est cor substituere ablato lapideo? Ezech. 36. v. 26. Nonne hoc est ipsum circumcidere cor? Christus, Apostoli & Evangelistæ ab auditoribus suis duo maximè requisiverunt, *μετανοεῖν καὶ πιστεύειν τῷ Εὐαγγελίῳ*, *Resipiscere & credere Evangelio. Matth. 3. v. 2. Marc. 1. v. 15.* Quàm utrumque & fideliter Reformatores intenderunt, & feliciter obtinuerunt? Hæc enim vera Majorum nostrorum fuit *μετάνοια*, *mentis mutatio* & *emendatio*, quòd ex superstitiosis Idololatris, ferocibus Martis pullis &c. tales facti sunt, quales Gualtherus modò descripsit. Veram in Christum fidem ut revocarent, & à superstitione repurgarent, una cura fuit, una solicitudo. Non nostrum est de his jam prolixè commentari: Et scripta tantorum Heroum id ipsum loquuntur, & Adversariorum Confessio non abnuit. Hæc verò jam vel Diabolo transscribere, vel humanis simpliciter viribus, summæ impietatis esset. Si vehementior *Gualtherus* in Prædecessorum mores, si in aggeranda Reformatorum industria videatur rhetoricari,

toricari, alij audiri poſſunt, nec natione Helvetij, nec profeſſione reformati, qui quod nec armis impetrare poterant, nec rationibus obtinere, votis tamen ſuis poſteritati reliquerunt, id per feliciſſimos Reformatores præſtitum, quod paulò ante plerorumque judicio erat εὐχῆς μᾶλλον, ἢ ἐλπίδος. Quot *VVimphelingius* Soliloquio ſuo, *pro pace Chriſtianorum, & pro Helvetijs, ut reſipiſcant,* vota ejaculatus eſt ad Deum, ad Chriſtum, ut ſuam Helvetij moderarentur rem militarem, Politicam, & Eccleſiaſticam in multis. *Fratris etiam Nicolai Subſylvani* verbis ea vehementiſſimè voluit emendata, quæ poſt obitum demum Wimphelingij, Zuinglij executioni reſervabantur. Ultimum hoc *Soliloquij* caput vel eo nomine accedere, operæ pretium erit, ut illi, qui vel ex victoriarum inſolentia, vel religioſis Anteceſſorum veſtigijs, veritatis moleſti ſolent eſſe patrocinio, aliorum diſcant verbis, nihil fermè per Reformationem fuiſſe mutatum, quod ſedis Romanæ devotiſſima mancipia emendatum non deſiderârint. Ita ergo *F. Nicolaus huic genti loquens, ut reſipiſcat, c. 33. inducitur: Credo, F. Nicolaus Tibi quondam apud illos abſtinentiſſimus, ſi nunc ad ipſos reverti poſſet, cum hac*

sanctissima sententia, & saluberrimo consilio, eum maxime consentire. Credo eum illis dicturum: Optimi filij: Pœnitemini, & credite Evangelio. Hæc verò quis & studiosius inculcare, & felicius persuadere potuit, quàm ipse Zuinglius, cujus Theologia universa his veluti duabus continebatur paginis?

Nolite pro modico & perituro Stipendio ad unius cujusque Tyranni temeritatem aut ambitionem tutandam, cum corporum & animarum vestrarum periculo pugnare. Nolite superbire ex hoc, quod multorum Regum ad vos una etiam vice Nuncij & Oratores mittuntur: Cùm ope vestra opus habent, vos invisunt, & nollent, (credite mihi,) vos oppressum iri, non ex alio affectu, quàm quòd sperant, se vestris auxiliis in bello, quod contra eos justissimè induci quandoque possit, victores evasuros; sperantque vos ad sua qualiacunque bella pro Mammona iniquitatis (sicuti ad escam accipitrem,) *advolaturos.* Et hunc lapidem Zuinglium præter omnium expectationem, movere potuisse, totámque illam tum temporis nimis grassantem mercenariam militiam Tigurinorum pomærijs fuisse eliminatam, fusiùs alibi dictum à nobis est. *Nec vobis* (ita Wimphelingius) *persuasum sit, propter victoriam vestram, vos*

DEI

DEI gratiam & amicitiam certò habere. Exemplo sint vobis Philistæi: Exemplo sint prisci Romani, Hunni, Gothi; Exemplo sint Bohemi, qui fortissima bonorum fidelium manu ad unitatē & obedientiā Sedis Apostolicæ (à qua defecerunt,) non potuere compelli. Exemplo vobis est Thurcarū gens atrocissima, quæ post mortem Godfredi & Balduini terrā sanctā detinuit; & ditionem suam ampliavit, crebrísque bellis in Christiāos amplissimas sæpe victorias, longè pluribus annis, quàm vos, consecuta est. Lento quidem gradu ad vindictiam sui divina procedit ira, tarditatémq; supplicij gravitate compensat. Et quid ad rem attinet; si vestra Respublica crescat, si in potentatu, & in cunctis rebus, quas permittit terrena felicitas, abundetis, nomēnque vestrum celebretur per orbem, dum singuli, aut major pars vestrum ad inferos indies demergatur? Et justo quidem Dei judicio. Quippe, qui pacem amat, qui Gentes, quæ bella volunt, dissipat, qui superbos & inobedientes odit, atque viros sanguinum abominatur. Nolite vobis ipsis blandiri. Nolite confidere in ceremoniis quibusdam, quas vobis ipsis præter morem aliorum Christianorum imposuistis. Nolite arbitrari, quod per sacras literas Spiritus S. prohibet, id à vobis solis Deo acceptum. Gestus & ceremoniæ quædam inter orandum manifestè & in propatulo fieri possunt. Quasdam

autem (inter quas est una brachiorum per modum crucis expansio: qua de re Bibliothec. nost. p. 451.) *non in publico, sed secretissimè in intimis penetralibus faciendas sapientissimi patres edocuerunt. Et ipse Christus tale aliquid facturus, cùm in faciem suam procidere vellet, avulsus est à tribus discipulis, Petro & duobus filijs Zebedai, quantum est jactus lapidis: ita & vos mei filij, brachia expandite, non palam in templo; sed clàm; sed in cubilibus aut secessibus abstrusis, nec religionem prophanate, ne sanctissimorum Patrum optima scripta, à Spiritu sancto infusa, flocci pendere vestra singularitas videatur. Hoc crediderim, vobis salubrius, summóque Deo gratius fore, si à blasphemijs, si ab horrendo divini nominis abusu abstineatis, non ammodo (sive joco, sive serio) in ore vestro habituri sanguinem, carnem, ac quinque vulnera Dei & Christi. Nolite seduci ab his, qui vobis adulantur, quos etsi doctiores creditis, tamen, si absque Lege, absque fræno, laxis habenis eos vitam suam ducere videritis, doctrinam ipsorum habetote suspectam, quâ facta vestra omnia probant, & excusant, viam ad superos contra Christi verba facientes latam & spaciosam, & prædicantes minimam sufficere displicentiam, pro quibuscunque gravissimis vestris peccatis. Evangelio credite: Petri & Pauli moni-*

monita esse vera, non dubitate. Discite duodecim horridas abusiones, quæ Christianam religionem disturbant, & inficiunt, inter quas significanter a sanctis Patribus dinumerantur: Christianus contentiosus, plebs sine disciplina, populus sine lege. Hactenus arbitror F. Nicolaum (si ad hanc miseriam reverteretur) vobis verba facturum. Hæc Wimphelingius, Selestadiensis ortu, Professor Heidelbergensis, vir sua ætate celebris, & inter malos illius generationis non pessimus, receptisque sacris ita addictus, ut meliora tamen speraret. Quò verò vel *hîc*, vel *alibi* votis suis anhelavit, quod Zuinglius non fuerit assecutus? Desideravit hîc, sanctissimas illas præconij Evangelici primitias: Resipiscite & credite Evangelio: Reddidit, per Zuinglium, Deus.

Desideravit majorem Helvetiorum αὐτάρκειαν, ut suâ sorte contenti à mercenaria militia abstinerent: obtinuit Zuinglius.

Ostendit, non ex felici semper rerum successu, causæ fluere bonitatem. Ipsam Dei domum gravissimas sæpe subire tempestates. Quis idem, vel doctiùs Zuinglio probavit, vel exemplo luculentiùs confirmavit?

Doluit, de ceremoniis nostros olim so licitos magis fuisse Majores, quàm ea quæ est secundùm veritatem pietate. Non doluit tantùm; sed & reformavit Zwinglius.

Vidit, Deum externis coli ceremonijs ab illis quorum os blasphemijs spumet manus cædem minentur, vultus rapinam Medicinam attulit Zwinglius.

Ab illis præsertim Pastoribus, qui neque peccatorum gravitatem, neque piæ vitæ agnoverunt necessitatem, Wimphelingius Helvetios fuit dehortatus. Utrosque Zwinglius reformatione & masculè invasit, & feliciter abegit.

Alibi fassus est, Helvetios, Gentem *alioquin non prorsus esse impiam; ex sola tamen Legis ignorantia, eam, vix absque animarum pernicie, ferri in præceps erroris* (nam qua de inobedientia ibi loquitur, alius illa sunt loci, alibi etiam, ut spero, satis excusata:) *se metuere. Præfat. ad Archiep. Mogunt.* Sed pone metum! Cessit tandem ignorantia Legis, per Ministerium Zuinglij quem una hæc maximè versavit sub pectore cura, ut Legem diu satis exulantem cum triumpho revocaret, erroris que matrem, inscitiam, pelleret.

Alib

Alibi gravissimè conquestus de studiorum neglectu, Curtisanorum artibus, Cleri impietate, beneficiorum pluralitate: *Ib.* His quoque omnibus Reformatio Zwinglij finem & modum posuit.

Alibi seriò optavit, *ut Clerus, animarum curam habens, Suitensibus præcipuè suaderet, ut ne larvis & mascaris divinum honorem exhiberent; cap* 28. Omnia hæc per Zwinglium obtinuit, qui honoris divini fidelissimus custos, noluit eum in ullam prorsus vel factam vel fictam transferri creaturam. Hæc ἐν παρόδῳ subjungere visum fuit, ut non *Gualtheri* tantùm, hominis domestici; sed & extraneorum constaret testimonio, quantum mutati fuissent per Reformationem Helvetij à vitiosis moribus; nihilque fermè, quod meliorum votis anxiè non fuerit desideratum, Zwinglium restituisse.

Sed & de *Helvetijs* suprà jam Tom. VI. audivimus, *Papilionem Gallum*, qui veluti attonitus stupuit, à *feris & saxis* Reformationis factum initium. Nec aliter ipsi de suis, conterraneis judicabant Helvetij. Audiamus Myconium, qui a. Ch. 1522. ita ad Zuinglium: *Boni, qui pauci sunt, commendant libellos vestros: alij nec laudant, nec vituperant: quamvis illud tamen paucio-*

 res

res, hoc pluros. Ajunt vos tentare rem, quam nunquam perducatis ad finem optatum. Alij, Episcopum existimaturum, quòd bardum eum judicetis, quia rem referatis, quàm nec ipse, nec Papa possit admittere, sed unum concilium. Alij mussant, atque hi omnes sacrifici. Quid judicet vulgus, nescio. Hoc scio, omnes ad unum insanire, non in vos quidem; sed in Evangelium. Belli furor occupavit omnia: Cecurimus igitur ad ea, quæ sunt cœlestia, nihil ob id apud Helvetios agendum de iis rebus, quæ Christi gloriam possunt augere, Christum nunquam noverunt, quocirca, quid sit gloriam ejus augere, ignorant. Hoc loco res apud Helvetios erant, cùm reformaretur.

Altiorem deniq; Reformat. ostendit originē, quòd, cùm hodie vix unus & alter seriò de Roma deserenda cogitet, Reformatiōis tempore, catervatim mutatis & emendatis accesserint sacris. In cujus quidem diversi instituti rationes hodie non pauci inquirere solent. Sunt autem illius notoriæ varietatis, causæ quoque variæ, quarum aliæ considerandæ ex parte DEI, aliæ ex parte Pontificiorum, aliæ Reformatorum, aliæ denique ex parte ipsarum Religionum, inter se comparatarum. *DEI respectu* opus Reformationis erat, 1. liberrimum. Liberrimè igitur ille Spiritu

suo

ſuo ſpiravit, quando & ubi voluit, *Joh.* 3. v 8. Cum olim duplicati fuiſſent lateres, venit Moſes; cùm populus ſederet in tenebris, & valle umbræ mortis, exorta illi eſt lux; *Matth.*4.*v.*16. 2. Extraordinarium. Ut ergo una tantùm totius populi Iſraëlitici ex Ægyptiaca ſervitute liberatio, cujus tamen μνημόσυνον anniverſarium extare Deus voluit, Paſcha: Una ex diuturna captivitate Babylonica reſtitutio: Una tantum Nov. Teſt. Pentecoſte, quâ primus Chriſti adventus erat conſpicuus: Ita unam etiam Deus eſſe voluit Reformationem à Papatu ſolennem, adventus ſui præviam Pentecoſten ſecundam. Ubi II. ipſo conſideremus *Pontificios*, cur miremur tardiùs jam eos ad nuptias agni accedere? Magna enim ingratitudine largifluum miſericordiæ Dei in Chriſto revelatæ fontem obthurârunt. Liberaliter DEUS gratiam Evangelij offert, rejectam verò invitis non obtrudit. Fimbrias gratiæ & miſericordiæ ſuæ Chriſtus diu ſatis dilatavit, & extendit Hieroſolymitanis civibus, nihil eorum, quæ ad vineæ ſuæ culturam pertinere poterant, ijs negavit; ſed quia cum indignatione illi parere recuſârunt, viſcera ille contraxit, vineámque ſuam alijs locavit

colonis. Aliquot ante Reformationem Seculis omnium voce & suffragio emendatio morum, rituum diminutio, dogmatum correctio (sed à paucioribus hæc) expectabatur: Oblata verò postea, rejecta fuit & conculcata: Oculos etiam non modò ad orientem Solem Myopes clauserunt; sed & ne deinceps vel mentio fieret illius, quæ necessaria erat, Reformationis, omni nisu Romanæ Curiæ Proceres contenderunt. Rituum, ceremoniarum hinc inde corticem strinxerunt; ipsum verò pietatis, quæ est secundum veritatem, nucleum non attigerunt. Reduviam curare, caput periculo exponere Medicis illis potissimùm cordi erat. Propterea εἴασεν ὁ Θεὸς αὐτοὺς πορεύεσθαι τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, *Act.* 14. 16. Ut igitur Judæi, qui Apostolos è medio tollere, quàm salutarem eorum Reformationem tolerare maluerunt; magno suo didicerunt malo, Θεὸν οὐ μυκτηρίζεσθαι, dum pretiosissimi thesauri Christi & Evangelij ejus fecerunt jacturam: Eadem ratione illi, qui annunciato Evangelio hospitium præbere noluerunt, pœnas dederunt gravissimas. Præconibus eorum cum Paulo ad tempus in Macedoniam fuit secedendum. Hominum ergo ingratitudine fuit factum, &

verb

oblati Evangelij contemtu, ut Manna verbi DEI cœlestis cibus parciùs deinceps distribueretur.

Sed & III. ipsi *Reformati* hujus diversitatis culpam sustinent non postremam. 1. Non, quod deberent, grati satis sunt DEO, pro tam ingenti beneficio. 2. Religionis ἀδιαφορίᾳ viam multi sternunt. Nam quia ipsi superiorum temporum calamitatem non sunt experti, eorundem non satis æstimant oppositam felicitatem. 3. Exemplo nõ semper suo, & probitate vitæ religionis ἐξοχὴν demonstrant. Observatum est, plus ad Reformationem superioris Seculi contulisse impiam Cleri vitam, quàm piam nonnunquam Antistitum doctrinam. Qui ad eundem jam ex nostris impingunt lapidem, nimia vitæ licentia peccant, optimæ causæ pessimè consulunt.

IV. Religionum denique inter se comparatio agmen claudit. Pontificia religio carni & Mundo; reformata Spiritui magis est accom̃odata. Habet illa exemplum & patrocinium Potentissimorum, illecebras honorum, & divitiarum: Aurium & oculorum pabula; μετὰ πολλῆς φαντασίας, magna cum pompa, incedit At reformatæ Ecclesiæ arma sunt preces & lachrymæ: Ornatus interior: Divitiæ paupertas, hono-

Mini-

res ignominia Christi crucifixi : Officium Ministerium : Symbolum crucem (non fictam, pictam; auream, argenteam, ligneam; sed veram, ferream, chalybeam) attollere, semetipsum abnegare, & Christum sequi : Illius arma carnalia sunt, hujus spiritualia: Illa magna in oculis Principum hujus Seculi; hæc pupilla Domini Dominantium : illa typho inflata; hæc humilis : Illa Hierosolymis, Romæ : Hæc Bethlehemi Regem suum quærit.

VII. *Consensum* [a] subjungimus Reformatorum in fundamentalibus fidei articulis, qui tantò majorem in nobis meritò excitare debet admirationem, quantò plures [b] hinc inde, quæ sufflaminare illum potuissent, injectæ sunt remoræ.

a. Non malè facundissimus lib. de Secess. ab Eccles Rom. author, Moses Amyraldus, pag. 44. 45. *Ideo magis commemorabile est, quòd Zuinglius & Lutherus, & Calvinus, qui fuerunt in Reformatione principes, consilia inter se non commutârunt. Zuinglius enim viam ad Reformationem in Helvetia affectaverat anno integro, antequam Lutherus in Germania appareret. At conatus illius*

illius fama ad Lutherum non manaverat, & quum primùm adversus Indulgentias prædicare incepit, quid rerum istarum Tiguri gereretur, penitus ignorabat. Calvinus utroque paulò junior, & exortus, cùm utriusque fama jam in Europa percrebuerat: non potuit quin de alterutro, vel de utroque aliquid inaudisset, antequam Pontificis Romani auctoritatem, in Gallia convellere adoriretur. Neque verò negavit unquam, quia signum ab alijs sublatum, & procul à se conspectum secutus sit. Nonne verò admirationē hoc mereatur, quòd, qui studijs, factionibus, moribus, patria differrent, adeò tamen amicè tum in emendenda doctrina, tum etiam corrigenda vita, contra superstitionem grassantem, impietatem triumphantem, Romam dominantem conspirârunt? Qui de ijs, nulla deliberatione prævia, ausi sunt cogitare sigillatim, quæ, veluti desperata, Theologi totius Europæ vix aggredi sustinuissent conjunctim? Zuinglius apud Helvetios, morum antiquiorum observantiores, in novitatis studiosos rigidissimos, lapidem musco ubique obsitum eo tempore movere orsus, quo Lutherus apud Saxones, tanto locorum intervallo distantes, diversis vijs ad eandem properabat metam. Quàm hoc propè accedit primæ

mæ & Apostolicæ Evangelij propagationi? In hac singuli Apostoli, singulis provincijs, toto cælo diversis, destinati, eundem ubique nunciârunt Christum, idem Evangelium. In illa, qui nec consilia communicârunt, nec operas conjunxerunt, eandem tamen ab exilio revocatæ veritatis meritam laudem deportârunt.

b. In hac enim tragœdia personam egerunt & Satanas, & Mundus, &, hostis omnium periculosissimus, caro. *Ille* summa miscuit imis, ut Reformationis opus suspectum ubique redderet. Unde initio statim ipsi Reformatores tum ob Controversiam Sacramentariam, tum ob Iconomachiam acriter inter se committebantur; quo vulnere hiante malè consultum fuit teneris Reformationis principijs. Hinc enim infirmiores offensi, refractarij autem & aperti adversarij in errore confirmati, vel animum abjecerunt, vel cristas erexerunt. *Mundi* artes in hac scena cumprimis multum poterant. Ubi ipsi, publicæ pacis studio, à scriptis eristicis abstinuerunt Reformatores, turbulenta statim ingenia veluti faces invenerunt, quo bellum domesticum accenderent. Etsi enim aliquoties jam antea Luthe-

Lutherus bilem ſuam in Zwinglium & Zwinglianos effudiſſet, vix tamen impotentiùs, quàm cùm ex Stephano Wildio, Medico, intellexiſſet, in Miſnja ſe de Zwinglianiſmo ſuſpectum, quòd Landgravij ſuaſu elevationem Sacramenti abrogâſſet, tunc enim exacerbatus, contra Sacramentarios, Tigurinos imprimis ſcribere cæpit, & año 1544. parvam ſuam Confeſſiōem edidit. Clades acceſſit Reformatorum Helvetiorum, quæ cum Chriſtiani affectus, & mutui doloris caſtrum erigere debuiſſet, multis convitiandi, afflictis afflictionem addendi occaſionem præbuit. Carnis denique φρόνημα ſuas etiam hic habuiſſe partes, certamen πρωτείων, quid miremur, cùm & Apoſtoli in tam ſancto Collegio, veteris Adami exuvias, dominandi pruritum, adhuc retinuerint. Lutherum certè & in pugna Sacramentaria, & in Iconomachia Carolſtadiana ſuæ ſæpius authoritatis, quàm cauſæ publicæ habuiſſe rationem majorem, ſuo loco dictum eſt.

VIII. Demonſtratio autem hujus fundamentalis conſenſus duplex eſt, *generalis* & *ſpecialis*. *Ille* oſtendit omnia, quæ pro Chriſtianæ religionis veritate, olim & nunc militârunt argumenta, noſtra

stra esse: *Hic* verò ex Colloquij Mar
purgensis articulis *palàm facit omnia*, u
trinque recepta esse, quæ ad salutem sci-
tu factúque sunt necessaria.

IX. Etsi verò Oceanum, de veri
tate religionis Christianæ, ab alijs feli-
cissimè navigatum, ingredi hac occa-
sione nolimus, operæ tamen pretium fa-
cturos nos existimamus, si, extra con-
troversiam posito, causam & olim, &
nuper contra infideles, victricibus armis,
gloriosè obtentam, breviter monstre-
mus, omnia illa argumenta quibus veri-
tas Christiana fuit defensa, optimè nostris
convenire, nihilque, quod vel ad consti-
tuendum veri Christianismi fundamen-
tum desiderari possit, vel ad infide-
les convincendos, aut confundendos, ne-
cessarium sit, à Reformatoribus nostris
neglectum fuisse aut immutatum.

X. Tria pro veritate religiōis Christia-
næ urgeri palmaria solēt argumenta. *Illud*
à [a] præmij propositi excellentia petitum
est: *Istud* à præceptorum [b] perfectione
Hoc;

Hoc, à modo propagatæ *c* doctrinæ admirabili.

a. Tria hæc omnia noſtra ſunt. Jam olim fusè probatum eſt, propterea religionem Chriſtianam cæteris antecellere, quòd una illa cultoribus *ſummam monſtraret felicitatem*; neque in Inſulis fortunatis, delicijs corporeis, eam cum Muhammedanis quæreret, neque in ſola virtutis delectatione, quæ & in Phalaridis bove uſto & toſto ſufficere poſſit; neque in commentitia Pythagoræorum μετεμψυχώσει, ſed in eorum bonorum poſſeſſione, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in mentem hominis deſcenderunt. Hoc erat κειμήλιον, quo ſuprà reliquas caput extulit religiones. Manſit hæc prærogativa Chriſtianis, ſed mirificè corrupta & defœdata. Quibus Chriſtus & Chriſtianiſmus viam ad conſequendam vitam ſternebat planam, varijs illi ambagibus exercitati, & in avia ſæpe deducti, vix amplius religionis ſuæ laudem contra Judæos & Muhammedanos defendere poterãt. *Antiquus* Chriſtianiſmus ignem Purgatorium neſcivit; *recentior* cum Judæis & Turcis admiſit. *Veteres*, ſolâ Dei gratiâ per Chriſti meritum ingreſſum quæſiverunt

runt in sanctum sanctorum. *Recentiore*
satisfactiones suas obtruserunt; eo ips
Judæis & Muhammedanis vel similes, ve
inferiores. Ut ergo non in meta tan
tùm; sed & mediis, ad hanc ducentibu
Christiani suam tueri possent prærogati
vam, removenda sedulò erant omnia illa
quæ vel à scopo nos abducere, vel medio
rum legitimum usum pervertere poterant
Id, quod per Reformationem fideliter fuit
præstitum, cujus beneficio Christianismi fi
nis non modò planè & perspicuè fuit asser
tus, sed & modus eum consequendi certior
nobilior, solidior ex verbo DEI, rtaditio
num averruncato senticetoa, pertus. Tan
tò ergo reformatus Christianismus bea
tior, quantò ille, qui non pretium tan
tùm thesauri alicujus æstimare; sed & eun
dem compendiosiùs consequi potest, es
felicior.

b. Pugnabant deinde, quibus religio cu
ræ erat, pro Christianismi veritate, ex
*præceptorum eximia sanctitate circa Dei cul
tum.* Cùm enim Gentilismi sacra fermè per
totum orbem terrarum, ut latè ostendit
Porphyrius; & nostri etiam Seculi navigatio
nes docent, plena sint crudelitatis; re
ceptum nempe ubique erat, ut & humano
sanguine Dij placarentur; quem morem
ne

nec Græca eruditio, nec Romanæ Leges ſuſtuleruut: Cùm Muhammedani aut fabulis tantùm paſcantur, aut lugubri rhythmicæ locutionis ſono percellâtur, aut duro ferri Imperio ſervire cogantur: Judæi apertæ & blasphemæ rei ſint Apoſtaſiæ; ſola ſupereſt Chriſtiana religio, quam Patroni ejus hoc maximè nomine commendare poſſunt, quòd puriſſimâ mentem pura mente colendam doceat, & ijs operibus, quæ ſuapte natura, etiam citra præceptum, honeſtiſſima ſunt. Sic non carnem vult circumcidi; ſed cupiditates; non ab omni opere, ſed ab illicito nos feriari; non pecudum ſanguinem, aut adipem DEO ſacrare, ſed, ſi opus ſit, pro veritate ipſius teſtanda uoſtrum offerri ſanguinem; &, quæ de bonis noſtris egentibus damus, Deo data credere: Non certis ciborum potusve generibus abſtinere, ſed utroque uti cum modo, qui ſanitati conveniat; interdum & jejunijs ſubactum corpus animo addicere, quo is alacriùs ad ſublimia feratur. Præcipua verò pars religionis ubique oſtenditur poſita in pia fiducia, qua compoſiti ad fidele obſequium in Deum toti recumbimus, ejúsque promiſſis non dubiam habemus fidem, unde & ſpes exurgit, &

verus amor tum Dei, tum proximi: quo fit, ut præceptis ipsius pareamus, non serviliter pœnæ formidine, sed ut ipsi placeamus, ipsumque habeamus pro sua bonitate Patrem ac remuneratorem. Precari verò jubemur, non ut divitias, aut honores nanciscamur, & quæ alia multum optata plurimis malè cesserunt; sed primùm quidem ea, quæ DEO sunt gloriosa; nobis verò de rebus caducis ea, quæ natura desiderat; reliqua permittentes divinæ providentiæ, utramcúnque in partem res ceciderit securi: Ea verò quæ ad æterna ducunt omni studio, nempe retrò commissorum veniam, in posterum auxilium Spiritus sancti, quo firmati adversus minas omnes atque illecebras in pio cursu perstemus. Sic olim, & nuper, pro veritate religionis Christianæ fuit pugnatum: Et rectè quidem. Utris verò, Reformatis, an Pontificijs hæc iterum laus majori debeatur jure, vel ipsis per nos, licebit adversarijs ferre sententiam. An veteris Christianismi vestigia religiosè satis Pontificij expresserint, & annon, quicquid vel Clemens Alexandrinus olim, Justinus Martyr, Athenagoras, Tatianus, Tertullianus, Eusebius vel mediæ etiam

ætatis

ætatis authores pro Ecclesia Christiana scripserunt, nostrum potius sit, quàm illorum, qui in externis paulatim ceremonijs salutem quæsiverunt, & Christiani nominis κορυφὴν; qui imaginibus cultum, verbis, aliisque ritibus virtutem tribuerunt, sanctis honorem divinum, qui in, ternæ religionis medulla & succo, salutari nempe in Christum, unicum Servatorem fiducia, penè neglectis, elementa iterum mundi, postliminio, revocàrunt, pretioso immaculati agni sanguine redemtam Ecclesiam ἐθελοθρησκείαις occupârunt; an tales contra Judæos, contra Turcas, legalis justitiæ æmulos, se suáque tutari possint, ipsi viderint. Aliud infidelium querelæ, tristi, quotidianæ experientiæ, praxi suffultæ, de quibus Tom. VI. c. II. prolixiùs, ostendunt. Reformatores rem restituerunt, eáque omnia, quibus Christianismus quævis alia sacra superat, felicissimè reddiderunt. Nobis enim tantùm, qui Deum in Scripturis quærimus, eundem ex Scripturis colimus, in revelata. Ejus voluntates, simpliciter & humiliter acquiescimus; non cæteris, qui vel in cerebro suo, vel traditionum lacunis, vel turgidis meritorum ventis, vel ceremoniarum extera larva proram & puppim suæ con-

 stituunt

stituunt religionis; audacter provocare & pro palma veritatis cum istis certar licet. An verò & reliqui, qui, etsi Christiano gaudeant nomine, mutatis tamen fermè nominibus, in eodem vel superstitionis, vel impietatis hærent luto; pari tentare audeant, id verò suo experiantur ipsi periculo. Certum est, Emissarios Romanos, ubi vel ore, vel calamo Judæis aut Muhammedanis Christianismi principia cautè instillare velint, non alia eos procedere Methodo, quàm quæ hypothesibus nostris respondet: Resectis, ut plurimum, illis, quæ de imaginum cultu, Sanctorum invocatione, Purgatorio, &c utramque aliàs paginam facere solent: Orientem salutant, nostrisque potiùs quàm Pontificijs rudimentis, nisi qui omnem perfricuerunt frontem, Proselytosim buunt. Nec video, quicquam cum fructu contra infideles illos præstituros, nisi solidè & evidenter ea religionis parte, qua nec crumenæ, nec foco, nec tiaræ etiam Pontificis; sed & honori Dei, per veram pietatem, & saluti conscientiæ periclitantis atque sauciatæ consulitur, vocata in subsidium. Ad hæc enim maximè cor contritum attendit: Cætera vel oris, vel aurium, vel oculorum, adeoque

que vanitatis, aut fugacis tantùm ac transitoriæ delectationis, alimenta sunt. In cæteris omnibus, operum cumprimis charitatis studio, exercitijs corporis, jejunio, vita Monastica, contemtu mundi & rerum mundanarum, multis parasangis ipsi infideles, Muhammedani maximè, præcurrunt. Atque hoc est, quod ad avertendum probrum à castris Israëlis, Majores nostri, per Reformationem, & fortiter sunt aggressi, & Heroicè executi, ut nempe (quod cæteris in orbe Christiano datum non ampliùs erat,) ijsdem iterum armis, quibus tutò, & veteres olim, & recentiores etiam, trophæa Christianismo, contra quamlibet superstitionem erexerunt, agere nobis liceret.

c. Illud denique maximam in Christianismi tum ortu, tum propagatione excitavit admirationem, quòd per *infirmos etiam & simplices, abjectos, hominum opinione, piscatores, Christus obtinuerit*, ut vel Monarchis Victoribus ubique plura, majoráque præstiterint. Ita plerosque videmus homines comparatos esse, ut Regum & Potentum exempla facilè sequantur: eóque magis, si Lex etiam & coactio adsit. Hinc Paganicarum religionum, hinc

Muhammedicæ incrementa. At,qui Chr. stianam religionem primi docuerunt, no modo sine imperio omni fuerunt, sed & fortunæ humilis piscatores, textores & si quid his simile. Et horum tamen opera dogma illud intra annos triginta, au circiter; non tantùm per omnes Imperi Romani partes, sed ad Parthos quoque & Indos pervenit. Nec tantùm ipso initio, sed per tria fermè Secula, privatorum opera, sine minis ullis, sine ullis invitamentis, imò renitente quàm maximè eorum vi, qui Imperia obtinebant promota est hæc religio, ita ut antequam Constantinus Christianismu profiteretur, hæc pars Romani orbis prope major esset. An hoc argumento suis Ecclesia Romana polliceri potest sacris patrocinium quæ, viribus ubique pollens, imbelles, nisi divina ἀπὸ μηχανῆς succurrisset omnipotentia, facile oppressisset, vel tacentibus nobis, Martyrum sanguis clamat. Nec mina deerant, nec cruciatus, nec delitiæ, nec Protectorum splendor & vires, nec assectarum numerus, quibus patrias aras & focos Romani defendere solebant. Quid, quòd vix aliud penitiùs se imperitæ plebi insinuavit argumentum, quàm tot Imperatorum, Regum, Principum,

con-

contra abjectam reformatorum turmam, exemplum: His potissimum nominibus velut fulminibus pauperem Christi gregem prosternere facile potuissent, nisi, qui in cœlis sedet, consilia hæc risisset. Neque enim Dei viæ sunt, ut nostræ viæ, nec cogitationes Ejus, ut hominum cogitationes. *Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ. καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ*, inquit Paulus, 1. *Cor.* 1. 25 Premebantur ubique fideles, opprimi non poterant. Sanguis innocuus semen nostrarum est Ecclesiarum: Nullum fermè vel in Gallia, vel Anglia, vel Germania, vel Belgio, vel Helvetia succrevisse videmus cætum, qui Martyrum sanguine non sit fundatus. Contemtus, paupertas, patrocinij humani defectus, nostris ubique erat exprobratus. Et tamen brevi tempore non in Europa solùm, sed & in Asia, imò ipsa America fidei suos magno numero ostendere potuerunt socios. Quicunque Seculo vertente, rem Romanorum amissam, redituram sperârunt, spe sua frustrati experiri debuerunt, gigantum illos more pugnare, qui internecionem fidelium molirentur. Cùm ergo tot luculentis Reformatores palàm facere potuerint demonstrationibus, nihil

Ecclesiam primitivam vel de Deo, vel cultu Dei inter fundamentalia retulisse; quod non & ipsi retinuerint Reformatores: Cùm & formaliter, & eminentius longè rationes, quibus veritas Christianismi contra omnem ψευδολογίαν olim fuit vindicata, nobis faveant: Cùm ijsdem prorsus armis, quibus prima primitivæ Ecclesiæ infantia Satanam & Mundi regnum devicerunt, nostra sint; cur non miraculosum DEI opus, & plusquàm humanum in rebus divinis, adeò miserè antea corruptis, agnoscamus consensum? Sed quia hæc ad *Finem* Reformationis commodiùs referri possunt, & de religionis reformatæ prærogativis nuper aliquid dictum est, *Apolog. Euchar.* pag. 249. ad reliqua pergimus.

X. *Specialis* consensus in articulis Colloquij Marpurgensis consistit; cujus nec causas, nec occasiones, nec impedimenta varia, nec eventum prolixè hoc loco enarrare constituimus: Illud satis est, Marpurgense Colloquium & fundamentalia omnia continere, & in ijsdem, uno tantùm articulo, eóque

ne

nec toto, nec in se fundamentali, plenum partium colloquentium fuisse consensum.

De Colloquio hoc, σὺν Θεῷ, suo loco agetur ex professo. Hac vice non nobis alio nomine inservit, quàm ut, invitis hominibus DEO indubitatum concordiæ initæ documentum extare posteris placuisse, ostendamus. Non nescio, plerosq; huic Colloquio Marpurgensi non tantum deferre, quantum meretur. Ipsum postea Lutherum, & multa in præjudicium causæ sparsisse, Pæanos cecinisse, palinodias apertas nostris tribuisse, aliáque, quæ perniciosum magis aluerunt Schisma, esse secuta. Hæc verò talia non sunt, ut à scopo nos dimovere queant. Historiam scribimus, quæ rei gestæ certam ex ipsis, quantum fieri potest, originibus tradit enarrationem, judicio ijs, qui, nullis fascinati præjudicijs, rem ipsam æstimant, relicto, Ipsorum *Lutheri*, *Melanchthonis*, *Zuinglij*, &c. manibus, quibus Colloquij acta habemus subscripta, superstites illos in fundamento fidei & convenisse & convenire potuisse, quorum discipuli nonnulli μέγα λίαν διάστημα jam somniant, ostendere parati. Convenerũt ergo.

A. In

stra esse: *Hic* verò ex Colloquij Mar-purgensis articulis *palàm facit omnia*, u-trinque recepta esse, quæ ad salutem sci-tu factúque sunt necessaria.

IX. Etsi verò Oecanum, de veri-tate religionis Christianæ, ab alijs feli-cissimè navigatum, ingredi hac occa-sione nolimus, operæ tamen pretium fa-cturos nos existimamus, si, extra con-troversiam posito, causam & olim, & nuper contra infideles, victricibus armis, gloriosè obtentam, breviter monstre-mus, omnia illa argumenta quibus veri-tas Christiana fuit defensa, optimè nostris convenire, nihilque, quod vel ad consti-tuendum veri Christianismi fundamen-tum desiderari possit, vel ad infide-les convincendos, aut confundendos, ne-cessarium sit, à Reformatoribus nostris neglectum fuisse aut immutatum.

X. Tria pro veritate religióis Christia-næ urgeri palmaria solēt argumenta. *Illud* à [a] præmij propositi excellentia petitum est: *Istud* à præceptorum [b] perfectione

Hoc

Hoc, à modo propagatæ *c* doctrinæ admirabili.

a. Tria hæc omnia noſtra ſunt. Jam olim fusè probatum eſt, propterea religionem Chriſtianam cæteris antecellere, quòd una illa cultoribus *ſummam monſtraret felicitatem*; neque in Inſulis fortunatis, delicijs corporeis, eam cum Muhammedanis quæreret, neque in ſola virtutis delectatione, quæ & in Phalaridis bove uſto & toſto ſufficere poſſit; neque in commentitia Pythagoræorum μετεμψυχώσει, ſed in eorum bonorum poſſeſſione, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in mentem hominis deſcenderunt. Hoc erat κειμήλιον, quo ſuprà reliquas caput extulit religiones. Manſit hæc prærogativa Chriſtianis, ſed mirificè corrupta & deſœdata. Quibus Chriſtus & Chriſtianiſmus viam ad conſequendam vitam ſternebat planam, varijs illi ambagibus exercitati, & in avia ſæpe deducti, vix amplius religionis ſuæ laudem contra Judæos & Muhammedanos defendere poterat. *Antiquus* Chriſtianiſmus ignem Purgatorium neſcivit; *recentior* cum Judæis & Turcis admiſit. *Veteres*, ſolâ Dei gratiâ per Chriſti meritum ingreſſum quæſive-

runt in ſanctum ſanctorum. *Recentiore* ſatisfactiones ſuas obtruſerunt; eo ipſ Judæis & Muhammedanis vel ſimiles, ve inferiores. Ut ergo non in meta tantùm; ſed & mediis, ad hanc ducentibus Chriſtiani ſuam tueri poſſent prærogativam, removenda ſedulò erant omnia illa quæ vel à ſcopo nos abducere, vel mediorum legitimum uſum pervertere poterant Id, quod per Reformationem fideliter fuit præſtitum, cujus beneficio Chriſtianiſmi finis non modò planè & perſpicuè fuit aſſertus, ſed & modus eum conſequendi certior, nobilior, ſolidior ex verbo DEI, rtaditionum averruncato ſenticetoa, pertus. Tantò ergo reformatus Chriſtianiſmus beatior, quantò ille, qui non pretium tantùm theſauri alicujus æſtimare; ſed & eundem compendioſiùs conſequi poteſt, eſt felicior.

b. Pugnabant deinde, quibus religio curæ erat, pro Chriſtianiſmi veritate, ex *præceptorum eximia ſanctitate circa Dei cultum.* Cùm enim Gentiliſmi ſacra fermè per totum orbem terrarum, ut latè oſtendit *Porphyrius*; & noſtri etiam Seculi navigationes docent, plena ſint crudelitatis; receptum nempe ubique erat, ut & humano ſanguine Dij placarentur; quem morem

nec

nec Græca eruditio, nec Romanæ Leges ſuſtuleruut: Cùm Muhammedani aut fabulis tantùm paſcantur, aut lugubri rhythmicæ locutionis ſono percellătur, aut duro ferri Imperio ſervire cogantur: Judæi apertæ & blasphemæ rei ſint Apoſtaſiæ; ſola ſupereſt Chriſtiana religio, quam Patroni ejus hoc maximè nomine commendare poſſunt, quòd puriſſimă mentem pura mente colendam doceat, & ijs operibus, quæ ſuapte natura, etiam citra præceptum, honeſtiſſima ſunt. Sic non carnem vult circumcidi; ſed cupiditates; non ab omni opere, ſed ab illicito nos feriari; non pecudum ſanguinem, aut adipem DEO ſacrare, ſed, ſi opus ſit, pro veritate ipſius teſtanda uoſtrum offerri ſanguinem; &, quæ de bonis noſtris egentibus damus, Deo data credere: Non certis ciborum potusve generibus abſtinere, ſed utroque uti cum modo, qui ſanitati conveniat; interdum & jejunijs ſubactum corpus animo addicere, quo is alacriùs ad ſublimia feratur. Præcipua verò pars religionis ubique oſtenditur poſita in pia fiducia, qua compoſiti ad fidele obſequium in Deum toti recumbimus, ejúsque promiſſis non dubiam habemus fidem, unde & ſpes exurgit, &

verus amor tum Dei, tum proximi: quo fit, ut præceptis ipſius pareamus, non ſerviliter pœnæ formidine, ſed ut ipſi placeamus, ipſumque habeamus pro ſua bonitate Patrem ac remuneratorem. Precari verò jubemur, non ut divitias, aut honores nanciſcamur, & quæ alia multum optata plurimis malè ceſſerunt; ſed primùm quidem ea, quæ DEO ſunt glorioſa; nobis verò de rebus caducis ea, quæ natura deſiderat; reliqua permittentes divinæ providentiæ, utramcúnque in partem res ceciderit ſecuri: Ea verò quæ ad æterna ducunt omni ſtudio, nempe retrò commiſſorum veniam, in poſterum auxilium Spiritus ſancti, quo firmati adverſus minas omnes atque illecebras in pio curſu perſtemus. Sic olim, & nuper, pro veritate religionis Chriſtianæ fuit pugnatum: Et rectè quidem. Utris verò, Reformatis, an Pontificijs hæc iterum laus majori debeatur jure, vel ipſis per nos, licebit adverſarijs ferre ſententiam. An veteris Chriſtianiſmi veſtigia religiosè ſatis Pontificij expreſſerint, & annon, quicquid vel Clemens Alexandrinus olim, Juſtinus Martyr, Athenagoras, Tatianus, Tertullianus, Euſebius vel mediæ etiam

ætatis

ætatis authores pro Ecclesia Christiana scripserunt, nostrum potius sit, quàm illorum, qui in externis paulatim ceremonijs salutem quæsiverunt, & Christiani nominis κορυφὴν; qui imaginibus cultum, verbis, aliisque ritibus virtutem tribuerunt, sanctis honorem divinum, qui in, ternæ religionis medulla & succo, salutari nempe in Christum, unicum Servatorem fiducia, penè neglectis, elementa iterum mundi, postliminio, revocárunt, pretioso immaculati agni sanguine redemtam Ecclesiam ἐθελοθρησκείαις occupârunt; an tales contra Judæos, contra Turcas, legalis justitiæ æmulos, se suáque tutari possint, ipsi viderint. Aliud infidelium querelæ, tristi, quotidianæ experientiæ, praxi suffultæ, de quibus Tom. VI. c. II. prolixiùs, ostendunt. Reformatores rem restituerunt, eáque omnia, quibus Christianismus quævis alia sacra superat, felicissimè reddiderunt. Nobis enim tantùm, qui Deum in Scripturis quærimus, eundem ex Scripturis colimus, in revelata. Ejus voluntates, simpliciter & humiliter acquiescimus; non cæteris, qui vel in cerebro suo, vel traditionum lacunis, vel turgidis meritorum ventis, vel ceremoniarum extera larva proram & puppim suæ con-

 stituunt

stituunt religionis; audacter provocare, & pro palma veritatis cum istis certare licet. An verò & reliqui, qui, etsi Christiano gaudeant nomine, mutatis tamen fermè nominibus, in eodem vel superstitionis, vel impietatis hærent luto; paria tentare audeant, id verò suo experiantur ipsi periculo. Certum est, Emissarios Romanos, ubi vel ore, vel calamo Judæis aut Muhammedanis Christianismi principia cautè instillare velint, non alia eos procedere Methodo, quàm quæ hypothesibus nostris respondet: Resectis, ut plurimum, illis, quæ de imaginum cultu, Sanctorum invocatione, Purgatorio, &c. utramque aliâs paginam facere solent; Orientem salutant, nostrisque potiùs quàm Pontificijs rudimentis, nisi qui omnem perfricuerunt frontem, Proselytos imbuunt. Nec video, quicquam cum fructu contra infideles illos præstituros, nisi solidè & evidenter ea religionis parte, qua nec crumenæ, nec foco, nec tiaræ etiam Pontificis; sed & honori Dei, per veram pietatem, & saluti conscientiæ periclitantis atque sauciatæ consulitur, vocata in subsidium. Ad hæc enim maximè cor contritum attendit: Cætera vel oris, vel aurium, vel oculorum, adeoque

que vanitatis, aut fugacis tantùm ac transitoriæ delectationis, alimenta sunt. In cæteris omnibus, operum cumprimis charitatis studio, exercitijs corporis, jejunio, vita Monastica, contemtu mundi & rerum mundanarum, multis parasangis ipsi infideles, Muhammedani maximè, præcurrunt. Atque hoc est, quod ad avertendum probrum à castris Israëlis, Majores nostri, per Reformationem, & fortiter sunt aggressi, & Heroicè executi, ut nempe (quod cæteris in orbe Christiano datum non ampliùs erat,) ijsdem iterum armis, quibus tutò, & veteres olim, & recentiores etiam, trophæa Christianismo, contra quamlibet superstitionem erexerunt, agere nobis liceret.

c. Illud denique maximam in Christianismi tum ortu, tum propagatione excitavit admirationem, quòd per *infirmos etiam & simplices, abjectos, hominum opinione, piscatores, Christus obtinuerit*, ut vel Monarchis Victoribus ubique plura, majoráque præstiterint. Ita plerosque videmus homines comparatos esse, ut Regum & Potentum exempla facilè sequantur: eóque magis, si Lex etiam & coactio adsit. Hinc Paganicarum religionum, hinc

Muhammedicæ incrementa. At, qui Christianam religionem primi docuerunt, non modò sine imperio omni fuerunt, sed & fortunæ humilis piscatores, textores & si quid his simile. Et horum tamen opera dogma illud intra annos triginta, aut circiter; non tantùm per omnes Imperij Romani partes; sed ad Parthos quoque & Indos pervenit. Nec tantum ipso initio, sed per tria fermè Secula, privatorum opera, sine minis ullis, sine ullis invitamentis; imò renitente quàm maximè eorum vi, qui Imperia obtinebant, promota est hæc religio, ita ut antequam Constantinus Christianismu profiteretur, hæc pars Romani orbis prope major esset. An hoc argumento suis Ecclesia Romana polliceri potest sacris patrocinium, quæ, viribus ubique pollens, imbelles, nisi divina ἀπὸ μηχανῆς succurrisset omnipotentia, facile oppressisset, vel tacentibus nobis, Martyrum sanguis clamat. Nec minæ deerant, nec cruciatus, nec delitiæ, nec Protectorum splendor & vires, nec assectarum numerus, quibus patrias aras & focos Romani defendere solebant. Quid, quòd vix aliud penitiùs se imperitæ plebi insinuavit argumentum, quàm tot Imperatorum, Regum, Principum, con-

contra abjectam reformatorum turmam, exemplum: His potissimum nominibus velut fulminibus pauperem Christi gregem prosternere facile potuissent, nisi, qui in cœlis sedet, consilia hæc risisset. Neque enim Dei viæ sunt, ut nostræ viæ, nec cogitationes Ejus, ut hominum cogitationes. Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ. καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ, inquit Paulus, 1. *Cor.* 1. 25 Premebantur ubique fideles, opprimi non poterant. Sanguis innocuus semen nostrarum est Ecclesiarum: Nullum fermè vel in Gallia, vel Anglia, vel Germania, vel Belgio, vel Helvetia succrevisse videmus cætum, qui Martyrum sanguine non sit fundatus. Contemtus, paupertas, patrocinij humani defectus, nostris ubique erat exprobratus. Et tamen brevi tempore non in Europa solùm, sed & in Asia, imò ipsa America fidei suos magno numero ostendere potuerunt socios. Quicunque Seculo vertente, rem Romanorum amissam, redituram sperârunt, spe sua frustrati experiri debuerunt, gigantum illos more pugnare, qui internecionem fidelium molirentur. Cùm ergo tot luculentis Reformatores palàm facere potuerint demonstrationibus, nihil

nec toto, nec in se fundamentali, plenum partium colloquentium fuisse consensum.

De Colloquio hoc, σὺν Θεῷ, suo loco agetur ex professo. Hac vice non nobis alio nomine inservit, quàm ut, invitis hominibus DEO indubitatum concordiæ initæ documentum extare posteris placuisse, ostendamus. Non nescio, plerosq; huic Colloquio Marpurgensi non tantum deferre, quantum meretur. Ipsum postea Lutherum, & multa in præjudicium causæ sparsisse, Pæanos cecinisse, palinodias apertas nostris tribuisse, aliáque, quæ perniciosum magis aluerunt Schisma, esse secuta. Hæc verò talia non sunt, ut à scopo nos dimovere queant. Historiam scribimus, quæ rei gestæ certam ex ipsis, quantum fieri potest, originibus tradit enarrationem, judicio ijs, qui, nullis fascinati præjudicijs, rem ipsam æstimant, relicto, Ipsorum *Lutheri*, *Melanchthonis*, *Zuinglij*, &c. manibus, quibus Colloquij acta habemus subscripta, superstites illos in fundamento fidei & convenisse & convenire potuisse, quorum discipuli nonnulli μέγα λίαν διάστημα jam somniant, ostendere parati. Convenerũt ergo.

A. In

A, In articulo *de Trinitate*. Ita enim verba consensûs ex autographo habent: Erstlich / das wir bederseits einträchtiglich glauben und halten / daß allein ein einiger rechter natürlicher Gott seye / Schöpfer aller Creaturen / und der selbig Gott einig im wesen / und Natur / dreyfaltig in den Personen / namlich Vatter / Sohn / und heiliger Geist / 2c. aller massen wie im *Concilio Niceno* beschlossen / und im *Symbolo Niceno* gesungen und gelesen wurdet in gantzer Christlicher Kirchen in der Welt. Id est; utrinque unanimiter credimus & sentimus, unicum esse verum, naturalem DEUM, conditorem omnium Creaturarum, unum in Essentia & Natura, trinum in Personis, Patrem, Filium & Spiritum sanctum, prorsus sicut in Concilio Niceno decretum est, & in Symbolo Niceno passim in tota Ecclesia Christiana canitur & legitur.

II. De *Filio Dei*, *ejus incarnatione &c.* Zum anderen / glauben wir / daß nicht der Vatter / noch heiliger Geist / sonder der Sohn Gottes Vatters / rechter natürlicher Gott seye Mensch worden / durch würckung des heiligen Geists / ohne zuthun Männlichen saamens gebohren / von der reinen Jungfrawen Maria leiblich / volkommenlich mit Leib und Seele / wie ein ander Mensch / ohne alle sünden / I.e. Credimus, non Patrem vel Spiritum sanctum; sed Filium Dei Patris verum DEUM, hominem factum esse per

per operationem Spiritus sancti, sine virili semine, natũ ex pura Virgine Maria, secundùm carnem, perfectum corpore & anima, similem aliis hominibus, sine peccato.

III. De *ejusdem statu exinanitionis & exaltationis*: Zum dritten / daß der selbige Gottes und Mariæ Sohn / ohnzertrente Person / Jesus Christus / seye für uns gecreutziget / gestorben und begraben / aufferstanden von todten / auffgefahren gen Himmel / sitzend zur rechten Gottes / Herr / über alle Creaturen / zukünftig zurichten die lebendigen und die todten; Id est: Quòd hic Dei & Mariæ Filius indivisa persona Jesus Christus pro nobis crucifixus, mortuus & sepultus sit, resurrexerit à mortuis, ascenderit in cœlum, sedeat ad dexteram DEI, Dominus omnium Creaturarum, venturus ad judicandum vivos & mortuos.

IV. De *peccato originis*: Zum vierdten / glauben wir / daß die Erbsünd seye uns von Adam angebohren / und aufgeerbet / und seye ein solche sünd / daß sie alle Menschen verdammet; und wo Jesus Christus uns nicht zuhilff kommen were / mit seinem tod und leben / so hetten wir ewig daran sterben / und zu Gottes reich und seligkeit nicht kommen müssen: I.e. Quartò credimus, peccatum originis ab Adamo in nos carnali generatione propagatum, tale pecca

tu

tum esse, quòd omnes homines condemnet, & nisi Christus opem nobis suâ morte & vita tulisset, æterna morte nobis in eo moriendum fuisset, neque unquam in regnum Dei, & beatitudinem æternam pervenire potuissemus.

V. De *redemtione per solum Christum*: Zum fünften glauben wir/ daß wir von solcher sünd/ und allen anderen sünden / samt dem ewigen tod erlößt werden/so wir glauben an solchen Sohn Gottes/ Jesum Christum für uns gestorben/ꝛc. und/ausser solchen glauben / durch keinerley werck / stånd oder Orden ꝛc. los werden mögen von einiger sünd. I. e. Credimus nos à peccato originis & omnibus alijs peccatis, & ab æterna morte redimi & liberari, cùm in Filium Dei, Jesum Christum pro nobis mortuum esse credimus; nec sine hac fide per ullum opus vel ordinem &c. ab ullis peccatis liberari posse.

VI. De *fidei origine*: Zum sechsten/ daß solcher glaub seye ein gaab Gottes / den wir mit keinen vorgehenden wercken/ oder verdienst erwerben/ nach auß eigener kraft machen können; sonder der heilig Geist gibt und schaft wo er wil denselbigen in unseren hertzen / wann wir das Evangelium/oder wort Christi hören; I. e. Quòd hæc fides sit donum Dei, quod nullis præcedentibus operibus aut meritis imperremus,

mus, nec proprijs viribus consequi nunc possimus: Sed Spiritus sanctus ubi vult flat, & efficit fidem in nostris cordibus, cum Evangelion seu verbum Christi audimus.

VII. De *justitia fidei coram Deo*: Zum siebenden / daß solcher glaub / sey unser gerechtigkeit vor Gott / alß um welchese willen uns Gott gerecht / fromm / und heilig rechnet / und haltet ohne alle werck und verdienst / und dardurch von sünden / tod / höllen hilft / zu gnaden nimt / und selig macht / um seines Sohns willen / in welchen wir also glauben / und dardurch seines Sohns gerechtigkeit / leben und aller güter geniessen und theilhaftig werden. Darum alle Closter leben und gelübdt / alß zur gerechtigkeit nutzlich / gantz verdamt sind / i. e. Quòd hæc fides sit nostra justitia coram Deo, propter quam nos Deus justos, probos & sanctos reputat, sine ullis operibus & meritis, & per hanc fidem nos à peccato, morte, inferno liberet, in gratiam recipiat, & salvet propter Filium suum, in quem credimus, & hac fide omnium beneficiorum, justitiæ & vitæ Christi participes reddamur. Quare totus Monachatus & vota, cùm prodesse ad salutem existimantur, damnata sunt.

VIII. De *externo verbi Ministerio*: Zum achten /

achten / daß der heilig Geist / ordenlich zureden / niemandts / solchen glauben / oder seine gaaben gibt / ohne vorgehnd Predigt oder mundtlich wort oder Evangelion Christi / sonderen durch und mit sollichem mundtlichen wort / oder Evangelion würckt und schaft Er den Glauben / wo und in welchen Er wil / Rom. X. I. e. Quòd Spiritus ſanctus; de via ordinaria loquendo; nemini hanc fidem, & donum ſuum largiatur, niſi præcedente concione, ſeu verbo vocali, Evangelio Chriſti, ſed per verbum operatur & efficit fidem, ubi & in quibus ipſi viſum eſt, Rom. 10.

IX. De *Baptiſmo*: Zum neundten / daß der heilige Tauff seye ein Sacrament / daß zu solchem Glauben von Gott eingesezt: und weil Gottes gebott: Ite baptizate, &c. und Gottes verheissung drinnen ist: Qui crediderit, &c. So ist es nicht allein ein ledig zeichen oder losung under den Christen; sonder ein zeichen / und werck Gottes / darinn unser Glaub gefoderet / durch welchen wir zum leben wider gebohren werden / I. e. Quòd Baptiſmus ſit Sacramentum ad hanc fidem (efficiendam & obſignandam) à DEO inſtitutum. Et quia mandatum Dei: Ite & baptizate, &c. Et promiſſio Dei: Qui crediderit, &c. Baptiſmo includitur; non nudum ſignum aut nota & teſſera profeſſionis Chriſtianæ; ſed ſignum & opus Dei eſt, in quo fides noſtra requiritur, per quem regeneramur.

X. De

X. De *fide per charitatem efficaci*: Zum zehenden / daß solcher Glauben durch würckung des heiligen Geistes hernach / so wir gerecht und heilig dardurch gerechnet und worden sind / gute werck durch uns übet / namlich die liebe gegen dem Nächsten / bitten zu Gott / und leiden allerley verfolgung / I. e. Quòd hæc fides per efficaciam Spiritus ſancti poſtquam per eam juſtificati & ſanctificati ſumus, bona opera per nos operetur: videlicet dilectionem proximi, invocationem DEI, & patientiam in cruce.

XI. De *Confeſſione & abſolutione*: Zum eilften / daß die beicht oder Rahtſuchung bey seynem Pfarrer oder Nächsten wol ungezwungen und frey seyn sol: Aber doch fast nutzlich den betrübten / angefochten oder mit sünden beladenen / oder in yrthumb gefallenen gewüssen / allermeist um der Absolution oder trostung willen des Evangelii / welches die rechte Absolution ist / I. e. Quòd Confeſſio ſeu petitio Conſilij (& abſolutionis) apud Paſtorem, vel proximum ſuum, etſi non coacta; ſed libera eſſe debeat, tamen valde utilis & expetenda ſit mœſtis, & afflictis, vel in peccata aut errorem lapſis conſcientijs, præcipuè propter abſolutionem ſeu conſolationem Evangelij, quæ vera abſolutio eſt.

XII. De *Magiſtratu*: Zum zwölften / daß

alle Obrigkeit und Weltliche Gesatz / oder Ordnung wo sie sind / ein rechter guter stand sind/ und nicht verbotten / wie etliche Päpstische und Widertäuffer lehren und halten; sonder das ein Christ/ so darinn beruffen / oder gebohren / wol kan durch den glauben Christi selig werden: Gleich wie Vatter und Muter-stand / Herr und Frawen-stand/ &c. I. e. Quòd Magistratus, Leges Civiles, judicia & ordinationes politicæ, ubicunque sunt, bonus & legitimus ordo sint, non prohibitus, sicut aliqui Papistæ sentiunt & docent: Sed quòd Christianus, qui ad Magistratum vocatur & nascitur, bene per fidem Christi salvari possit: Sicut ordo Conjugalis, patris & matris, domini & heræ, &c.

XIII. De *adiaphoris Ecclesiæ constitutionibus*: Zum dreyzehenden / daß man heißt *Tradition*, menschliche ordnungen in Geistlichen oder Kirchen geschäften / wo sie nicht wider offentlich Gottes wort streben / mag man frey halten oder lassen / darnach die Leuht sind/ mit denen wir umgehen / in allweg unnötige ärgernuß zuverhüten/ und durch die liebe den schwachen/ und gemeinem frid zu dienst: Daß auch die Lehr / so Pfaffen Ehe verbeut / Teufels Lehr seye. Id est, Traditiones, quæ sic nominantur, seu ordinationes Ecclesiasticæ, ab hominibus factæ, si non pugnent contra manifestum DEI verbum, liberè servari vel omitti possunt; prout homines sunt, cum qui-

bus

bus versamur, ita ut scandala non necessaria vitemus, & paci serviamus. Et quod prohibitio Conjugij Sacerdotum sit doctrina dæmoniorum.

XIV. De *Pædo-baptismo*: Zum vierzehenden / daß die Kinder-tauffe recht seye / und sie dardurch zu Gottes gnaden / und in die Christenheit genommen werde. I. e. Pædobaptismum necessarium esse, veluti quo infantes in gratiam DEI & gremium Ecclesiæ recipiantur.

XV. De *Cœna Domini*: Zum fünfzehenden / glauben und halten wir alle / von dem Nachtmal unsers lieben Herzen und Heilands Jesu Christi / daß man beede gestalt nach einsatzung Christi brauchen soll: daß auch die Meß nicht ein werck ist damit ein anderen tod oder lebendig gnad erlangt. Daß auch das Sacrament deß Altars / seye ein Sacrament des waaren Leibs / und Bluts Jesu Christi / und die geistliche niessung desselbigen Leibs und Bluts einem jeden Christen fürnemlich von nöten. Deßgleichen der brauch des Sacramentes / wie das wort von Gott dem Allmächtigen gegeben und geordnet sey / damit die schwachen gewüssen zuglauben zubewegen / durch den heiligen Geist: Und wie wol aber wir uns / ob der waar Leib und Blut Christi leiblich im Brod und Wein seye / diser zeit nit verglicht haben; so sol doch ein theil gegen dem anderen Christliche lieb / so feer jedes gewüssen immer leiden kan / erzeigen / und beede theil Gott den Allmächtigen fleißig bitten / daß er uns durch seinen Geist den rechten verstand bestetigen wolle / Amen.

I. e. Credimus & sentimus (NB.) *omnes* de Cœna Domini nostri Jesu Christi, quòd utraque specie, juxta institutionem, utendum sit: Quòd Missa non sit opus, quo alter alteri, defuncto aut viventi, gratiam impetret: Quòd Sacramentum altaris sit Sacramentum *veri* corporis & sanguinis Jesu Christi, & spiritualis istius (NB.) veri corporis & sanguinis sumtio, *præcipuè* unicuique Chriistano maximè necessaria. Similiter de usu Sacramenti consentimus, quòd, sicut verbum, ita & Sacramentum à DEO traditum & ordinatum sit, ut infirmas conscientias ad fidem & dilectionem excitet per Spiritum sanctum. Etsi autem, an verum corpus & sanguis Christi (NB.) *corporaliter* in pane & vino Cœnæ Domini præsens sit, hoc tempore non concordavimus, tamen una *pars alteri* (*NB.*) *Christianam dilectionem*, quantum cujusque conscientia feret, declarabit, & utraque pars Deum omnipotentem diligenter orabit, ut nos Spiritu suo in vera sententia confirmet; Amen. Hæc venerandis magnorum Reformatorum manibus confirmata fuerunt, d. 3. Octob. 1529. Ordo autem subscriptionis in exemplari meo authentico talis est: *Johannes Oecolampadius: Huldrichus Zuinglius*:

glius: Martinus Bucerus: Casper Hedio Paulò inferius: *Martinus Luther: Justus Jonas: Philippus Melanchthon: Andreas Osiander: Stephanus Agricola: Johannes Brentius.*

Hinc vero non incommodè monendum existimamus,

1. *Non tam Historicè, quàm dogmaticè placuisse hoc loco Colloquium tractare Marpurgense:* Illud enim tum, bono cum DEO, lector à nobis expectabit, ubi ad triste Schisma doctrinæ Sacramentariæ, & diversa pacis Ecclesiasticæ deventum fuerit consilia.

2. *Frustra, veluti hospites rerum superiori Seculo gestarum, multos pacis restitutionem inter ἀδύνατα* aut *ἄπορα referre.* Quasi, quòd olim gestum est, geri non denuo possit? Si ad hujus iterum Colloquij limites & consensus revocari posset, & in uno, eóque non toto, nec parte ejus principali, aut ad salutem necessario capite, controversiæ nostræ terminarentur, quàm multò meliùs de distractis & miserè laceratis Ecclesiis ageretur? Scimus, omnem contentiosos movere lapidem, ne, dum, pacé olim initam & concordiam sancitam, concedere cogantur; debacchandi deinceps libidine authoritatem sibi vel conciliare, vel conciliatam tueri nequeant;

 effi-

efficere tamen nullis poterunt machinis, ut factum fiat infectum. Si, accessione aliarum controversiarum, vulnus videatur exacerbatum; sibi habeant. Nullá illud nostratium accidit culpa, sed eorum, qui cúm Luhteri nomen magno habeant loco, doctrinam tamen ejus in omnibus constanter non retinuerunt.

3. *Placuisse Dei providentia, ut utriusque Ecclesiæ, Reformatæ & Lutheranæ nomine, Confessio extaret, quæ fundamentalium consensum & plenè traderet, & evidentiùs exponeret.* Certè, si hæc non est plena articulorum fundamentalium enumeratio, nescio quid de primitivæ Ecclesiæ Symbolis, quæ contractiora longè erant, periculosè moveri non posset. Mittant, rogamus, Viri eruditi præconceptam de Ecclesiis nostris, δωρεὰν, *gratis*, damnandis, opinionem, & vel unum exprimant in primis Christianorum Confessionibus exhibitum articulum fundamentalem, quem collocutores Marpurgenses non retinuerint. Nec video, ipsam Augustanam Confessionem aliud fidei suæ fundamentum vel quæsivisse, vel invenisse, quàm quòd Marpurgi antea positum erat. Nec, qui vel authorum

rum dignitate. (ipse quippe *Lutherus* Marpurgi præstò fuit, Augustæ non item:) vel Methodi lumine, vel enumerationis plenitudine Colloquium Marpurgense, ad Augustanam Confessionem accedere dixerit, quicquam huic detracturum illum existimo.

4. *Non ex hominum impotentia; sed Dei omnipotentia, de scopo Colloquij Marpurgensis judicandum.* *Impotentis* profectò fuit animi, quando Lutherus domum reversus non Deo, pro majori quàm sperabat, sensu, sed carni potiùs, pro devicto Zuinglio, litavit; sui majoris nominis, quàm incrementi regni cœlorum habita ratione.

Impotentis animi erat, ea protinus; de quibus amicè, sobriè & præmeditatè inter pares convenerat; veluti humiles deprecationes & inglorias exagitari Palinodias: Quasi, stylo verso, aliud nostri confessi essent Marpurgi, aliter docuissent, in Helvetia, domi.

Impotentis denique animi erat, eam etiam pacis initæ contesserationem, à nostris oblatam, vertere vitio, quæ summam merebatur laudem. Fratrum, charitatis plenum, officiique monitorium nomen, non aliâ, ut rectè obser-

 vavit

vavit & excusavit *Bucerus*, nostri obtulerunt conditione, quam quatenus fundamentum ejus in ipsis sacris literis ostenderent Mox tamen Jurisconsulti erant parum Christiani, qui hanc nostrorum modestiam, & Christianæ declarandæ charitatis studium, vel pusillanimitati, vel malæ causæ indicio transscripserunt. Quasi non ipsa natura multos fraterno nomine etiamnum conjungat; quos pravi & malitiosi affectus sæpe separant.

Verùm, vanos istos de Marpurgensis Colloquij sinistris eventibus rumores, feliciter jam olim dissipârunt & ipse *Zuinglius*, & *Oecolampadius*, & *Bucerus* quoque *Zuinglij* Epistola, qua de hac insolentia ad *Philippum* Hassiæ Landgravium erat conquestus, ex autographo, talis est: Demnach gnädiger Herr / wird ich angelangt / wie Pomeranus und Luther durch ihre Practicen angericht / daß der Graff zu Ostfriesen alle Predicanten / die unser meinung sind des Sacraments halb / verjagt habe / und das auß ansehen Hertzog Hansen / und auch auß fürgeben Luthers / wie er uns zu Marpurg überwunden hab / auf das solle ich bey Ewrer Gnaden vermögen / daß die an den Graffen zu Ostfriesen klärlich schreibe / und zeugnus gebe / (NB.) ob doch Luther gesiget habe / oder nicht. Dann bey der warheit / die Gott / so führt Luther in disem handel ein so untüchtige widerwertige Lehr / daß / wo man die artikel

tikel so zu Schmalkalden ausgangen / nicht offentlich widerfuhr / grosse jrrung darvon entstehen wird: Dann er auch allen alten Lehrern zuwider ist: Ich geschweig dem wort Gottes uberal. Hierum gnädigster liebster Herr / thund so wol / und berichten den Graffen / damit das wort Gottes nicht im gewalt der Menschen / sonder in kraft des Geists geführt werde. Sed & alia in Bibliotheca Sangallensi ejusdem Zuinglij, ex itinere domū reversi, de die 20. Octob. 1529. asservatur de hoc Colloquio Epistola, ubi inter alia: *Veritas superavit adeò manifestè, ut si unquam quisquam victus est, Lutherus victus est — Hoc etiam boni tulimus, posteaquam in plerisque Christianæ religionis dogmatis consensimus, Pontificij non ultra poterunt sperare, Lutherum suum fore. Oecolampadij* & *Buceri* spongias, contra sparsa de hoc Colloquio mendacia, vide in *Hospinian.* Histor. Sacrament. P. II. p. 83. &c. Verum, ut dixi, non ex hominum vel impotentia, vel infirmitate, vel impudentia etiam; sed sapientissima DEI omnipotentia de scopo & successu hujus Colloquij est judicandum. Ringenti etiam & calcitranti nempe monstrare posteritati, Omnipotens voluit, Se Principum & Theologorum corda, rivulorum instar difficilimis temporibus ita regere atque dirigere potuisse, ut invitos etiam & nihil tale cogitantes nonnullos

ad eorum capitum, quibus salus vel acquiritur, vel amittitur, consensum compulerit. Valeant igitur, qui, ut Ecclesiam turbare pergant, eos ubique veluti perniciosarum hæresium authores & fautores publicè proclamant, quasi nullum fidei dogma tam esset religiosum, nullum mysterium tam venerandum, nulla ceremonia tam sancta, quæ non vel allatrâssent nostri, vel planè è medio sustulissent. Innocentiæ suæ testes tabulas habent, à primarijs eorum Antistitibus subscriptas.

Quàm piè & devotè in S. S. *Trinitatis mysterio* collocutores conspirârunt, articulo διακριτικῷ, quo veteres Orthodoxi, ab hæreticis, Imperatorio & Theologico calculo, distinguebantur? Et tamen non desunt, qui per calumniam, quasi Trinitatem personarum divinarum labefactarent nostri, nigro theta notant. Nihil juvat tam manifesta ad Canones Nicenos, malleos Anti Trinitariorum provocatio, nihil tot manifestæ Confessionum formulæ, tot scriptorum Elencticorum plaustra.

De Christi *incarnatione*, unitate *Personæ*, *Proprietatum differentia*, quid Orthodoxa antiquitas unquam vel docuit, vel contra hæreticos vindicavit, quod in Colloquio

loquio Marpurgensi non & receptum, & breviter assertum fuerit? Quid igitur tot accusationibus verberamur, quasi veram Christi Deitatem negaremus, unionem personalem solveremus, realem Idiomatum communicationem aboleremus? Quo Christianæ prudentiæ prætextu, postquam ne ipse quidem Lutherus Zuinglio de ἀλλοιώσει Marpurgi movit litem, & inter colloeutores nihil prorsus de magno incarnationis mysterio, quod controverti posset, supererat, longe tamen pòst *Patres Bergenses*, virulentam illam Lutheri, contra ἀλλοίωσιν Zuinglij, disputationem, in qua constat, Lutherum Zuinglij sententiam aut non intellexisse, aut dissimulâsse, contra sancitæ concordiæ, & transactionis fidem, in concordiæ suo libro refricare denuo fuerunt ausi? Quàm breviter, succinctè & perspicuè de *peccato originali*, ejúsque malo, Reformatores consensum suum sunt testati? Cui ergo bono impropriæ nonnullæ, ante Colloquium à Zwinglio adhibitæ, satis tamen, & Orthodoxè alibi expositæ, phrases, ita exagitari etiamnum debeant, ut quò quis hodie ad impediendam pacem importunior hinc fuerit, eò se majorem apud suos inivisse speret gratiam?

De

De *unica* salutis *via*, Christo, ejúsqu merito, vera fide apprehenso, quàm ami ca Reformatorum συμφωνία? Nulla hic contentio, nulla apud Marpurgenses quæstio. Et tamen atroces hinc inde rhapsodi colligunt calumnias, quòd Ecclesiæ reformatæ de gratia ac merito Christi damnabiles errores foveant, necessitatem fidei in Christum negent, adeóque Ethnicis pariter & Christianis salutem addicant. Eadem ratio reliquorum est capitum. Nihil universa Reformatorum continebat Theologia, quod in Colloquio Marpurgensi non vel αὐτολεξεὶ, vel κατὰ τὴν διάνοιαν utrinque fuerit receptum, si ab uno discedamus articulo de Cœna Domini, eóque neque toto, neque principali ejus parte. Utrumque, ex disertis Colloquii constat verbis. An verò periculosum, novúmque in tanto mysterio adverbium, *corporaliter*, à nostris, ob novitatem declinatum, ob periculum non admissum sufflaminare aut impedire potuerit; fraternam illorum animorum quibus Deus, singulari gratia concessit τὸ ἓν φρονεῖν, conjunctionem; rigidiores viderint, & excusent, ἀπεικιστέροις hactenus persuaderi non potuit. Ostendant, ullum

ullum unquam vel in Concilis Veterum, vel Patrum ſcriptis occurrere exemplum, in quo illis, qui in omnibus fidei articulis fundamentalibus, adeò & orthodoxè loquerentur, & piè ſentirent, mutua fraternitatis dextra fuerit negata. Quàm malè primis conſulunt Chriſtianis, qui novam hanc in Sacramentis adeò præcisè hodie urgent Phraſeologiam? Modeſtiæ prætextu negant, præſentiæ modum ſcrupuloſiùs debere inquiri; eos tamen, qui modum ab ijs definitum reijciunt, tum etiam damnant, cùm in primarijs capitibus nullus eſt diſſenſus. An, qui olim conſenſiſſet,

1. *Cauſam* efficientem Cænæ Dominicæ eſſe Chriſtum?

2. *Materiam* externam, utramque ſpeciem, panem & vinum: internam Chriſti verum corpus, verúmque ejus ſanguinem? *Formam* internam, ſumtionem utriusque Spiritualem? *Finem*, excitationem infirmarum conſcientiarum ad fidem & dilectionem; an, inquam, talis vel ſuſpicionem doctrinæ de Cæna Domini malè, imò periculosè intellectæ reliquiſſet? Cui nec inſtitutionis verba, nec loca parallela, nec fidei analogia, nec ipſa ſacra credere permittunt, corpus Chriſti in

in Cæna *corporaliter* esse præsens, quo nec corporaliter videtur, nec corporaliter palpatur; aqua illi propterea & igni sit interdicendum? Christianam sibi mutuo commendare charitatem, & tamen fratris in Christo negare titulum, quàm, quæso aptè cohærent? Zwinglius, cum suis, Luthero dexteram obtulit, non quòd ill ignoraret, quàm notorium esset toties inculcati adverbij *corporaliter* παρόραμα; sed quod majoris faceret, & meritò quidem, τὰ διδόμενα, utrinque concessa, quàm, qua de minutioribus supererant controversa. Magnæ præcipitantiæ etiamnum esset, e um damnare fratrem, in quem eximia Deus contulisset beneficia, quique adeo abundantem salutaris cognitionis divini tus accepisset mensuram, ut nihil prisca olim, ceu fundamentale, receperit Ecclesia, quod non ille, & majori fort cum πληροφορίᾳ admitteret. Propterea tamen, eundem quòd in leviori hallucina retur aut cespitaret, aliqua circumstantia, forma externa, cœlo privare, & sacra Ecclesiæ communione excludere. In pacem consensit Zwinglius, salva utrinque hypothesi, Marpurgi; ubi verò paulò post reditum alij pacis sanciendæ, aliam inire vellent rationem, & *Bucerus* instantius

ad-

adverbia illa inſidioſa urgere videretur prudenter ea Zwinglius declinavit, tum quòd, quo ſenſu ea dicta vellet Lutherus, ignorare non poterat, tum quòd, ex communi vulgi uſu (nam & πχνηκὰ vocabula valent ut nummi) fraudi facilè eſſe potuiſſent. Supereſt ea de re Zwinglij Epiſtola, ad Legatos Tigurinorum Baſileæ d. 20. Novemb. anno Ch. 1530. congregatos; Collegarum nomine ſcripta. Et quia ineundæ pacis rationem tutiſſimá præſcribit, neque in ſyncretiſmo, aut religionum mixtura, ſed Chriſtiana, in eo ad quod pervenimus, harmonia, in cæteris moderata, illam conſiſtere tolerantia oſtendit, ut à pluribus deinceps legatur, digniſſima nobis videtur.

Neque miraberis, duriùs nonnunquam de Luthero Zwinglium loqui. Huic enim certè ferendum acceptum, quòd, qua fuit δυνάμει ἑρμηνευτικῇ, flexiloquas, obſcuras, dubias loquendi formulas felicius ex interiori cordium receſſu extraxerit, eóque authores paulatim redegerit, ut & abſurditatem ſæpè ſuam facilius viderent, & caſtigatius deinceps loquerentur, multi etiam tandem noſtris accederent partibus. Nec quenquam offendat, de eorum nos loqui vocatione extraordinaria,

naria, qui adeò fervidis pugnârunt di
ceptationibus. Et Petro, cum non rect
ambularet, in faciem resistit Paulus; *Ga*
2.v.11. Apostolus Apostolo. Et Mose
Aharoni, fratri frater, socius socio indi
gnatus fuit, cùm populo μοσχοποιήσαντ
hic assentiretur, nemo tamen vocatio
nem propterea eorum vocat indubium
Est hæc providentiæ divinæ crasis, ut
quamvis per nos opus suum ipse agit, ve
lit tamen, accurate nos distinguere, quid
Dei, quid hominis sit: Quid omnipoten
tis, quid impotentis: Quid Spiritus, quid
carnis: Quid creatoris, quid creaturæ
Nempe non vult, nostræ nos sortis, hu
manæ fragilitatis & inconstantiæ oblivi
sci. Solius petræ opus perfectum est: Nos
vasa fragilia, odorem, quo à nativitate
nostra sumus imbuti, diu diùque serva
mus. Sed Zwinglium, vernaculè ite
rum audiamus, cujus instituti tantò eti
am deinceps erimus tenaciores, quantò
pluribus constat exemplis, illud magis ma
gisque Veterum monumentorum Edito
ribus placere; faciliùsque longè esse
suo tempore Germanica Latinitate vestire
quàm semel amissis, ubi de genuino sen
su quæstio fuerit, cum damno (de ἀν
εκδότοις enim tantùm loquimur,) carere

Gnad

Gnad / und frid von Gott bevor / Fromm / Ehrsam / Weiß / Gnädig / Günstig / lieb Herzen: Euch seygind alle Ehrbietungen etc. Noch dem wir die mittlung *Martini Buzeri*, unsers lieben bruders verlesen / darinn wir grossen nachtheil haten / wo die warheit möchte verzochen oder vermuslet werden: Uns hat nützid so hoch bedauret / alß die wort / der wahr leib Christi / und das wahr blut / sind wahrlich im Nachtmal etc. Nicht das uns das wort wahr / und wahrlich / so fehr es recht genommen / mißfalle; sondern daß der gemein Mensch im teutschen also versteht / der wahre / selbs wessentliche leib Christi / wird wahrlich / wessentlich im Nachtmal geessen / welches die Lutherischen allwegen geredt habend. Und weil aber die einfaltige dardurch verstahn / samm Christus natürlich / wessentlich geessen werde mit dem mund. Wie auch Luther gelehrt hat: Wie wol er da nun zu etwas malen gesprungen und geredt / das (NB.) Sacrament werde leiblich geessen. So aber wir vom heiligen Sacrament nicht anderst weder mit worten geredt haben / die auch bey den Alten bräuchig gewesen sind / und die Lutherischen under der Persohn des Luthers treffenlich beschirmt werden / die aber so ungehörte ding in disem handel geredt haben etc. Und so dann dise wort wahr / und wahrlich in gemeinem Teutschen / alß jetz der spann stehet / also vom gemeinen Menschen verstanden wird / wie obgemeldet für wessentlich / natürlich / selbs gegenwirtig / und *Buzer* auf das klar einfaltig / das wir angezeigt habend / das also lautet: Wir bekennend / daß der leib Christi im Nachtmal zugegen sey nicht leiblich / oder natürlich / sonder Sacramentlich / dem reinen / lauteren / Gottsförchtigen gemüht; daß ja *Buzer* auff das nicht hat mögen kommen / sonder wider komt mit den Lutherischen ge-

suchen und übungen / so geben wir euch zu erkennen daß wir gantz und gar bey der vorabgeredten meinung bleiben werden / die vast in disem vergriffen ist: Christi leib ist im Nachtmal gegenwirtig nit leiblich noch natürlich; sonder Sacramentlich / den reinen lauteren / Gottsförchtigen gemüht. Dann ihr wird bedenken / daß vorgeben / zu nachtheil der warheit nicht gut wird thun / und das diß dunckel vermengen / der finsternus und nicht dem liecht verhelffen wird. Aber um der einigungen und händlen wegen, so vor augen sind / geben wir zu / daß Butzer sein geschrift / so sehr ihr daran auch seyn mögind / wol möge lassen außgahn. Wo aber jemand sich klagen wird / die warheit sey ihm verfinsteret / oder uns zihen / wir habind die verlassen / wollen wir die hand offen haben uns zeerdauren / und bey der warheit zebleiben / unangesehen ob gleich die gantze Welt uns beschuldiget / daß wir fridens uns nicht flyssind. Dann wir sehend / daß dise finstere angst auß fürwitz herkomt. Gott der uns je und je geführt / wird uns weiter bringen. Ihr wüsset liebe Herren / das dises alles nur ein schirm des Luthers ist. Dann so wirs je besehen / so ist der mehrentheil aller Christen unsers sinnes / und wird sich das von tag zu tag erfinden. Dann wir sind deßgesinnet / daß wir mit disem spann mit ihnen gemeines glaubens halb freundschaft und einigkeit wol könten haben / wo aber sie das nicht wöllen thun / sehend wir wol / daß finantz und mißtrawen da wehre. Vertröstend sonst unsere liebe Herren und Burger von Straßburg mit anderen sachen / weder mit diser erfochtnen einigung / die nicht bestehen möcht. Gott ist alt / aber nicht kranck; hat uns noch kraft und rahts genug. Geben 20. Novembr. 1530. Hæc *Zuinglius*, suo, Collegarun-

garum, D. *Engelhardi*, *Leonis Judæ*, & cæterorum quoque deputatorum nomine. Quàm verò prudenter τῇ πελεστεϱῷ μηγνύς ὄφιν. Buzerum fratrem appellat, nimis tamen officiosum sanciendæ concordiæ studium in eo improbat: sitim concordiæ non extinguit, neque tamen, ut fæces mero admisceat, author esse vult. Pacem Ecclesiasticam offert; non tamen inhonestis conditionibus ambit. In eo, ad quod utrinque perventum erat, veræ constantisque concordiæ modum & metam ostendit; sententiarum confusionem, coalitionem non requirit. Præsentiam corporis Christi disertis astruit verbis, non aliam tamen, quàm quæ Sacramentis convenit. A terminis διαλλακτικοῖς, dubijs licèt, ipse non abhorret, modò nihil inde periculi ad infirmos redundet: Luthero amicus esse cupit; sed magis amicus veritati. Memoratu certè digna Epistola, quâ haud obscurè, quo Ecclesiarum Helveticarum incommodo, sub incertarum phrasium involucro concordia quæratur, & prævidit sagaciter, & prædixit solicitè: Hinc enim futurum, ut multi, neutram rectè intelligentes sententiam, nihil essent intellecturi. Quæ non, ut obducta vulnera refricaremus; sed ut alio-

rum moti & moniti exemplo, quæ tuti
sima tractandorum studiorum Irenicoru
esset Methodus, disceremus. Frustra e
nim laborare video, qui, præter Christia
næ tolerantiæ ἐπιείκειαν, plura jam flagi
tant, plerorumque in omnibus consensu
urgent, quem nec Romana hactenus Ec
clesia, nec vetus Christiana, nec olim Ju
daica obtinere potuit. Illarum, inter Chri
stianos, rerumpublicarum fœdera, quæ
salvis legibus patrijs, cuique Reipublica
proprijs, communes habent ad pacis pu
blicæ conservationem, leges περιφυλακτικάς
quid hic quoque conscientiæ expediat, no
difficilem monstrant viam. Quod de in
solitis Lutheri locutionibus, adeò solici
tus fuerit *Zwinglius*, mirum non erat
Manebant alta adhuc mente reposta, quæ
ex Colloquio Marpurgensi, paulò antè ad
Vadianum scripserat. *Colloquium*, inquit,
istud (privatum nempe) *sex in horas traxi-
mus, Philippus & ego, Lutherus & Oeco-
lampadius in tres horas. Altera die coram Land-
gravio, & paucis arbitris, pugnatum est, cùm
ista, tum reliquis tribus Sessionibus: Nam
quatuor in universum fuerunt, quibus coram
arbitris pugnatum est feliciter. Luthero e-
nim ter frivola ista:* Christus passus est, ju-
xta naturam divinam: Christi corpus est
ubique

ubique. *Et*, caro non prodest quicquam, *ab ipso aliter atque nunc astrueret, expositum esse, objecimus: Attamen ad omnia nihil respondit, quàm ad:* Caro non prodest quicquam, *dicebat, scis, Zuingli, ut veteres omnes processu temporis, & aucto judicio, aliter atque aliter locos Scripturæ tractaverint. Dixit:* Corporaliter editur Christi corpus in corpus nostrum; at interim hæc mihi servabo, an & anima corpus edat? Cùm palàm antea dixisset: Ore editur corpus Christi corporaliter: Anima non edit ipsum corporaliter. *Dixit:* Corpus Christi confici his verbis: Hoc est corpus meum, quamvìs sceleratus sit, qui dicat ista verba. *Concessit*, corpus Christi esse finitum: Concessit, signum corporis Christi appellari posse Eucharistiam. *Redargutus ita est à nobis, ut jam Princeps ipse nobiscum sentiat, &c.* Hæc metuebat Zuinglius ne per ancipitem Buceri phraseologiam incautè ingererentur, certus proinde tutúsque esse volebat.

XII. Vidimus *fundamentum* veri Christianismi, & manifestum *fundamentalium consensum*, inter Reformatores religiosè constitutum; cúmque non ex quæstio-

vavit & excusavit *Bucerus*, nostri obtulerunt conditione, quàm quatenus fundamentum ejus in ipsis sacris literis ostenderent Mox tamen Jurisconsulti erant parùm Christiani, qui hanc nostrorum modestiam, & Christianæ declarandæ charitatis studium, vel pusillanimitati, vel malæ causæ indicio transscripserunt. Quasi non ipsa natura multos fraterno nomine etiamnum conjungat; quos pravi & malitiosi affectus sæpe separant.

Verùm, vanos istos de Marpurgensis Colloquij sinistris eventibus rumores, feliciter jam olim dissipârunt & ipse *Zuinglius*, & *Oecolampadius*, & *Bucerus* quoque. *Zuinglij* Epistola, qua de hac insolentia ad *Philippum* Hassiæ Landgravium erat conquestus, ex autographo, talis est: Demnach gnädiger Herr/ wird ich angelangt/ wie Pomeranus und Luther durch ihre Practicen angericht/ daß der Graff zu Ostfriesen alle Predicanten/ die unser meinung sind des Sacraments halb/ verjagt habe/ und das auß ansehen Hertzog Hansen/ und auch auß fürgeben Luthers/ wie er uns zu Marpurg überwunden hab/ auf das solle ich bey Ewrer Gnaden vermögen/ daß die an den Graffen zu Ostfriesen klärlich schreibe/ und zeugnus gebe/ (NB.) ob doch Luther gesiget habe/ oder nicht. Dann bey der warheit/ die Gott/ so führt Luther in disem handel ein so untüchtige widerwertige Lehr/ daß/ wo man die artikel

tikel so zu Schmalkalden ausgangen / nicht offentlich widerfuhr / grosse jrrung darvon entstehen wird: Dann er auch allen alten Lehrern zuwider ist: Ich geschweig dem wort Gottes überal. Hierum gnädigster liebster Herr / thund so wol / und berichten den Graffen / damit das wort Gottes nicht im gewalt der Menschen / sonder in kraft des Geists geführt werde. Sed & alia in Bibliotheca Sangallensi ejusdem Zuinglij, ex itinere domū reversi, de die 20. Octob. 1529. asservatur de hoc Colloquio Epistola, ubi inter alia: *Veritas superavit adeò manifestè, ut si unquam quisquam victus est, Lutherus victus est —— Hoc etiam boni tulimus, posteaquam in plerisque Christianæ religionis dogmatis consensimus, Pontificij non ultra poterunt sperare, Lutherum suum fore. Oecolampadij* & *Buceri* spongias, contra sparsa de hoc Colloquio mendacia, vide in *Hospinian.* Histor. Sacrament. P. II. p. 83. &c. Verum, ut dixi, non ex hominum vel impotentia, vel infirmitate, vel impudentia etiam; sed sapientissima DEI omnipotentia de scopo & successu hujus Colloquij est judicandum. Ringenti etiam & calcitranti nempe monstrare posteritati, Omnipotens voluit, Se Principum & Theologorum corda, rivulorum instar difficilimis temporibus ita regere atque dirigere potuisse, ut invitos etiam & nihil tale cogitantes nonnullos

ad eorum capitum, quibus salus vel a quiritur, vel amittitur, consensum com pulerit. Valeant igitur, qui, ut Ecclesian turbare pergant, eos ubique veluti perni ciosarum hæresium authores & fautore publicè proclamant, quasi nullum fide dogma tam esset religiosum, nullum my sterium tam venerandum, nulla ceremo nia tam sancta, quæ non vel allatrâssent nostri, vel planè è medio sustulissent. In nocentiæ suæ testes tabulas habent, à primarijs eorum Antistitibus subscriptas.

Quàm piè & devotè in S. S. *Trinitatis mysterio* collocutores conspirârunt, articulo διακριτικῷ, quo veteres Orthodoxi, ab hæreticis, Imperatorio & Theologico calculo, distinguebantur? Et tamen non desunt, qui per calumniam, quasi Trinitatem personarum divinarum labefactarent nostri, nigro theta notant. Nihil juvat tam manifesta ad Canones Nicenos, malleos Anti Trinitariorum provocatio, nihil tot manifestæ Confessionum formulæ, tot scriptorum Elencticorum plaustra.

De Christi *incarnatione*, unitate *Personæ*, *Proprietatum differentia*, quid Orthodoxa antiquitas unquam vel docuit, vel contra hæreticos vindicavit, quod in Colloquio

loquio Marpurgensi non & receptum, & breviter assertum fuerit? Quid igitur tot accusationibus verberamur, quasi veram Christi Deitatem negaremus, unionem personalem solveremus, realem Idiomatum communicationem aboleremus? Quo Christianæ prudentiæ prætextu, postquam ne ipse quidem Lutherus Zuinglio de ἀλλοιώσει Marpurgi movit litem, & inter collocutores nihil prorsus de magno incarnationis mysterio, quod controverti posset, supererat, longe tamen pòst *Patres Bergenses*, virulentam illam Lutheri, contra ἀλλοίωσιν Zuinglij, disputationem, in qua constat, Lutherum Zuinglij sententiam aut non intellexisse, aut dissimulâsse, contra sancitæ concordiæ, & transactionis fidem, in concordiæ suo libro refricare denuo fuerunt ausi? Quàm breviter, succinctè & perspicuè de *peccato originali*, ejúsque malo, Reformatores consensum suum sunt testati? Cui ergo bono impropriæ nonnullæ, ante Colloquium à Zwinglio adhibitæ, satis tamen, & Orthodoxè alibi expositæ, phrases, ita exagitari etiamnum debeant, ut quò quis hodie ad impediendam pacem importunior hinc fuerit, eò se majorem apud suos inivisse speret gratiam?

De

De *unica* salutis *via*, Christo, ejúsque merito, vera fide apprehenso, quàm amica Reformatorum συμφωνία? Nulla hîc contentio, nulla apud Marpurgenses quæstio. Et tamen atroces hinc inde rhapsodi colligunt calumnias, quòd Ecclesiæ reformatæ de gratia ac merito Christi damnabiles errores foveant, necessitatem fidei in Christum negent, adeóque Ethnicis pariter & Christianis salutem addicant. Eadem ratio reliquorum est capitum. Nihil universa Reformatorum continebat Theologia, quod in Colloquio Marpurgensi non vel αὐτολεξεὶ, vel κατὰ τὴν διάνοιαν utrinque fuerit receptum, si ab uno discedamus articulo de Cœna Domini, eóque neque toto, neque principali ejus parte. Utrumque, ex disertis Colloquii constat verbis. An verò periculosum, novúmque in tanto mysterio adverbium, *corporaliter*, à nostris, ob novitatem declinatum, ob periculum non admissum sufflaminare aut impedire potuerit; fraternam illorum animorum quibus Deus, singulari gratia concessit τὸ ἓν φρονεῖν, conjunctionem; rigidiores viderint, & excusent, ἐπιεικεστέροις hactenus persuaderi non potuit. Ostendant, ullum

ullum unquam vel in Concilis Veterum, vel Patrum ſcriptis occurrere exemplum, in quo illis, qui in omnibus fidei articulis fundamentalibus, adeò & orthodoxè loquerentur, & piè ſentirent, mutua fraternitatis dextra fuerit negata. Quàm malè primis conſulunt Chriſtianis, qui novam hanc in Sacramentis adeò præcisè hodie urgent Phraſeologiam? Modeſtiæ prætextu negant, præſentiæ modum ſcrupuloſiùs debere inquiri; eos tamen, qui modum ab ijs definitum reijciunt, tum etiam damnant, cùm in primarijs capitibus nullus eſt diſſenſus. An, qui olim conſenſiſſet,

1. *Cauſam* efficientem Cœnæ Dominicæ eſſe Chriſtum?

2. *Materiam* externam, utramque ſpeciem, panem & vinum: internam Chriſti verum corpus, verúmque ejus ſanguinem? *Formam* internam, ſumtionem utriusque Spiritualem? *Finem*, excitationem infirmarum conſcientiarum ad fidem & dilectionem; an, inquam, talis vel ſuſpicionem doctrinæ de Cæna Domini malè, imò periculosè intellectæ reliquiſſet? Cui nec inſtitutionis verba, nec loca parallela, nec fidei analogia, nec ipſa ſacra credere permittunt, corpus Chriſti in

in Cæna *corporaliter* esse præsens, quo
nec corporaliter videtur, nec corporalite
palpatur; aqua illi propterea & igni sit in-
terdicendum? Christianam sibi mutuò
commendare charitatem, & tamen fratris
in Christo negare titulum, quàm, quæso
aptè cohærent? Zwinglius, cum suis, Lu-
thero dexteram obtulit, non quòd ille
ignoraret, quàm notorium esset toties in-
culcati adverbij *corporaliter* παρόραμα; sed
quod majoris faceret, & meritò quidem,
τὰ διδόμενα, utrinque concessa, quàm, quæ
de minutioribus supererant controversa.
Magnæ præcipitantiæ etiamnum esset, e-
um damnare fratrem, in quem eximia
Deus contulisset beneficia, quique adeò
abundantem salutaris cognitionis divini-
tus accepisset mensuram, ut nihil prisca
olim, ceu fundamentale, receperit Ec-
clesia, quod non ille, & majori fortè
cum πληροφορίᾳ admitteret. Propterea ta-
men, eundem quòd in leviori hallucina-
retur aut cespitaret, aliqua circumstantia,
forma externa, cœlo privare, & sacra Ec-
clesiæ communione excludere. In pa-
cem consensit Zwinglius, salva utrinque
hypothesi, Marpurgi; ubi verò paulò post
reditum alij pacis sanciendæ, aliam inire
vellent rationem, & *Bucerus* instantius
ad-

adverbia illa inſidioſa urgere videretur prudenter ea Zwinglius declinavit, tum quòd, quo ſenſu ea dicta vellet Lutherus, ignorare non poterat, tum quòd, ex communi vulgi uſu (nam & τεχνικὰ vocabula valent ut nummi) fraudi facilè eſſe potuiſſent. Supereſt ea de re Zwinglij Epiſtola, ad Legatos Tigurinorum Baſileæ d. 20. Novemb. anno Ch. 1530. congregatos; Collegarum nomine ſcripta. Et quia ineundæ pacis rationem tutiſſimâ præſcribit, neque in ſyncretiſmo, aut religionum mixtura, ſed Chriſtiana, in eo ad quod pervenimus, harmonia, in cæteris moderata, illam conſiſtere tolerantia oſtendit, ut à pluribus deinceps legatur, digniſſima nobis videtur.

Neque miraberis, duriùs nonnunquam de Luthero Zwinglium loqui. Huic enim certè ferendum acceptum, quòd, qua fuit δυνάμει ἑρμηνευτικῇ, flexiloquas, obſcuras, dubias loquendi formulas felicius ex interiori cordium receſſu extraxerit, eóque authores paulatim redegerit, ut & abſurditatem ſæpè ſuam facilius viderent, & caſtigatius deinceps loquerentur, multi etiam tandem noſtris accederent partibus. Nec quenquam offendat, de eorum nos loqui vocatione extraordinaria,

Gnad/ und frid von Gott bevor/ Fromm/ Ehrsam/ Weiß/ Gnädig/ Günstig/ lieb Herren: Euch seyzind alle Ehrbietungen ꝛc. Noch dem wir die mittlung *Martini Buzeri*, unsers lieben bruders verlesen/ darinn wir grossen nachtheil haten/ wo die warheit möchte verzochen oder vermuslet werden: Vns hat nützid so hoch bedauret/ alß die wort/ der wahr leib Christi/ und das wahr blut/ sind wahrlich im Nachtmal ꝛc. Nicht das uns das wort wah/ und wahrlich/ so fehr es recht genommen/ mißfalle; sondern daß der gemein Mensch im teutschen also versicht/ der wahre/ selbs wessentliche leib Christi/ wird wahrlich/ wessentlich im Nachtmal geessen/ welches die Lutherischen allwegen geredt habend. Vnd weil aber die einfaltige dardurch verstahn/ samm Christus natürlich/ wessentlich geessen werde mit dem mund. Wie auch Luther gelehrt hat: Wie wol er da nun zu etwas malen gesprungen und geredt/ das (*NB.*) Sacrament werde leiblich geessen. So aber wir vom heiligen Sacrament nicht anderst weder mit worten geredt haben/ die auch bey den Alten bräuchig gewesen sind/ und die Lutherischen under der Persohn des Luthers treffenlich beschirmt werden/ die aber so ungehörte ding in disem handel geredt haben ꝛc. Vnd so dann dise wort wahr/ und wahrlich in gemeinem Teutschen/ alß jetz der spann stehet/ also vom gemeinen Menschen verstanden wird/ wie eingemeldet für wessentlich/ natürlich/ selbs gegenwirtig/ und *Buzer* auf das klar einfaltig/ das wir angezeigt habend/ das also lautet: Wir bekennend/ daß der leib Christi im Nachtmal zugegen sey nicht leiblich/ oder natürlich/ sonder Sacramentlich/ dem reinen/ lauteren/ Gottsförchtigen gemüht; daß ja *Buzer* auff das nicht hat mögen kommen/ sonder wider kommt mit den Lutherischen ge-

süchen und übungen / so geben wir euch zu erkennen / daß wir gantz und gar bey der vorabgeredten meinung bleiben werden / die vast in disem vergriffen ist: Christi leib ist im Nachtmal gegenwirtig nit leiblich / noch natürlich; sonder Sacramentlich / den reinen / lauteren / Gottsförchtigen gemüht. Dann ihr wurdet sehen / daß vorgeben / zu nachtheil der warheit / nicht gut wird thun / und das diß dunckel vermengen / der finsternus und nicht dem liecht verhelffen wird. Aber um der einigungen und händlen wegen / so vor augen sind / geben wir zu / daß Butzer sein geschrift / so sehr ihr daran auch seyn mögind / wol möge lassen außgahn. Wo aber jemand sich klagen wird / die warheit sey ihm verfinsteret / oder uns ziehen / wir habind die verlassen / wollen wir die hand offen haben uns zeerdauren / und bey der warheit zebleiben / unangesehen ob gleich die gantze Welt uns beschuldiget / daß wir fridens uns nicht flissind. Dann wir sehend / daß dise finstere angst auß fürwitz herkomt. Gott der uns je und je geführt / wird uns weiter bringen. Ihr wüsset liebe Herren / das dises alles nur ein schirm des Luthers ist. Dann so wirs je besehen / so ist der mehrentheil aller Christen unsers sinnes / und wird sich das von tag zu tag erfinden. Dann wir sind deß gesinnet / daß wir mit disem spann mit ihnen gemeines glaubens halb freundschaft und einigkeit wol könten haben / wo aber sie das nicht wöllen thun / sehend wir wol / daß sinnang und mißtrawen da wehre. Vertröstend sonst unsere liebe Herren und Burger von Straßburg mit anderen sachen / weder mit diser erfochtnen einigung / die nicht bestehen möcht. Gott ist alt / aber nicht kranck; hat uns noch kraft und rahts genug. Geben 20. Novembr. 1530. Hæc *Zuinglius*, suo, Colle-

garum

garum, D. *Engelhardi*, *Leonis Judæ*, & cæterorum quoque deputatorum nomine. Quàm vero prudenter τῇ περιστερῷ μηγνὺς ὄφιν. Buzerum fratrem appellat, nimis tamen officiosum sanciendæ concordiæ studium in eo improbat: sitim concordiæ non extinguit, neque tamen, ut fæces mero admisceat, author esse vult. Pacem Ecclesiasticam offert; non tamen inhonestis conditionibus ambit. In eo, ad quod utrinque perventum erat, veræ constantisque concordiæ modum & metam ostendit; sententiarum confusionem, coalitionem non requirit. Præsentiam corporis Christi disertis astruit verbis, non aliam tamen, quàm quæ Sacramentis convenit. A terminis διαλλακτικοῖς, dubijs licèt, ipse non abhorret, modò nihil inde periculi ad infirmos redundet: Luthero amicus esse cupit; sed magis amicus veritati. Memoratu certè digna Epistola, quâ haud obscurè, quo Ecclesiarum Helveticarum incommodo, sub incertarum phrasium involucro concordia quæratur, & prævidit sagaciter, & prædixit solicitè: Hinc enim futurum, ut multi, neutram rectè intelligentes sententiam, nihil essent intellecturi. Quæ non, ut obducta vulnera refricaremus; sed ut alio-

rum moti & moniti exemplo, quæ tutissima tractandorum studiorum Irenicorum esset Methodus, disceremus. Frustra enim laborare video, qui, præter Christianæ tolerantiæ ἐπιείκειαν, plura jam flagitant, plerorumque in omnibus consensum urgent, quem nec Romana hactenus Ecclesia, nec vetus Christiana, nec olim Judaica obtinere potuit. Illarum, inter Christianos, rerumpublicarum fœdera, quæ, salvis legibus patrijs, cuique Reipublicæ proprijs, communes habent ad pacis publicæ conservationem, leges προφυλακτικὰς, quid hìc quoque conscientiæ expediat, non difficilem monstrant viam. Quod de insolitis Lutheri locutionibus, adeò solicitus fuerit *Zwinglius*, mirum non erat. Manebant alta adhuc mente reposta, quæ, ex Colloquio Marpurgensi, paulò antè ad *Vadianum* scripserat. *Colloquium*, inquit, *istud* (privatum nempe) *sex in horas traximus, Philippus & ego, Lutherus & Oecolampadius in tres horas. Altera die coram Landgravio, & paucis arbitris, pugnatum est, cùm ista, tum reliquis tribus Sessionibus: Nam quatuor in universum fuerunt, quibus coram arbitris pugnatum est feliciter. Luthero enim ter frivola ista:* Christus passus est, juxta naturam divinam: Christi corpus est ubique

ubique. *Et*, caro non prodeſt quicquam, *ab ipſo aliter atque nunc aſtrueret, expoſitum eſſe, objecimus: Attamen ad omnia nihil reſpondit, quàm ad:* Caro non prodeſt quicquam, *dicebat, ſcis, Zuingli, ut veteres omnes proceſſu temporis, & aucto judicio, aliter atque aliter locos Scripturæ tractaverint. Dixit:* Corporaliter editur Chriſti corpus in corpus noſtrum; at interim hæc mihi ſervabo, an & anima corpus edat? Cùm palàm antea dixiſſet: Ore editur corpus Chriſti corporaliter: Anima non edit ipſum corporaliter. *Dixit:* Corpus Chriſti confici his verbis: Hoc eſt corpus meum, quamvis ſceleratus ſit, qui dicat iſta verba. *Conceſſit*, corpus Chriſti eſſe finitum: Conceſſit, ſignum corporis Chriſti appellari poſſe Euchariſtiam. *Redargutus ita eſt à nobis, ut jam Princeps ipſe nobiſcum ſentiat, &c.* Hæc metuebat Zuinglius ne per ancipitem Buceri phraſeologiam incautè ingererentur, certus proinde tutúsque eſſe volebat.

XII. Vidimus *fundamentum* veri Chriſtianiſmi, & manifeſtum *fundamentalium conſenſum*, inter Reformatores religiosè conſtitutum; cúmque non ex quæſtio-

num stipularium reliquijs, distortorum ingeniorum glossematis, sed tum verborum invicta evidentia, tum argumentorum etiam pondere æstimandum: Sequitur, ut paucis, Reformatis nostris, idem quod Apostolicis contigisse Ecclesijs, demonstremus. Etsi enim Apostolicæ Ecclesiæ ab ipsis plantatæ fuerint Apostolis, alias tamen aliis puriores fuisse, nemo, qui Epistolas legit Paulinas, ad Corinthios cumprimis & Galatas, inficias ibit. Id ipsum in nostris quoque observatum esse Ecclesiis, idque in duobus potissimùm capitibus *de Cœna Domini, & imaginum reliquijs*; non immeritò inter cœlestis vocationis referre possumus characteres.

XIII. Et de *Cœna* quidem *Domini* illud maximè mirandum. Exoticas Ecclesias, neque [a] Tragico Zuinglii obitu alienari, neque accisis & attritis Reformatorum viribus terreri, neque Lutheri, post Zuinglij excessum. [b] vehementia, & argumentorum pro sententia nostra objecta

jecta [e] paupertate, neque alijs carnis & sanguinis consiliis ita moveri potuisse, ut Zuinglii propterea partes desererent. Quid, quòd sancta quadam ἀντιπεριστάσει, tantò diligentiùs doctrina Sacramentaria paulatim fuit asserta, veritas solidiùs vindicata, [d] clariùs etiam tota Controversia à Theologis nostris exposita, quantò vehementiùs eam adversarij oppressam voluerunt, hominúmque mentibus excussam.

a. Suprà, Tom. VI. p. 711. & deinceps præsertim pag. 724. ostendimus, qua vafritie οἱ ἐπιχαιρέκακοι cum vita Zuinglij laborum quoque ejus, adeòque Reformationis expectârint finem. Sed, quod à Deo erat consilium, interverti nõ potuisse, & Gamaliel pridem monuit, *Act.* 5. 34. & ex Pontificijs apertè fassus est Historiæ Concilij Tridentini Scriptor, id quod, T. VI. pag. 182. αὐτολεξεί probavimus. Neque verò Germani, neque Galli, neque Angli, neque Belgæ vel rigidiorum Lutheranorum convitijs, vel Pontificiorum scriptis στηλιτευτικοῖς, vel Syncretistarum etiam periculosis flecti poterant consilijs

ut veritati, quæ premi potest, opprim non potest, pressa antem ut palma sur git; repudium remitterent. Qua de re paulò prolixius, Tom. VI. pag. 724. & *Hospiman* Hist. Sacrament. P. II. pag. 126. *b.* Igni probanda erat fides, & ventilabro purganda à scorijs veritas.

b. Nam, quò fortuna, eodem mentes hominum se inclinant. Promiserat Lutherus in Marpurgensi Colloquio silentium, moderationem; mox tamen post tristia Zwinglij fata in Conventu Neoburgico anno Christi 1532 acriter Philippo Magnanimo dimicandum fuit, ne, qui Zuinglij doctrinam vellent proscriptam, prævalerent; & Lutherus ad *Albertum Brandenburgium*, scriptam Epistolam vulgavit, eo potissimùm motus, quòd in ejus ditione plurimos Zwinglij doctrinam approbare, ægrè ferret. Neque verò quid præterea intenderet, dissimulare poterat. *Scriptum hoc*, inquiebat, *publicè evulgare volui, ut hæreticis & fanaticis ostenderem, me* amplius *de hoc negotio cum illis agere nolle.* Et ut magno cum dolore Tigurini hoc scriptum legebant; ita subodorari facilè poterant, id contra Marpurgensia pacta velle Lutherum, ut fidei nostræ con-

consecranei exilio mulctarentur: Miserati itaque illorum ærumnas, literas ad eundem Principem dederant, quibus, ne quid duriùs in illos statueretur, precabantur. Lutherum interim non modò ne verbo quidem lacessiverunt; sed & famæ & existimationi ejus, quibus poterant modis caverunt. Extant Epistolæ verba, P. II. *Hist. Sacram*. pag. 227. *b*. Aliud inde ex alio secutum contra Zwinglianos scriptum eristicum, ad annum usque 35. quo de pace iterum Ecclesiastica sereniori paulò mente cogitari cœptum fuit; de cujus successu suo loco.

c. Hanc cantilenam Lutherus statim postquam Marpurgo domum redijt, canere adeò firmis lateribus cur voluerit, non video, nisi ut causæ nutanti succollaret. Cùm nihil occurreret, quo inusitatiori & insolentiori dogmati patrocinium initio quæreretur, quàm identidem verborum controversorum. *Hoc est corpus meum*, repetitio, ausus tamen ille est paupertinam nostris objicere supellectilem. Et mirandum profectò, quid magno cæteroquin animi fuerit Luthero, cùm ad Jacobum, Præpositum Bremensem de hoc Colloquio, hunc in modum

scripserit: *Cùm convicti essent* (Zwinglius & socii, de quibus loquitur; sed non sine magna imprudentia: Cur enim, qui idem nobiscum sentiunt, ex ejusdem Spiritus sancti dictamine, veluti convicti, & agrè in castra nostra pertracti, triumphentur? Major Veterum, qui pari passu ad concordiæ festinârunt Templum, fuit ingenuitas:) *etiam in Cœna Dominica, noluerunt revocare hunc articulum, etiamsi viderent se non subsistere. Metuebant enim plebem suam, ad quam non licuisset reverti, si revocâssent. Et qui non vincerentur? Cùm Zuinglij unicum & totum argumentum fuerit, Corpus non posse esse sine loco & dimensione &c.* Eadem opinione, donec meliora postea didicisset, fuit imbutus *Philippus Melanchton*, ut est apud *Hospin.* P. II. Hist. Eccles. pag. 119. Verum, aliud Hassiaci Herois, Philippi, loquitur Epistola. Quàm instat, urget, conserto agmine Zwinglij causam agit? Certè sola illa Epistola locuples est testis, Theologis nostris non defuisse, vel multa, vel firma & solida, vel perspicua etiam argumenta, quæ adeò fortissimum affecerunt Principem, ut, referente *Zuinglio* ad Vadianum, & *ipse ijs cesserit, & aulici fermè omnes à Luthero desciverint.* Aliud Zwinglij de re Eucharistica

ristica testantur scripta, in quibus magna contra præsentiam corporalem argumentorum instruuntur acies. Quòd verò, præsenti tum Luthero, hoc inter cætera objecerit, ex natura petitum, argumentum, quid miremur? Christi corpus, præsens esse *corporaliter*, asserere, & tamen non visibiliter, aliunde utique commodius, quàm ex ipsis corporis proprietatibus, refutari non poterat. Lutheri argumenta vix alia admittebant responsa. Exprimunt adverbia rerum modos, ea præsertim, quæ qualitatis sunt. Quod igitur *corporaliter* alicui adest, non potest, vi vocis, aliter adesse, quàm ut per naturam suam corpora præsentia sunt, *extensivè*, visibiliter, &c. Cardinem enim in eo rei versum tum fuisse, ut probarent nostri, corpus Christi ita *corporaliter* in pane non esse; per aliquam videlicet inclusionem, quam Luthero placuisse, ex ejus scriptis alibi nostri plenius demonstrârunt; *Hospin.* Hist. Sacrament. P. II. pag. 78. *b.* Hunc verò præsentiæ modum vix alio efficacius jugulari telo, quàm ex ipsius naturæ armamentario petito, ne nunc quidem inficiandum existimamus; cæteris interim pro Tropica verborum explicatione, Spirituali manducatione &c. argumentis, sedem suam

ſuam adhuc relinqui & locum, poſtea v[...]
debimus. Jam anno 1529. libellus pro[...]
dijt, argumenta circiter 300. comple[...]
ctens, quibus oſtenditur, corpus Chri[...]
ſti; per verbum DEI, in Cœna & cor[...]
dibus fidelium exiſtere. Occaſio hujus
ſcripti in præfatione hæc indicatur: Quos-
dam non ita pridem brevi complexos ſum-
mâ, eſſe omnia, quæ Lutherus ſuperio-
ribus annis de Sacramento ſcriptis libris
ediderit, non ſine multis & atrocibus con-
vitijs: Titulum eſſe, *De vero & genuino ſen-
ſu verborum Cœnæ*: Hoc eſt corpus meum:
Se igitur Zwinglij quoque argumenta,
absque maledictis collegiſſe, ut intelliga-
tur, doctrinam ejus, non tantum paucis
his verbis, de quibus ſit controverſia,
quæque Lutherus ſubinde objiciat, adeò-
que principium petat; ſed plurimis alijs
argumentis firmiſſimis niti, & Luthera-
nis opponi poſſe.

d. Nondum quidem eò perventum jam
eſt, ut, quæ ratio fuerit doctrinæ Sacra-
mentariæ, circa Reformationem, proli-
xiùs nos ipſi aperiamus: Ea enim alius
erunt loci. Aliud jam agimus: Palàm
nempe faciendum, unde factum, ut, in-
ter tot obſtacula, impedimenta, ſpinas,
cœle-

cœleſtis creverit roſa : per tam denſas nubes & nebulas convitiorum, ludibriorum, ſannarum, perſequutionum, pij & optimi quique triumphum viderint veritatis. Cur non authoritate Majorum, exemplo parium, commodis hujus Seculi frui multi maluerint, quàm tot ſibi negotia creare, tot moleſtias faceſſere, pro aſſertione illius ſententiæ, de cujus proſcriptione in omnibus ferè laboratum fuit Comitijs Imperialibus. Illi ergo loquantur, qui & ætatem habent, & rerum uſum. Qui ſuo clariſſimè demonſtrant exemplo, preſſam veritatem non abſimilem uvæ, torculari ſubjectæ, & lapide eò, ut largiorem reddat ſuccum, contuſæ. Probant, quid conſcientia poſſit, quàm felix ſit veritatis indagatrix, ubi officij ſui memor, religionem non ex pompa & ſplendore hujus Seculi externo; ſed interna ejus æſtimat virtute & efficacia. Sed videamus, undique experiamur exemplo, an, ubi numero pugnandum fuit, adeò ubique pauperes noſtri fuerint, ut rectè illis, vel ſubſidiorum defectus, vel argumentorum numerus objici potuerit? Non nobiſcum jam negotium eſt; ſed cum illis, qui, ut ne cum ratione inſanire viderentur, numeroſiori, quàm opus erat, argumen-

mentorum acie instructi, evicerunt, ne-que Reformatorum doctrinam Sacramen-tariam obscuram esse, neque impiam, ne-que imperfectam; non ex fætidis Philo-sophorum lacunis haustam, à Scripturæ aut Veterum calculo desertam. Unus, cæterorum nomine, doceat, quæ con-scientiæ vis, quæ agnitæ veritatis lux, tantum effecerit, ut vitam potius & for-tunas suas periclitari plurimi maluerint, quàm sancta Zwinglij, cæsi etiam, castra deserere. *Quo sæpius* (sunt hæc authoris, qui, quòd ignotus mihi sit, albus an a-ter fuerit, ignoro, verba, *rationibus eviden-tibus & perspicuis, quibus præcipua doctrina de Cœ-na Domini capita demonstrantur,* præfixa:) *præ-ceptum de vitandis contentionibus, & custo-dienda pace in Ecclesia, a Christo & Aposto-lis repetitum est, eo magis afflictissimæ Eccle-siæ calamitas deploranda, qua hoc tempore in tanta luce Evangelij horribilibus certaminibus laceratur. Vt enim alia omittam, quis nescit quanta animorum acerbitate, odiorum viru-lentia, & tragica piorum persecutione certa-men Eucharisticum per annos aliquot agitatum & continuatum sit, quo Ecclesia horrendum in modum concussa, cursus Evangelij impe-ditus, fides in alijs languefactata, in alijs extincta prorsus. Spiritus sanctus in multis*

pijs

pijs contristatur, malitia & rabies hostium E-vangelij aucta, atque communi hosti filij DEI, & Ecclesiæ Diabolo suavissimum spectaculum objectum. Sed pij, contemplantes animo vaticinia Christi & Apostolorum, de miserijs & ærumnis, quæ in finem senescentis Mundi, in quo nos versamur, incident, fatum hujus Seculi agnoscunt, atque ardentissimis gemitibus exoptant gloriosum & lætissimum adventum Filij Dei, qui contentiosis Diabolis & hominibus perpetuam litigandi materiam & bellum nunquam periturum suppeditabit: Ecclesiæ verò triumphanti æternam pacem donabit. Interim pij Doctores, quasi tabulas ex fracta navi colligentes Ecclesiam instaurare, & saucia hujus membra, salutari doctrina sanare student: Idem mihi propositum in explicatione doctrinæ de Cœna Domini. Ut autem status Controversiæ, quem multi astutè dissimulant, plurimi ignorant, rectiùs introspiciatur, proponam septem præcipua capita, de quibus potissimum Controversia est.

I. Primùm enim quæritur de natura & usu omnium Sacramentorum.

II. De verò intellectu verborum Cœnæ.

III. De præsentia corporis Christi, corporalis ân spiritualis sit?

IV. De

IV. De manducatione corporis Chri-
sti, an sola fide, vel ore corporis fiat?

V. De copulatione signi, & rei signa-
tæ, atque an corpus Christi alligatum
sit pani?

VI. De modo prædicationis in ver-
bis Cœnæ, Figuratus ne an proprius sit?

VII. De conditione corporis Chri-
sti, an per modum victimæ, vel Maje-
statis in Cœna præsens sit & distribua-
tur?

*Hæc doctrinæ Capita, non panegyrica ora-
tione; sed Dialectico modo & ordine tractabo,
atque veritatem immotam veris, solidis, &
perspicuis rationibus confirmabo. Contra vero
falsa dogmata & commenta hominum firmis
argumentis refutabo. Hinc non tantum per-
spicuum fiet, quibus fundamentis Confessio no-
stra nitatur, quæ Adversarij nostri partim
dissimulant, partim corrumpunt, sed & Ad-
versariorum calumnia confundentur, qui nos
in Cœna nihil, nisi vacua & inania signa, re-
linquere nugantur.*

I. Præcedunt ergo argumenta, quibus
demonstratur vera & nativa sententia ver-
borum Cœnæ,

A.

A. *A Natura Sacramentorum.* XI.

1. *Earundem prædicationum idem est intellectus:* Eadem autem est prædicatio in his propositionibus: Evangelium est potentia DEI ad salutem omni credenti: Baptismus est lavacrum regenerationis: Panis est corpus Christi. Ergo idem est harum propositionum intellectus.

Sed hic est intellectus harum propositionum: Evangelium est instrumentum seu medium, per quod DEUS declarat suam potentiam in salvandis pijs: Baptismus est Instrumentum, seu medium, seu res illa externa visibilis, per quam Spiritus sanctus nos regenerat.

Idem igitur intellectus erit etiam hujus propositionis: Panis Cœnæ est instrumentum, organum, medium, seu res illa externa visibilis, per quam Christus nobis suum corpus communicat.

2. Interpretatio verborum Cœnæ consentiens cum natura Sacramentorum recipienda est. *Orthodoxorum interpretatio, statuens spiritualem modum communicationis corporis Christi consentit cum natura Sacramentorum*, quorum actiones externæ sunt visibiles, obsignantes promissionem gratiæ. E. recipienda est.

3. *Lutheranorum* contrà, *pugnat cum Sacramentorum natura.* Transformat enim signum in rem signatam, & panem Essentiale corpus Christi esse affirmat: Cùm Sacramenta, seu symbola non sint res ipsæ, sed testimonia, seu pignora communionis cum Christo; seu media, per quæ Christus est efficax. Deinde dicunt, corporalem manducationem corporis Christi esse Sacramentum, quæ tamen sit insensibilis & invisibilis, cùm actiones Sacramentorum sint visibiles & sensibiles. E. repudianda.

4. Talis est prædicatio, qualis est res. *Sed res, de qua hoc loco agitur, est Sacramentum, quod est in prædicamento relationis.* E. & prædicationes, quæ hujus rei seu Sacramenti naturam explicant, relativæ sunt, & ad Prædicamentum Relationis pertinent. Sicut autem Sacramentum non est quiddam absolutum, seu essentiale: Sed relativum, seu ordinatio, seu respectus ad aliud, id est, ad promissionem: Ita etiam panis & corpus Christi non sunt unita Essentialiter, sed relativè, id est, cum respectu ad promissionem, quæ offert alimoniam animæ, & requirit nostram pœnitentiam & fidem.

Aliter: In eodem prædicamento est sigillum,

in

in quo est justitia fidei, quam sigillum obsignat. Sed justitia fidei est in prædicamento relationis. E. in eodem prædicamento est etiam Cœna Domini, tanquam sigillum justitiæ fidei.

5. Explicatio Lutheri pugnat cum vulgari regula: *Accedat verbum ad elementum, & fit Sacramentum.* Nam non verbum ad elementum accedens, sed copulationem rei ipsius cum elemento, Sacramentum facere contendunt. Dicunt enim: Accedat invisibile corpus Christi ad panem & fit Sacramentum.

6. *Externa circumcisio, manducatio agni Paschalis, aqua Baptismi fiunt Sacramenta non per inclusionem rerum cœlestium seu spiritualium in signis:* Sed cum ad hæc externa signa, actiones seu elementa accedit verbum Dei, quod ex his communibus rebus & actionibus facit Sacramentum, seu sacrum signum, certificans omnes, qui in vera conversione & fide his sacris signis utuntur, recipi in fœdus Dei, fieri participes omnium beneficiorum, victimæ Christi, ablui sanguine Christi: Sic panis & vinum Cœnæ fiunt Sacramentum, non per inclusionem corporis & sanguinis Christi, in pane & vino; Sed, cum

ad hæc elementa accedit verbum DEI quod ex hoc communi pane & vino faci Sacramentum seu sacrum signum, testificans, omnes, qui in vera conversione & fide hoc sacro pane & vino utuntur, recipi in *κοινωνίαν* Christi, & fieri membra Christi, seu unum corpus cum Christo.

7. Illa Interpretatio verborum Cœnæ recipienda, quæ confirmat regulam illam: *Nihil habet rationem Sacramenti extra usum divinitus institutum.* Sed verus usus Cœnæ complectitur tria: 1. *Ritum externum*. in quo non tantum fit sumptio panis & vini; sed etiam celebratio mortis Christi. 2. *Considerationem finis* legitimi, qui est *κοινωνία* corporis Christi, seu unio Christi & sumentis. 3. *Fidem*, quæ res promissas in Cœna accipit, sine qua ritus externus, respectu personæ utentis, otiosa ceremonia est. Illis igitur Cœna Domini verum Sacramentum est, qui hunc verum Cœnæ usum servant.

Soli autem pij hunc verum usum Cœnæ servant. Sumunt enim panem & vinum, & celebrant passionem & mortem Christi: Statuunt hunc ritum esse testimonium unionis cum Christo: Adferunt

fidem

fidem, quæ res promissas in Cœna accipiunt.

Solis igitur pijs Cœna Domini verum Sacramentum est. *Contrà*. Explicatio *ubiquistica regulam illam non observat*, sed *usus* vocabulo externam tantùm actionem intelligit.

8. *Quod S. S. de alijs Sacramentis affirmat, illud etiam de Cœna Domini rectè dici potest*. Sed Scriptura sacra in usu aliorum Sacramentorum requirit pœnitentiam & fidem. Ergo in usu Cœnæ eadem requiruntur.

Deuter. 30. v. 2. 6. Cùm ductus fueris pœnitudine cordis tui, circumcidet Dominus cor tuum. *Marc*. 1. v. 4. Johannes baptizabat & prædicabat Baptismum pœnitentiæ & remissionis peccatorum. *Marc*. 16. Is, qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit. *Act*. 2. v. 38. Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque in nomine Jesu Christi, & accipietis donum Spiritus sancti. *Act*. 2. 41. Baptizabantur quotquot verbum Dei accipiebant. *Act*. 8. v. 37. Si credis toto corde, licet baptizari. *Act*. 10. v. 4. Johannes prædicans Baptismum pœniten-

tiæ, dicebat populo, ut crederet in Jesum Christum. His cùm attenderent baptizabantur. *Rom.* 2. v. 25. Circumcisio prodest, si legem observes. Sin prævaricator Legis fueris, circumcisio tua est præputium. *Rom.* 2. 28. Non quæ foris in carne fit, circumcisio est, sed circumcisio cordis, est circumcisio Spiritûs. *Rom.* 4. v. 11. Circumcisio fuit sigillum justitiæ fidei. *Heb.* 11. v. 4. Per fidem uberiorem hostiam Abel obtulit DEO, quàm Cain.

Eàdem de Cœna verè dici possunt. Cùm ductus fueris pœnitudine cordis tui, pascet te Christus corpore & sanguine suo. Ministri distribuunt Cœnam, & monent, ad usum Cœnæ afferendam esse pœnitentiam & fidem de remissione peccatorum. Qui crediderit, & sumserit hunc panem, fiet κοινωνὸς corporis & sanguinis Christi. Agite pœnitentiam, & utatur unusquisque Cœna Domini, & accipietis corpus & sanguinem Christi. Quotquot remissionem Evangelij fidei accipiunt, utantur Cœna Domini. Cœna Domini prodest, si egeris pœnitentiam, & credideris in Christum. Sin perseveraveris in peccatis contra conscientiam, Cœna Domini tibi erit otiosa ceremonia. Non quæ foris

ris ab exteriori homine fit manducatio, manducatio corporis Christi est, sed manducatio cordis est vera & spiritualis manducatio. Cœna Domini est sigillum justitiæ fidei. Usus Cœnæ placet Deo per fidem in pijs, non in impijs.

9. *Promissio conditionalis rata est, servata conditione,* Verba Cœnæ, hoc est corpus meum, sunt promissio conditionalis. Rata est igitur hæc promissio servantibus conditionem, id est, agentibus pœnitentiam, & credentibus Evangelium.

10. Eodem modo corpus Domini prædicatur de pane, quo,

a. Gratia Dei, Spiritus sanctus, remissio peccatorum, stipulatio bonæ conscientiæ prædicatur de aqua Baptismi. Sed gratia, Spiritus S. remissio peccatorum, stipulatio bonæ conscientiæ ita prædicantur de aqua Baptismi, quòd aqua Baptismi est certum symbolum, testimonium & pignus, eum, qui juxta mandatum Christi, aqua aspergitur vere κοινωνὸν fieri omnium istorum beneficiorum, etiam si hæc beneficia non sint inclusa aquæ Baptismi. Sic corpus Christi ita prædicatur de pane, quòd panis est certum symbolum, testimonium & pignus, eum, qui juxta

xta mandatum Christi hoc pane utitur verè fieri κοινωνὸν corporis Christi, etiamsi corpus Christi non sit inclusum pani.

b. Eadem est unio Sacrmentalis in omnibus Sacramentis. Eodem igitur modo corpus Christi unitum pani, quo sanguis Christi unitus aquæ Baptismi. Ita videlicet utrobique, ut in vero usu res ipsa cum signo accipiatur.

c. Corpus Christi eodem modo præsens in Cœna, quo sanguis Christi & remissio peccatorum præsens est in Baptismo. Sed sanguis Christi, remissio peccatorum, non corporaliter, sed spiritualiter est præsens in Baptismo. E. & corpus Christi non corporaliter; sed spiritualiter præsens est in Cœna.

d. Eadem communicatio Christi in Cœna, quæ in Baptismo; sed in Baptismo spiritualis communicatio Christi sancita est. E. etiam in Cœna.

e. Eodem modo percipitur corpus & sanguis Christi in Cœna, quo percipitur sanguis Christi in Baptismo. Sed sanguis Christi spiritualiter, per fidem, percipitur in Baptismo. E. etiam in Cœna corpus & sanguis.

f. Eodem modo pascimur corpore Christi,

quo

quo in Baptismo abluimur à peccatis. Sed Christus in Baptismo per verbum & signum testatur, se abluere nostra corda à peccatis. Ita & in Cœna per verbum & signum testatur Christus, se pascere corda & animas nostras suo corpore ad vitam æternam.

g. Sicut externa ablutio in Baptismo, quæ fit aquâ, est testimonium interioris ablutionis, quæ fit sanguine Christi: Ita in Cœna Domini externa manducatio panis est testimonium internæ manducationis Christi.

h. Sicut in Baptismo non corporaliter abluimur sanguine Christi; sed spiritualiter per fidem: Ita in Cœna non corporaliter; sed spiritualiter manducamus Christum.

i. Sicut sanguis Christi non ingreditur in aquam, aut in nostrum corpus. Ita in Cœna, corpus Christi non ingreditur panem, aut corpus nostrum.

k. Sicut in Baptismo verè abluimur sanguine Christi, etiamsi sanguis Christi non sit in aqua: Ita in Cœna verè manducamus corpus Christi, etiamsi hoc non sit in pane.

l. Sicut falsum esset, si quis diceret, nos

in Baptismo non posse ablui, sanguine Christi nisi sanguis Christi sit corporaliter in aqua. Ita falsum est, si quis dicat, nos non posse manducare corpus Christi in Cœna, nisi sit in pane

m. Sicut Minister in Baptismo externam ceremoniam administrans abluit externum hominem, non abluit baptizandum sanguine Christi; sed hoc facit ipse Dominus per Spiritum sanctum. Ita in Cœna Domini Minister porrigit panem & vinum, non pascit nos corpore Christi; sed hoc facit ipse Christus.

n. Sicut Baptismus non vacuum est signum, etiamsi ablutio à peccatis non fit corporaliter: Ita Cœna non est vacuum signum, etiamsi corpus Christi non manducatur corporaliter.

o. Sicut multi impij baptizantur aqua ad judicium, & non abluuntur sanguine Christi. Ita in Cœna foris manducant panem ad judicium, nec pascuntur intus corpore Christi.

11. Eodem modo corpus Christi prædicatur de pane, quo nuptiæ sponsi prædicantur de annulo dato sponsæ. Sed sponsi ita prædicantur de annulo, arrhæ loco dato, quòd annulus est certum symbolum, testimonium & pignus: ita corpus Christi prædicatur de pane, quòd sit pignus communicationis corporis Christi,

sti, etiamsi corpus Christi non est inclusum pani.

Hæc prima series est argumentorum, ex ipsa natura Sacramentorum omnium petita: Non est nostrum prolixiori epicrisi cursum, vel jam, vel deinceps sufflaminare: Diligentius certè inspecta, ea etiam, quæ à ταυτολογία non longè abesse videntur, semper aliquid habent in recessu, vel à circumstantiarum diversitate, vel subjectorum conditione, vel oppositionis evidentia promtum; ut & singula juvent, & omnia prosint ad illud saltem obtinendum, verba Cœnæ, sensu Lutherano nec per subjectorum capacium conditionem, nec per naturam Sacramentorum κατὰ συμπλοκὴν sumptam, posse intelligi.

B. *Ab ipsa institutione Cœnæ Domini.* XII.

1. Interpretatio verborum Cœnæ, *quæ sensum dicentis exprimit*, retinenda est. Orthodoxorum interpretatio in singulis verbis Cœnæ, Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, talis est. Intelligunt enim hæc verba, de vero & Essentiali corpore Christi, quod ex Maria natum, & in cruce oblatum est. Hæc igitur interpretatio retinenda. Contrà: Lutherani

ni verba illa de corpore invisibili & om-nipræsenti, quod nec natum ex virgine nec in cruce oblatum est, intelligunt.

2. *Interpretatio ab ipsa Christi phrasi & voce, receptáque ubique loquendi ratione, rece-dens* est rejicienda. Talis est Lutherano-norum.

a. *Verba enim, Hoc est corpus meum; in-terpretantur in, cum, & sub pane est corpu-meum, quod Christus nuspiam dixit.*

b. *Dicunt, quòd Christus non tantùm d-pane, sed simul de pane, & corpore invisibi-li in pane dixerit, quòd sit corpus suum.*

c. *Manducare propriè significat naturali-ter, & visibiliter aliquid ore percipere, den-tibus terere, & in ventriculum trajicere. Han-propriam significationem verbi manducand-Lutherani de corpore Christi prorsus negant & præternaturalem, ac incomprehensibilem quandam manducationem fingunt, quæ ori no-convenit.*

d. *Bibere significat liquorem labris & or-excipere, & in ventriculum demittere. Han-etiam propriam significationem verbi bibendi Lutherani de sanguine Christi negant, & præ-ternaturalem quendam haustum Sanguinis Christi fingunt.*

e. Ver-

e. Verba Cœnæ loquuntur de corpore Christi pro nobis tradito, quod visibile, palpabile, circumscriptum fuit. Lutherani verba ista de corpore Christi invisibili, impalpabili, omnipræsenti interpretantur.

f. Institutio testatur, Christum accepisse calicem cum vino & de hoc dixisse: Hic est sanguis meus.

g. Institutio loquitur de sanguine Christi effuso in cruce, qui fuit visibilis. Lutherani, invisibilem sanguinem in Cœnæ distribui contendunt.

3. Qui urget τὸ ῥητὸν in verbis Cœnæ, sine ulla διανοίᾳ, necessariò ponit Transsubstantiationem. Lutherani urgent τὸ ῥητὸν &c. Sed institutio Cœnæ Transsubstantiationem non admittit. Non igitur in verbis institutionis τὸ ῥητὸν contra διάνοιαν urgendum.

4. *Vna & eadem est Interpretatio utriusque partis institutionis Cœnæ.* Eodem enim modo panis dicitur corpus Domini, quo calix dicitur Novi Testamenti. Sed calix dicitur Novum Testamentum, non ut beneficia Novi Testamenti sint in calice vel vino. Sic enim omnes percepto vino bona illa perciperent. Sed contrarium apparet. Multi enim calice seu vino utuntur,

cuntur, qui tamen non fiunt particip Sacramentorum Novi Testamenti. Se quia hic calix est certum pignus, σφραγὶς, testimonium omnium beneficioru Novi Testamenti, quæ sunt parta sangui ne Christi, seu quia hic calix est ver testificatio de exhibitione & application omnium beneficiorum Novi Testament ad singulos credentes, seu quia hic ca lix est medium divinitus ordinatum, pe quod Christus nos reddidit participes be neficiorum Novi Testamenti, quæ suo san guine peperit. E. etiam panis dicitu corpus Christi, non quòd corpus Chri sti sit in pane, sed quia hic panis est certum pignus, σφραγὶς, testimonium, spiritualis manducationis corporis Chri sti, seu insertionis, in corpus Christi, seu consociationis & concooperationis nostræ cum Christo, Vel, quia hic pa nis est vera testificatio de exhibitione & applicatione κοινωνίας seu communionis Christi ad singulos credentes. Vel, quia hic panis est medium, per quod Christus nos reddit participes sui corpo ris, & nos sibi inserit.

5. Eodem modo sanguis Christi præ dicatur de vino, quo Novum Testamen tum

tum de calice. Aut si alia est prædicatio in priore propositione, quàm in posteriori, concedendum erit, has propositiones inter se pugnare, & in modo prædicationis realem contradictionem esse, quod est impossibile. Sed Novum Testamentum non ita prædicatur de calice, quod N.T. seu beneficia Novi Testamenti corporaliter sint in calice, & ab omnibus calice utentibus percipiantur; sed quia hic calix est certum pignus, &c. Ita etiam sanguis Christi non ita prædicatur de vino, quòd sanguis Christi corporaliter sit in vino, & ab omnibus vino utentibus percipiatur, sed quia hoc vinum est certum pignus, &c.

Aliter: Vinum eodem modo est sanguis Christi, quo Nov. Testament. seu fœdus & reconciliatio cum Deo. Sed vinum non est Novum Testament. quòd N.T. sit in vino.

6. *Eadem est interpretatio utriusque propositionis Cœnæ:* Hoc est corpus meum: Et, Hic est sanguis meus. Sed hæc propositio. Hic est sanguis meus non potest intelligi de substantiali præsentia essentialis illius sanguinis, qui in cruce fusus est: Ille enim jamdudum evanuit. Ita etiam

etiam hæc propositio : Hoc est corpu meum,non potest intelligi de substantia præsentia essentialis corporis Christi pro nobis traditi. Alia igitur interpretati quærenda , quæ utrique Propositioni con veniat, & verum utriusque intellectum monstret,eáque non in acie humanæ men tis excogitata; sed Naturæ Sacramento rum conveniens,hunc in modum: Eoden modo corpus Christi prædicatur de pane quo sanguis Christi effusus de vino. Sed sanguis Christi effusus in cruce prædica tur de vino , non propter substantia lem aut corporalem præsentiam , sed Sacramentaliter ; seu propter unio nem sacramentalem, id est , hoc vinum est verbum visibile , seu certum pignus testimonium, σφραγὶς, testificatio, sangui nem Christi in cruce propter nos effu sum esse. Ita corpus Christi pro nobis traditum, prædicatur de pane non pro pter substantialem aut corporalem præ sentiam; sed Sacramentaliter , seu pro pter unionem Sacramentalem, id est, hic panis est verbum visibile , seu certum pi gnus, testimonium, σφραγὶς , testificatio, corpus Christi propter nos traditum esse.

7. *Illa interpretatio verborum cœnæ am plectenda , quæ congruit cum ipsa institutione Cœna*

Cœna. Sed institutio Cœnæ loquitur de tali manducatione corporis Christi, quâ fiat celebratio mortis Christi, applicatio remissionis peccatorum, & acceptio omnium beneficiorum Novi Testamenti. Talem autem manducationem sola fide fieri, omnes sani intelligunt. Hæc igitur verborum Cœnæ interpretatio retinenda, & contraria de alligatione corporis Christi ad panem, & corporali ejusdem manducatione, quæ etiam sine recordatione mortis Christi & beneficiorum Novi Testamenti fiat, rejicienda.

8. *Illa interpretatio verborum Cœnæ vera est, quæ conjungit omnes partes institutionis.* Illis enim Cœna Domini verum Sacramentum est, qui servant totam institutionem, quæ complectitur has propositiones copulativas: Et accipite, & comedite, & facite hoc ad mei recordationem. Recordatio autem, quam requirit Christus, complectitur agnitionem peccati, fiduciam Christi Mediatoris, & studium obediendi DEO. Sed soli pij servant totam institutionem Cœnæ, i. e. non tantùm accipiunt & manducant panem; sed etiam recordantur Christi. Solis igitur pijs Cœna Domini verum Sacramentum

est. *Contrà:* Illa interpretatio verborum Cœnæ, quæ unam tantum urget partem neglectis alijs partibus, institutionem cœnæ mutilat. Lutherana interpretatio hæc tantùm verba, Hoc est corpus meum; urget, & alia omittit, quæ non minus à Christo prolata sunt, nec minus ponderis habent, nec minus vera sunt, quàm priora, hæc videlicet: Hoc facite in mei recordationem.

9. *Illis Cœna Domini est Sacramentum & κοινωνίας corporis Christi, qui perpendunt omnia, de quibus concionatur institutio* Cœnæ. Sed instititutio Cœnæ,

a. Monet de pœnitentia, dum corpus Christi pro nobis esse traditum affirmat. Cogitemus igitur de nostris peccatis, propter quæ Christus traditus est, & toto pectore doleamus.

b. Concionatur de ira Dei, quæ nullorum hominum aut Angelorum virtutibus & meritis placari potuit, sed hanc ipsius Filij DEI morte expiari oportuit. Hinc de atrocitate peccatorum judicare possumus.

c. Fit mentio passionis & mortis Christi. Dicitur enim, Christum corpus suum pro nobis tradidisse. Cogitanda igitur in usu Cœnæ omnes causæ passionis Christi, atque in primis doctrina;

ctrina, de spirituali meditatione passionis Christi.

d. Dicitur de κοινωνίᾳ seu consociatione cum Christo, quam sola fide fieri certum est.

e. Fit mentio remissionis peccatorum, quam sola fide apprehendi manifestum est.

f. Dicitur de Novo Testamento, quo admonemur de tota doctrina Evangelij, & de omnibus beneficiis Domini, quæ in Novo Testamento distribuit.

g. Dicitur de applicatione meriti Christi. Iubemur enim recordari Christi, in qua recordatione fit applicatio Christi, & omnium ipsius beneficiorum, ita ut unus quisque certò statuat, Corpus Christi etiam pro se traditum, & sanguinem Christi, in remissionem peccatorum suorum effusum esse.

h. Iubemur annunciare mortem Christi, & gratitudinem nostram declarare erga DEUM, pro his summis beneficiis præstitis per Filium. Soli autem pij hæc universa, de quibus institutio Cœnæ concionatur, perpendunt. Solis igitur piis Cœna Domini est Sacramentum, & κοινωνία corporis & sanguinis Christi. Cùm verò hæc omnia, quæ commemorata sunt sola fide fiant, quis negabit, ipsam etiam mandu-

cationem corporis Christi, de qua in Cœn præcipitur, spiritualiter per fidem fieri.

10. Interpretatio verborum Cœnæ, cum ipsa institutione Cœnæ conveniens, probanda est. Orthodoxorum interpretatio de præsentia & distributione corporis Christi visibilis, palpabilis & circumscripti congruit cum ipsa institutione Cœnæ quæ loquitur de corpore Christi pro nobis tradito, quod fuit visibile, palpabile & circumscriptum. Probanda igitur hæc interpretatio. Contrà Lutheranorum interpretatio,

a. Contradictoriè pugnat cum institutione Cœnæ. Dimicant enim illi de præsentia & distributione invisibilis, impalpabilis, omnipræsentis corporis. Institutio autem Cœnæ de præsentia & distributione Christi pro nobis traditi loquitur, quod fuit visibile, palpabile, circumscriptum.

b. Verba Cœnæ in alienum sensum torquent. Contendunt enim, particulam demonstrativam. Hoc, non tantùm demonstrare panem; sed etiam corpus Christi invisibile in pane. Quod si verum est, sequetur, Christum non tantùm panem; sed etiam corpus suum accepisse, & de his conjunctim dixisse: Hoc est corpus meum, id est, hic panis & corpus, est

corpus

corpus meum. Sed Christus instituens Cœnam, non accepit panem & corpus suum; sed, ut Historia institutionis ostendit, accepit panem, & de pane dixit: Hoc est corpus meum. Deinde Christus de hoc pane inquiens: Hoc est corpus meum, non alligavit corpus suum ad panem, nec Essentiam corporis sui pani inclusit; sed pani addidit Verbum, & ex pane fecit Sacramentum.

11. *Illa interpretatio verborum Cœnæ retinenda est, quæ dextrè enarrat Fundamentum & terminum Cœnæ, juxta naturam omnium Sacramentorum.* At Orthodoxi dextrè enarrant. Fundamentum enim Cœnæ est externa symbolorum sumtio facta cum communicatione mortis Christi, & commemoratione beneficiorum ejus. Terminus est κοινωνία corporis & sanguinis Christi, i. e. applicatio ipsius Christi & omnium beneficiorum ejus.

12. *Interpretatio verborum Cœnæ, pugnans cum fine Cœnæ, rejicienda est.* Finis autem Cœnæ est, ut fiat κοινωνία Christi cum homine, non cum pane. Falsa igitur & rejicienda est hæc interpretatio verborum Cœnæ. Hoc est corpus meum, id est, panis est res, cui unitum & communicatum est corpus Christi.

C *Ab interpretatione ipsius Christi* VII.

1. *Optimus interpres verborum quisque suorum. Christi hæc verba sunt.* Et ejus Interpretatio alijs in locis Scriptura exhibita optima est. Rectè proinde facimus, sumentes declarationem horum verborum ex alijs testimonijs Scripturæ perspicuis. Sed Christus ipse, verus cum Patre & Spiritu sancto Deus, adeóque & Scripturæ author, quatuor in locis hæc verba Cœnæ interpretatur, videlicet in doctrina circumcisionis, agni Paschalis, Baptismi, & Johannis VI. Ad has igitur declarationes antea à se traditas ablegare nos voluit Christus, instituens Cœnam, & propter hanc causam institutioni Cœnæ nullam declarationem addidit. Quòd si verò novo quodam modo, & alio, quàm in Veteri Testamento & in concione Johannis VI. antea à se habita, verba cœnæ intelligi voluisset Christus, absque omni dubio interpretationem addidisset, ut petulantibus ingenijs præciderentur occasiones corrumpendi veram & nativam sententiam verborum Cœnæ. Sed cùm nullam interpretationem addiderit, reverenter amplectimur declarationem ab ipso Filio DEI traditam, Joh. VI. & in Veteri Testamento, quoties Juramenta instituit. Lon-

Longè igitur tutius est sequi interpretationem Filij Dei, quàm commenta hominum sine verbo Dei. Filius autem DEI instituens Sacramenta Veteris Testamenti talibus loquendi formis usus est, quibus nomen rei signatæ tribuitur externo signo, ut, Circumcisio est Fœdus: Agnus est transitus. Eadem forma loquendi usus est, etiam instituens Sacramenta N. T. Baptismum enim vocat lavacrum regenerationis, & stipulationem bonæ conscientiæ: Panem Cœnæ nominat corpus suum. Earundem igitur phrasium Sacramentalium, idem quoque est intellectus.

2. *Verba sunt intelligenda de subjecta materia.* Instituit autem Christus hoc loco Sacramentum. E. Sacramentaliter est locutus: Et per consequens verba institutionis Sacramentaliter intelligenda sunt, videlicet de medio & instrumento, per quod DEUS vult esse efficax in cordibus credentium.

3. *Qui aliter interpretantur locutiones Sacramentales in Sacramentis Novi Testamenti, quàm illas in Veteri Testamento, reprehendunt Christum, quasi nesciverit, quomodo & qua*

forma verborum Sacramenta in Novo Testamento instituere debuerit.

4. *Interpretatio verborum Cœnæ ab ipso Christo tradita, sine omni dubio verissima est.* Christus, Joh. VI. verba Cœnæ de tali manducatione interpretatur, quæ corpus Christi pro NOBIS traditum, & sanguinem ipsius pro NOBIS effusum esse credit: quæ Christum panem vitæ esse statuit, pascentem nos ad vitam æternam, per quod Christo inserimur, eique unimur, & per quam Christus in nobis sit, & nos in Christo.

Hæc autem omnia non præstat oralis; sed spiritualis manducatio corporis Christi. Verba igitur Cœnæ non de orali; sed spirituali manducatione corporis Christi intelligenda sunt, ad quam antea à se traditam Christus nos vult ablegare in institutione Cœnæ. Contrà. Interpretatio verborum Cœnæ pugnans cum declaratione Christi falsa est. Lutheranorum interpretatio pugnat cum declaratione Christi, qui Joh. c. VI. & in institutione Cœnæ de uno & eodem suo corpore pro mundi vita tradito loquitur, & utrobique ijsdem verbis manducandi & bibendi utitur. Eadem igitur utrobique etiam significatio

ficatio horum vocabulorum retinenda est. Manifestum est itaque, falsam esse Lutheranorum Interpretationem.

5. *Interpretatio verborum Cœnæ ab ipso Christo rejecta, sine dubio est falsa.* Lutherana interpretatio verborum Cœnæ de corporali manducatione corporis Christi ab ipso Christo, Joh. VI. v. 62. 63. duobus argumentis rejecta est, quorum alterum sumtum ab impossibili: Quid si videritis Filium hominis ascendentem eò, ubi erat prius? Alterum ab inutili: Spiritus est, qui vivificat, caro non prodest quicquam. Falsa igitur est Lutheranorum explicatio: Neque enim Christus in institutione Cœnæ instaurare rursus voluit, quod antea, Joh. VI. destruxit: Summa enim est concionum & dictorum Christi harmonia.

6. Hoc in more habuerunt Apostoli, ut non intellectis concionibus Christi, interpretationem harum à Magistro peterent. Sed nullam à Christo interpretationem verborum Cœnæ petiverunt. Consentaneum igitur, Apostolos verba Cœnæ spiritualiter intellexisse juxta concionem Christi antea Joh. VI. traditam, de spirituali manducatione carnis, & u-

 sitata,

sitata, apud Judæos phraseologia Sacramentali.

7. *Eodem modo intelligenda est hæc propositio*: Hoc est corpus meum, *quo illa Joh. VI. v. 28.* Ego sum panis vitæ. In cœna enim nihil aliud egit Christus, nisi quòd propositionem transposuit, & sicut antea dixerat, corpus suum panem esse: Ita nunc inquit è converso: Panem esse corpus suum. Sola igitur collocatione terminorum hæ propositiones differunt: Ego sum panis vitæ. Et: Panis est corpus meum. Nam, ut in priori propositione corpori nomen symboli tribuitur; ita in altero, symbolo nomen corporis. Sed illa propositio: Ego sum panis vitæ, figurata est, & spiritualiter intelligenda q. d. Christus, corpus meum est instar panis. Ut enim panis externum hominem alit, & sustentat, ita corpus meum fide perceptum alit & sustentat interiorem hominem. E. hæc quoque propositio: Hoc est corpus meum, Tropicè & Spiritualiter intelligenda, q. d. Christus, quàm certum est vos ore externo panem percipere, qui habet vim alendi corpus, tam certum est, vos fide accipere corpus meum, quod habet vim alendi animam.

D. A

D. *A declaratione Apostolorum, Pauli cumprimis.* XV.

1. Quod nec Christus, nec Apostoli tradiderunt, nullo modo recipiendum illud est. *Sed nec Christus, nec Apostoli dixerunt: Panis est verum, Essentiale, & Substantiale corpus Christi.* Non igitur hæc forma loquendi recipienda.

2. Quod Apostoli non crediderunt, nobis quoque non credendum. *Apostoli non crediderunt panem esse Substantiale corpus Christi.* Hoc enim si credidissent, nunquam panem nominâssent; sed semper corpus Christi nominâssent. Sed, *Actor.* 2.46. & c. 20. *v.* 7. Apostoli panem, non corpus Christi substantiale, sed panem duntaxat nominant. Sic Paulus, 1. *Cor.* 11. panem & vinum ne semel quidem carnem & sanguinem Christi nominat; sed panis & vini vocabulis contentus fuit. Sic Christus ipse, post institutionem Cœnæ potum nominat fructum vitis, quem potum antea sanguinem suum dixerat, sed figuratè.

3. Interpretatio verborum Cœnæ pugnans cum declaratione Pauli rejicienda est. Lutherana *interpretatio pugnat cum cum declaratione Pauli*, quòd videlicet corpus

pus Christi sit communicatum pani. Κοινωνία enim apud Paulum non significat copulationem corporis Christi cum pane aut corporalem manducationem: sed conjunctionem, seu consociationem Sanctorum cum Christo. *Contrà,*

Interpretatio verborum Cœnæ à Paulo tradita, sine omni dubio est verissima. Sed *Paulus non dicit:* Panis est essentiale corpus Christi, *sed est κοινωνία corporis Christi,* i.e. medium, seu res illa externa visibilis, in cujus vero usu nobis exhibetur corpus Christi, seu qua fit consociatio cum corpore Christi. Ita de calice: Calix est κοινωνία sanguinis Christi, i. e. est medium, seu res illa externa visibilis, in cujus usu legitimo nobis exhibetur sanguis Christi.

5. Κοινωνίας vocabulum est relativum respiciens ad aliud. Relatio autem ista spectat ad hominem, non ad panem. Homini igitur communicatur corpus Christi non pani.

6. Qui κοινωνίαν corporis apud Paulum intelligunt de communicatione panis & corporis invisibilis in pane, corrumpunt verba Pauli, qui loquitur de communicatione Christi & fidelium. Lutherani κοινωνίαν, &c.

7. Eo-

7. Eodem modo reddimur κοινωνοὶ Christi, quo reddimur membra Christi, os ex ossibus ejus, & caro de carne ejus. Sed reddimur membra Christi, os ex ossibus ejus, non per oralem manducationem, sed spiritualem. Ergo reddimur etiam κοινωνοὶ Christi non per corporalem aut oralem, sed spiritualem manducationem. Aliter: Eodem modo reddimur κοινωνοὶ corporis Christi, quo efficimur unum corpus cum Christo, &c.

8. Paulus dicit: Panem Cœnæ illis esse κοινωνίαν corporis Christi, qui sunt unum corpus cum Christo. Soli pij sunt unum corpus cum Christo. E. solis pijs panis est κοινωνία corporis Christi. Ergò non impijs.

9. Eodem modo, secundùm Paulum, reddimur κοινωνοὶ corporis Christi, quo reddimur κοινωνοὶ sacrificij Christi & remissionis peccatorum. Sed sola fide reddimur κοινωνοὶ sacrificij Christi, & remissionis peccatorum, 1. *Cor*. 10. *v*. 18.

10. Paulus expressè dicit, κοινωνίαν Christi non posse consistere cum κοινωνίᾳ Diabolorum, 1-*Cor*. 20. v. 21 Sed impij sunt in κοινωνίᾳ Diabolorum. E. non possunt fieri κοινωνοὶ corporis Christi.

11. Il-

11. Illis calix est κοινωνία sanguinis Chri-sti, qui, per hunc haustum, fiunt unu[s] Spiritus, 1. *Cor.* 12. 13, Sed pij per hun[c] haustum fiunt unus Spiritus. E. soli[s] pijs calix est κοινωνία sanguinis Christi.

12. Paulus 1. *Cor.* 12. 12. *eandem κοι-νωνίαν cum Christo ponit in Baptismo, & in Cœ-na.* Sed κοινωνία cum Christo in Baptis-mo non fit corporaliter, sed spiritualiter. E. etiam in Cœna κοινωνία cum Christo non fit corporaliter, sed spiritualiter.

13. Ita panis est κοινωνία corporis Chri-sti, qui annunciant mortem Christi, ve[l] manducant hunc panem in recordationem Christi, 1. *Cor.* 11. *v.* 26. Soli pii annun-ciant mortem Christi. Solis igitur pii[s] panis Cœnæ est κοινωνία corporis Christi. E. impiis panis Cœnæ non est κοινωνία cor-poris Christi.

14. *Eadem est communicatio Christi & omnium ipsius beneficiorum in omnibus Sacra-mentis Veteris & Novi Testamenti. Sed* in Veteri Testamento nulla fuit commu-nicatio corporalis Christi; sed spiritualis tantùm. Ergo etiam in Novo Testamen-to nulla corporalis communicatio Christi & beneficiorum ejus fingenda est, sed spiritualis tantùm ponenda.

15. Il

15. Illis panis Cœnæ eſt κοινωνία corporis Chriſti, qui ſunt membra corporis Chriſti, 1. *Cor.* 10. *v.* 17. 1. *Cor.* 12. *v.* 12. Soli pij ſunt membra corporis Chriſti. Solis igitur piis panis Cœnæ eſt κοινωνία corporis Chriſti. Contrà: Impii non ſunt membra corporis Chriſti. E. Impijs panis non eſt κοινωνία corporis Chriſti.

E. *A Conſenſu Scripturæ.* III.

1. Interpretatio verborum Cœnæ conſentiens cum tota Scriptura, de veritate naturæ humanæ Chriſti recipienda eſt. *Orthodoxorum interpretatio, ſtatuens* ſpiritualem modum communicationis corporis Chriſti *conſentit cum tota Scriptura*, quæ affirmat corpus Chriſti noſtris corporibus ὁμοούσιον, & per omnia ſimile eſſe, eique omnes proprietates eſſentiales corporis ante & poſt glorificationem tribuit. Hæc igitur interpretatio recipienda eſt.

2. Interpretatio verborum Cœnæ, evertens teſtimonia Scripturæ de veritate carnis Chriſti eſt repudianda. Interpretatio de corpore Chriſti inviſibilis, impalpabilis, omni præſentis evertit teſtimonia Scripturæ de veritate carnis Chriſti, *Joh.* 1. 14. *Phil.* 2. 7. *Heb.* 2. 14. 16. *v.* 17.

Dicit enim, corpus Christi adesse in Cœna, sine ulla corporea dimensione, & sine ullis physicis proprietatibus corporis: ita ut nec carnem, nec ossa habeat, nec visibile, nec palpabile sit: Atque ita veritatem humanæ naturæ tollunt.

3. *De similibus idem est judicium.* Sicut autem Papistarum Interpretatio de Transsubstantiatione ideo rejicitur, quia pugnat cum alijs Scripturæ testimoniis, in quibus panis etiam post consecrationem panis nominatur: Ita & Lutherana pugnat cum infinitis testimonijs Scripturæ, quæ corpus Christi nobis ὁμοούσιον, seu corporibus nostris per omnia simile esse, & carnem Christi sola fide manducari testantur. Non igitur verba Cœnæ sic accipienda, ut cum in finitis aliis Scripturæ locis pugnent. Et per consequens τὸ ῥητὸν in verbis Cœnæ non urgendum, contra totam Scripturam: Pauciora enim intelligenda sunt secundùm plura.

F. *Ab articulis fidei.*

1. Cùm τὸ ῥητὸν, seu verba Scripturæ propriè intellecta *gignunt absurditatem, pugnantem cum articulis fidei, & perspicuis Scripturæ dictis, recurrendum est ad figuram*, &

quæ

quærenda commoda interpretatio, congruens cum articulis fidei, & tota Scriptura. Verba autem Cœnæ propriè & simpliciter intellecta gignunt sententiam pugnantem cum tribus articulis fidei, de veritate naturæ humanæ in Christo, cui omnipræsentia, sine ejus destructione, tribui non potest: De ascensione in cœlum, quæ fuit vera mutatio loci, & migratio ex hoc mundo: Et de reditu ad universale judicium, qui fiet è cœlo: Et cum infinitis Scripturæ testimoniis, quæ hos articulos perspicuè confirmant. Non igitur servandum τὸ ῥητὸν in verbis Cœnæ; sed quærenda verborum Cœnæ interpretatio, non alludens ad captum humanæ rationis, sed consentanea verbo DEI, & naturæ omnium Sacramentorum conveniens, qua videlicet per Metonymiam nomen rei signatæ tribuitur externo signo: Perinde ut in Veteri Testamento nomen Fœderis circumcisioni, & transitus agno Paschali tribuitur, quod hæ externæ ceremoniæ illorum beneficiorum essent σύμβολα & σφραγῖδες.

2. Omnis Interpretatio sit analoga fidei. *Hæc Interpretatio verborum Cœnæ de distributione corporis Christi visibilis, palpa-*

 bilis,

bilis, circumscripti, est analoga fidei: Contrà veró; hæc Interpretatio verborum Cœnæ de distributione corporis Christi invisibilis, impalpabilis, omnipræsentis, non est analoga fidei. Nam articuli fidei testantur, Filium Dei corpus visibile, palpabile, finitum & circumscriptum assumsisse. Prior igitur interpretatio verborum cœnæ recipienda, quæ est fidei analoga: Posterior rejicienda, ut quæ est contra Analogiam fidei

3. Interpretatio verborum, Cœnæ tribuens Deo laudem veritatis recipienda est. *Orthodoxorum interpretatio, statuens spiritualem manducationem corporis Christi tribuit laudem veritatis Deo,* qui vult corpus Filij sui esse visibile, palpabile, circumscriptum, & nostris corporibus per omnia simile. Recipienda igitur.

G. *A Confessione Patrum.*

1. Interpretatio verborum Cœnæ ab Orthodoxis Patribus tradita, non est rejicienda. *Orthodoxi Patres in interpretatione verborum Cœnæ:* Hoc est corpus meum, *utuntur verbis* Symboli, typi, antitypi, Figuræ, Signi. Non igitur rejicienda, hæc eorum interpretatio.

2. In

2. Interpretatio Patrum consentiens cum Scriptura recipienda est. S. Patres rejiciunt interpretationem de corporali & orali manducatione corporis Christi, & verba Cœnæ interpretantur spiritualiter. Recipienda igitur est SS. Patrum interpretatio.

Cyprianus: Cibus est non ventris, sed mentis. *Idem:* Hæc quoties agimus, non dentes ad mandendum acuimus; sed fide sincera panem sanctum frangimus & partimur.

Athanasius: Spiritualis cibus est, & in nobis spiritualiter digeritur.

Idem: Caro Christi cibus è supernis cœlestis, in spiritualem alimoniam à Christo datur.

Tertullianus: Hic panis devorandus auditu, ruminandus intellectu, fide digerendus.

Cyrillus: Num ἀνθρωποφαγίαν, i. e. hominis manducationem nostrum hoc Sacramentum pronuncias? Et irreligiosè ad crassas cogitationes urges eorum, qui crediderunt, mentem, & attentos humanis cogitationibus tractare, quæ sola pura & inexquisita fide accipiuntur?

Eusebius Emisenus : Cum reverendu altare cibis spiritualibus satiandus ascen dis, sacrum Dei tui corpus & sanguinem fide respice, honora, mirare, mente con tinge, cordis manu suscipe, & maxim totum Christum haustum interioris ho minjs assume.

Augustinus : Spiritualiter intelligite quod locutus sum. Non hoc corpus qnod videtis, manducaturi estis (scilic oraliter,) nec bibituri hunc sanguinem quem effusuri sunt, qui me crucifigent Sacramentum aliquod commendavi vo bis, quod spiritualiter intellectum vivi ficabit vos. *Idem* in Joh. VI. v. 53. Nis manducaveritis carnem, &c. Facinus ve flagitium videtur jubere. Figura est er go; præcipiens passioni Domini esse com municandum, & suaviter atque utilite recondendum in memoria, quod pro no bis caro ejus crucifixa & vulnerata sit *Idem* alibi, ut oralem Christi manduca tionem confutet, verè ait, carnem hu manam edere majus esse scelus, quàm hominem necare, & humanum sangui nem bibere majus scelus esse, quàm eun dem fundere.

Idem: Qui manducat intus, non fo ris

is ; qui manducat in corde , non qui premit dente.

Idem: Cibus ſum grandium , creſce & manducabis me; nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.

Idem: Nolite parare fauces, ſed cor: Non quod videtur, ſed quod creditur, paſcit.

Idem: Quid paras dentem & ventrem? Crede & manducâſti. Credere enim in eum, hoc eſt, panem vivum manducare. Qui credit in eum, manducat eum.

Idem: Hoc eſt manducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, & illum in ſe manentem habere.

Vigilius: Credere in Chriſtum, hoc eſt videre, hoc eſt audire , hoc eſt adorare, hoc eſt guſtare, hoc eſt contrectare eum.

2. Interpretatio Cœnæ, pugnans cum confeſſione Orthodoxæ Eccleſiæ, rejicienda eſt. *Interpretatio verborum Cœnæ de diſtributione corporis Chriſti inviſibilis, impalpabilis, omnipræſentis pugnat cum Confeſſione Orthodoxæ Eccleſiæ.* Patres enim affirmant, nos in Cœna Domini fieri κοινωνὸς corporis Chriſti pro nobis traditi, quod fuit

 viſi-

visibile, palpabile, circumscriptum. E
hæc interpretatio rejicienda est.

3. Ipse *Lutherus* in formula concordiæ,
anno Ch. 1536. Corpus Christi de pane
affirmavit, propter unionem Sacramentalem, quæ non est substantialis unio panis & corporis Christi, nec localis inclusio corporis Christi in pane, nec durabilis aliqua alligatio corporis Christi ad panem Sed relatio, qua fit testificatio, eum, qui in vera conversione & fide hoc pane utitur, fieri κοινωνὸν corporis Christi.

H. *Ab absurdis, quæ ex Adversariorum interpretatione sequuntur.*

1. Qui panem statuit Essentiale corpus Christi, ponit identicam prædicationem in his verbis Cœnæ: Hoc est corpus meum. Sed *identica prædicatio a Paulo*, Patribus, ipso etiam Luthero *rejecta* est. Non igitur dicendum, panem esse essentiale corpus Christi.

2. Interpretatio verborum Cœnæ nitens falsis fundamentis, rejicienda est. Lutherana *interpretatio verborum Cœnæ nititur falsis fundamentis*, de natura Cœnæ Domini, de qua negatur commune genus omnium Sacramentorum, eique peculia-
ri

ris & nova doctrina affingitur: De symbolis, quibus tribuitur hoc, quod competit homini, de præsentia corporis Christi, quæ fingitur esse substantialis conjunctio cum pane, & physica commixtio corporis Christi cum nostris corporibus, de acceptione ipsarum rerum, quæ collocatur in opere operato. Rejicienda igitur est talis interpretatio.

3. Quicquid est prædicatum prædicati, est etiam Prædicatum subjecti. Corpus Christi, secundum Lutheranos, propriè prædicatur de pane: Rursus de corpore Christi prædicatur, quòd sit pro NOBIS traditum. Sed sicut corpus Christi non est pro nobis traditum in pane: Ita nec est in pane.

4: *Cœna Domini instituta in memoriam passionis mortis & meriti Christi*: Necesse igitur est, in Cœna distribui illud corpus Christi, quod passum, mortuum est, & remissionem peccatorum meruit. Sed passum & mortuum est, ac remissionem peccatorum meruit corpus finitum, visibile, palpabile, circumscriptum, inorganicum, omnipræsens. Visibile igitur, finitum, palpabile, circumscriptum organicum corpus Christi in Cœna Domini

præsens est & distribuitur, non infinitum, invisibile, impalpabile, inorganicum, omnipræsens.

5. Interpretatio verborum Cœnæ, quæ verum & substantiale *corpus Christi è Cœna* tollit, detestanda est. Lutherana interpretatio verborum Cœnæ tollit verum & substantiale corpus Christi è Cœna. Contendunt enim Lutherani, invisibile corpus Christi in Cœna distribui. Sed corpus invisibile nec carnem, nec ossa, nec manus & pedes, nec oculos & aures, nullámque prorsus proprietatem veri corporis habet.

6. Qui rejiciunt διάνοιαν, quam monstrat collatio Scriptorum Propheticorum & Apostolicorum, confirmant multa absurda. Lutherani *rejiciunt διάνοιαν in verbis Cœnæ, quam monstrat collatio textuum.* E. patrocinantur absurdis eorum, qui tantùm hæserunt in litera & syllabis, & urserunt τὸ ῥητὸν contrà διάνοιαν, & perpetuum consensum totius Scripturæ Propheticæ & Apostolicæ.

7. Interpretatio verborum Cœnæ, quæ *accedit sententiis Manichæorum, Marcionitarum, & Eutychianorum* de corpore Christi phantastico & omnipræsenti non est Ortho-

Orthodoxa. Talis eſt Lutherana. Si enim corpus Chriſti inviſibiliter & incomprehenſibiliter eſt in pane, phantaſticum, non verum, aut eſſentiale corpus Chriſtus habebit.

8. Pontificia interpretatio verborum Cœnæ fugienda eſt. Interpretatio verborum Cœnæ, quæ copulat corpus Chriſti cum pane, eſt Pontificia. Pontificii enim non tantùm ponunt Transſubſtantiationem, ſed etiam copulationem corporis Chriſti cum pane in eodem loco, ut ex Cardinale Petro de Aliaco, quem Lutherus ſequitur, manifeſtum eſt.

9. Interpretatio Ubiquiſtica viam ſternit ad Idololatriam.

a. Neglecta promiſſione tantùm hæret in ſignis, his exhibitionem rerum ex opere operato tribuit.

b. Dum corpus Chriſti alligant ad panem, adeóque ex pane faciunt Numen, multiſque occaſionem præbent invocandi panem.

10. Ex Lutheri interpretatione manifeſta ſequitur abſurditas,

a. Si diſcipuli Chriſti celebrâſſent cœnam, corpore Domini mortuo jacente in ſepulchro, quale nam corpus percepiſſent, vivum an mortuum?

suum? Vivum certè percipere eum non potuissent, eum enim revera fuit mortuum. Sed quis dicet eos percepturos mortuum corpus?

b. Si Apostoli in prima Cœna ore suo perceperunt corpus Christi, fuit corpus Christi simul vivum & mortuum, jacente corpore Christi in sepulchro. Vivum in discipulis, & mortuum corpus in Apostolis fuisse affirmare, quis audebit?

c. Dixit Christus: Panem esse corpus suum: Et tamen ipse, non panis ille, quem in manibus continebat, loquebatur, panis continebatur, Christus tenebat. Cedò, utrum erat corpus Christi? Hic aliquis haereat necesse est. Nam si dicam, panem fuisse corpus Christi, atque adeò Christum ipsum. Ergo, qui tenebat, Christus non erat: sin, qui tenebat panem, Christum verum esse, ajo: Sequitur panem non esse corpus Christi. Quodcunque dixero, absurda sequentur. Nam aut Christus phantasma est, aut duo Christi erunt, aut Christus bicorpor est, seu bina corpora habens, invisibile in pane, & visibile extra panem.

11. Interpretatio *hac secum pugnat.* Lutherani enim contendunt, invisibile corpus, in pane absconditum, esse Sacramentum seu signum visibilis corporis, quod extra panem est, & quod visibiliter pro

pro nobis est traditum, quod est absurdum.

12. Se *ipsam implicat contradictione.* Tale enim corpus Christi in Cœna præsens statuit, quod nec carnem nec ossa, nec ullam proprietatem corporis habeat: Et tamen substantiam veri corporis Christi negant, dum omnes proprietates hujus Essentiales negant. Substantia enim invisibilis, impalpabilis, infinita, incircumscripta, omnipræsens verum corpus dici nullo modo potest.

13. DEO *contradictorias tribuit voluntates*: quasi Deus velit corpus Christi simul & eodem temporis momento esse finitum, visibile, circumscriptum; & infinitum, invisibile, omnipræsens.

14. *Non consentiunt Lutherani:* Lutherus & Westphalus approbant palinodiam Berengarij, in qua dicitur corpus Christi sensualiter comedi, & teri dentibus. Hanc sententiam alij improbant, qui corpus Christi ore quidem manducari affirmant, sed insensibiliter, & dentibus teri non concedunt.

15. Lutherana interpretatio *est ex sola petita ratione.* Ut enim,

a. Humana ratio illa tantùm præsentia esse.

... verè dari atque exhiberi judicat, quæ coram, de manu in manum traduntur: Alia verò, quæ procul dissita sunt, præsentia esse, aut verè exhiberi non credit, etiamsi verbis promittantur. Ita Lutherani dictum rationis sequentes, corpus Domini in Cœna, nec præsens esse, nec exhiberi, aut communicari nobis posse imaginantur, nisi sit eo ipso in loco, ubi Cœna celebratur.

b. Ut ratio nullam manducationem agnoscit nisi corporalem & oralem: Ita Lutherani tantùm de corporali & orali manducatione corporis Christi disputant. Annon verò hoc est philosophari, & dictamen rationis sequi, & præscribere DEO modum, quo excluso aliter corpus suum nobis communicare non possit. Orthodoxorum verò Interpretatio rationem hoc loco non patitur intercedere. Credunt enim, corpus Christi in cœlo existens, à piis, in his terris constitutis, verè manducari, quod rationi videtur esse impossibile: Deinde statuunt, spiritualem manducationem corporis Christi, quam humana ratio nec novit, nec intelligit. Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI. Preterea talem manducationem ponunt, quæ sola fide fiat. Ratio autem humana de fide & actionibus hujus nihil prorsus intelligit. Postremò docent, corpus Christi esse cibum animæ, pascentem nos ad vitam æternam.

ernam. Ratio autem totam doctrinam de alimonia animæ, & vita æterna, de modo hanc consequendi, planè ignorat.

16. Lutheri *interpretatio humana, incerta & varia.* Diversis enim temporibus aliam ille atque diversam doctrinam de Cœna Domini professus est. Nam a. Ch. 1520 21. 22. 23. veram & Orthodoxam doctrinam de spirituali manducatione corporis Christi cum Augustino complexus est, & tradidit, id quod scripta illius circa illa tempora edita perspicuè demonstrant. Postquam verò bellum Eucharisticum D. Carolstadio indixit, Confessionem mutavit, & abjecta priori doctrina sententiam de consubstantiatione panis & corporis Christi amplexus est, quæ ex illuvie Pontificia ortum ducit. Aut igitur damnanda sunt priora scripta D. Lutheri, quæ edita sunt, antequam in hæc certamina pertraheretur, in quibus piè & valdè commode de Sacramentis in genere & in specie de Cœna Domini loquitur; aut damnanda scripta ejus posteriora, quæ prioribus sunt contraria. Sed cùm D. Lutherus sua scripta priora nunquam damnaverit, neque nos condemnare possumus. Posteriora itaque D. Lutheri scripta sic explicentur, ne cum prio-

doxorum ſententiam approbat, inſtituta utriusque opinionis collatione, noſtræ ὑπεροχὴν agnoſcit, adeoque verba Cœnæ propriè non poſſe intelligi, operosè demonſtrat. Non minori apparatu reliquas ſuas ὑποθέσεις φυλάττει, veram nempe & realem, quæ tamen fidei eſt, corporis Chriſti in Cœna præſentiam, argumentis aſtruit. 38. *Corpus Chriſti ſola fide manducari, argumentis.* 50. *Corpus Chriſti orali corpore non manducari, argumentis.* 46, Corpus Chriſti pani non eſſe alligatum, argumentis, 41. De natura & uſu Sacramentorum argumenta proponit. 23. Impios non manducare corpus Chriſti, argumentis. 41. *Verba Cœnæ Tropicè intelligenda, argument.* 17. Non diſtribui corpus Chriſti Majeſtaticum in cœna, argument. 6. Ut cauſæ noſtræ ex argumentorum vel numero vel pondere non fuerit metuendum. Omnia ordine exhibere conſtitueram, ſed quando longior hæc eſſet digreſſio, tria tantum adhuc lemmata, ſuis ſuffulta rationibus, proponam. Primum eſt,

Corpus Chriſti ſola fide manducari.

1. Impoſſibile eſt, aliquem ſine manducatione carnis Chriſti ſalvari, juxta

dictum

dictum Chriſti, *Joh.* VI. 53. Niſi manducaveritis carnem Chriſti, non habebitis vitam in vobis. Manifeſtum igitur eſt, Patres in Veteri Teſt. non minus carnem Chriſti manducâſſe, quàm nos, alioquin ſalvati non eſſent. Sed Patres carnem Chriſti non manducârunt corporaliter; ſed ſpiritualiter per fidem. E. & nos eandem carnem Chriſti non corporaliter, ſed ſpiritualiter per fidem manducamus; quia unus & idem eſt modus manducationis carnis Chriſti omnibus temporibus; vel: Eodem modo caro Chriſti communicatur omnibus ſalvandis in Vet. & Nov. Teſt.. Sed Patribus in V. T. caro Chriſti (præſens fidei intuenti, & amplectenti promiſſionem divinam,) non corporaliter; ſed ſpiritualiter, E. & nobis, &c.

2. *Eodem modo caro Chriſti manducatur: nutrit, in nobis habitat, & vivificat in Vet. & Nov. Teſt.* quæ ſubſtantialia juſtificationis eadem ſunt, eodémque modo applicantur omnibus temporibus. Sed hæc omnia Patribus in V. T. præſtitit caro Chriſti ſpiritualiter. Ergo. eadem nobis quoque ſpiritualiter præſtat.

3. Earundem rerum eadem eſt manducatio. Paulus eandem rem Sacramentis Vete-

Veteris & Novi Teſtamenti tribuit. Nam de Patribus in Veteri Teſtamento dicit, quòd ſint baptizati ſub nube, 1. *Cor.* 10.2. Et quòd eandem eſcam ſpiritualem manducaverint, 1. *Cor.* 10.3. Rurſus de nobis in Novo Teſtamento dicit: Noſtrum Paſcha eſt Chriſtus, 1. *Cor.* 6.7. Item: Vos circumciſi eſtis, *Coloſſ.* 2. 11. Hac permutatione Sacramentorum evidenter demonſtrat Paulus, eundem Chriſtum eſſe, rem ſignatam omnium Sacramentorum in Vet. & Nov. Teſt. Sed Patres in Veteri Teſtamento in ſuis Sacramentis manducârunt & perceperunt Chriſtum ſpiritualiter per fidem. E. & nos eundem Chriſtum in noſtris Sacramentis ſpiritualiter per fidem percipimus & manducamns.

4. *Eodem inſtrumento apprehenditur Chriſtus in Sacramentis, quo percipitur in verbo.* Sed in verbo Chriſtus ſola fide apprehenditur. E. & in Sacramentis ſola fide apprehenditur, qua unus idémque Chriſtus utrobique offertur.

5. *Similium eſt eadem ratio.* Sicut autem illa, quæ literis comprehenſa, & ſigillis obſignata ſunt, ſolo intellectu diju-

dicantur : Ita quæ in verbis & Sacramentis tanquam sigillis, comprehenduntur, solo intellectu seu fide dijudicantur, agnoscuntur & percipiuntur.

6. *Corpus Christi non tantùm in Sacramentis sed etiam in verbo, ut cibus, offertur:* Utrobique igitur hic cibus eodem modo percipitur. Sed hic cibus in verbo sola fide accipitur. E. etiam in Sacramentis. Aliter: Corpus Christi eodem prorsus modo nobis offertur in Sacramentis, quo in verbo. Sed in verbo soli fidei; non ori corporis offertur.

7. *Eodem modo apprehenditur corpus Christi, quo ipsa promissio offerens corpus Christi.* Sed promissio offerens corpus Christi non apprehenditur ore; sed fide. E. etiam corpus Christi non ore, sed fide percipitur.

8. *Omnis promissio requirit fidem, quæ res in promissione oblatas accipiat, & sine fide promissio est inutilis.* Hoc est corpus meum, sunt verba promissionis. E. Fides habet se correlativè ad hanc promissionem, quæ credit huic promissioni, & accipit beneficium oblatum. Ut enim respectu Dei non est aliud organum, quo nobiscum agat Deus, quàm verbum & Sacramenta: Per hæc enim duo media se ipsum & om-

omnia beneficia ſpiritualia nobis offert. Ita, reſpectu noſtri non eſt aliud inſtrumentum, quo cum Deo agere, aut Chriſtum cum omnibus beneficiis ſpiritualibus apprehendere & nobis applicare poſſumus, niſi ſola fides. Hæc enim ſola ordinata eſt ad apprehenſionem Chriſti, & omnium beneficiorum, tam in Verbo, quàm in Sacramentis. Et Veteres dixerunt: Sola fides eſt virtus apprehenſiva & quietativa.

10. *Tale inſtrumentum manducationis corporis Chriſti ponendum, quod nobis corpus firmiſſimè applicet.* Sed *fides longe firmius nobis applicat corpus Chriſti, quam os hominis.* Quæ enim fides in promiſſione apprehendit, firmiſſimè tenet, nec ulla vi ſibi eripi patitur. Ea verò, quæ manu aut ore tenemus, facilè nobis eripi poſſunt. Fides igitur inſtrumentum manducationis corporis Chriſti ſtatuendum eſt, non os hominis.

11. *Si de alia manducatione Chriſtus locutus eſt in Cœna, quàm de ſpirituali, quam tradidit Joh. VI. neceſſe erit, Chriſtum in Cœna etiam de oblatione ſui corporis locutum eſſe, quàm de qua ante Cœnæ inſtitutionem in aliis concionibus locutus eſt*; hæc enim conjun-

 gun-

guntur, atque ita Pontificij rectè faci
rent, offerentes Christum in Cœna. Se
sicut Christus de una & eadem oblation
corporis sui in institutione Cœnæ, & an
te institutionem Cœnæ locutus est: It
quoque de una & eadem manducation
sui corporis in institutione Cœnæ & an
te institutionem locutus est. Ut igitu
unica est oblatio corporis Christi: Ita quo
que est unica manducatio corporis Chri
sti, videlicet spiritualis.

12. *Tantùm duobus modis Christi corpu
traditur, ut sacrificium, & ut cibus.* Sed cor
pus Christi, quatenus sacrificium seu vi
ctima est, sola fide percipitur. E. etiam
corpus Christi, quatenus est cibus, sol
fide percipitur.

13. *Deus nec vult, nec facit contradicto
ria.* Hæc autem est voluntas Dei, ex
presso verbo patefacta, ut corpus Filij su
sit nobis ὁμοούσιον, & nostris corporibus pe
omnia simile: Utque idem corpus Filij su
à nobis spiritualiter manducetur, *Heb.* 2.
17. *Joh.* 6. 54. Contrarium nunquam fa
cit Deus. Manifestum igitur est Luthe
ranos contradictorias voluntates Deo tri
buere, qui distributionum invisibilis, im
palpabilis, omnipræsentis corporis Chri
sti,

ſti, quod nullam prorſus cognationem nobiſcum habet; atque corporalem ejusdem manducationem in Cœna fingunt. Certè, hæ ſententiæ: Corpus Chriſti manducatur ſpiritualiter; Et, corpus Chriſti manducatur corporaliter: Corpus Chriſti eſt viſibile, palpabile, circumſcriptum, ſunt contradictoriæ.

14. *Illa, ſine dubio, eſt vera manducatio corporis Chriſti, quam tradit ipſa institutio Cœnæ.* Sed inſtitutio Cœnæ tradit talem manducationem corporis Chriſti, quâ fit celebratio mortis Chriſti, applicatio remiſſionis peccatorum, & acceptio omnium beneficiorum Novi Teſtamenti. Talis autem manducatio non fit ore corporis, ſed ſola fide. Fide igitur, non ore corporis fit manducatio corporis Chriſti, de qua Inſtitutio Cœnæ concionatur.

15. *Definitio manducationis corporis Chriſti ab ipſo Chriſto tradita, toto pectore amplectenda eſt.* Chriſtus, *Joh. VI.* ita definijt manducationem corporis ſui, & bibitionem ſanguinis ſui, quòd ſit credere, corpus ipſius in cruce pro nobis traditum eſſe, & ſanguinem ipſius in remiſſionem peccatorum noſtrorum effuſum eſſe. Cùm igitur Chriſtus hæc duo pro uno & eodem

habeat, carnem Christi manducare; E in Christum credere, non fingamus man ducationem quandam carnis Christi, qu fiat ore corporis.

16. *De similibus idem est judicium.* Sicu autem idem Christus & eadem benefici spiritualia in omnibus Sacramentis Vete ris & Novi Testamenti. Ita idem modu est perceptionis Christi, & ipsius benefi ciorum in omnibus Sacramentis Veteri & Novi Testamenti. Sed modus perce ptionis Christi & ipsius beneficiorum in Sa cramentis Veteris Testamenti fuit spiritu alis, & fide fiebat. E. non alius, sed i dem modus perceptionis ponendus in Sa cramentis N. T.

17. *Eodem modo percipitur corpus & san guis Christi in Cœna, quo percipitur fœdu Dei in circumcisione, beneficia Christi in mandu catione agni Paschalis*, Sanguis Christi i Baptismo. Sed hæc omnia accipiuntu spiritualiter per fidem. E. & corpus & sanguis Christi spiritualiter per fidem ac cipiuntur in Cœna.

18. *Eodem modo reddimur κοινωνοὶ corporis Christi in Cœna, quo in idem corpus coalesci mus cum Christo in Baptismo.* Sed in Ba ptismo fide coalescimus in idem corpus cum Christo, sine corporali præsentia Christi,

Christi, 1. *Cor.* 12.13. E. etiam Cœna fide reddimur κοινωνοὶ corporis Christi, sine corporali præsentia Christi.

19. *Eadem est ratio utriusque partis Cœnæ, quo ad modum perceptionis.* Eodem igitur modo manducatur corpus Christi in pane, quo bibitur N. T. in calice. Atqui Novum Testamentum non bibitur corporaliter in calice, (constat enim, plurimos uti calice, qui tamen beneficiorum Novi Testamenti non fiunt participes;) sed spiritualiter per fidem. E. & corpus Christi non manducatur corporaliter in pane; sed spiritualiter per fidem. Aut si corpus Christi corporaliter, Nov. Test. spiritualiter percipitur, erit realis contradictio in institutione Cœnæ, quo ad modum prædicationis, præsentiæ & perceptionis, quod est absurdum.

20. *Eodem modo nos percipimus Novum Testamentum, quod est reconciliatio cum Deo, quo omnes sancti illud perceperunt ab initio.* Sed sancti non per corporalem potum, sed per spiritualem haustum sanguinis Christi perceperunt Novum Testament. & reconciliationem cum Deo. E. nos quoque in usu Cœnæ per spiritualem haustum sanguinis Christi N. T. percipimus.

21. *Eodem modo manducatur corpus Christi pro nobis traditum, quo sanguis Christi effusus bibitur.* Sed ille ipse sanguis Christi effusus in cruce non bibitur à nobis substantialiter, aut corporaliter, quia iamdudum evanuit; sed fit testificatio, corpus Christi pro nobis traditum esse.

22. *Idem est effectus manducationis corporis Christi, qui est bibitionis sanguinis Christi:* Sed quotquot sanguinem Christi bibunt, fiunt unus Spiritus, 1. *Cor.* 12. 13. E. quotquot manducant corpus Christi, fiunt unum corpus cum Christo. Sed reddimur unus Spiritus non per corporalem perceptionem sanguinis Christi. Sed per spiritualem, quæ fit fide. E. etiam efficimur unum corpus cum Christo non per corporalem manducationem corporis Christi, sed per spiritualem: quæ fit fide.

23. *Certum est, nos eodem modo percipere corpus Christi, quo illud perceperunt Apostoli in prima Cæna.* Sed Apostoli non perceperunt corpus Christi in pane. Assedit enim Christus suo corpore discipulis visibiliter, locutus est cum eis, non immigravit in panem, non factus est invisibilis; non dixit: In hoc pane accipitis

tis corpus meum inviſibiliter. Quòd ſi verò corpus Chriſti aſſedit viſibiliter diſcipulis ad menſam, & ſimul inviſibiliter fuit in pane, fuerunt duo corpora Chriſti ſimul, viſibile extra panem, & inviſibile in pane. Sed Chriſtus non aſſumſit plura corpora. Hinc manifeſtum eſt, Apoſtolos, in prima Cœna non percepiſſe corpus Chriſti corporaliter in pane; ſed corpus Chriſti ſpiritualiter fide manducâſſe. E. & nos in noſtra Cœna idem corpus Chriſti ſpiritualiter fide manducamus.

24. *Idem nobis diſtribuitur & communicatur in noſtra Cœna, quod diſtribuitum & communicatum eſt Apoſtolis in prima Cœna.* Earundem enim rerum diſtributio & communicatio fit in Cœna omnibus temporibus, & eodem modo. Sed Apoſtolis non eſt communicatum corpus Chriſti inviſibile. Aſſedit enim Chriſtus diſcipulis ſuis viſibiliter. E. nec nobis corpus Chriſti inviſibile communicatur. Quod ſi verò corpus Chriſti inviſibiliter in pane eſt, quæro, quando illam conditionem acceperit? Quòd ſi in glorificatione primùm hanc conditionem accepit, non potuit diſcipulis hoc modo, videlicet inviſibiliter, in prima Cœna diſtribui, tum e-

nim nondum fuit glorificatum: Si ver ante glorificationem illam coalitioner habuit, tribuitur Christo corpus Marcio nitarum & phantasticum, & contradicto ria de corpore Christi prædicantur, u quod simul sit visibile & invisibile, visibi le ad mensam, & invisibile in pane, atqu ita diversa corpora Christo tribuuntur.

25. *Si Apostoli in prima Cœna Christi cor pus ore perceperunt; necesse est, ut vel illud ipsum corpus Christi perceperint, quod natum est ex Maria Virgine, quod ipsis assedit in mensa, & postea oblatum est in cruce:* Aut diversum ab eo corpore, quod natum es ex Maria Virgine, ipsis assedit & tradi tum est in mortem. Sed Apostoli in pri ma Cœna non perceperunt ore illud cor pus Christi, quod natum est ex Virgine quódque ipsis assedit in mensa, & postea oblatum est in cruce. Assedit enim Chri stus in prima Cœna Discipulis suis illo i pso corpore, quod ex Maria Virgine as sumserat, & quod paulò pòst pro Apo stolis & nobis omnibus traditum erat: Illud ipsum corpus locutum est cum Apo stolis, visum fuit ab Apostolis, pronun ciavit verba, quibus hoc Sacramentum instituit, fregit, & distribuit panem, non est mutatum, non est factum invisibile, non

non immigravit in panem, non ingressum est in os Apostolorum, non desiit videri, cùm & postquam Apostoli panem à Christo porrectum ore acceperunt; sed eodem modo, & eadem figura præditum semper assedit Discipulis. Necesse erit igitur Apostolos in prima Cœna percepisse Christi corpus diversum ab eo quod natum est ex Virgine, ipsis assedit, & traditum est in cruce, quod est absurdum. Unicum enim tantùm est corpus Christi, non plura aut diversa; nec alterius corporis Christi vel S. literæ uspiam, vel verba institutionis meminerunt, quàm illius, quod Filius Dei ex Virgine assumserit, & pro nobis traditum est. Quòd si verò dicatur, unum & idem corpus Christi assumtum ex Virgine, & traditum in mortem, simul & eodem temporis momento visibiliter assedisse discipulis in mensa, & invisibiliter fuisse in pane & ore Apostolorum, contradictoria sunt.

26. *Res cœlestis & spiritualis cœlesti & spirituali modo percipitur, id est, sola fide.* Corpus & sanguis Christi in Cœna sunt res cœlestis & spiritualis. E.' corpus & sanguis Christi cœlesti & spirituali modo, id est, sola fide, in Cœna percipiuntur. Quis enim dixerit, rem cœlestem & spiritua-

ritualem corporali modo, seu ore externo percipi?

27. *Christus eodem modo manducatur in Cœna, quo præsens est.* Sed præsens est, ex pacto, agentibus pœnitentiam & credentibus Evangelio. E. etiam manducatur ab his, qui pœnitentiam & fidem ad usum Cœnæ afferunt: Non ab his, qui fide destituti sunt.

28. *Corpus Christi eodem modo percipitur & manducatur in Cœna, quo in eadem percipitur & manducatur gratia Dei:* Spiritus S. remissio peccatorum; mors & meritum Christi. Hæc enim semper sunt conjuncta, non divelli ullo modo possunt. Sed ista beneficia spiritualia non percipiuntur corporaliter in pane, E. nec corpus Christi percipitur aut manducatur corporaliter in pane.

29. *Vbi sunt diversæ res, ibi oportet esse diversa instrumenta, quibus singulæ res percipiantur.* In Cœna sunt res diversæ, terrena & cœlestis, seu corporalis & spiritualis. E. in Cœna oportet esse diversa instrumenta, quibus hæ res diversæ percipiantur. Os igitur corporis rem terrenam & corporalem accipit, os animæ seu fides rem cœlestem & spiritualem accipit.

cipit. In legitimo enim uſu Cœnæ, quam certò ſcimus, & videmus, nos viſibi bilia elementa, panem & vinum accipere; tam certò corpus Chriſti pro nobis traditum & ſanguinem Chriſti pro nobis effuſum, i. e. Chriſtum ipſum, cum omnibus ſuis beneficijs percipimus, prorſusque in unum corpus cum Chriſto coaleſcimus, membra Chriſti, caro de carne ejus, & os ex oſſibus ejus efficimur.

30. *Oportet eſſe analogiam inter cibum & inſtrumentum, quo cibus percipitur.* Sed nulla eſt analogia inter corpus Chriſti, quod eſt cibus animæ; & inter fidem, quæ eſt os ſpirituale interioris hominis. Fide igitur, non ore, percipitur corpus Chriſti.

31. Corpus Chriſti manducatur ab eo, ad cujus alimentum deſtinatum eſt. Sed non eſt *deſtinatum ad alimentum exterioris, ſed interioris hominis.* Non igitur ab exteriori, ſed ab interiori homine manducatur corpus Chriſti.

32. Tot ſunt manducationes in Cœna, quot ſunt homines, ſed *duo tantùm ſunt homines, exterior & interior.* E. etiam duplex tantum eſt manducatio in Cœna: Exterior viſibilia elementa, panem & vinum; Interior homo corpus & ſanguinem Chriſti percipit.

33. Tot

33. Tot manducationes in Cœna sunt, quot sunt species famis & ora. Sed *duplex tantùm est fames*; Exterioris hominis, qui cibum corporis, & interioris, qui cibum animæ desiderat. Et duplex tantùm os, corporis & animæ. Duplex itaque tantùm est manducatio in Cœna: quarum utraque suum cibum habet, os corporis, panem & vinum accipit, quo fames & sitis exterioris hominis tollitur. Os animæ corpus & sanguinem Christi, quo fames & sitis interioris hominis sedatur.

34. Talis est manducatio; qualis cibus: Sed *corpus Christi est cibus cœlestis & spiritualis*. E. & manducatio hujus cœlestis & spiritualis est. Vel: Talis est manducatio, qualis est cibus. Sed corpus Christi est cibus mentis & fidei. E. & manducatio hujus fit mente & fide.

35. Tot sunt manducationes in Cœna, quot sunt significationes verbi manducandi. Sed *verbum manducandi duplicem habet significationem*: Aliâs enim significat naturaliter ore corporis comedere: Aliâs, spiritualiter ore fidei. Duæ igitur sunt tantùm manducationes in Cœna; Panis & vinum naturaliter, ore corporis: Corpus & sanguis Christi spiritualiter, ore fidei manducantur.

36. Illa

36. Illa manducatio corporis Christi expetenda & probanda, quæ *dulcissimam consolationem adfert miseris & perterrefactis conscientijs.* Sed spiritualis manducatio corporis Christi dulcissimam consolationem adfert perterrefactis conscientijs, utpote, quæ in usu Cœnæ intuetur promissionem traditam in Evangelio, & certò statuit, quòd Christus in hac sacra actione Cœnæ se nobis communicet, secundùm utramque naturam, & nos sibi cōpulet tanquam capiti; quòd Filius Dei assumserit humanam naturam propter nos: quòd corpore Christi inseramur, & membra eius fiamus; quòd nobis communicetur & & applicetur totum meritum Christi, & omnia ejus beneficia: quòd propter nos λύτρον à Christo persolutum placeamus Deo, & ab eo recipiamur in gratiam, quòd Christus in nobis sit & habitet, & effundat in corda nostra Spiritum sanctum, qui nos regeneret, & vivificet. Hæc omnia cùm præstet spiritualis manducatio corporis Christi, probanda est. E contrà, corporalis manducatio corporis Christi repudianda, qua tantùm hæret in symbolis, & Christum corporaliter in elementis panis & vini quærit, ut quæ nullam prorsus utilitatem

tem habet, nullámque consolationem consternatis conscientiis affert. Imò secundùm Ubiquistarum Confessionem, perniciem & mortem operatur in impiis.

37. *Cibus præbens alimoniam animæ nostræ, copulans nos cum Christo, liberans à morte, & adferens vitam æternam, non manducatur ore corporis; sed sola fide.* Christi caro, juxta declarationem ipsius Christi, Johannis VI. talis cibus est, qui præbet alimoniam animæ &c. Ergo caro Christi non manducatur ore corporis; sed sola fide.

38. *Cibus vivificans, & corporibus nostris immortalitatem concilians, non percipitur ore; sed fide.* Caro Christi, manducata in Cœna, est cibus vitæ æternæ, & corporibus nostris immortalitatem conciliat. Fide igitur, non ore manducatur caro Christi, quia manducatio, quæ ore fit, non vivificat.

39. *Analogia est inter manducationem & nutritionem:* Ut enim res, quæ corporaliter nutrit, corporaliter etiam manducatur. Ita res, quæ spiritualiter nutrit, spiritualiter etiam manducatur. Sed corpus Christi spiritualiter nutrit interiorem hominem in Cœna. Ergo corpus Christi etiam spiritualiter manducatur ab interio-

teriori homine in Cœna. *Aliter* : Talis est manducatio, qualis nutritio. Sed nutritio est spiritualis. E. & spiritualis manducatio. Aut si rectè dicatur, corpus Christi corporaliter manducari, dicendum etiam erit, corpus Christi corporaliter nutrire.

40. *Eodem modo fit nutritio interioris hominis, quo ejusdem generatio.* Sed regeneratio hominis interioris spiritualis est in Baptismo; non corporalis. Ergo & nutritio interioris hominis spiritualis est in Cœna, non corporalis. Analogia enim est inter generationem & nutritionem.

41. *Eodem modo nutrimur corpore Christi in Cœna, quo eidem inserimur*, & hoc induimur in Baptismo. Sed inserimur Christo, eúmque induimus in Baptismo spiritualiter. E. & spiritualiter nutrimur corpore Christi in Cœna.

42. *Eodem modo nutrimur corpore Christi, qualis est societas inter corpus Christi, & Cœna utentes.* Sed spiritualis est societas inter corpus Christi, & utentes Cœna. Spiritualis igitur est etiam manducatio corporis Christi.

43. *Eodem modo corpus Christi à nobis manducatur, quo post manducationem in nobis est,*

manet & habitat. Sed corpus Christi est, manet, & habitat in nobis spiritualiter per fidem. E. & spiritualiter per fidem manducatur. *Aliter*: Sicut nulla est inhabitatio corporis Christi in nobis; ita & nulla ejusdem corporalis manducatio cogitanda: Sed sicut inhabitatio spiritualis, ita & manducatio.

44. *Eodem modo inchoatur manducatio corporis Christi, quo perficitur.* Sed manducatio corporis Christi perficitur sola fide. E. & fide inchoatur.

45. *Eodem modo corpus Christi manducatur, quo retinetur.* Sed corpus Christi retinetur sola fide. E. & sola fide manducatur.

46. *Non temerè discedendum à Confessione Orthodoxa Ecclesiæ.* Sed Orthodoxa Ecclesia tantùm spiritualem manducationem corporis Christi agnoscit. Non igitur alia quàm spiritualis manducatio statuenda. Testimonia Patrum. *Vide suprà, in declaratione verborum Cœnæ.*

47. *Augustana etiam Confessio docet*, res promissas in Sacramentis & Cœna, fide accipi. Sic enim scribit D. Philippus in Apologia Augustanæ Confessionis: *Docemus, quòd in usu Sacramentorum fides de-*

beat-

beat accedere, qua credat illis promissionibus, & accipiat res promissas, quæ ibi in Sacramento offeruntur, quia promissio est inutilis, nisi fide accipiatur. Idem in examine Megaloburgensi expresse scribit: *Corpus Christi distribui conversis seu credentibus.*

48. Sed & *Lutherus* in scriptis Didacticis spiritualem tantum manducationem corporis Christi admittit, & corporalem rejicit. Tom. VII. p. 17. a. *Tria in omni Sacramento sunt: Externum visibile signum. 2. Res interna & spiritualis, Sacramento significata. 3. Fides, qua utrumque conjungitur.* Ib. p. 18. b. *Sacramentum in pane & vino accipere aliud nihil est, quàm signum accipere incorporationis cum Christo.* T. VII. fol. 18. a. *In Sacramento homini à Deo datur certum signum per Ministrum, quod cum Christo uniatur, & quòd Christi passio & vita ipsius propria sit.* Ib. p. 31. c. *Externum signum spiritualia significat, ut per externa in spiritualia deducamur, externum oculis corporis, spirituale & internum oculis cordis apprehenditur.* Ib. p. 12. a. *Tantum homo accipit, quantum credit se consecuturum.* In Genes. p. 644. d. *Sed inquis, non video rem ipsam. Respondeo: Si credis, habes: si non vis credere, nihil habebis. Sic enim sonat promissio:* Qui crediderit, & baptizatus

fuerit salvus erit. Adest Sacramentum Altaris, adest Baptismus, adest verbum in concione tantum verò habes, quantum credis. Si credis, jam omnia potes & possides. Quod, si non credis nihil habebis. Ib. pag 635. a. Credimus adesse verum corpus, & verum sanguinem cum verbo. P. 644. a. Certiora & firmiora sunt, quæ possidemus in verbo, quàm quæ manibus aut re ipsa obtinemus. Ib. 635. c. Revera nos pascit, & cibat Deus, non Minister. Ib. 221. b. In Cœna sic adest singulariter Filius Dei, ut nobis cum pane corpus suum; & cum vino sanguinem suum exhibeat. Ib. 142. c. Cum ratio præsentibus soleat niti, fides absentia complectitur, vel ea contra rationem præsentia esse indicat. In der Kirchenpostill/Domin. Septuag. p. 233. Wir essen und trincken an dem leiblichen brot und wein auf dem Altar den waaren Christum geistlich/ das ist/ im essen und trincken eusserlich üben wir den glauben innerlich. Ib. in Fest. corp. Christi p. 14. Das essen des Herren Christi geschicht im hertzen/und nicht mit dem mund. Ib. P. 1. pag. 280. b. Laß das Narrenwerck fahren/ wie der leib Christi da sey/ und sich verberge under einer solchen kleinen gestalt. Solch wunderwerck schlag aus den

den augen / und hange an dem wort / und
trachte darnoch / daß du nutz und frucht von
dem Sacrament habest / namlich dise / daß
dir dein sünd vergeben werden. Ib. p. 64. a.
Darum sichestu auch / daß man dir Christum
nicht gibt in die hand / legt ihn nicht in den
kasten / steckt ihn nicht in den busen / gibt dir
ihn nicht in das maul: sonder man tragt dir
ihn für allein mit dem wort und Evangelio.
Ib. p. 234. a. Mein fleisch ist waarhafftig und
wesentlich eine speise / nicht für den bauch
leiblich / sonder für die seel geistlich. Ib. p.
281. a. Im Sacrament hab ich offentlich
das wort / das mir die sünde vergeben sind /
darzu auch offentlich zeichen in meinem mund
genommen.

II. Corpus Christi ore corporali non manducari.

1. *In omni Sacramento duo tantùm sunt, signum, & res signata.* Si igitur in Cœna corporalis manducatio corporis Christi est, necesse est, ut illa manducatio corporalis sit vel signum, vel res signata. Sed non est signum, quia non incurrit in oculos: cum signa sint visibilia. Deinde non est res signata, quia res signatæ Sacramentorum sunt illa ipsa beneficia,

 de

de quibus concionatur Evangelium. Sed Evangelio corporalis manducatio corporis Christi planè ignota est. Deinde res in Evangelio promissæ pertinent ad Ecclesiam omnium temporum. Constat autem, Patres in Vet. Test. nullam corporalem manducationem corporis Christi habuisse; sine qua tamen salvari non potuissent, si esset res signata Sacramentorum. Hinc manifestum est, nullam prorsus manducationem corporalem esse.

2. Quod spirituali vitæ destinatum est, non potest ore & dentibus ingeri. *Manducatio corporis Christi in Cœna spirituali vita destinata est.* Non potest igitur ori & dentibus congruere, seu tribui.

3. *Mysteria spiritualia non sunt intelligenda carnaliter.* Institutio Cœnæ tradit mysterium spirituale de nutritione, & alimonia nostra ad vitam æternam.

4. Qui ponit diversa instrumenta apprehensiva in Verbo & Sacramentis, evertit articulum de justificatione. Ubiquistæ *ponunt diversa instrumenta apprehensiva in Verbo & Sacramentis.* In verbo fidem, in Cœna os hominis. E. evertunt articulum de justificatione. *Aliter:* Qui ponit

ponit diverſa inſtrumenta apprehenſiva in Verbo & Sacramentis, damnat Confeſſionem noſtrarum Eccleſiarum, quòd ſola fide Dominus cum omnibus ſuis beneficijs apprehendatur. Synuſiaſtæ ponunt, &c.

5. *Qui res promiſſas in Verbo & Sacramentis ſine fide accipi contendit, confirmat errorem Pontificiorum de opere operato.* Synuſiaſtæ corpus Chriſti ſine fide accipi contendunt. Confirmant igitur errorem Pontificiorum de opere operato.

6. Qui *ſculpunt novum modum agendi cum DEO*, ſimiles ſunt Enthuſiaſtis. Ubiquiſtæ novum ſculpunt modum agendi cum DEO. Sunt igitur ſimiles Enthuſiaſtis Ut enim Enthuſiaſtæ negant, Deum per ſolum verbum nobiſcum agere: Ita Ubiquiſtæ negant nos ſola fide cum Deo ptomittente agere. Deinde ut Enthuſiaſtæ ex parte Dei verbum abjiciunt: Ita Ubiquiſtæ ex parte hominum fidem abjiciunt. Denique, ut Enthuſiaſtæ abjecto verbo novum modum comminiſcuntur, quo Deus cum hominibus agat, peculiares videbis afflatus & illuminationes. Ita Ubiquiſtæ abjecta fide novum modum fingunt, quo homines cum Deo agant, & nova organa apprehenſiva ſculpunt, contra ordi-

ritualem corporali modo, seu ore externo percipi?

27. *Christus eodem modo manducatur in Cæna, quo præsens est.* Sed præsens est, ex pacto, agentibus pœnitentiam & credentibus Evangelio. E. etiam manducatur ab his, qui pœnitentiam & fidem ad usum Cœnæ afferunt: Non ab his, qui fide destituti sunt.

28. *Corpus Christi eodem modo percipitur & manducatur in Cæna, quo in eadem percipitur & manducatur gratia Dei:* Spiritus S. remissio peccatorum; mors & meritum Christi. Hæc enim semper sunt conjuncta, non divelli ullo modo possunt. Sed ista beneficia spiritualia non percipiuntnr corporaliter in pane, E. nec corpus Christi percipitur aut manducatur corporaliter in pane.

29. *Vbi sunt diversæ res, ibi oportet esse diversa instrumenta, quibus singulæ res percipiantur.* In Cœna sunt res diversæ, terrena & cœlestis, seu corporalis & spiritualis. E. in Cœna oportet esse diversa instrumenta, quibus hæ res diversæ percipiantur. Os igitur corporis rem terrenam & corporalem accipit, os animæ seu fides rem cœlestem & spiritualem accipit,

cipit. In legitimo enim usu Cœnæ, quam certò scimus, & videmus, nos visibi bilia elementa, panem & vinum accipere; tam certò corpus Christi pro nobis traditum & sanguinem Christi pro nobis effusum, i. e. Christum ipsum, cum omnibus suis beneficijs percipimus, prorsusque in unum corpus cum Christo coalescimus, membra Christi, caro de carne ejus, & os ex ossibus ejus efficimur.

30. *Oportet esse analogiam inter cibum & instrumentum, quo cibus percipitur.* Sed nulla est analogia inter corpus Christi, quod est cibus animæ; & inter fidem, quæ est os spirituale interioris hominis. Fide igitur, non ore, percipitur corpus Christi.

31. Corpus Christi manducatur ab eo, ad cujus alimentum destinatum est. Sed non est *destinatum ad alimentum exterioris, sed interioris hominis.* Non igitur ab exteriori, sed ab interiori homine manducatur corpus Christi.

32. Tot sunt manducationes in Cœna, quot sunt homines, sed *duo tantùm sunt homines, exterior & interior.* E. etiam duplex tantum est manducatio in Cœna: Exterior visibilia elementa, panem & vinum; Interior homo corpus & sanguinem Christi percipit.

33. Tot

33 Tot manducationes in Cœna sunt, quot sunt species famis & ora. Sed *duplex tantùm est fames*; Exterioris hominis, qui cibum corporis, & interioris, qui cibum animæ desiderat. Et duplex tantùm os, corporis & animæ. Duplex itaque tantùm est manducatio in Cœna: quarum utraque suum cibum habet, os corporis, panem & vinum accipit, quo fames & sitis exterioris hominis tollitur. Os animæ corpus & sanguinem Christi, quo fames & sitis interioris hominis sedatur.

34. Talis est manducatio; qualis cibus: Sed *corpus Christi est cibus cœlestis & spiritualis.* E. & manducatio hujus cœlestis & spiritualis est. Vel: Talis est manducatio, qualis est cibus. Sed corpus Christi est cibus mentis & fidei. E. & manducatio hujus fit mente & fide.

35. Tot sunt manducationes in Cœna, quot sunt significationes verbi manducandi. Sed *verbum manducandi duplicem habet significationem:* Aliâs enim significat naturaliter ore corporis comedere: Aliâs, spiritualiter ore fidei. Duæ igitur sunt tantum manducationes in Cœna; Panis & vinum naturaliter, ore corporis: Corpus & sanguis Christi spiritualiter, ore fidei manducantur.

36. Illa

36. Illa manducatio corporis Christi expetenda & probanda, quæ *dulcissimam consolationem adfert miseris & perterrefactis conscientiis.* Sed spiritualis manducatio corporis Christi dulcissimam consolationem adfert perterrefactis conscientijs, utpote, quæ in usu Cœnæ intuetur promissionem traditam in Evangelio, & certò statuit, quòd Christus in hac sacra actione Cœnæ se nobis communicet, secundùm utramque naturam, & nos sibi cöpulet tanquam capiti; quòd Filius Dei assumserit humanam naturam propter nos: quòd corpore Christi inseramur, & membra eius fiamus; quòd nobis communicetur & & applicetur totum meritum Christi, & omnia ejus beneficia: quòd propter nos λύτρον à Christo persolutum placeamus Deo, & ab eo recipiamur in gratiam, quòd Christus in nobis sit & habitet, & effundat in corda nostra Spiritum sanctum, qui nos regeneret, & vivificet. Hæc omnia cùm præstet spiritualis manducatio corporis Christi, probanda est. E contrà, corporalis manducatio corporis Christi repudianda, qua tantùm hæret in symbolis, & Christum corporaliter in elementis panis & vini quærit, ut quæ nullam prorsus utilitatem

tem habet, nullámque conſolationem conſternatis conſcientiis affert. Imò ſecundùm Ubiquiſtarum Confeſſionem, perniciem & mortem operatur in impiis.

37. *Cibus præbens alimoniam animæ noſtræ, copulans nos cum Chriſto, liberans à morte, & adferens vitam æternam, non manducatur ore corporis; ſed ſola fide.* Chriſti caro, juxta declarationem ipſius Chriſti, Johannis VI. talis cibus eſt, qui præbet alimoniam animæ &c. Ergo caro Chriſti non manducatur ore corporis; ſed ſola fide.

38. *Cibus vivificans, & corporibus noſtris immortalitatem concilians, non percipitur ore; ſed fide.* Caro Chriſti, manducata in Cœna, eſt cibus vitæ æternæ, & corporibus noſtris immortalitatem conciliat. Fide igitur, non ore manducatur caro Chriſti, quia manducatio, quæ ore fit, non vivificat.

39. *Analogia eſt inter manducationem & nutritionem:* Ut enim res, quæ corporaliter nutrit, corporaliter etiam manducatur. Ita res, quæ ſpiritualiter nutrit, ſpiritualiter etiam manducatur. Sed corpus Chriſti ſpiritualiter nutrit interiorem hominem in Cœna. Ergo corpus Chriſti etiam ſpiritualiter manducatur ab interio-

teriori homine in Cœna. *Aliter* : Talis est manducatio, qualis nutritio. Sed nutritio est spiritualis. E. & spiritualis manducatio. Aut si rectè dicatur, corpus Christi corporaliter manducari, dicendum etiam erit, corpus Christi corporaliter nutrire.

40. *Eodem modo fit nutritio interioris hominis, quo ejusdem generatio.* Sed regeneratio hominis interioris spiritualis est in Baptismo; non corporalis. Ergo & nutritio interioris hominis spiritualis est in Cœna, non corporalis. Analogia enim est inter generationem & nutritionem.

41. *Eodem modo nutrimur corpore Christi in Cœna, quo eidem inserimur*, & hoc induimur in Baptismo. Sed inserimur Christo, eúmque induimus in Baptismo spiritualiter. E. & spiritualiter nutrimur corpore Christi in Cœna.

42. *Eodem modo nutrimur corpore Christi. qualis est societas inter corpus Christi, & Cœna utentes.* Sed spiritualis est societas inter corpus Christi, & utentes Cœna. Spiritualis igitur est etiam manducatio corporis Christi.

43. *Eodem modo corpus Christi à nobis manducatur, quo post manducationem in nobis est,*

manet & habitat. Sed corpus Christi est, manet, & habitat in nobis spiritualiter per fidem. E. & spiritualiter per fidem manducatur. *Aliter*: Sicut nulla est inhabitatio corporis Christi in nobis; ita & nulla ejusdem corporalis manducatio cogitanda: Sed sicut inhabitatio spiritualis, ita & manducatio.

44. *Eodem modo inchoatur manducatio corporis Christi, quo perficitur.* Sed manducatio corporis Christi perficitur sola fide. E. & fide inchoatur.

45. *Eodem modo corpus Christi manducatur, quo retinetur.* Sed corpus Christi retinetur sola fide. E. & sola fide manducatur.

46. *Non temerè discedendum à Confessione Orthodoxa Ecclesia.* Sed Orthodoxa Ecclesia tantùm spiritualem manducationem corporis Christi agnoscit. Non igitur alia quàm spiritualis manducatio statuenda. Testimonia Patrum. *Vide suprà, in declaratione verborum Cœna.*

47. *Augustana etiam Confessio docet*, res promissas in Sacramentis & Cœna, fide accipi. Sic enim scribit D. Philippus in Apologia Augustanæ Confessionis: *Docemus, quòd in usu Sacramentorum fides debeat*

beat accedere, qua credat illis promissionibus & accipiat res promissas, qua ibi in Sacramento offeruntur, quia promissio est inutilis, nisi fide accipiatur. Idem in examine Megaloburgensi expresse scribit: *Corpus Christi distribui conversis seu credentibus.*

48. Sed & *Lutherus* in scriptis Didacticis spiritualem tantum manducationem corporis Christi admittit, & corporalem rejicit. Tom. VII. p. 17. a. *Tria in omni Sacramento sunt: Externum visibile signum. 2. Res interna & spiritualis, Sacramento significata. 3. Fides, qua utrumque conjungitur.* Ib. p. 18. b. *Sacramentum in pane & vino accipere aliud nihil est, quàm signum accipere incorporationis cum Christo.* T. VII. fol. 18. a. *In Sacramento homini â Deo datur certum signum per Ministrum, quod cum Christo uniatur, & quòd Christi passio & vita ipsius propria sit.* Ib. p. 31. c. *Externum signum spiritualia significat, ut per externa in spiritualia deducamur, externum oculis corporis, spirituale & internum oculis cordis apprehenditur.* Ib. p. 12 a. *Tantum homo accipit, quantum credit se consecuturum.* In Genes. p. 644. d. *Sed inquis, non video rem ipsam. Respondeo: Si credis, habes: si non vis credere, nihil habebis. Sic enim sonat promissio:* Qui crediderit, & baptizatus

fuerit salvus erit. Adest Sacramentum Altaris, adest Baptismus, adest verbum, in concione tantum verò habes, quantum credis. Si credis, jam omnia potes & possides. Quod, si non credis nihil habebis. Ib. pag 635. a. Credimus adesse verum corpus, & verum sanguinem cum verbo. P. 644. a. Certiora & firmiora sunt, quæ possidemus in verbo, quàm quæ manibus aut re ipsa obtinemus. Ib. 635. c. Revera nos pascit, & cibat Deus, non Minister. Ib. 221. b. In Cœna sic adest singulariter Filius Dei, ut nobis cum pane corpus suum, & cum vino sanguinem suum exhibeat. Ib. 142. c. Cum ratio præsentibus soleat niti, fides absentia complectitur, vel ea contra rationem præsentia esse indicat. In der Kirchenpostill/Domin. Septuag. p. 233. Wir essen und trincken an dem leiblichen brot und wein auf dem Altar den waaren Christum geistlich/ das ist/ im essen und trincken eusserlich üben wir den glauben innerlich. Ib. in Fest. corp. Christi p. 14. Das essen des Herren Christi geschicht im hertzen/und nicht mit dem mund. Ib. P. 1. pag. 280. b. Laß das Narrenwerck fahren/ wie der leib Christi da sey/ und sich verberge under einer solchen kleinen gestalt. Solch wunderwerck schlag aus den

den augen / und hange an dem wort / und trachte darnoch / daß du nutz und frucht von dem Sacrament habest / namlich dise / daß dir dein sünd vergeben werden. Ib. p. 64. a. Darum sichestu auch / daß man dir Christum nicht gibt in die hand / legt ihn nicht in den kasten / steckt ihn nicht in den busen / gibt dir ihn nicht in das maul: sonder man tragt dir ihn für allein mit dem wort und Evangelio. Ib. p. 234. a. Mein fleisch ist waarhaftig und wesentlich eine speise / nicht für den bauch leiblich / sonder für die seel geistlich. Ib. p. 281. a. Im Sacrament hab ich offentlich das wort / das mir die sünde vergeben sind / darzu auch offentlich zeichen in meinem mund genommen.

II. Corpus Christi ore corporali non manducari.

1. *In omni Sacramento duo tantùm sunt, signum, & res signata.* Si igitur in Cœna corporalis manducatio corporis Christi est, necesse est, ut illa manducatio corporalis sit vel signum, vel res signata. Sed non est signum, quia non incurrit in oculos: cum signa sint visibilia. Deinde non est res signata, quia res signatæ Sacramentorum sunt illa ipsa beneficia,

 de

de quibus concionatur Evangelium. Sed Evangelio corporalis manducatio corporis Chriſti planè ignota eſt. Deinde res in Evangelio promiſſæ pertinent ad Eccleſiam omnium temporum. Conſtat autem, Patres in Vet. Teſt. nullam corporalem manducationem corporis Chriſti habuiſſe; ſine qua tamen ſalvari non potuiſſent, ſi eſſet res ſignata Sacramentorum. Hinc manifeſtum eſt, nullam prorſus manducationem corporalem eſſe.

2. Quod ſpirituali vitæ deſtinatum eſt, non poteſt ore & dentibus ingeri. *Manducatio corporis Chriſti in Cœna ſpirituali vitæ deſtinata eſt.* Non poteſt igitur ori & dentibus congruere, ſeu tribui.

3. *Myſteria ſpiritualia non ſunt intelligenda carnaliter.* Inſtitutio Cœnæ tradit myſterium ſpirituale de nutritione, & alimonia noſtra ad vitam æternam.

4. Qui ponit diverſa inſtrumenta apprehenſiva in Verbo & Sacramentis, evertit articulum de juſtificatione. Ubiquiſtæ *ponunt diverſa inſtrumenta apprehenſiva in Verbo & Sacramentis.* In verbo fidem, in Cœna os hominis. E. evertunt articulum de juſtificatione. *Aliter:* Qui ponit

ponit diverſa inſtrumenta apprehenſiva in Verbo & Sacramentis, damnat Confeſſionem noſtrarum Eccleſiarum, quòd ſola fide Dominus cum omnibus ſuis beneficijs apprehendatur. Synuſiaſtæ ponunt, &c.

5. *Qui res promiſſas in Verbo & Sacramentis ſine fide accipi contendit, confirmat errorem Pontificiorum de opere operato.* Synuſiaſtæ corpus Chriſti ſine fide accipi contendunt. Confirmant igitur errorem Pontificiorum de opere operato.

6. *Qui ſculpunt novum modum agendi cum DEO*, ſimiles ſunt Enthuſiaſtis. Ubiquiſtæ novum ſculpunt modum agendi cum DEO. Sunt igitur ſimiles Enthuſiaſtis Ut enim Enthuſiaſtæ negant, Deum per ſolum verbum nobiſcum agere: Ita Ubiquiſtæ negant nos ſola fide cum Deo promittente agere. Deinde ut Enthuſiaſtæ ex parte Dei verbum abjiciunt: Ita Ubiquiſtæ ex parte hominum fidem abjiciunt. Denique, ut Enthuſiaſtæ abjecto verbo novum modum comminiſcuntur, quo Deus cum hominibus agat, peculiares videbis afflatus & illuminationes. Ita Ubiquiſtæ abjecta fide novum modum fingunt, quo homines cum Deo agant, & nova organa apprehenſiva ſculpunt, contra ordina-

 natio-

nationem DEI, videlicet, os hominis.

7. *Si est Essentialis manducatio corporis Christi in Cœna, necessè erit, panem esse ipsam Essentiam corporis Christi.* Sed panis non est Essentiale corpus Christi. Nam verba institutionis Cœnæ non faciunt alligationem corporis Christi ad panem, aut Essentialem copulationem panis & corporis Christi. Sed verbum ad panem accedens facit Sacramentum. E. nulla est Essentialis manducatio corporis Christi in Cœna.

8. *Quod Christus in uno loco destruit, non rursus ædificat in alio*, quia verax est, & mentiri non potest, nec approbat sententias contradictoriè pugnantes. Sed Christus corporalem manducationem suæ carnis, Joh. VI. duobus argumentis rejecit, quorum alterum ab impossibili, alterum ab inutili est deductum, E. corporalem manducationem carnis suæ in Institutione Cœnæ noluit asserere.

9. Doctrina *damnata ab Orthodoxis Patribus meritò rejicienda est.* Doctrina de orali & corporali manducatione corporis Christi damnata est ab Orthodoxis Patribus. Cyrillus enim ἀνθρωποφαγίαν crassam,

Augu-

Auguſtinus crudele flagitium vocat. E. rejicienda.

10. *Doctrina ignota toti Orthodoxæ antiquitati Eccleſiæ, non eſt obtrudenda.* Doctrina de duplici manducatione corporis Chriſti, orali & ſpirituali, ignota eſt toti Orthodoxæ antiquitate. E. Eccleſiæ non eſt obtrudenda.

11, *Oportet eſſe Analogiam inter cibum & inſtrumentum, quo cibus percipitur.* Sed nulla eſt analogia inter corpus Chriſti, quod eſt cibus animæ, & inter os hominis. Contrà, analogia eſt inter corpus Chriſti, quod eſt cibus animæ, & inter fidem, quæ eſt os ſpirituale interioris hominis. Fide igitur, non ore percipitur corpus Chriſti.

12, Quicquid *in promiſſione offertur, objectum fidei eſt, non oris.* Corpus Chriſti offertur in promiſſione. E. fidei objectum eſt, non oris. Et, per conſequens, non ore, ſed fide percipitur.

13. *Quæ re ipſa differunt, non ſunt confundenda.* Manducatio corporis Chriſti & obſignatio manducatiōis corporis Chriſti, re ipſa differunt. Non igitur confundendæ. Manducatio corporis Chriſti fit fide intus in anima: Manducatio

 panis,

panis, quæ fit foris, illam interiorem manducationem obſignat.

14. Si corpus Chriſti cum pane, ore percipitur, & manducatur, neceſſe eſt, ut vel corpus Chriſti eodem modo, quo panis, percipiatur, & manducetur; vel duplex ſtatuatur oralis manducatio. *Sed corpus Chriſti non percipitur, nec manducatur eodem modo, quo panis. Panis enim viſibiliter & ſenſibiliter accipitur*, & comeditur, & deglutitur, quod de corpore Chriſti dici non poteſt. Deinde non eſt duplex oralis manducatio. Nam os hominis unicum tantum agendi & manducandi habet modum, naturalem videlicet, non præternaturalem. Certum eſt igitur, corpus Chriſti non ingredi cum pane in os hominis, nec ore manducari.

15. Si eſt oralis manducatio corporis Chriſti, neceſſe erit *corpus Chriſti ſubſtantialiter in noſtris corporibus eſſe & manere*, atque ita fingitur commixtio ſubſtantiarum Chriſti & hominis, ſeu infuſio corporis Chriſti in noſtra corpora. Sed corpus Chriſti non eſt in noſtris cordibus ſubſtantialiter. E. nec corporaliter manducatur.

16. *Quod nusquam extat in verbo DEI, non eſt credendum.*

Fides

Fides enim nititur promiſſione & ex preſſo DEI verbo. Sed nulla extat promiſſio, ac nusquam verbum DEI docet de corporali inhabitatione corporis Chriſti in noſtris corporibus. Non igitur credenda corporalis inhabitatio carnis Chriſti in noſtris corporibus. Aut monſtrentur expreſſa teſtimonia Scripturæ de corporali inhabitatione carnis Chriſti in noſtris corporibus. 1.

Aliud: Fides, qua non habet expreſſum Dei verbum, eſt inane ſomnium hominum, & commentum humanum. Fides Ubiquiſtarum de inhabitatione carnis Chriſti in noſtris corporibus nullum habet expreſſum verbum DEI. Eſt igitur hæc fides inane ſomnium & commentum humanum. 2.

Contrà: Quicquid expreſſo verbo Dei traditum eſt, firma fide amplectendum. Verbum Dei docet, Chriſtum non corporaliter, ſed ſpiritualiter in nobis eſſe & habitare. Nulla igitur corporalis, ſed ſpiritualis inhabitatio Chriſti in nobis credenda eſt. *Minorem* probo. *Joh.* 14. 13. Veniemus ad eum, & manſionem apud eum faciemus. *Joh.* 14. 17. Spiritus S. in vobis manebit. *Rom.* 8. *v.* 9. 11. Spiritus DEI in vobis habitat. *Rom.* 8. 10. Chriſtus eſt in vobis. 3.

1. *Cor.*

1. *Cor.* 3. 16. An nescitis, quòd templa estis, & Spiritus Dei in vobis est? 2. *Cor.* 6 16. Vos estis templa Dei viventis, juxta dictum *Levit.* 26. 11. Habitabo in eis. *Eph* 2. 21. Vos estis habitatio Dei per Spiritum. *Eph.* 3. 27. Christus habitat in cordibus nostris per fidem Fides autem credit illam habitationem in nobis, de qua docet verbum DEI. Sed verbum DEI tantum docet de spirituali inhabitatione Christi in nobis, ut allegata testimonia demonstrant. Hanc igitur solam, non aliam credit Fides. Non ergo hoc dictum Pauli negandum contra analogiam fidei, & contra perspicuam & perpetuam sententiam Scripturæ de corporali inhabitatione Christi in nobis. Scriptura enim est optimus Interpres sui ipsius.

4. *Aliud: Eodem modo Christus in nobis est, quo nos in Christo sumus.* Sed nos sumus in Christo spiritualiter. Ergo & Christus in nobis spiritualiter est, juxta dicta, *Joh.* 6. 56. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, manet in me, & ego in eo, *Joh.* 14. 20. Vos in me, & ego in vobis. *Joh.* 15. 5. Qui manet in me, & ego in eo, multum fructum fert. *Joh* 15. 6. Qui non manet in me, abjicietur. *Rom.* 8. 1. Nulla nunc condemnatio his, qui

qui in Christo Jesu sunt, 1. *Joh.* 2. 5. In hoc cognoscimus, quòd in ipso sumus 1. *Joh.* 3. 24. Qui servat mandata ejus, manet in eo, & ipse in illo. 1 *Joh.* 4. 15. Qui confitetur, quòd Jesus sit Filius Dei, in eo manet Deus & ipse.

Aliud: Similium est eadem ratio; secundum Ubiquistas corpus Christi corporaliter est & habitat in nostris corporibus. E. & nostra corpora corporaliter sunt & habitant in Christi corpore. Scriptura enim utrumque affirmat, & nos in Christo, & Christum in nobis habitare. 5.

Aliud. Si corpus Christi corporaliter in nostris corporibus habitat, *necesse erit illud cum nostris corporibus interire.* Sed hoc citra blasphemiam dici non potest. Mors enim Christo non dominatur amplius, *Rom.* 6. 9. E. & illud. 6.

Aliud: Dogma rejectum ab Orthodoxis Patribus, non est probandum Dogma de corporali inhabitatione corporis Christi in nostris corporibus rejectum est ab Orthodoxis Patribus. Non igitur probandum. *Nazianzenus*: Christus habitat in nostris cordibus, non secundum apparentem naturam; sed invisibilem. *Cyprianus*: Nostra & Christi conjunctio non miscet personas, 7.

ſonas, nec unit ſubſtantias; ſed affectus ſociat, & conſœderat voluntates. *Cyrillus:* Chriſtus per Spiritum habitat in ſanctis conjunctione ſpirituali, ut per ſemetipſum Deo Patri illos conjungat.

Idem: Poſtquam aſcendit ad Patrem, in nobis eſt per Spiritum.

Idem: Per hoc, quód participes ſumus Spiritus ſancti, etiam Chriſtum in nobis recipimus. *Auguſtinus:* Ubi fides intus eſt, ibi Chriſtus eſt. Si fides in vobis. E. & Chriſtus in vobis.

Aliud: Ubicunque Chriſtus corporaliter præ-
8. *ſens eſt, ibi rectè ad eum dirigitur adoratio.* Secundum Ubiquiſtas Chriſtus ubiq; corporaliter præſens eſt, & habitat in Sacramentis. E. in Sacramentis Chriſtus rectè adoratur.

9. *Aliud:* Qui corpus Chriſti per Ubiquitatem ſemper in nobis eſſe contendit, inutilem facit uſum Cœnæ: Nemo enim indiget perceptione ejus rei, quam ante habet in ſe, & poſſidet. Secundum Ubiquiſtas corpus Chriſti, per ubiquitatem ſemper in nobis eſt. Inutilis igitur eſt uſus Cœnæ, nec perceptione corporis Chriſti in Cœna indigebimus, ſi antea in nobis eſt.

10. *Aliud:* Doctrina unanimi conſenſu noſtrarum

ſtrarum Eccleſiarum damnata, non eſt revocanda in Eccleſiam. Doctrina Schwenkfeldij de corporali inhabitatione carnis Chriſti in noſtris corporibus unanimi conſenſu à D. Luthero, Philippo, & alijs pijs Doctoribus noſtrarum Eccleſiarum damnata eſt. Non igitur revocanda in noſtras Eccleſias.

17. Si eſt corporalis manducatio corporis Chriſti, neceſſe erit corpus Chriſti aut ſemper in cordibus noſtris manere, aut ad certum tempus. Sed omnes pij deteſtantur Phyſicam illam inhabitationem corporis Chriſti in noſtris corporibus. Deinde fruſtra pugnatur de momentanea præſentia corporis in nobis. Certum eſt igitur, nullam corporalem manducationem corporis Chriſti eſſe.

18. *Qui momentaneam præſentiam corporis Chriſti in Cœna ſtatuunt, non intelligunt, quid agatur in Cœna, cur inſtituta ſit, & cur hac utamur.* Ideo autem inſtituta Cœna, ut pij habeant ſpirituale alimentum, quod animas ipſorum vivificet in ſpem beatæ reſurrectionis. Hanc alimoniam quærunt pij in Cœna, & deſiderant, ut Chriſtus in ipſis habitet, ut Chriſtus unus fiat cum ipſis, & rurſus in Chriſtum coaleſcant,

&

& unum corpus cum Christo fiant. Ubi-quistæ momentaneam præsentiam, &c.

19. *Si corpus Christi corpora nostra ingreditur, aut ad breve aliquod momentum, aut ad terminum usque vitæ in nobis manebit.* Sed non adest ad breve tantùm momentum. Quid enim prodesset momentanea Christi præsentia? Quòd si verò manet in nobis usque ad terminum vitæ, quæritur, an corpus Christi cum nostris corporibus intereat in morte? Aut si tam diu manet in nobis; quid opus est Cœnam Domini repetere? An in repetitione Cœnæ aliud Christi corpus accipitur? An verò idem additur eidem? Aut quod posteriori loco sumitur, expellit prius sumtum? Cur non assentimur potius Paulo; qui dicit: Christum habitare in cordibus nostris per fidem?

20. Qui corporalem manducationem corporis Christi defendunt, & tamen substantialem præsentiam corporis Christi in nostris corporibus negant, *constituunt præsentiam & manducationem corporis Christi inutilem homini.* Quorsum enim opus fuerit corpus Christi ore, seu corporaliter manducare, si corpus Christi ore manducatum non in nobis manet? Ubiquistæ corporalem, &c.

2. S

2. Si vera est Ubiquistarum distinctio, inter corporalem, & spiritualem manducationem, ut tantùm in corporali manducatione, quæ in usu Cœnæ fit, corporis Christi, seu ipsius Christi participes fiamus; in spirituali verò manducatione, quæ extra usum Cœnæ fiat, tantùm beneficia seu merita Christi nobis applicentur, sequetur: Neminem sine usu Cœnæ κοινωνὸν Christi esse posse, contra dicta, *Rom.* 13. 14. *Gal.* 3. *v.* 27. Neminem extra usum Cœnæ membrum Christi nominari posse, contra dictum, *Eph.* 1. 22. Neminem sine usu Cœnæ, corpori Christi inseri posse, contra dictum, *Joh.* 15. 5. Christum caput extra usum Cœnæ ab omnibus suis membris separatum esse, contra dictum, *Eph.* 5. 23. pios extra usum Cœnæ non esse carnem de carne Christi, nec os ex ossibus ejus, contra dictum, *Eph.* 5. 30. De Evangelio dici non posse, quòd per hoc in κοινωνίαν Christi deducamur, contra dictum, 1. *Cor.* 1. 9. Pios, extra usum Cœnæ non posse unum esse cum Christo, contra dicta, *Johan.* 17. v. 21. *Galat.* 3. *v.* 28. omnes infantes baptizatos, & sine usu Cœnæ decedentes, latronem conversum in cruce, & omnes sanctos Patres in Veteri Testamento, qui

Cœna non sunt usi, non fuisse membr
Christi, nec Christo insertos, contra dict
Marc. 10. 14. *Luc.* 23. 42. 1 *Cor.* 10. 3. Imò
damnatos esse non tantum sanctos Patres
in Veteri Testamento. Sed nunc etiam
omnes pios in Turcia, & alibi, qui sine
usu Cœnæ discesserunt, & discedere co-
guntur. Expresse enim scriptum est, *Joh.*
6. 53. Nisi manducaveritis carnem Filij
hominis, & sanguinem ejus biberitis, non
habebitis vitam in vobis, *Joh.* 15. 6. Qu
non manet in me, abiicietur: Contra di
cta, *Marc.* 16. 16. *Rom.* 10. 13. Sed con
trarium demonstrant testimonia Scriptu
ræ, quæ hic allegata sunt. Certum es
igitur, Ubiquistarum distinctionem fal
sissimam esse. Nam in *κοινωνίαν* Christ
venimus, Christi membra efficimur, e
que inserimur, quoties corpus Christi pr
nobis traditum, & sanguinem Christi pr
nobis effusum esse credimus, sive hoc fi
in usu Cœnæ, sive extra usum huius, cu
firma fide promissionem Evangelij appre
hendimus, eámque fide propria applica
mus.

22 Si spiritualis manducatio corpor
Christi à corporali dependet, ut Syn
siastæ imaginantur, *necesse erit semper utram
que manducationem conjunctam esse:* Quo
eni

enim ab altero dependet, cum illo conjunctum esse oportet. Sed spiritualis manducatio non semper est conjuncta cum corporali, quod manifestum est in impiis. Etsi enim impij, ex eorundem sententia, corporaliter manducant corpus Christi: Idem tamen spiritualiter non manducant. Dici igitur non potest, spiritualem manducationem à corporali dependere. Deinde, si spiritualis manducatio à corporali dependet, quando corporalis manducatio operatur mortem in impijs, ut Ubiquistæ affirmant; quomodo unum & idem simul vitam & mortem operatur?

23. Si corpus & sanguis Christi sunt ubique, *non possunt ex manu Ministri in os nostrum ingredi, seu tradi.* Quod enim ubique est, non transit de loco in locum, nec ullum locum deserit, & in alium venit, sed semper in omnibus locis est & manet. Secundum Ubiquistas corpus & sanguis Christi sunt ubique, &c. Ergo non possunt, &c.

24. Impossibile est, *duas contradictorias simul veras esse.* Hæ propositiones sunt contradictoriæ: Christi corpus est ubique: Et, corpus Domini de loco in locum transit, videlicet ex manu Ministri in os hominis. Ergo.

25. *Quod ubique præsens est, ore humano accipi non potest.* Continens enim semper majus est contento. Secundum Ubiquistas corpus Christi est infinitum & ubique, quod os corporis humani in Cœna accipit. Necesse est igitur corpus hominis, quod infinitum Christi corpus percipit, magis infinitum, & immensum esse, quàm corpus Christi. Aut si solum corpus Christi infinitum est, nostra verò corpora non item, quomodo finita & circumscripta nostra corpora infinitum Christi corpus recipiunt?

26. *Quicquid corporaliter manducatur, est cibus ventris. Talis non est corpus Christi, E.*

27. *Quicquid corporaliter manducatur mutationi & corruptioni subjectum, est.* At, juxta Lutheranos, Christi corpus manducatur corporaliter. Ergo corpus Christi mutationi & corruptioni obnoxium est. Sed corpus Christi glorificatum & sedens ad dextram DEI, nulli mutationi aut corruptioni subjectum est. Nulla igitur est manducatio corporalis, seu oralis corporis Christi.

28. *Quicquid ingreditur in os, non percipitur à corde,* juxta dictum Christi, *Marc.* 7. 19. Juxta Synusiastas corpus Christi ingredi-

greditur in os. E. non percipitur à corde. Et per consequens, corpus Christi non potest dici cibus animæ, quæ secundùm Scripturam sedem habet in corde. Adde, quòd contumeliosum esset corpori Christi, ijsdem eventibus esse obnoxium, quibus, quicquid in os ingreditur, *Matth.* 15. 17. *Marc.* 7. 19.

29. *Frustra litigatur de eo, quod nullam prorsus habet utilitatem, nullámque conscientiis consolationem affert:* Præsentia corporis Christi ad panem, & corporalis manducatio corporis Christi nullam prorsus habet utilitatem, nullámque conscientiis consolationem affert. Frustra ergo de hac litigatur. *Contrà*: Quicquid conscientiis firmissimam consolationem eripit, detestandum est. Doctrina de corporali præsentia & manducatione corporis Christi invisibilis, eripit conscientiis firmissimam consolationem de Christo fratre nostro, & Christum carnem de carne nostra, os ex ossibus nostris esse, & carnem nostram ad dextram Dei sedere negat. Hæc igitur doctrina meritò rejicienda est.

30. *Si corporaliter manducatur Christus, aut seorsim sumitur corpus cum pane, & san-*

guis cum vino: aut conjunctim corpus & sanguis in utroque elemento. Sed seorsim corpus sumi non potest, quia sanguis non est extra corpus, nec à corpore separari potest. Deinde, nec conjunctim, cum pane & vino simul, sumuntur corpus & sanguis Christi. Sic enim sumtio panis eodem modo erit κοινωνία sanguinis, quo corporis: Et sumtio vini eodem modo erit κοινωνία corporis, quo sanguinis. Et panis erit sanguis, ut corpus, & vinum erit corpus, ut sanguis. Atque ita manducabitur etiam sanguis & bibitur corpus: Et sequetur, in pane sanguinem bibi, & corpus edi in vino. Sed hæc pugnant cum institutione Christi, qui panem voluit esse symbolum corporis, & vinum symbolum sanguinis. Nulla igitur imaginanda corporalis manducatio Christi.

Aliter: Qui corpus Christi includunt in pane, & sanguinem in calice, atque ita utrumque seorsim accipi contendunt, divellunt corpus à sanguine, & sanguinem à corpore. Ubiquistæ corpus Christi includunt, &c.

31. *Si corpus Christi in Sacramento manducatur, necesse est, illam manducationem fieri visibiliter.* Omnia enim, quæ in exter-na

na actione Sacramentorum fiant, visibilia sunt, & juxta totius Orthodoxæ vetustatis sententiam actio Sacramentalis, est actio visibilis. Et Sacramentum est actio visibilis, invisibilis gratiæ. Sed corpus Christi non manducatur in Sacramento visibiliter. E. Sacramentalis manducatio non fit in ipso corpore Christi, sed in Sacramentis seu symbolis, pane & vino, tanquam in corpore Sacramentali seu relativo.

32. *Qui ceremoniæ externæ adscribunt, quod soli fidei convenit, externam ceremoniam cum fide confundunt.* Ubiquistæ externæ ceremoniæ adscribunt, quod soli fidei convenit. Contendunt enim, nos per externam seu oralem manducationem inseri Christo, ita ut Christus sit in nobis, & nos in Christo, cùm tamen insertio in corpus Christi sola fide fiat. Confundunt igitur externam ceremoniam cum fide.

33. *Quod ore corporis percipitur: fit sine mysterio.* Secundum Ubiquistas corpus Christi oraliter & corporaliter manducatur. E. sine mysterio manducatur.

34. *Affirmare corpus Christi communicari nobis non posse, nisi sit in loco panis, seu substantialiter copulatum, est negare omnipoten-*

tiam Dei. Omnipotentiam contrà Christi prædicant, qui credunt, Christum posse nobis communicare corpus, & verè etiam communicare nobis in his terris corpus suum, quod juxta asseverationem Scripturæ est in cœlo.

35. *Qui affirmant, Christum in Cœna ordinâsse distributionem invisibilis, & impalpabilis sui corporis, Christo tribuunt contradictoria.* Christus enim alibi affirmat, se visibile & palpabile corpus habere, *Luc.* 24. 39.

35. *Lutherani contradictorias sententias de manducatione corporis Christi defendunt.* Dicunt enim, modum manducationis corporis Christi incognitum & imperscrutabilem esse: Et tamen dicunt, manducationem corporis Christi ore fieri. Quod autem ore fit, non est nobis incognitum: Notus enim est modus, quo corporum nostrorum sensus agunt.

36. *Frustra litigatur de eo, quod non est in rerum natura.* Sed nullum unquam fuit corpus Christi invisibile, impalpabile, omnipræsens. Frustra igitur de hujus distributione, communicatione & manducatione corporali in Cœna litigatur.

37. *Qui mutat statum controversiæ in certamine Eucharistico, meritò est reprehendendus.*

[..]endus. Ubiquistæ mutant statum controversiæ in certaminè Eucharistico. Dicunt enim, in hac controversia, quæri de ipsa præsentia & communicatione corporis Christi. Sed nulla est in his duobus consensio. Orthodoxi enim non tantùm fatentur, corpus & sanguinem Christi in legitimo usu Cœnæ præsentissimum esse fidei, sed etiam Christum in Cœna nos sua carne & sanguine pascere ad vitam æternam. Sed tantùm de modo præsentiæ & communicationis controversia est. Quæritur enim, an corpus & sanguis Christi essentialiter sint in pane & vino, & num, cum visibilibus elementis, ore corporis accipiantur: An verò corpus & sanguis Christi spirituali ore animæ, fide videlicet, manducentur?

38. *Non est minus tribuendum Spiritui S. quàm oculis humanis.* At constat, oculos humanos per medium διαφανὲς percipere corpora cœlestia, quamvis longissimè dissita. Cur igitur ista negentur de Spiritu S. & fide, quæ sunt penetrantissima & efficacissima? Nam Sp. S. operatio & virtus fidei amplectentis Verbum & promissiões Dei, longè ac infinitis modis penetrantior & efficacior est, quàm acies oculorum humanorum, idque longissimè supra omnem

captum humanum : Idque exemplo Pa-
trum in V. T. demonstrari potest. Ut
enim in Veteri Testamento temporis in-
tervallum nihil prohibuit, quo minus Pa-
tres perciperent Christum nasciturum, &
ejus membra fierent, sicut Paulus dicit:
Eandem escam manducaverunt. Ita jam
in Novo Testamento loci intervallum non
impedit, quominus omnes pij participes
fiant Christi.

39. *Qui manducationem corporis Christi, quæ fit fide, imaginariam & otiosam esse dicit, eripit conscientiis omnem consolationem de remissione peccatorum, & totam doctrinam de justificatione hominis coram Deo abjicit.* Ubiquistæ manducationem corporis Christi, quæ fit fide, imaginariam & otiosam esse dicunt. Si enim manducatio corporis Christi ideò imaginaria dicatur, quòd sola fide fiat; quoque imaginaria & otiosa apprehensio omnium beneficiorum spiritualium. Atque ita decidenda erit tota doctrina nostrarum Ecclesiarum de justificatione hominis coram DEO; inanis erit omnis consolatio nostra de remissione peccatorum, imputatione justitiæ, & damnatione Sp. S. Vana erit spes nostra de resurrectione carnis & vitæ æternæ: Hæc enim beneficia universa sola fide apprehen-

prehenduntur. Sed ſicut apprehenſio juſtitiæ, remiſſionis peccatorum, Spiritus ſancti & vitæ æternæ, non eſt imaginaria aut otioſa; ſed vera & realis, imò fundamentum ſalutis noſtræ, etiam ſi non manu aut ore; ſed ſola fide fit & nobis applicatur. Ita nec manducatio corporis Chriſti in Cœna otioſa aut vana dicenda eſt, etiam ſi non fiat ore; ſed ſola fide. Graviter igitur errant, qui contra conſcientiæ dictamen illam de ſpirituali manducatione rejiciunt doctrinam, quam ſciunt fundamentum eſſe totius Chriſtianiſmi.

III. Argumenta, quibus demonſtratur, hanc propoſitionem: Hoc eſt corpus meum, figuratè intelligendam eſſe.

1. *Eadem ratio eſt omnium Sacramentorum*: Sicut autem vocabulum circumciſionis de externa actione propriè uſurpatur: Propriè enim dicitur circumcidi præputium: Sed de re ſignata, quæ erat cordis circumciſio, non niſi figuratè dici poteſt; impropriè enim enim cor circumciditur. Sic propria locutio eſt de ſigno, comedere agnum Paſchalem: Sed de re ſignata, quæ eſt ablutio animæ, impropria

pria est locutio & figurata. Ita proprius est sermo de signis Sacramentalibus, edere & bibere panem & vinum. Si verò ad rem ipsam referas, quæ κοινωνία Christi, & sumentis, improprius est sermo: Figuratè enim dicitur manducari caro Christi.

2. *Ipse Filius Dei author est locutionis Metonymicæ in Sacramentis.* E. ea recipienda.

3. *Unus & idem est modus prædicationis in omnibus Sacramentis.* Cœna Domini est Sacramentum. Idem igitur modus prædicationis statuendus in propositionibus Cœnæ, qualis est in aliis Sacramentis. Sed in aliis Sacramentis res signatæ metonymicè prædicantur de externis symbolis. E. & in Cœna. *Aliter*: Sicut una & eadem est res omnium Sacramentorum, ita unus & idem est modus prædicationis in omnibus Sacramentis. Sed in aliis Sacramentis omnibus Metonymica est prædicatio rerum de symbolis. E. & in Cœna: Aut dicendum, Cœnam non esse Sacramentum.

4. *Figuram requirit Analogia fidei.* Testantur enim articuli fidei, corpus Christi esse visibile, palpabile, circumscriptum, quod de corpore Christi latente in pane dici nequit.

5. *Sa*

5. *Sacramentalibus, seu figuratis locutionibus ab ipso Filio Dei addita est perspicua interpretatio.* E. ea non rejicienda.

6. *Tota institutio Cœnæ figuris utitur.* E. admittenda. Jubet enim manducare corpus Christi. Manducare autem propriè significat dentibus atterere, deglutire, & in ventrem trajicere. Hoc cùm de corpore Christi dici non possit, manifestum est, hoc verbum figuratè intelligendum esse. Idem de altera phrasi dici potest, quâ jubetur bibi sanguis Christi. Deinde in verbis institutionis dicitur de corpore Christi pro nobis tradito, & sanguine Christi pro nobis effuso, cùm tamen illo tempore corpus Christi nondum traditum, nec sanguis Christi effusus esset; sed corpus adhuc tradendum, & sanguis adhuc fundendus erat, quod etiam non sine figura dicitur. Sicut autem in his locutionibus à Christo usurpatis, figura est. Ita etiam in hac phrasi Christi figura est: Hoc est corpus meum.

7. *Eodem modo de pane prædicatur corpus Christi, quo de calice prædicatur Novum Testamentum.* Sed Novum Testamentum non propriè; sed figuratè & Metonymicè prædicatur de pane. Aut si in hac proposi-

propositione: Hoc est corpus meum; statuatur propria & regularis prædicatio; in altera: Hic calix est Novum Testamentum, impropria & figurata, erit realis contradictio in his Propositionibus, quo ad modum prædicationis, sed hoc est absurdum. Eadem enim est ratio utriusque partis Cœnæ. Eadem igitur & prædicatio utrobique.

8. *Eodem modo corpus Christi prædicatur de pane, quo panis prædicatur de Christo in hac propositione:* Ego sum panis vitæ. Sed in hac propositione est figurata prædicatio. E & in illa.

9. *Omnis propositio aut est Identica, aut regularis, aut inusitata, aut figurata.* Sed prædicatio in his verbis Cœnæ: *Hoc est corpus meum*, non est *Identica*, quia inter Identicam prædicationem, qua idem de se ipso dicitur, & Papisticam Transsubstantiationem, nullum est discrimen. Sed cùm hæc omnium piorum suffragiis damnata sit, illa quoque recipi minime potest. *Deinde* Identica prædicatio à Paulo rejecta est. Paulus enim non vocat panem corpus Essentiale Christi, sed κοινωνίαν corporis: *Præterea*: Patres, utentes vocabulis signi, figuræ, typi, &c. manifestè Iden-

Identicam propositionem improbant. *Denique* in Identica propositione, quicquid dicitur de Prædicato, illud etiam rectè dicitur de subjecto, ideo Tertullianus rectè inquit: Si panis est ipsum corpus Christi, panis pro nobis in cruce traditus est. Deinde hæc Propositio: Hoc est corpus meum, non est *propria* aut regularis, quia non congruit ad aliquem modum ex quinque prædicabilibus. Denique non est *inusitata*. *Inusitata* enim Prædicationes tantùm habent locum in Propositionibus de Filio Dei, quarum non sunt alia exempla in tota rerum natura. Relinquitur ergo, quòd sit figurata per Metonymiam. Valet consequentia, quia non sunt plures modi prædicationis.

10. *Impossibile est, diversas & distinctas species propriè & sine ulla figura de se invicem prædicari.* Panis & corpus Christi sunt diversæ & distinctæ species. E non possunt de se invicem propriè, & sine ulla figura prædicari.

11. *Qui figuratè dicta, falsa aut ambigua esse affirmat, evertit totum fundamentum salutis nostræ, & plurima Scripturæ testimonia abijcit.* Nam in prima promissione Evangelij, quæ est fundamentum Ecclesiæ & salu-

ſalutis noſtræ, & ſummam omnium promiſſionum Evangelii continet, ne unicum quidem verbum in ſua propria ſignificatione poſitum eſt; ſed figuratè omnia & ſingula vocabula efferuntur. Primo enim vocabulum *ſeminis* ponitur pro toto Chriſto, Deo & homine, neque enim ſemen mulieris, quod res bruta eſt, ſecundùm ſuam ſubſtantiam conſideratum, Diaboli regnum deſtruxit; ſed Chriſtus θεάνθρωπος. Deinde dicitur de *mulieris* ſemine, cùm Chriſtus non ſit natus ex muliere; ſed ex virgine. Tertiò, verbum *conterere* propriè ſignificat pedibus conculcare. Sed hoc loco ſignificat vincere Diabolum, & divinâ potentiâ regnum ejus deſtruere. Neque enim Diabolus, qui ſpiritus eſt, pedibus conteri poteſt. Quartò Diabolo figuratè tribuitur *caput*. Cùm enim Diabolus ſit ſubſtantia ſpiritualis, de eo dici non poteſt, quòd caput habeat. Quintò Diabolus figuratè dicitur ſerpens, cùm nihil minus ſit, quàm ſerpens. Sic plurima Scripturæ teſtimonia, quæ de fundamento concionantur, efferuntur; ut, cùm Chriſtus appellatur vitis, paſtor, ſponſus, via, veritas, vita, fons, panis vitæ. Cùm Evangelium confertur ſemini projecto in agrum, theſau

thesauro pretioso, unioni, sagenæ. Sed ut hæc testimonia universa non falsa aut ambigua sunt, sed verissima, etiamsi figurate efferuntur. Imò magis etiam perspicua sunt, & majorem emphasin habent, quàm si proprio sermone prolata essent. Ita etiam verba Cœnæ nec falsa, nec ambigua dici possunt, etiamsi figuratè à Christo prolata sunt. Imò, hæc verba per figuram enunciata, majorem habent evidentiam, & magis perspicuè exprimunt hoc, quod significant, ut analogiam signi ac rem signatam, copulationem signi & signati in vero usu, atque arctissimam consociationem seu concorporationem cum Christo, quàm si sine figura à Christo prolata essent.

14. *Quicquid in alio existit, non potest de eo propriè prædicari.* Secundùm Synusiastas corpus Christi existit in pane. Ergò, corpus Christi non potest propriè de pane prædicari.

13. Qui *negant, Figuram esse in verbis Christi:* Hoc est corpus meum, *necessariò ponunt μετουσίαν.* Atqui Lutherani, &c.

14. Qui verba sine tropo intelligunt, *articulum de veritate humanæ naturæ Christi evertunt.* Ut igitur articulus de veri-

tate humanæ naturæ Christi retineatur, verba Cœnæ tropicè sunt interpretanda

16. Si panis propriè est corpus Christi sine ullo respectu & significatione; sequetur, Sacramenta esse res absolutas. Sed hoc est absurdum. Panis igitur figuratè est corpus Domini.

16. *Sententia Lutheranorum se ipsam evertit.* Dicunt enim, verba propriè esse accipienda, & tamen Tropum fecerunt, dum 1. Verba Cœnæ sic interpretantur, corpus Christi est in, cum, & sub pane. 2. Dicunt, corpus Christi præternàturaliter, insensibiliter, incomprehensibiliter, manducari, ita ut nec dentibus teratur, nec in ventriculumi trajiciatur: Quod, quid est aliud, quàm figuram in verbis Cœnæ ponere? Præternaturalis enim & insensibilis manducatio, propria non est ori humano, sed impropria, atque ita figurata.

XIV. Constare opinor, neque Novatores esse, nec cum ratione insanire, nec argumentorum premi inopia, qui nostrarum de Cœna Domini Ecclesiarum sententiam solidiorem agnoscunt & puriorem, adeóque præferendam: Ad

imagines accedimus: Earum quoque è Templis ejectionem, defæcatioris reformationis indicium esse, varijs eruditorum argumentis probatum itidem esse & convictum, paucis monstrabimus.

Potuisset fortè per nos hæc quiescere digressio, quando verò alij hanc εἰκονομαχίαν nostratium nimis exaggerant, usque adeò ut hodie etiam multi Reformatis Ecclesiis, ob proscriptas è Templis Imagines non minus indignentur, quàm Mica olim ob ablatos penates, *Jud.* 18. *v.* 23. non præter rem facturos nos existimus, si, quibus jam olim nostrates rationibus, Zwinglij defenderint institutum, & cur imaginibus in Templis publicis locus relinqui non potuerit, quorum item ratione officii illum amovere apparatum, paulò diligentiùs excusserimus. Non mihi semper, cur alios malim, quàm me ipsum audire, deprecandum opinor. Historiam scribimus, cujus tanta est fides, quantam illi, quorum nomine ea refertur, merentur. Illos ergo, præsertim quòd plerique hactenus latuerint, hac occasione in lucem protrahendos, quàm

æternis sepeliendos tenebris consultius judico. Non repetam autem, quæ vel ipse *Zuinglius* ad sui defensionem protulit, hinc inde, vel ejus nomine *Argentinenses Theolog*, p. 159. *Gualtheri* potissimum & *Bullingeri* arabimus vitulâ. *Ille* enim totam de imaginibus controversiam ita clarè, succinctè & perspicuè dirimit, ut simul Methodum, quâ sarcina ista periculosa per Zwinglium Ecclesia fuerit liberata, enarret, idque non longè post Reformationem. *Bullingerus* verò docto, cum Illustrissimo quidem, sed & doctissimo *VVitgensteny Comite*, Ludovico, hac de re instituto commercio literario totam etiam rem, adulto Seculo superiori, egregiè dedit confectam. Ita ergo *Gualtherus*: Et sane, quod imagines vel Christi, vel Sanctorum ejus attinet, istorum hominum maledicam impudentiam satis admirari non possum, qui cùm primi in religione videri cupiant, ea tamen probare non verentur, quæ nusquam non Scriptura rejicit, & Zwinglio illud vitio vertunt, quod multis sanctissimis Regibus in Veteri Testamento laudem peperit. *Quantopere enim imagines abominetur Dominus, Decalogi leges facilè comprobant, inter quas vix ullam aliam tam diligenti & studiosa omnium circumstantiarum enume-*

enumeratione conscriptam & traditam videmus, atque eam, quæ simulachra prohibet. Sic enim ipse ait Dominus: *Ne feceris tibi statuam, nec ullum simulachrum ejus, quod est in cœlis supernè, nec quod est in terra subtus, nec quod in aquis est sub terra: Non adorabis ea, neque coles ea: Quia ego Dominus Deus tuus, fortis, indignabundus vel zelotes, persequens iniquitatem patrum in filijs, in tertiam & quartam generationem, eorum scilicet, qui oderunt, & persequens bonitatem in mille his, qui diligunt me, & præcepta mea observant.* En, quid his clariùs dici poterat? Ut enim se solum coli vult Dominus, ita eum, qui per imagines fit cultum prorsus rejicit, idque tanto verborum pondere, quòd ea ferè tunc esset totius orbis cœcitas, ut Deos suos imaginibus & statuis delectari & coli posse putarent. Neque hîc quicquam faciunt, qui præceptum hoc ad falsos & fictitios duntaxat Deos pertinere cornicantur. Quid enim opus erat vetare, ne ijs imagines statuerent, quos in priori præcepto in universum rejiciendos esse monuerat? Quapropter ut se Deum unum solúmque esse ante testatus est, ita hic omnem falsi cultûs vanitatem à se reiicit; se longè alium esse docens, quàm qui hujusmodi

nugis coli poſſit. Confirmat hanc ſententiam noſtram ipſe Dominus per Moſen poſtea ſic dicens: *Non vidiſtis ullam ſimilitudinem in illo die, quo locutus eſt vobiſcum Dominus in Horeb de medio ignis: Ne fortè perditè agatis, facientes vobis ſculptile, aut ſimulachrum, cujuscunque figuræ, ſimilitudinem maſculi aut fœminæ.* Illius ergo ſimulachrum nullum fieri debet, qui leges tulit, qui coram ipſis locutus omnium mentes terruerat. Quotquot ergo hunc ſimulachro aliquo referre ſtudent, non in Legem modò peccant; ſed idem illud Dei exemplum impio & audaci conatu aſpernantur, quō ſe hanc unam ob cauſam nulla viſibili ſpecie exhibere voluit, ne quam imaginem ipſi ponendam eſſe putarent. *Atqui,* inquiunt, *idem Deus noviſſimis diebus carne aſſumta, viſibili ſpecie, imo verus homo in terris hiſce verſatus eſt. An ergo nefas erit nunc eum viſibili ſpecie exprimere, qui ſe viſibilem exhibuit?* Nefas certè eſt, ô fratres, idque eò majus, quòd Chriſtus DEI filius, in mundum miſſus, non externi cultus pompam inſtituere; ſed omnem cultum externum in ſpiritualem convertere debuit. Adde, quòd Chriſtus non venit, ut Legem ſolveret, ſed ut imple-

ret.

ret. Quòd si verò unum aliquod Decalogi præceptum ceremoniale fuisse, & proinde abrogatum dicemus, quo argumento illos coercebimus, qui idem in alijs quoque fingere voluerint? Scio equidem, multa in veteri Lege tradita fuisse, quæ per Christum, cujus typi & figuræ erant, prorsus sublata sunt. Eorum autem, quæ de vera religione, vel proximi charitate dicuntur, & ad duo ista capita verè pertinent, nihil omnino abrogatum est. Atqui præceptum, quod de imaginibus extat ad religionis substantiam (siquidem ita loqui licèt,) pertinere, nemo pius negabit, cùm certò constet, nihil esse imaginum culturâ efficacius ad animos nostros à vera Dei consideratione retrahendum. Unde *Lactantius* ille Firmianus pronunciare non est veritus: *Non esse dubium, quin religio nulla sit, ubicunque simulachrum est.* Idem & Paulus monet, cùm gentilitiæ impietatis & conscelerationis hanc unam causam profert, quòd simplici DEI notitia non contenti, Deum verum imaginibus exprimere conati sint. Revelatum est, inquit, illis τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, id est, omne quod de DEO cognosci & intelligi potest. Siquidem quæ sunt invisibilia illius, ex creatione mundi, dum

per opera intelliguntur, pervidentur, ipsáque æterna ejus potentia & divinitas, &c. Hi verò cùm se crederent esse sapientes, stulti facti sunt, mutaverúntque gloriam immortalis DEI (en, ut non alieni, aut falsi Dei dicat!) per imaginem, non solùm ad mortalis hominis similitudinem effictam, verùm etiam volatilium, quadrupedum, & reptilium. Quapropter tradidit illos Deus per cupiditates cordium suorum. Damnat ergo in Gentibus Apostolus, quod isti hodie in Christiani nominis Professoribus probant. Et ipsum nefandæ illius Idololatriæ, & exemplo carentis consceleratiónis gradum eum facit, quòd verum & immortalem DEUM, quem divina revelatione jam noverant, & gloriam ejus, primùm humana imagine exprimere sunt conati. Sed & hunc conatum eorum non divinæ revelationis; sed humanæ vel carnalis sapientiæ, i. e. summæ stultitiæ opus fuisse dicit. Unde mox magis horrenda secuta sunt, ut qui DEUM homini similem duxerunt, vel saltem Majestatem ejus humana figura exprimi posse putârunt, paulatim eò dementiæ venerint, ut eundem brutis quoque animalibus, ijsque abjectissimis, conferrent. Discant ergo isti

homi-

homines, quantum impietatis olim peperit illud humanæ ſapientiæ ſtudium, quo ipſis patrocinantibus multi hodie occupantur. Audiant (ſi Apoſtolum audire nolunt) ipſum Dominum apud Eſajam dicentem: *Ego Dominus, hoc eſt nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam ſculptilibus.* Quotquot ergo ſculptilibus, aut qualicunque artificio effictis ſimulachris DEUM coli, aut illius potentiam, bonitatem, miſericordiam, ſapientiam, veritatem & exprimi poſſe credunt, in DEI Majeſtatem peccant, & gloriam ejus (quantum in ipſis eſt) ſculptilibus tribuunt, & jam in primo, quoad ſummam Idololatriæ abominationem itur, gradu, pedem fixerunt. Licèt enim Chriſtianorum imagines ab ijs, quas Ethnici olim ſtatuerunt, longè diverſas eſſe fabulentur, ejusdem tamen farinæ, & à Domino non minus, quàm alteræ illæ exhibitæ ſunt. Teſtatur hoc infamis illa ex imaginibus enata ſuperſtitio. Teſtatur totius Imperij lætiferum Schiſma, cujus non minimam cauſam ea, quæ de imaginum uſu fuit, concertatio præbuit. Teſtatur idem immane illud DEI flagellum, Turcica rabies, quæ tunc temporis radices egit, & cum imaginum cultu-

ra adolevit. Vidit hæc futura *Epiphanius* ille, veræ religionis fortissimus, quem miraculis quoque claruisse Ecclesiastica Historia testatur, cujus etiam tanta fuit apud omnes authoritas, ut regnantes Hæretici (quamvis in omnem illorum impietatem calamum validissimè strinxisset,) ignominiam suam putarent, si talem virum persequerentur. Quid hic de imaginum in Templis usu senserit, ex unico ejus facto æstimare licet, quod non veritatis rudes posteri, non affectibus dediti scriptores; sed ipse de se tradidit, in ea nimirum Epistola, quam ad *Johannem Hierosolymitanum* scriptam, D. *Hieronymus* Latinitate donandam judicavit. In ea enim circa finem ferè sic differit: *Præterea, quod audivi quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more Ecclesiastico facerem, & venissem ad villam, quæ dicitur Anablatha, vidissemque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogassem, quis locus esset, didicissémque esse Ecclesiam, & intrâssem, ut orarem: Inveni ibi velum, pendens in foribus ejusdem Ecclesiæ tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel sanctè ejusdem: Non enim satis memini, cujus imago fuerit. Cum ergo*

ergo hoc vidissem, in Ecclesia Christi, contra authoritatem Scripturarum, hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent & efferrent. Et paulò post: *Precor, ut jubens Presbyteros ejusdem loci deinceps præcipere in Ecclesia Christi istiusmodi vela, quæ contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere solicitudinem, ut scrupulositatem tollat, quæ indigna est Ecclesia Christi & populis, qui tibi crediti sunt.* Quid ergo jam dicent isti homines, qui salutarem & utilem (ut ipsi dicunt) imaginum usum fidelibus per Zwinglij furorem ablatum quiritantur? Num & Epiphanium fanaticis εἰκονομάχοις adnumerabunt? Quid de tota dicent primitiva Ecclesia, *in qua usque ad Hieronymi tempora summo studio hoc caverunt Episcopi, ut nulla in templis imago prostaret, nec picta, nec sculpta, nec texta, & ne Christi propter Anthropomorphitas?* Patefacta autem errori & superstitioni janua est, postquam ceremonijs potiùs, quàm veræ religioni intenti homines circa Dei culturam ex suapte ingenio multa innovare cæperunt. Sic enim paulatim progressi, tandem externis istis toti dediti, internæ & veræ religionis, quæ Spiritu &

& veritate constat, studium prorsus neglexerunut. Quod ipsum hodie quoque ex illorum studiis, & ratiocinationibus aliquando enasciturum esse, nemo dubitare debet. *Eo enim contumacia per philantiam suam jam devenerunt, ut, licèt causam suam ex omni parte periclitari videant, quodvis tamen obvium rationis humana figmentum contra verbi divini oracula producere*, (quid si meritissimus Theologus vidisset, esse ex reformatis, qui non erubescunt, suo pro imaginibus patrocinio, ferales planè præfigere titulos, qualis nuper lucem vidit: *Iconothetes Christianus adiaphorus inter idoloplasten Idolicolam Tridentinum, & Iconoclasten Iconomachum Mahommetrico Purianum:*) non vereantur. Ubi enim imaginum usum Scripturis nequaquam tueri possunt, mox ad sua somnia conversi, eas Laicorum libros esse contendunt, & non ad cultum; sed ut literarum rudes doceant, retinendas esse credunt. Velim autem Dei verba diligentiùs inspicerent, quæ sic sonant: Non adorabis ea, neque coles ea. Viderent utique hisce verbis, omnem illum usum, quem ipsi imaginibus tribuunt, prorsus damnari. At imagines, inquiunt, coli debere, nusquam docemus, & harum cultores damnandos esse judicamus.

Audio

Audio equidem: Sed utinam hæc tam verè à vobis dicerentur, quàm fortiter imagines per vos coli negatis. Ego enim nunc primarium quondam cultum esse judico, quòd ijs homines doceri, & ad devotionem quandam animas pertrahi existimatis. Religionem etenim non ex manufactis simulachris; sed ex Scriptura & potius mundi creatione nos discere vult Dominus. His medijs & Judæorum Synagogam, & Gentium sapientes in DEI cognitionem pervenisse sacræ literæ testantur. Quòd si verò ex imaginum contemplatione pietas & religio addisci potest, dicite agedum, quid Habacuc Prophetæ respondendum esse censeatis, sic dicenti: Quid proderit sculptile? quoniam sculpsit illud fictor ejus fusile, & doctor mendax: Quod fidit eo, fictor scil. figmento suo, ut faceret Idola muta. Vir, qui ligno dicit, Evigila: Et lapidi, effigiato: Excitare: Ipsene doceret? En obductus est auro & argento, nec est flatus in eo. At Dominus in templo sanctitatis suæ, taceat in conspectu ejus universa terra. Audiant hæc Prophetæ verba, qui per imagines doceri cupiunt. Doctorem mendacem has vocat Dominus: Eo, quòd nec minimam divinæ Majestatis partem ex-

pri

primere possint, cum tamen illud imprimis polliceantur. Sed comparatione quadam clarius videri poterit, num imagines colant, qui per eas doceri volunt. Quis Principem suum studiosius colere, & revereri videbitur? Is ne, qui obviam venienti de via cedit, inflexo genu prætereuntem salutat, caput aperit, & quæcunque aliæ sunt reverentiæ signa, exhibet: Interim verò de ejusdem sapientia & integritate minus honorificè sentiens alios sibi consultores, patronos aut tutores quærit: Vel, qui in externis quidem istis perparcus, eam tamen de Principe opinionem concepit, ut sapienti rerum experientia instructum, justitia & integritate insignem esse credat, ideóque illo patrono, patre, tutore, Magistro & Legislatore utitur, illum consulit, & ab hoc se optimè instrui posse arbitratur? Nonne hic Principis sui verè fidelis & studiosus cultor, alter verò ille vel stultus judicabitur, vel adulator perfidus? Erubescant ergo homines imprudentissimi, qui imaginem externo gestu venerari nefas esse non ignorant, imò fatentur: Interim verò eidem dignitatem longè majorem tribuunt, dum videlicet hos religionis Magistros esse, & ad pietatem no-

pro

provocare perhibent. Produnt certè hîc suam non stultitiam modò, sed impietatem, & frigidum in religione pectus, cùm illud non alio modo, quàm qui DEO tam invisus est, provocari posse existimant. Hæc ergo & plura alia edoctus Zwinglius imaginum usum DEO abominabilem esse vidit. Quis ergo illum propter, sublatas illas immeritò damnari non videat: Dicatur itaque fanaticus; dicatur, si sic illis lubet εἰκονόμαχος, dummodo illud nobis certò constet, imaginum demolitione multos & Prophetas, & Principes, & sanctos DEI Martyres magnam laudem meruisse. Qui verò his vel erigendis, vel defendendis gloriæ honorem apud pios consecutus sit, novi neminem. Laudatur Ezechias, quòd æneum serpentem, jussu Domini olim factum, sustulit & contrivit, cùm illo ad superstitionem abuteretur populus: Et nos Zwinglium damnabimus, quòd imagines, superstitionis officinam, & DEO invisum cultum abolere docuit? Novi tamen, quidnam illud sit, qui illum infamari posse existimant. Cum enim εἰκονόμαχος ab illis dicitur, talem fuisse intelligunt, qui temerè, nullo adhibito in tantum facinus consilio, propria quoque audacia fretus, &

propriis quodammodo manibus in Ecclesia Tigurina grassatus sit. Sed longè aliud dicerent isti homines, nisi tanta esset hoc nostro Seculo mentiendi libido & impunitas. Zwinglium enim non violentis manibus, non privata temeritate & audacia in ullam superstitionem citra consilium desæviisse, omnes pii certò norunt, & omnis Tigurinorum Ecclesia fatebitur. His armis superstitionem expugnandam esse duxit, quibus Dominus Deus tam Jeremiam, quàm alios Prophetas ea destruere, & extirpare jubet, quæ divino verbo contraria sunt. A tumultuaria verò & seditiosa (ut ita dicam) imaginum expugnatione tam abfuit, ut multorum animos hic nimis proclives amicis & pijs admonitionibus retraxerit. Videbat enim, non ab externis istis reformationem inchoandam esse; sed à doctrina potius, qua hominum animi si bene instituta sunt, omnia illa sponte concedunt & collabuntur. Possum hujus rei testimonium ex ipsius scriptis adducere. In declaratione enim de peccato originali, ad *Vrban. Rhegium* scripta, in Epilogo sic ait: Nos ergo in hoc simus, ut pietatem Christianam anxiè & purè deprædicemus. Non simus ante tempus anxij, quomodo

Missa

Missa aboleatur, aut imagines exauthorentur, sed in hoc sudemus, ut pectora Mundo dedita creatori suo restituantur: Jam cecidit Missa, statuæ, sua, puto, sponte, aufugient. Frustra enim exterminabimus, tam hæc, quàm alia, nisi publica pietas releget. Quod ubi factum erit, jam ne quicquam tentabunt restituere omnes Mundi Principes. Hæc ut alios monuit, ita ipse quoque idem consilium summo studio secutus est. Pura enim & simplice veritatis doctrina suos, ita instituit, ut jam ipsi imaginum abominationem cernere, & ijsdem ruinam & exilium minitari inciperent. Sed & Magistratus veritatem edoctus consultare cœpit, quibus rationibus tanta & tam abominanda superstitio posset aboleri. Quid ergo hîc faceret Zwinglius? Num tam sanctis consiliis se se opponeret? Num sanctissimum Magistratum jam tum demum suo verè fungentem officio impediret? Non equidem arbitror. Quin potiùs quod ipsum maximè decebat, præstitit. Populum enim quotidianis concionibus ita tam in hoc, quàm alijs Christianæ religionis capitibus instituit, ut cum Magistratu omnes consentirent, & publica totius Ecclesiæ authoritate, non alicuius

hominis privati libidine, ab imaginum sterquilinio templa repurgarentur. Quod ipsum tam commoda occasione, tam opportunis medijs factum est, ut vix aliam Ecclesiam dare liceat, quæ feliciùs Reformationem adniserit. Nulli enim seditionum motus civitatis statum turbârunt, nulla arma contradicentes terruerunt, nullæ cædes reformationis auspicia deformàrunt. Hæc *Gualtherus*, pro abolitione imaginum. Sed non deferbuit æstus. Magni Lutheri authoritas adeo multorum præstrinxerat oculos, ut vel ideo, quia Luthero, in nota, contra Carolstadium, εἰκονομοχίᾳ, imaginum patrocinium suscipere placuit, ne aliæ hypotheses ejus vel vacillarent, vel in discrimen adducerentur, Magistrum discipuli defenderint. Unde & alij, quibus imaginum pompa non probabatur, amicæ συζητήσεως arripuerunt occasionem. *Ludovicus, VVugensteinensis Comes*, a. Ch 1570. Ita hac de re ad Bullingerum. Jam quia video, nænijs nostris minimè te offendi, addam quæstiunculam ex libro tuo de erroris origine desumtam: Nimirum, ut idoneum habeas argumentum, quo me possis doctiorem reddere. In eo autem doces, Idolorum in Ecclesia non modò usum nullum

lum esse; sed ex legis præscripto, nequaquam etiam ferenda. DEUM enim, qui immensus, adeóque incomprehensibilis sit, certa figura repræsentare nefas esse, nec fieri omnino posse, cum nequidem hominis pars præcipua imagine exprimi queat. Unde nec sanctis, multóque minus Christo, DEO & homini, Idolum seu statuam, ullámve imaginem erigere liceat. At quæ sit Lutheri, & aliorum hac de re sententia, non ignoras, qui legem de Idolis (quod tu copiosè refutas,) ad ceremonialem referunt. Cui affinem esse de adiaphoris concertationem illam existimo. Unde factum, ut in nonnullis Ecclesiis, ceremoniarum plusculum remanserit, & imagines non penitus deletæ, tametsi cultus omnis sit sublatus. Ideóque superiorum, ut opinor, authoritate permoti nonnulli, sic illis patrocinantur, ut, si absit Idololatrica superstitio, ferendas potius existiment, quàm Ecclesiam rixis aliove graviori motu, hanc ob causam concutere. Quia verò non unum est in hac causa doctorum judicium, dum quidam exactam legis divinæ observationem severius urgent, alii ob Ecclesiæ pacem nonnihil connivendum censent, rogo, ut tuam censuram addere, ac pau-

nugis coli possit. Confirmat hanc sententiam nostram ipse Dominus per Mosen postea sic dicens: *Non vidistis ullam similitudinem in illo die, quo locutus est vobiscum Dominus in Horeb de medio ignis: Ne fortè perduè agatis, facientes vobis sculptile, aut simulachrum, cujuscunque figuræ, similitudinem masculi aut fœminæ.* Illius ergo simulachrum nullum fieri debet, qui leges tulit, qui coram ipsis locutus omnium mentes terruerat. Quotquot ergo hunc simulachro aliquo referre student, non in Legem modò peccant; sed idem illud Dei exemplum impio & audaci conatu aspernantur, quòse hanc unam ob causam nulla visibili specie exhibere voluit, ne quam imaginem ipsi ponendam esse putarent. *Atqui,* inquiunt, *idem Deus novissimis diebus carne assumta, visibili specie, imo verus homo in terris hisce versatus est. An ergo nefas erit nunc eum visibili specie exprimere, qui se visibilem exhibuit?* Nefas certè est, ô fratres, idque eò majus, quòd Christus DEI filius, in mundum missus, non externi cultus pompam instituere; sed omnem cultum externum in spiritualem convertere debuit. Adde, quòd Christus non venit, ut Legem solveret, sed ut impleret.

ret. Quòd si verò unum aliquod Decalogi præceptum ceremoniale fuisse, & proinde abrogatum dicemus, quo argumento illos coërcebimus, qui idem in alijs quoque fingere voluerint? Scio equidem, multa in veteri Lege tradita fuisse, quæ per Christum, cujus typi & figuræ erant, prorsus sublata sunt. Eorum autem, quæ de vera religione, vel proximi charitate dicuntur, & ad duo ista capita verè pertinent, nihil omnino abrogatum est. Atqui præceptum, quod de imaginibus extat ad religionis substantiam (siquidem ita loqui licèt,) pertinere, nemo pius negabit, cùm certò constet, nihil esse imaginum culturâ efficacius ad animos nostros à vera Dei consideratione retrahendum. Unde *Lactantius* ille Firmianus pronunciare non est veritus: *Non esse dubium, quin religio nulla sit, ubicunque simulachrum est.* Idem & Paulus monet, cùm gentilitiæ impietatis & conscelerationis hanc unam causam profert, quòd simplici DEI notitia non contenti, Deum verum imaginibus exprimere conati sint. Revelatum est, inquit, illis τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, id est, omne quod de DEO cognosci & intelligi potest. Siquidem quæ sunt invisibilia illius, ex creatione mundi, dum

per opera intelliguntur, pervidentur, ipsáque æterna ejus potentia & divinitas, &c. Hi verò cùm se crederent esse sapientes, stulti facti sunt, mutaveruntque gloriam immortalis DEI (en, ut non alieni, aut falsi Dei dicat!) per imaginem, non solùm ad mortalis hominis similitudinem effictam, verùm etiam volatilium, quadrupedum, & reptilium. Quapropter tradidit illos Deus per cupiditates cordium suorum. Damnat ergo in Gentibus Apostolus, quod isti hodie in Christiani nominis Professoribus probant. Et ipsum nefandæ illius Idololatriæ, & exemplo carentis conscelerationis gradum eum facit, quòd verum & immortalem DEUM, quem divina revelatione jam noverant, & gloriam ejus, primùm humana imagine exprimere sunt conati. Sed & hunc conatum eorum non divinæ revelationis; sed humanæ vel carnalis sapientiæ, i. e. summæ stultitiæ opus fuisse dicit. Unde mox magis horrenda secuta sunt, ut qui DEUM homini similem duxerunt, vel saltem Majestatem ejus humana figura exprimi posse putârunt, paulatim eò dementiæ venerint, ut eundem brutis quoque animalibus, ijsque abjectissimis, conferrent. Discant ergo isti homi-

homines, quantum impietatis olim peperit illud humanæ ſapientiæ ſtudium, quo ipſis patrocinantibus multi hodie occupantur. Audiant (ſi Apoſtolum audire nolunt) ipſum Dominum apud Eſajam dicentem: *Ego Dominus, hoc eſt nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam ſculptilibus.* Quotquot ergo ſculptilibus, aut qualicunque artificio effictis ſimulachris DEUM coli, aut illius potentiam, bonitatem, miſericordiam, ſapientiam, veritatem & exprimi poſſe credunt, in DEI Majeſtatem peccant, & gloriam ejus (quantum in ipſis eſt) ſculptilibus tribuunt, & jam in primo, quoad ſummam Idololatriæ abominationem itur, gradu, pedem fixerunt. Licèt enim Chriſtianorum imagines ab ijs, quas Ethnici olim ſtatuerunt, longè diverſas eſſe fabulentur, ejusdem tamen farinæ, & à Domino non minus, quàm alteræ illæ exhibitæ ſunt. Teſtatur hoc infamis illa ex imaginibus enata ſuperſtitio. Teſtatur totius Imperij lætiferum Schiſma, cujus non minimam cauſam ea, quæ de imaginum uſu fuit, concertatio præbuit. Teſtatur idem immane illud DEI flagellum, Turcica rabies, quæ tunc temporis radices egit, & cum imaginum cultu-

ra adolevit. Vidit hæc futura *Epiphanius* ille, veræ religionis fortissimus, quem miraculis quoque claruisse Ecclesiastica Historia testatur, cujus etiam tanta fuit apud omnes authoritas, ut regnantes Hæretici (quamvis in omnem illorum impietatem calamum validissimè strinxisset,) ignominiam suam putarent, si talem virum persequerentur. Quid hic de imaginum in Templis usu senserit, ex unico ejus facto æstimare licet, quod non veritatis rudes posteri, non affectibus dediti scriptores; sed ipse de se tradidit, in ea nimirum Epistola, quam ad *Johannem Hierosolymitanum* scriptam, D. *Hieronymus* Latinitate donandam judicavit. In ea enim circa finem ferè sic disserit: *Præterea, quod audivi quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more Ecclesiastico facerem, & venissem ad villam, quæ dicitur Anablatha, vidissemque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogassem, quis locus esset, didicissemque esse Ecclesiam, & intrâssem, ut orarem: Inveni ibi velum, pendens in foribus ejusdem Ecclesiæ tinctum atque depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel sanctè ejusdem: Non enim satis memini, cujus imago fuerit. Cùm ergo*

ergo hoc vidissem, in Ecclesia Christi, contra authoritatem Scripturarum, hominis pendere imaginem, scidi illud, & magis dedi consilium custodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent & efferrent. Et paulò post: *Precor, ut jubens Presbyteros ejusdem loci deinceps præcipere in Ecclesia Christi istiusmodi vela, quæ contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere solicitudinem, ut scrupulositatem tollat, quæ indigna est Ecclesia Christi & populis, qui tibi crediti sunt.* Quid ergo jam dicent isti homines, qui salutarem & utilem (ut ipsi dicunt) imaginum usum fidelibus per Zwinglij furorem ablatum quiritantur? Num & Epiphanium fanaticis εἰκονομάχοις adnumerabunt? Quid de tota dicent primitiva Ecclesia, *in qua usque ad Hieronymi tempora summo studio hoc caverunt Episcopi, ut nulla in templis imago prostaret, nec picta, nec sculpta, nec texta, & ne Christi propter Anthropomonphitas?* Patefacta autem errori & superstitioni janua est, postquam ceremonijs potius, quàm veræ religioni intenti homines circa Dei culturam ex suapte ingenio multa innovare cæperunt. Sic enim paulatim progressi, tandem externis istis toti dediti, internæ & veræ religionis, quæ Spiritu &

& veritate constat, studium prorsus neglexerunut. Quod ipsum hodie quoque ex illorum studiis, & ratiocinationibus aliquando enasciturum esse, nemo dubitare debet. *Eo enim contumacia per philantiam suam jam devenerunt, ut, licèt causam suam ex omni parte periclitari videant, quodvis tamen obvium rationis humanæ figmentum contra verbi divini oracula producere,* (quid si meritissimus Theologus vidisset, esse ex reformatis, qui non erubescunt, suo pro imaginibus patrocinio, ferales planè præfigere titulos, qualis nuper lucem vidit: *Iconothetes Christianus adiaphorus inter idoloplasten Idolicolam Tridentinum, & Iconoclasten Iconomachum Mahommetrico Purianum:*) non vereantur. Ubi enim imaginum usum Scripturis nequaquam tueri possunt, mox ad sua somnia conversi, eas Laicorum libros esse contendunt, & non ad cultum; sed ut literarum rudes doceant, retinendas esse credunt. Velim autem Dei verba diligentiùs inspicerent, quæ sic sonant: Non adorabis ea, neque coles ea. Viderent utique hisce verbis, omnem illum usum, quem ipsi imaginibus tribuunt, prorsus damnari. At imagines, inquiunt, coli debere, nusquam docemus, & harum cultores damnandos esse judicamus.

Audio

Audio equidem: Sed utinam hæc tam verè à vobis dicerentur, quàm fortiter imagines per vos coli negatis. Ego enim hunc primarium quondam cultum esse judico, quòd ijs homines doceri, & ad devotionem quandam animas pertrahi existimatis. Religionem etenim non ex manufactis simulachris; sed ex Scriptura & totius mundi creatione nos discere vult Dominus. His medijs & Judæorum Synagogam, & Gentium sapientes in DEI cognitionem pervenisse sacræ literæ testantur. Quòd si verò ex imaginum contemplatione pietas & religio addisci potest, dicite agedum, qnid Habacuc Prophetæ respondendum esse censeatis, sic dicenti: Quid proderit sculptile? quoniam sculpsit illud fictor ejus fusile, & doctor mendax: Quod fidit eo, fictor scil. figmento suo, ut faceret Idola muta. Vir, qui ligno dicit, Evigila: Et lapidi, effigiato: Excitâre: Ipsene doceret? En obductus est auro & argento, nec est flatus in eo. At Dominus in templo sanctitatis suæ, taceat à conspectu ejus universa terra. Audiant hæc Prophetæ verba, qui per imagines doceri cupiunt. Doctorem mendacem has vocat Dominus: Eo, quòd nec minimam divinæ Majestatis partem ex-

pri

primere poſſint, cum tamen illud impri mis polliceantur. Sed comparation quadam clarius videri poterit, num ima gines colant, qui per eas doceri volunt Quis Principem ſuum ſtudioſius colere,& revereri videbitur? Is ne, qui obviam venienti de via cedit, inflexo genu præ tereuntem ſalutat, caput aperit,& quæ cunque aliæ ſunt reverentiæ ſigna, ex hibet: Interim verò de ejusdem ſapientia & integritate minus honorificè ſentiens alios ſibi conſultores, patronos aut tu tores quærit: Vel,qui in externis quidem iſtis perparcus, eam tamen de Principe opinionem concepit, ut ſapienti rerum experientia inſtructum, juſtitia & inte gritate inſignem eſſe credat, ideóque il lo patrono, patre, tutore, Magiſtro & Legislatore utitur, illum conſulit, & ab hoc ſe optimè inſtrui poſſe arbitratur: Nonne hic Principis ſui verè fidelis & ſtu dioſus cultor, alter verò ille vel ſtultus judicabitur, vel adulator perfidus? Eru beſcant ergo homines imprudentiſſimi, qui imaginem externo geſtu venerari ne fas eſſe non ignorant, imò fatentur: In terim verò eidem dignitatem longè ma jorem tribuunt, dum videlicet hos reli gionis Magiſtros eſſe, & ad pietatem no

pro

provocare perhibent. Produnt certè hîc suam non stultitiam modò, sed impietatem, & frigidum in religione pectus, cùm illud non alio modo, quàm qui DEO tam invisus est, provocari posse existimant. Hæc ergo & plura alia edoctus Zwinglius imaginum usum DEO abominabilem esse vidit. Quis ergo illum propter, sublatas illas immeritò damnari non videat? Dicatur itaque fanaticus; dicatur, si sic illis lubet εἰκονόμαχος, dummodo illud nobis certò constet, imaginum demolitione multos & Prophetas, & Principes, & sanctos DEI Martyres magnam laudem meruisse. Qui verò his vel erigendis, vel defendendis gloriæ honorem apud pios consecutus sit, novi neminem. Laudatur Ezechias, quòd æneum serpentem, jussu Domini olim factum, sustulit & contrivit, cùm illo ad superstitionem abuteretur populus: Et nos Zwinglium damnabimus, quòd imagines, superstitionis officinam, & DEO invisum cultum abolere docuit? Novi tamen, quidnam illud sit, qui illum infamari posse existimant. Cùm enim εἰκονόμαχος ab illis dicitur, talem fuisse intelligunt, qui temerè, nullo adhibito in tantum facinus consilio, propria quoque audacia fretus, & propriis

propriis quodammodo manibus in Ecclesia Tigurina grassatus sit. Sed longè aliud dicerent isti homines, nisi tanta esset hoc nostro Seculo mentiendi libido & impunitas. *Zwinglium* enim non violentis manibus, non privata temeritate & audacia in ullam superstitionem citra consilium desæviisse, omnes pii certò norunt, & omnis Tigurinorum Ecclesia fatebitur. His armis superstitionem expugnandam esse duxit, quibus Dominus Deus tam Jeremiam, quàm alios Prophetas ea destruere, & extirpare jubet, quæ divino verbo contraria sunt. A tumultuaria verò & seditiosa (ut ita dicam) imaginum expugnatione tam abfuit, ut multorum animos hic nimis proclives amicis & pijs admonitionibus retraxerit. Videbat enim, non ab externis istis reformationem inchoandam esse; sed à doctrina potius, qua hominum animi si bene instituta sunt, omnia illa sponte concedunt & collabuntur. Possum hujus rei testimonium ex ipsius scriptis adducere. In declaratione enim de peccato originali., ad *Urban. Rhegium* scripta, in Epilogo sic ait: Nos ergo in hoc simus, ut pietatem Christianam anxiè & purè deprædicemus. Non simus ante tempus anxij, quomodo

Missa aboleatur, aut imagines exauthorentur, sed in hoc sudemus, ut pectora Mundo dedita creatori suo restituantur: Jam cecidit Missa, statuæ, sua, puto, sponte, aufugient. Frustra enim exterminabimus, tam hæc, quàm alia, nisi publica pietas releget. Quod ubi factum erit, jam ne quicquam tentabunt restituere omnes Mundi Principes. Hæc ut alios monuit, ita ipse quoque idem consilium summo studio secutus est. Pura enim & simplice veritatis doctrina suos, ita instituit, ut jam ipsi imaginum abominationem cernere, & ijsdem ruinam & exilium minitari inciperent. Sed & Magistratus veritatem edoctus consultare cœpit, quibus rationibus tanta & tam abominanda superstitio posset aboleri. Quid ergo hîc faceret Zwinglius? Num tam sanctis consiliis se se opponeret? Num sanctissimum Magistratum jam tum demum suo verè fungentem officio impediret? Non equidem arbitror. Quin potiùs quod ipsum maximè decebat, præstitit. Populum enim quotidianis concionibus ita tam in hoc, quàm alijs Christianæ religionis capitibus instituit, ut cum Magistratu omnes consentirent, & publica totius Ecclesiæ authoritate, non alicuius

hominis privati libidine, ab imaginum sterquilinio templa repurgarentur. Quod ipsum tam commoda occasione, tam opportunis medijs factum est, ut vix aliam Ecclesiam dare liceat, quæ feliciùs Reformationem admiserit. Nulli enim seditionum motus civitatis statum turbârunt, nulla arma contradicentes terruerunt, nullæ cædes reformationis auspicia deformàrunt. Hæc *Gualtherus*, pro abolitione imaginum. Sed non deferbuit æstus. Magni Lutheri authoritas adeo multorum præstrinxerat oculos, ut vel ideo, quia Luthero, in nota, contra Carolstadium, εἰκονομοχία, imaginum patrocinium suscipere placuit, ne aliæ hypotheses ejus vel vacillarent, vel in discrimen adducerentur, Magistrum discipuli defenderint. Unde & alij, quibus imaginum pompa non probabatur, amicæ συζητήσεως arripuerunt occasionem. *Ludovicus, VVitgensteinensis Comes*, a. Ch 1570. Ita hac de re ad Bullingerum. Jam quia video, nænijs nostris minimè te offendi, addam quæstiunculam ex libro tuo de erroris origine desumtam: Nimirum, ut idoneum habeas argumentum, quo me possis doctiorem reddere. In eo autem doces, Idolorum in Ecclesia non modò usum nullum

lum esse; sed ex legis præscripto, nequaquam etiam ferenda. DEUM enim, qui immensus, adeóque incomprehensibilis sit, certa figura repræsentare nefas esse, nec fieri omnino posse, cùm nequidem hominis pars præcipua imagine exprimi queat. Unde nec sanctis, multóque minus Christo, DEO & homini, Idolum seu statuam, ullámve imaginem erigere liceat. At quæ sit Lutheri, & aliorum hac de re sententia, non ignoras, qui legem de Idolis (quod tu copiosè refutas,) ad ceremonialem referunt. Cui affinem esse de adiaphoris concertationem illam existimo. Unde factum, ut in nonnullis Ecclesiis, ceremoniarum plusculum remanserit, & imagines non penitus deletæ, tametsi cultus omnis sit sublatus. Ideóque superiorum, ut opinor, authoritate permoti nonnulli, sic illis patrocinantur, ut, si absit Idololatrica superstitio, ferendas potius existiment, quàm Ecclesiam rixis aliove graviori motu, hanc ob causam concutere. Quia verò non unum est in hac causa doctorum judicium, dum quidam exactam legis divinæ observationem severius urgent, alii ob Ecclesiæ pacem nonnihil connivendum censent, rogo, ut tuam censuram addere, ac pau-

cis tantummodo velis perscribere, quid hic Magistratus deceat, quidve in ijs locis facere oporteat, ubi jam ante recepta est purior doctrina? Nam de illis, qui vel manifestam Idololatriam defendere, seu aliàs obstinatius Idolis patrocinari volunt, nihil ambigo. Ut enim cum præfractis nihil velim habere commune; sic ijs maximè inservire cupio, qui veræ sunt pietatis studiosi. xv. Cal. April. 1570. Gratiosæ huic compellationi Generosi Comitis eodem statim anno *Bullingerus*, ita d. 24. Augusti respondit: Dominus Jesus, unicus noster, & totius Mundi Servator, benedicat tibi, omnibúsque tuis, & servet vos ab omni malo, Illustris & Generose Comes, Domine colendissime. Literæ tuæ datæ 15. Aprilis hujus anni, non minus mihi gratæ & charæ fuerunt, quàm priores. Unde & pro his ad me datis, gratias quas possum maximas ago. Tua enim mihi sunt acceptissima omnia; sed & quæstio, quàm mihi proponis, non est mihi ingrata; maximè, quod pro tua modestia & humanitate scribis, nolle te prolixa commentatione me onerare, præcipuè in re prius bene explicata; sed tantùm, quantum ferat Epistolæ ratio, &c. Non quòd me non delectaret prolixius & sa-

familiarius commentari, cum Domino honorando, & amico sincerissimo; sed quòd hucusque tuis literis respondere distuli, nunc verò cùm Froschoverus noster se itineri accingit propè, destillationis capitis incommodum mihi in dentes subsidat, gravésque inde & capitis, & dentium dolores me exerceant, adeóque & brevem me esse cogant, & ineptiorem quoque, quàm apud te, virum tantum, deceat. Dicis autem, me non ignorare, quid D. Lutherus b. m. de simulachris in templis Christianorum retinendis sentiat. Sed & diversa esse de his eruditorum & Ministrorum in Ecclesia judicia. Esse enim, qui simpliciter ex templis imagines ejiciendas asseverent. Alios rursus contendere, ferendas esse, si absit Idololatrica superstitio, adeóque ob pacem Ecclesiarum tolerandas esse. In hac controversia cupis tu edoceri, quid Magistratum in hac causa deceat, & quid in ijs locis, in quibus Evangelium receptum est, facere oporteat? At principio Lutheri, utcumque viri magni, judicium nihil moror, quòd verbum DEI, veterisque Ecclesiæ, purioris inquam, sententia ipsius doctrinam refutet. Quæ sit verbi DEI sententia, nôsti. Copiosissimè enim

& explicatissimè exposita est in Scripturis. Constat item veterem Ecclesiam, nullas in templis habuisse imagines, usque post tempora Hieronymi. Dicebat Epiphanius, Episcopos curare debere ne imago vel Christi vel sanctorum ponatur in templo: & cum posita fuisset, ipse discerpsit. Lactantius apud Constantinum Magnum non veritus est affirmare, ibi nullam esse religionem, ubicunque sit simulachrum. Cum his quando pugnat doctrina Lutheri, tantum ejus doctrinæ tribuo, quantum vitulo Aharonis. Scis autem, quantus in Ecclesia fuerit Aharon, frater Mosis & Pontifex Maximus, summus DEI amicus. Erravit tamen turpiter, qui, ut populum placaret, & in pace conservaret, vitulum erexit, & quæ vitulo impensa sunt, ad ipsum verum Deum retulit. Cæteri, qui imagines in templis conservandas contendunt, duobus his nituntur fulcris. Principio, conditionali sententiæ, si absit Idololatrica superstitio. Deinde, satius esse pacem in Ecclesia incolumem conservare, quam, ob rem, alioquin leviculam illam conturbare. Scripturæ autem in Prophetis & in Lege Domini apertissimè dicunt, Idololatriæ scelus

lus ſemper eſſe conjunctum cum Idolis in templo remanentibus. Ideo enim amovere juſſit, quòd homini mentem ſolicitent, atque ſeducant. Conſentit Auguſtinus cum Lege Dei, enarrat. in Pſal. 113. Sed & experientia optima rerum Magiſtra docet nos, quid iſta conditionalis ſententia effecerit in Eccleſia. Condona mihi, Illuſtris Domine Comes, ſi hic clarius aliquid dixero. Qualis hæc, oro, eſt conditionalis: Licèt ingredi lupanar, ſi rem non habueris cum ſcortis. Neque tamen hoc ſimile, licèt impudicum, alienum eſt à Scripturis, quæ Idola & cultores Idolorum appellant ſcortationem & adulteras. Cur verò ingrediatur ille lupanar, ſi non vult vivere juxta leges lupanaris? Aut quare diſputat de introitu in lupanar, licitus hic an illicitus ſit, qui ſcit ex verbo DEI, ſcortationem ne nominandam quidem, & lupanaria omnia eſſe diruenda & evertenda. Ita cum DEUS juſſerit evertere Idola, quid diſputatur, an ſint in templis, ubi non offendunt, conſervanda. Certè ſemper offendunt, & cùm ſimulachra feruntur in templis, infirmioribus objicietur ſcandalum, & offendunt, impij in ſua impietate confirmantur, dicentes, niſi ſcirent,

petimus principium, cùm ante in libris nostris demonstraverimus, Lege DEI, omnis generis, etiam Christianorum, imagines prohiberi.

Nunc verò rogas, quid Magistratus in hac controversia, & in illis Ecclesiis faciat, ubi receptum est Evangelium? Respondeo simpliciter: Hoc faciat, quod sui est officij. Minister DEI est Magistratus, faciat ergo, quod Deus mandat. Mandavit autem tollere imagines, tollat ergo: Nam hoc est ejus officium. Jeroboam est constitutus Rex à DEO, & disertè ipsi à Propheta dictum, ut secundum Legem Dei gubernet populum: Habuit infelix ante se Salomonis exemplum, qui in gratiam uxorum, permiserat sacella extrui & Idola. Quamobrem intellexit abjectum Salomonem, nihilominus ad exemplum Aaronis & veteris Ecclesiæ erexit vitulos in Dan & Bethel. Quo nomine & ipse cum universa domo sua excinditur funditus à Domino: Et plusquam vigesies in sacra repetitur Historia, Jeroboamum posuisse Israëlitis offendiculum, & seduxisse Israëlem. Pessimè ergo facit, qui de novo imagines instituit. Pessimè & ille facit, qui ab alijs propositas, ut fecerunt Reges, Jeroboamum sequentes,

 tes,

tes, tolerat. Magistratus est hæc tollere. Atque hic plus debent valere sanctorum Principum seu Magistratuum exempla, quàm putidulæ disputationes timidorum & contentiosorum quorundam hominum. Jacob, Israël, qui Magistratus erat in domo sua, collegit familiæ suæ Idola, nec disputavit, servanda quidem esse ut admonitiones, non colenda ut Idola; sed abstulit ab eis, & defodit. Et hoc quidem fecit ante legem promulgatam. Sub Lege quid fecerint sancti Judices Israëlis, non ignoras. Quid Samuel Propheta & judex? Si in toto corde vestro revertimini, inquit, revertimini ad Dominum, auferte Deos alienos è medio vestri, Baalim & Astaroth, & præparate corda vestra Domino, & servite ei soli. Nec est ut multis referam, quid Reges Juda in hac causa fecerint, Asa, Josaphat, Joas, Ezechias & sanctissimus ille Josias. Et in Novo Testamento ajt Dominus, se non venisse ad solvendum Legem & Prophetas; sed ad implendum, quòd ne jota quidem ex illis cadere possit. Unde & Apostoli constantissimè docuerunt, fugienda esse Idola. Constantinus ille Magnus, quem veterum nonnulli cum Apostolis conferre audent, clau

sit

ſit Gentilium templa, & Idola proſcripſit non tamen illa disjecit, & abolevit. Commodè ergo potuit poſtea Julianus Imperator & Apoſtata reparare omnem Idololatriam, aperire templa iterum, & ſacrificia illa nepharia inſtaurare. Proinde ne hoc ipſum poſteris quoque temporibus fieret, Theodoſius & alij Imperatores ſanctis non tantùm clauſerunt templa, ſed diruerunt, vel in ſanctum Chriſtianorum uſum converterunt: Idola quoque non tantum vetuerunt coli; ſed confregerunt & aboleverunt, ne amplius eorum extaret memoria. Laudantur autem hi Principes a Sanctiſſimis quibusque fidelibus, quòd imaginum uſum in rebus ſacris prorſus aboleverunt. Ne ergo pudeat facere pium Principem, quod vidit ante ſe feciſſe optimos & ſanctiſſimos quosque Principes. Neque curet, ſi reprehendatur ab illis, qui frigidis ratiunculis in errore detineantur; nec ſecurè & liberè ambulant ad lucernam verbi Dei. *Expoſui, quid mihi videatur reſponderi poſſe religiosè ad quaſtionem à te mihi propoſitam. Oro pietatem tuam, ut hac mea boni conſulat, & ſi videar mea ex verbo DEI, ad quod omnia noſtra inſtituenda ſunt, demonſtrâſſe. DEUM & veritatem alacri mente ſequaris, &c.* Tiguri d.

24.

24. Augusti 1570. Quid gravi hac Epistola *Bullingerus* obtinuerit, id verò ex Generosissimi Comitis responso obvium erit. *Quod ad quæstionem* (ita Ludovicus, Comes Witgensteinensis Calend. April. 1571. ad Bullingerum:) *illam de simulachris attinet, proximo scripto plenius per te explicatam, evidentibus rationibus evincor, ut sententiæ tuæ haud invitus acquiescam, á qua jam ante non alienus eram.* Liceat verò pace tua, præstantissime Bullingere, eadem mihi Epistolæ uti libertate, quam Attico suo permisit Cicero: Scilicet, ut quæ inbuccam veniunt, referam. Memini, in primis illis Belgiæ motibus, præcipuam apud adversarios hoc unum eis generâsse invidiam, nec nullam amicis sinistram seditionis suspicionem movisse, quòd vulgus, non expectata Magistratus authoritate, tumultuariè in templa irruere, eáque passim vastare ausus sit. Quod factum etsi non omnibus tunc probari audiebam, nonnulli tamen pro concione etiam plebem irritare dicebantur, asserentes, fas non esse, in ijs templis Evangelium prædicare, ubi Idololatricæ aliqua impietatis monumenta superessent. *Quæ res (etsi ab eventu judicandum non sit,) parum tamen habuit latum exitum. Ac similem fortè tragœdiam*

diam metuit (*uti vir doctissimus* Joachimus Camerarius, *ipse mihi commemoravit*) *quando adversus imaginum deturbatores sic pugnat, ut importunitatem in quorundam reprimere potiùs, quàm Idolis patrocinari velle videatur.* A quibus cùm omnino cultum ac superstitionem omnem abesse velit, ab Aharaonis vitulo nonnihil differre fortè videri posset. Atqui illud etiam à quibusdam quæritur, ab omni Idololatrico cultu ac superstitione alioquin alienis, utrum ille sit divinæ Legis rigor, ut nec picta tabella, Historiam fortè referens, vel ad ornatum imago ulla citra ipsius violationem in templis Christianorum ferri queat? Tum, si Magistratus cesset, an cuilibet liceat manus injicere. Cæterùm, ne instituti oblitus videar, ulterius progredi non libet, ne novo ac non necessario labore onerem, à quo immuneis potiùs esse velim. Denique ne præfractè quicquam horum moveri; sed pro solita benevolentia omnia accipias amicè, meque amare pergas, vehementer oro. Dominus noster, Christus Jesus cum omnibus fidelibus Ecclesiæ suæ Ministris diu te servet incolumem. Ad hanc etiam Epistolam *Bullingerus* d. 28. Augusti 1571. hunc in modum respondit: Dominus Jesus

ſus, unicus noſter & totius Mundi Servator, benedicat tibi, omnibúsque tuis, & ſervet Vos ab omni malo: Illuſtris Vir, generoſe Comes & Domine mihi ſumma obſervantia colende, Scias, me gaudere plurimum, quòd ex literis tuis intellexi, diſputata illa mea qualiacunque de uſu imaginum in Templis Chriſtianorum, adumbrata veriùs quàm ſcripta & brevia quidem illa, tibi non diſplicuiſſe. Meritò enim Viri tanti aſſenſum magnifacio. Interim videris, pro tua illa humanitate inſigni, D. Lutherum, quem reprehenderam, nonnihil excuſari velle, ut qui ſcriptis illis ſuis importunitatem quorundam exprimere potius, quàm Idolis patrocinari voluerit. Ego verò tecum, Domine mi, neminem reprehendendum exiſtimo, qui importunitatem cohercuerit, eorum maximè hominum, qui imprudenti vel inconſiderato zelo feruntur potius, quàm ducuntur ad res patrandas, plus deſtructionis, quàm ædificationis ſecum trahentes. *Cæterùm, quantum ego ex ſcriptis Lutheri intelligere potui, maximè ex iis, quæ contra cæleſtes edidit Prophetas, imaginum uſum in templis ſimpliciter, pace tua dixerim, defendit, atque adeò etiam propugnat, ut nolit vel loco moveri, aut ex templis Chriſtianorum.*

rum submoveri, quasi aliquis eorum bonus usus sit in templis: Id quod in ipso, quomodo defendi possit aut probari, minime video. *Illud imprimis, quod in omnibus suis Catechismis & libellis, in quibus decem Domini præcepta recenset, semper studiosè, nescio an sine sacrilegio, secundum mandatum, contra Idola, præterit, & ex decimo, quod unicum est, duo fecit.* Tametsi verò alicubi monuerit, se loqui & sentire de imaginibus ab Idololatrico cultu & superstitione alioqui alienis, certissimum tamen illud est, sed & multis dudum demonstrationibus ostensum, non posse illas prostare palam in templis, absque vulgi periculo, & superstitionis malo. Et quorsum, oro', disputatur de usu bono imaginum in templis Christianorum, absque cultu & superstitione conservando, cùm ipse Dominus palàm testetur, usum harum rerum non posse esse bonum? Prohibet enim illas, qui bonum non prohibet. Novit is quoque rectiùs corda, affectiones, atque propensiones hominum, quàm nos ipsi. Docet ipsa quoque experientia, quòd non absque cultu & superstitione hactenus in templis fuerint toleratæ & conservatæ. Quid, quòd sancta, pia & religiosa vetustas imagines in

in templis non habuit, ut quæ novit, eas absque superstitione proponi non posse: Qua de re in prioribus meis ad te literis, quædam delibavi. Quòd verò hinc nova deducitur quæstio; utrum ille sit divinæ Legis rigor, ut nec picta tabella, Historiam fortè referens, vel ad ornatum imago ulla, citra Legis violationem in templis Chtistianorum fieri possit? Dudum responsum est à nostris; aliquem sanè usum, fructum & non inutilem esse picturæ: *Neque nos cum Turcis facere, qui ne in monetis quidem suis, neque in Tapetys vel aulais ullas ferunt imagines.* In illis enim cudunt literas suas, in his nodos mirificos intertexunt. Bonus imaginum usus esse potest ad rerum memoriam conservandam, & ad ornanda ædificia publica, vel etiam privata. Cæterùm, quo ad templa, quæ cumprimis ad cultum sunt instituta divinitus, occurrit illud Poëtæ: In templo quid facit aurum? Eodem enim modo quis dixerit, in templo quid faciunt hujusmodi picturæ & ornamenta? Cùm longè alia ornamenta requirat à suis Dominus DEUS. Scimus, ab initio non ad cultum, neque superstitiosè adeò picturas imaginésque in templa Christianorum irrepsisse, sed quousque, cum tem-

pore apud vulgus, imò & apud ſapientiores, progreſſæ ſint, ipſa loquitur res, & nimis quidem ſignificanter. Quid itaque pergimus poſt tot, tantáque experimenta tentare Dominum DEUM? Quin imò, ne cultus aliquis impendatur picturis ac imaginibus, cavendum eſt viris pijs in Eccleſia, ne collocentur in templa, aut poſita retineantur, ne ex ornatu mox fiat turpis, elegantis formoſæque rei, deformatio. Apoſtolus, loquens ad Corinthios, de rebus magnis tolerandis miniméque conferendis cum ſimulachris nihilominus dicit: Omnia mihi licent, ſed non omnia conducunt. Quantò magis hoc in negotio ſimulachrorum, & mundana exornatione cogitandum erit pijs?

Porrò quæſtio illa quoque dudum eſt explicata, *cujus nam ſit tollere ex templis hujusmodi ſimulachra?* Utique non privatorum hominum per tumultum, aut alioquin per rationes privatas. Etenim templa loca ſunt publica, non hominum privatorum poſſeſſiones. Itaque, ut non eſt cujuslibet privati dejicere ædificia publica; ſic nemo authoritate privata debet dejicere ſimulachra. Obſervavit ingenioſè S. Auguſtinus, quòd in Lege ſua dixit Dominus: Cùm poſſederitis terram

Canaan evertite aras eorum, atque Idola. Monuit Augustinus, prius esse possidendam terram, quam eruendam Idololatriam. Neque sane legimus, populum Domini ullis gentibus vicinis, extra fines suos constitutis, ullam intulisse vim dejiciendorum Idolorum gratia, neque diversum docuisse Apostolos. Tollant itaque Magistratus. At si Principes non sustulerint, quid tum faciet quisque fidelis? Abstineat à vi, nec excitet tumultum, neque usurpet sibi Magistratus officium. Abstineat autem imprimis à cultu imaginum & fugiat Idola quàm studiosissimè, juxta Scripturæ sacræ mandata.

Inde rursus alia contexitur quæstio. *Si verò alibi in templis extent Idola, in quibus bona Magistratus gratiâ possint fideles sacros suos celebrare cœtus, an in hujusmodi templis liceat Ministris Evangelium annunciare, & populo convenire, auscultare, orare, denique coram Idolis & Sacramentis communicare?* In Helvetiorum provincijs comunibus talia sunt templa plurima, in quibus & Missæ celebrantur, & prostant Idola, in quibus tamen nihilo minus fidelis congregatur Ecclesia, & sacra sua facit, quæ ab omni interim Idololatria est alienissima, Mis-

Missasque simul & Idola execratur. Scimus enim, ipsum D. Jesum in templo Hierosolymitano cum suis Apostolis prædicasse & orasse, in quo tamen erant plurima certè reprehendenda & illegitima: Sic etiam olim & Prophetæ fecerunt, sub Idololatris regibus, & in polluto Idolis. Certè, Dominus ipse templum hoc nuncupavit palàm, Domum mercatus, & speluncam latronum. Sic autem judicamus, cùm aliter fieri non potest, nisi & cætibus sacris, & Ministerio verbi, Sacramentisque malimus carere. At data occasione commoda & legitima, quæ & precibus à DEO assiduis petenda, & modis omnibus, non inquis, prudenter est quærenda, sentimus, templa prorsus esse expurganda à sordibus, & relinquendum omnino nihil, unde postea exoriatur rursus superstitio: Sic enim Theodosium Imperatorem fecisse una cum alijs sanctis regibus videmus, qui magno Ecclesiæ detrimento senserant, reliquias remansisse in Ecclesia, fomentum in posteris temporibus Idololatriæ.

De facto, aut conatibus Belgarum, vel Antverpiensium, quod ipsis, quo ad eventum cessit pessimè, pronunciare nolim temerè, quod nesciam, quo Spiritu excitati fecerint, quod

fecisse dicuntur, aut quanam facti ipsorum fuerint circumstantiæ, quòd denique videam Deum olim rusticum privatum, Gedeonem armâsse in Baalem. Clauserat quidem Constantinus Imperator templa Idolorum, intus interim salvis aris. Eadem rursus aperuit Julianus Imperator, Apostata, & restauravit profana. Doluit hoc quàm vehementissimè Christianis, ex quibus nonnulli noctu ingressi templum, Idola deturbârunt ac contriverunt. Quo nomine cum alij innoxij in suspicionem venissent, & torquerentur in vinculis, à Præside Imperat. prodiere Iconoclastæ, ac confessi factum suum, subjecerunt se tormentis. Unde & in Ecclesia recensiti sunt inter sanctos Martyres, apud *Sozom.* Hist. lib. 5. cap, 11. licèt privatim, nulla authoritate fecissent, quod Julianus suo officio facere debuisset. *Hæc* magni illi viri, de usu & abusu imaginum. Ipsam, suo tempore, controversiam non intactam relinquemus: Monstrandum hac vice erat, cur maluerint nostræ Ecclesiæ, invidiam subire hominum, quàm in offensam incurrere DEI zelotæ, qui adeò seriò omnem in rebus sacris imaginum usum interdixit: nec sine causis prægnantibus nostras, hoc etiam nomine, puriores censeri Ecclesias.

XV. Patet hinc, illos etiam, qui duas cæteroquin Ecclesiarum reformatarum agnoſcunt matres; diverſitatem in ijs agnoſcere χαρισμάτων, & perfectionis (a) gradus; reſtat tandem, ut veluti ſingulare Dei noſtris Eccleſijs collatum ex grato animo revereamur beneficium, quòd eædem, inter tot adverſitatis caſus, turbas, interimiſticas formulas, apoſtaſias, perſecutiones, ſanctum Evangelij παρακαταθήκην, ita religiosè cuſtodierint, ut nullas Eclipſes, ſciſſiones, aut Schiſmata fuerint paſſæ, piæ ſemper ſimplicitatis & concordiæ ſtudioſæ. Quòd verò de Prædeſtinatione, eique annexis nonnulli movent articulis, quaſi Anteceſſorum veſtigia Succeſſores deſeruiſſent, id verò occaſionem nobis præbet, & innocentiam noſtram vindicandi, & Majorum etiam prudentiam paulò fuſiùs declarandi.

a. Illuſtre, hac de re, teſtimonium extat *Danielis Toſſani*, Theologi Heidelbergenſis, ad Ottonem Grunrad, Sereniſſimi tum Principis FRIDERICI Palatinatus Electorij hæredis Ephorum: *Ego, ut ſcis,*

tes, tolerat. Magiſtratus eſt hæc tollere. Atque hic plus debent valere ſanctorum Principum ſeu Magiſtratuum exempla, quàm putidulæ diſputationes timidorum & contentioſorum quorundam hominum. Jacob, Iſraël, qui Magiſtratus erat in domo ſua, collegit familiæ ſuæ Idola, nec diſputavit, ſervanda quidem eſſe ut admonitiones, non colenda ut Idola; ſed abſtulit ab eis, & defodit. Et hoc quidem fecit ante legem promulgatam. Sub Lege quid fecerint ſancti Judices Iſraëlis, non ignoras. Quid Samuel Propheta & judex? Si in toto corde veſtro revertimini, inquit, revertimini ad Dominum, auferte Deos alienos è medio veſtri, Baalim & Aſtaroth, & præparate corda veſtra Domino, & ſervite ei ſoli. Nec eſt ut multis referam, quid Reges Juda in hac cauſa fecerint, Aſa, Joſaphat, Joas, Ezechias & ſanctiſſimus ille Joſias. Et in Novo Teſtamento ajt Dominus, ſe non veniſſe ad ſolvendum Legem & Prophetas; ſed ad implendum, quòd ne jota quidem ex illis cadere poſſit. Unde & Apoſtoli conſtantiſſimè docuerunt, fugienda eſſe Idola. Conſtantinus ille Magnus, quem veterum nonnulli cum Apoſtolis conferre audent, clau-

ſit

sit Gentilium templa, & Idola proscripsit non tamen illa disjecit, & abolevit. Commodè ergo potuit postea Julianus Imperator & Apostata reparare omnem Idololatriam, aperire templa iterum, & sacrificia illa nepharia instaurare. Proinde ne hoc ipsum posteris quoque temporibus fieret, Theodosius & alij Imperatores sanctis non tantùm clauserunt templa, sed diruerunt, vel in sanctum Christianorum usum converterunt: Idola quoque non tantum vetuerunt coli; sed confregerunt & aboleverunt, ne amplius eorum extaret memoria. Laudantur autem hi Principes a Sanctissimis quibusque fidelibus, quòd imaginum usum in rebus sacris prorsus aboleverunt. Ne ergo pudeat facere pium Principem, quod vidit ante se fecisse optimos & sanctissimos quosque Principes. Neque curet, si reprehendatur ab illis, qui frigidis ratiunculis in errore detineantur; nec securè & liberè ambulant ad lucernam verbi Dei. *Exposui, quid mihi videatur. responderi posse religiosè ad quastionem à te mihi propositam. Oro pietatem tuam, ut hac mea boni consulat, & si videar mea ex verbo DEI, ad quod omnia nostra instituenda sunt, demonstrâsse. DEUM & veritatem alacri mente sequaris, &c.* Tiguri d. 24.

24. Augusti 1570. Quid gravi hac Epistola *Bullingerus* obtinuerit, id verò ex Generosissimi Comitis responso obvium erit. *Quod ad quæstionem* (ita Ludovicus, Comes Witgensteinensis Calend. April. 1571. ad Bullingerum:) *illam de simulachris attinet, proximo scripto plenius per te explicatam, evidentibus rationibus evincor, ut sententiæ tuæ haud invitus acquiescam, á qua jam ante non alienus eram.* Liceat verò pace tua, præstantissime Bullingere, eadem mihi Epistolæ uti libertate, quam Attico suo permisit Cicero: Scilicet, ut quæ inbuccam veniunt, referam. Memini, in primis illis Belgiæ motibus, præcipuam apud adversarios hoc unum eis generâsse invidiam, nec nullam amicis sinistram seditionis suspicionem movisse, quòd vulgus, non expectata Magistratus authoritate, tumultuariè in templa irruere, eáque passim vastare ausus sit. Quod factum etsi non omnibus tunc probari audiebam, nonnulli tamen pro concione etiam plebem irritare dicebantur, asserentes, fas non esse, in ijs templis Evangelium prædicare, ubi Idololatricæ aliqua impietatis monumenta superessent. *Quæ res (etsi ab eventu judicandum non sit,) parum tamen habuit lætum exitum. Ac similem fortè tragædiam*

diam metuit (*uti vir doctissimus* Joachimus Camerarius, *ipse mihi commemoravit*) *quando adversus imaginum deturbatores sic pugnat, ut importunitatem in quorundam reprimere potius, quàm Idolis patrocinari velle videatur.* A quibus cùm omnino cultum ac superstitionem omnem abesse velit, ab Aharaonis vitulo nonnihil differre fortè videri posset. Atqui illud etiam à quibusdam quæritur, ab omni Idololatrico cultu ac superstitione alioquin alienis, utrum ille sit divinæ Legis rigor, ut nec picta tabella, Historiam fortè referens, vel ad ornatum imago ulla citra ipsius violationem in templis Christianorum ferri queat? Tum, si Magistratus cesset, an cuilibet liceat manus injicere. Cæterùm, ne instituti oblitus videar, ulterius progredi non libet, ne novo ac non necessario labore onerem, à quo immuneis potiùs esse velim. Denique ne præfractè quicquam horum moveri; sed pro solita benevolentia omnia accipias amicè, meque amare pergas, vehementer oro. Dominus noster, Christus Jesus cum omnibus fidelibus Ecclesiæ suæ Ministris diu te servet incolumem. Ad hanc etiam Epistolam *Bullingerus* d. 28. Augusti 1571. hunc in modum respondit: Dominus Jesus

ſus, unicus noſter & totius Mundi Servator, benedicat tibi, omnibúsque tuis, & ſervet Vos ab omni malo: Illuſtris Vir, generoſe Comes & Domine mihi ſumma obſervantia colende, Scias, me gaudere plurimum, quòd ex literis tuis intellexi, diſputata illa mea qualiacunque de uſu imaginum in Templis Chriſtianorum, adumbrata veriùs quàm ſcripta & brevia quidem illa, tibi non diſplicuiſſe. Meritò enim Viri tanti aſſenſum magnifacio. Interim videris, pro tua illa humanitate inſigni, D. Lutherum, quem reprehenderam, nonnihil excuſari velle, ut qui ſcriptis illis ſuis importunitatem quorundam exprimere potius, quàm Idolis patrocinari voluerit. Ego verò tecum, Domine mi, neminem reprehendendum exiſtimo, qui importunitatem cohercuerit, eorum maximè hominum, qui imprudenti vel inconſiderato zelo feruntur potius, quàm ducuntur ad res patrandas, plus deſtructionis, quàm ædificationis ſecum trahentes. *Cæterùm, quantum ego ex ſcriptis Lutheri intelligere potui, maximè ex iis, quæ contra cœleſtes edidit Prophetas, imaginum uſum in templis ſimpliciter, pace tua dixerim, defendit, atque adeò etiam propugnat, ut nolit vel loco moveri, aut ex templis Chriſtianorum.*

rum submoveri, quasi aliquis eorum bonus usus sit in templis: Id quod in ipso, quomodo defendi possit aut probari, minime video. *Illud imprimis, quod in omnibus suis Catechismis & libellis, in quibus decem Domini precepta recenset, semper studiosè, nescio an sine sacrilegio, secundum mandatum, contra Idola, praterit, & ex decimo, quod unicum est, duo fecit.* Tametsi verò alicubi monuerit, se loqui & sentire de imaginibus ab Idololatrico cultu & superstitione alioqui alienis, certissimum tamen illud est, sed & multis dudum demonstrationibus ostensum, non posse illas prostare palam in templis, absque vulgi periculo, & superstitionis malo. Et quorsum, oro', disputatur de usu bono imaginum in templis Christianorum, absque cultu & superstitione conservando, cùm ipse Dominus palàm testetur, usum harum rerum non posse esse bonum? Prohibet enim illas, qui bonum non prohibet. Novit is quoque rectiùs corda, affectiones, atque propensiones hominum, quàm nos ipsi. Docet ipsa quoque experientia, quòd non absque cultu & superstitione hactenus in templis fuerint toleratæ & conservatæ. Quid, quòd sancta, pia & religiosa vetustas imagines in

in templis non habuit, ut quæ novit, ea absque superstitione proponi non posse: Qua de re in prioribus meis ad te literis, quædam delibavi. Quòd verò hinc nova deducitur quæstio; utrum ille sit divinæ Legis rigor, ut nec picta tabella, Historiam fortè referens, vel ad ornatum imago ulla, citra Legis violationem in templis Chtistianorum fieri possit? Dudum responsum est à nostris; aliquem sanè usum, fructum & non inutilem esse picturæ: *Neque nos cum Turcis facere, qui ne in monetis quidem suis, neque in Tapetiis vel aulais ullas ferunt imagines.* In illis enim cudunt literas suas, in his nodos mirificos intertexunt. Bonus imaginum usus esse potest ad rerum memoriam conservandam, & ad ornanda ædificia publica, vel etiam privata. Cæterùm, quo ad templa, quæ cumprimis ad cultum sunt instituta divinitus, occurrit illud Poëtæ: In templo quid facit aurum? Eodem enim modo quis dixerit, in templo quid faciunt hujusmodi picturæ & ornamenta? Cùm longè alia ornamenta requirat à suis Dominus DEUS. Scimus, ab initio non ad cultum, neque superstitiosè adeò picturas imaginésque in templa Christianorum irrepsisse, sed quousque, cum tempore

pore apud vulgus, imò & apud ſapientiores, progreſſæ ſint, ipſa loquitur res, & nimis quidem ſignificanter. Quid itaque pergimus poſt tot, tantáque experimenta tentare Dominum DEUM? Quin imò, ne cultus aliquis impendatur picturis ac imaginibus, cavendum eſt viris pijs in Eccleſia, ne collocentur in templa, aut poſita retineantur, ne ex ornatu mox fiat turpis, elegantis formoſæque rei, deformatio. Apoſtolus, loquens ad Corinthios, de rebus magnis tolerandis miniméque conferendis cum ſimulachris nihilominus dicit: Omnia mihi licent, ſed non omnia conducunt. Quantò magis hoc in negotio ſimulachrorum, & mundana exornatione cogitandum erit pijs?

Porrò quæſtio illa quoque dudum eſt explicata, *cujus nam ſit tollere ex templis hujusmodi ſimulachra?* Utique non privatorum hominum per tumultum, aut alioquin per rationes privatas. Etenim templa loca ſunt publicà, non hominum privatorum poſſeſſiones. Itaque, ut non eſt cujuslibet privati dejicere ædificia publica; ſic nemo authoritate privata debet dejicere ſimulachra. Obſervavit ingenioſè S. Auguſtinus, quòd in Lege ſua dixit Dominus: Cùm poſſederitis terram

Canaan evertite aras eorum, atque Idola. Monuit Augustinus, prius esse possidendam terram, quam eruendam Idololatriam. Neque sane legimus, populum Domini ullis gentibus vicinis, extra fines suos constitutis, ullam intulisse vim dejiciendorum Idolorum gratia, neque diversum docuisse Apostolos. Tollant itaque Magistratus. At si Principes non sustulerint, quid tum faciet quisque fidelis? Abstineat à vi, nec excitet tumultum, neque usurpet sibi Magistratus officium. Abstineat autem imprimis à cultu imaginum & fugiat Idola quàm studiosissimè, juxta Scripturæ sacræ mandata.

Inde rursus alia contexitur quæstio. *Si verò alibi in templis extent Idola, in quibus bona Magistratus gratiâ possint fideles sacros suos celebrare cœtus, an in hujusmodi templis liceat Ministris Evangelium annunciare, & populo convenire, auscultare, orare, denique coram Idolis & Sacramentis communicare?* In Helvetiorum provincijs comunibus talia sunt templa plurima, in quibus & Missæ celebrantur,& prostant Idola, in quibus tamen nihilo minus fidelis congregatur Ecclesia, & sacra sua facit, quæ ab omni interim Idololatria est alienissima, Mis-

Missasque simul & Idola execratur. Scimus enim, ipsum D. Jesum in templo Hierosolymitano cum suis Apostolis prædicasse & orâsse, in quo tamen erant plurima certè reprehendenda & illegitima: Sic etiam olim & Prophetæ fecerunt, sub Idololatris regibus, & in polluto Idolis. Certè, Dominus ipse templum hoc nuncupavit palàm, Domum mercatus, & speluncam latronum. Sic autem judicamus, cùm aliter fieri non potest, nisi & cætibus sacris, & Ministerio verbi, Sacramentisque malimus carere. At data occasione commoda & legitima, quæ & precibus à DEO assiduis petenda, & modis omnibus, non inquis, prudenter est quærenda, sentimus, templa prorsus esse expurganda à sordibus, & relinquendum omnino nihil, unde postea exoriatur rursus superstitio: Sic enim Theodosium Imperatorem fecisse una cum alijs sanctis regibus videmus, qui magno Ecclesiæ detrimento senserant, reliquias remansisse in Ecclesia, fomentum in posteris temporibus Idololatriæ.

De facto, aut conatibus Belgarum, vel Antverpiensium, quod ipsis, quo ad eventum cessit pessimè, pronunciare nolim temerè, quod nesciam, quo Spiritu excitati fecerint, quod

 fecisse

fecisse dicuntur, aut quanam facti ipsorum fuerint circumstantiæ, quòd denique videam Deum olim rusticum privatum, Gedeonem armâsse in Baalem. Clauserat quidem Constantinus Imperator templa Idolorum, intus interim salvis aris. Eadem rursus aperuit Julianus Imperator, Apostata, & restauravit profana. Doluit hoc quàm vehementissimè Christianis, ex quibus nonnulli noctu ingressi templum, Idola deturbârunt ac contriverunt. Quo nomine cum alij innoxij in suspicionem venissent, & torquerentur in vinculis, à Præside Imperat. prodiere Iconoclastæ, ac confessi factum suum, subjecerunt se tormentis. Unde & in Ecclesia recensiti sunt inter sanctos Martyres, apud *Sozom.* Hist. lib. 5. cap, 11. licèt privatim, nulla authoritate fecissent, quod Julianus suo officio facere debuisset. *Hæc* magni illi viri, de usu & abusu imaginum. Ipsam, suo tempore, controversiam non intactam relinquemus: Monstrandum hac vice erat, cur maluerint nostræ Ecclesiæ, invidiam subire hominum, quàm in offensam incurrere DEI zelotæ, qui adeò seriò omnem in rebus sacris imaginum usum interdixit: nec sine causis prægnantibus nostras, hoc etiam nomine, puriores censeri Ecclesias.

XV. Patet hinc, illos etiam, qui duas cæteroquin Ecclesiarum reformatarum agnoscunt matres; diversitatem in ijs agnoscere χαρισμάτων, & perfectionis (a) gradus; restat tandem, ut veluti singulare Dei nostris Ecclesijs collatum ex grato animo revereamur beneficium, quòd eædem, inter tot adversitatis casus, turbas, interimisticas formulas, apostasias, persecutiones, sanctum Evangelij παρακαταθήκην, ita religiosè custodierint, ut nullas Eclipses, scissiones, aut Schismata fuerint passæ, piæ semper simplicitatis & concordiæ studiosæ. Quòd verò de Prædestinatione, eique annexis nonnulli movent articulis, quasi Antecessorum vestigia Successores deseruissent, id verò occasionem nobis præbet, & innocentiam nostram vindicandi, & Majorum etiam prudentiam paulò fusiùs declarandi.

a. Illustre, hac de re, testimonium extat *Danielis Tossani*, Theologi Heidelbergensis, ad Ottonem Grunrad, Serenissimi tum Principis FRIDERICI Palatinatus Electorij hæredis Ephorum: *Ego, ut scis,*

ctes, tolerat. Magistratus est hæc tollere. Atque hic plus debent valere sanctorum Principum seu Magistratuum exempla, quàm putidulæ disputationes timidorum & contentiosorum quorundam hominum. Jacob, Israël, qui Magistratus erat in domo sua, collegit familiæ suæ Idola, nec disputavit, servanda quidem esse ut admonitiones, non colenda ut Idola; sed abstulit ab eis, & defodit. Et hoc quidem fecit ante legem promulgatam. Sub Lege quid fecerint sancti Judices Israëlis, non ignoras. Quid Samuel Propheta & judex? Si in toto corde vestro revertimini, inquit, revertimini ad Dominum, auferte Deos alienos è medio vestri, Baalim & Astaroth, & præparate corda vestra Domino, & servite ei soli. Nec est ut multis referam, quid Reges Juda in hac causa fecerint, Asa, Josaphat, Joas, Ezechias & sanctissimus ille Josias. Et in Novo Testamento ajt Dominus, se non venisse ad solvendum Legem & Prophetas; sed ad implendum, quòd ne jota quidem ex illis cadere possit. Unde & Apostoli constantissimè docuerunt, fugienda esse Idola. Constantinus ille Magnus, quem veterum nonnulli cum Apostolis conferre audent, clausit

ſit Gentilium templa, & Idola proſcripſit. non tamen illa disjecit, & abolevit. Commodè ergo potuit poſtea Julianus Imperator & Apoſtata reparare omnem Idololatriam, aperire templa iterum, & ſacrificia illa nepharia inſtaurare. Proinde ne hoc ipſum poſteris quoque temporibus fieret, Theodoſius & alij Imperatores ſanctis non tantùm clauſerunt templa, ſed diruerunt, vel in ſanctum Chriſtianorum uſum converterunt: Idola quoque non tantum vetuerunt coli; ſed confregerunt & aboleverunt, ne amplius eorum extaret memoria. Laudantur autem hi Principes a Sanctiſſimis quibusque fidelibus, quòd imaginum uſum in rebus ſacris prorſus aboleverunt. Ne ergo pudeat faceſe pium Principem, quod vidit ante ſe feciſſe optimos & ſanctiſſimos quosque Principes. Neque curet, ſi reprehendatur ab illis, qui frigidis ratiunculis in errore detineantur; nec ſecurè & liberè ambulant ad lucernam verbi Dei. *Expoſui, quid mihi videatur. reſponderi poſſe religiosè ad quaſtionem à te mihi propoſitam. Oro pietatem tuam, ut hæc mea boni conſulat, & ſi videar mea ex verbo DEI, ad quod omnia noſtra inſtituenda ſunt, demonſtrâſſe. DEUM & veritatem alacri mente ſequaris, &c.* Tiguri d. 24.

24. Augusti 1570. Quid gravi hac Epistola *Bullingerus* obtinuerit, id verò ex Generosissimi Comitis responso obvium erit. *Quod ad quæstionem* (ita Ludovicus, Comes Witgensteinensis Calend. April. 1571. ad Bullingerum:) *illam de simulachris attinet, proximo scripto plenius per te explicatam, evidentibus rationibus evincor, ut sententiæ tuæ haud invitus acquiescam, á qua jam ante non alienus eram.* Liceat verò pace tua, præstantissime Bullingere, eadem mihi Epistolæ uti libertate, quam Attico suo permisit Cicero: Scilicet, ut quæ inbuccam veniunt, referam. Memini, in primis illis Belgiæ motibus, præcipuam apud adversarios hoc unum eis generâsse invidiam, nec nullam amicis sinistram seditionis suspicionem movisse, quòd vulgus, non expectata Magistratus authoritate, tumultuariè in templa irruere, eáque passim vastare ausus sit. Quod factum etsi non omnibus tunc probari audiebam, nonnulli tamen pro concione etiam plebem irritare dicebantur, asserentes, fas non esse, in ijs templis Evangelium prædicare, ubi Idololatricæ aliqua impietatis monumenta superessent. *Quæ res (etsi ab eventu judicandum non sit,) parum tamen habuit lætum exitum. Ac similem fortè tragœ-*

diam

diam metuit (*uti vir doctissimus* Joachimus Camerarius, *ipse mihi commemoravit*) *quando adversus imaginum deturbatores sic pugnat, ut importunitatem in quorundam reprimere potiùs, quàm Idolis patrocinari velle videatur.* A quibus cum omnino cultum ac superstitionem omnem abesse velit, ab Aharaonis vitulo nonnihil differre fortè videri posset. Atqui illud etiam à quibusdam quæritur, ab omni Idololatrico cultu ac superstitione alioquin alienis, utrum ille sit divinæ Legis rigor, ut nec picta tabella, Historiam fortè referens, vel ad ornatum imago ulla citra ipsius violationem in templis Christianorum ferri queat? Tum, si Magistratus cesset, an cuilibet liceat manus injicere. Cæterùm, ne instituti oblitus videar, ulterius progredi non libet, ne novo ac non necessario labore onerem, à quo immuneis potiùs esse velim. Denique ne præfractè quicquam horum moveri; sed pro solita benevolentia omnia accipias amicè, meque amare pergas, vehementer oro. Dominus noster, Christus Jesus cum omnibus fidelibus Ecclesiæ suæ Ministris diu te servet incolumem. Ad hanc etiam Epistolam *Bullingerus* d. 28. Augusti 1571. hunc in modum respondit: Dominus Jesus

rum submoveri, quasi aliquis eorum bonus usus sit in templis: Id quod in ipso, quomodo defendi possit aut probari, minime video. *Illud imprimis, quod in omnibus suis Catechismis & libellis, in quibus decem Domini praecepta recenset, semper studiosè, nescio an sine sacrilegio, secundum mandatum, contra Idola, praeterit, & ex decimo, quod unicum est, duo fecit.* Tametsi verò alicubi monuerit, se loqui & sentire de imaginibus ab Idololatrico cultu & superstitione alioqui alienis, certissimum tamen illud est, sed & multis dudum demonstrationibus ostensum, non posse illas proflare palam in templis, absque vulgi periculo, & superstitionis malo. Et quorsum, oro', disputatur de usu bono imaginum in templis Christianorum, absque cultu & superstitione conservando, cùm ipse Dominus palàm testetur, usum harum rerum non posse esse bonum? Prohibet enim illas, qui bonum non prohibet. Novit is quoque rectiùs corda, affectiones, atque propensiones hominum, quàm nos ipsi. Docet ipsa quoque experientia, quòd non absque cultu & superstitione hactenus in templis fuerint toleratae & conservatae. Quid, quòd sancta, pia & religiosa vetustas imagines in

in templis non habuit, ut quæ novit, ea absque ſuperſtitione proponi non poſſe: Qua de re in prioribus meis ad te literis, quædam delibavi. Quòd verò hinc nova deducitur quæſtio; utrum ille ſit divinæ Legis rigor, ut nec picta tabella, Hiſtoriam fortè referens, vel ad ornatum imago ulla, citra Legis violationem in templis Chtiſtianorum fieri poſſit? Dudum reſponſum eſt à noſtris; aliquem ſanè uſum, fructum & non inutilem eſſe picturæ: *Neque nos cum Turcis facere, qui ne in monetis quidem ſuis, neque in Tapetijs vel aulæis ullas ferunt imagines.* In illis enim cudunt literas ſuas, in his nodos mirificos intertexunt. Bonus imaginum uſus eſſe poteſt ad rerum memoriam conſervandam, & ad ornanda ædificia publica, vel etiam privata. Cæterùm, quo ad templa, quæ cumprimis ad cultum ſunt inſtituta divinitus, occurrit illud Poëtæ: In templo quid facit aurum? Eodem enim modo quis dixerit, in templo quid faciunt hujusmodi picturæ & ornamenta? Cùm longè alia ornamenta requirat à ſuis Dominus DEUS. Scimus, ab initio non ad cultum, neque ſuperſtitiosè adeò picturas imaginésque in templa Chriſtianorum irrepſiſſe, ſed quouſque, cum tempore

pore apud vulgus, imò & apud ſapienti ores, progreſſæ ſint, ipſa loquitur res, & nimis quidem ſignificanter. Quid itaque pergimus poſt tot, tantáque experimenta tentare Dominum DEUM? Quin imò, ne cultus aliquis impendatur picturis ac imaginibus, cavendum eſt viris pijs in Eccleſia, ne collocentur in templa, aut poſita retineantur, ne ex ornatu mox fiat turpis, elegantis formoſæque rei, deformatio. Apoſtolus, loquens ad Corinthios, de rebus magnis tolerandis miniméque conferendis cum ſimulachris nihilominus dicit: Omnia mihi licent, ſed non omnia conducunt. Quantò magis hoc in negotio ſimulachrorum, & mundana exornatione cogitandum erit pijs?

Porrò quæſtio illa quoque dudum eſt explicata, *cujus nam ſit tollere ex templis hujusmodi ſimulachra?* Utique non privatorum hominum per tumultum, aut alioquin per rationes privatas. Etenim templa loca ſunt publicà, non hominum privatorum poſſeſſiones. Itaque, ut non eſt cujuslibet privati dejicere ædificia publica; ſic nemo authoritate privata debet dejicere ſimulachra. Obſervavit ingenioſè S. Auguſtinus, quòd in Lege ſua dixit Dominus: Cùm poſſederitis terram

Canaan evertite aras eorum, atque Idola. Monuit Augustinus, prius esse possidendam terram, quam eruendam Idololatriam. Neque sanè legimus, populum Domini ullis gentibus vicinis, extra fines suos constitutis, ullam intulisse vim dejiciendorum Idolorum gratia, neque diversum docuisse Apostolos. Tollant itaque Magistratus. At si Principes non sustulerint, quid tum faciet quisque fidelis? Abstineat à vi, nec excitet tumultum, neque usurpet sibi Magistratus officium. Abstineat autem imprimis à cultu imaginum & fugiat Idola quàm studiosissimè, juxta Scripturæ sacræ mandata.

Inde rursus alia contexitur quæstio. *Si verò alibi in templis extent Idola, in quibus bona Magistratus gratiâ possint fideles sacros suos celebrare cætus, an in hujusmodi templis liceat Ministris Evangelium annunciare, & populo convenire, auscultare, orare, denique coram Idolis & Sacramentis communicare?* In Helvetiorum provincijs comunibus talia sunt templa plurima, in quibus & Missæ celebrantur, & prostant Idola, in quibus tamen nihilo minus fidelis congregatur Ecclesia, & sacra sua facit, quæ ab omni interim Idololatria est alienissima,

Mis-

Missasque simul & Idola execratur. Scimus enim, ipsum D. Jesum in templo Hierosolymitano cum suis Apostolis prædicasse & orasse, in quo tamen erant plurima certè reprehendenda & illegitima: Sic etiam olim & Prophetæ fecerunt, sub Idololatris regibus, & in polluto Idolis. Certè, Dominus ipse templum hoc nuncupavit palàm, Domum mercatus, & speluncam latronum. Sic autem judicamus, cùm aliter fieri non potest, nisi & cætibus sacris, & Ministerio verbi, Sacramentisque malimus carere. At data occasione commoda & legitima, quæ & precibus à DEO assiduis petenda, & modis omnibus, non inquis, prudenter est quærenda, sentimus, templa prorsus esse expurganda à sordibus, & relinquendum omnino nihil, unde postea exoriatur rursus superstitio: Sic enim Theodosium Imperatorem fecisse una cum alijs sanctis regibus videmus, qui magno Ecclesiæ detrimento senserant, reliquias remansisse in Ecclesia, fomentum in posteris temporibus Idololatriæ.

De facto, aut conatibus Belgarum, vel Antverpiensium, quod ipsis, quo ad eventum cess sit pessimè, pronunciare nolim temerè, quod nesciam, quo Spiritu excitati fecerint, quod

 fecis-

fecisse dicuntur, aut quanam facti ipsorum fuerint circumstantiæ, quòd denique videam Deum olim rusticum privatum, Gedeonem armâsse in Baalem. Clauserat quidem Constantinus Imperator templa Idolorum, intus interim salvis aris. Eadem rursus aperuit Julianus Imperator, Apostata, & restauravit profana. Doluit hoc quàm vehementissimè Christianis, ex quibus nonnulli noctu ingressi templum, Idola deturbârunt ac contriverunt. Quo nomine cum alij innoxij in suspicionem venissent, & torquerentur in vinculis, à Præside Imperat. prodiere Iconoclastæ, ac confessi factum suum, subjecerunt se tormentis. Unde & in Ecclesia recensiti sunt inter sanctos Martyres, apud *Sozom.* Hist. lib. 5. cap, 11. licèt privatim, nulla authoritate fecissent, quod Julianus suo officio facere debuisset. *Hæc* magni illi viri, de usu & abusu imaginum. Ipsam, suo tempore, controversiam non intactam relinquemus: Monstrandum hac vice erat, cur maluerint nostræ Ecclesiæ, invidiam subire hominum, quàm in offensam incurrere DEI zelotæ, qui adeò seriò omnem in rebus sacris imaginum usum interdixit: nec sine causis prægnantibus nostras, hoc etiam nomine, puriores censeri Ecclesias.

XV. Patet hinc, illos etiam, qui duas cæteroquin Ecclesiarum reformatarum agnoscunt matres; diversitatem in ijs agnoscere χαρισμάτων, & perfectionis (a) gradus; restat tandem, ut veluti singulare Dei nostris Ecclesijs collatum ex grato animo revereamur beneficium, quòd eædem, inter tot adversitatis casus, turbas, interimisticas formulas, apostasias, persecutiones, sanctum Evangelij παρακαταθήκην, ita religiosè custodierint, ut nullas Eclipses, scissiones, aut Schismata fuerint passæ, piæ semper simplicitatis & concordiæ studiosæ. Quòd verò de Prædestinatione, eique annexis nonnulli movent articulis, quasi Antecessorum vestigia Successores deseruissent, id verò occasionem nobis præbet, & innocentiam nostram vindicandi, & Majorum etiam prudentiam paulò fusiùs declarandi.

a. Illustre, hac de re, testimonium extat *Danielis Tossani*, Theologi Heidelbergensis, ad Ottonem Grunrad, Serenissimi tum Principis FRIDERICI Palatinatus Electorij hæredis Ephorum: *Ego, ut scis,*

soleoque ipse tecum nostris Ecclesiis gratulari, quòd eas Deus voluit, his aliquot annis dissidiis domesticis carere, & arctissimam societatem colere cum aliis Orthodoxis Ecclesiis, ac nominatim cum Helveticis, quibus id verè palmarium reputandum est, quod magno semper studio otiosas & curiosas disputationes vitârunt, & quæ ad fidem & pœnitentiam pertinent, constanter sibi retinenda & persequenda putârunt, eámque sapientiam coluerunt, quæ est ἄνωθεν, ἁγνὴ, εἰρηνικὴ, μεςὴ καρπῶν ἀγαθῶν. Et clarius celeberrimus Præceptor, idémque & Antecessor in eadem Academia, & Ephoria Collegii Sapientiæ, Heidelbergensi, *Henricus Alting*, tum in Hist. Palatin. Msc. tum in Theol. Hist. L. 1. pag. 53. quem utrumque locum supra jam dedimus, Tom. VI. p. 242. *Georgius Bessererus*, Principis Onolsbacensis aulicus aliquandiu, postea Wingartensis in Palatinatu Pastor, quatuor in Helvetia observavit admiratione digna. *Quatuor* (sunt ejus verba ad Stumpfium, Antistit. Tigurin. 1590. Basileâ scripta) *sunt, quæ me in Helvetia mirificè affecerunt, doctrinæ cœlestis puritas & unitas: Consensus docentium: Magistratus pietas & erga pios exules clementia: Ministrorum Ecclesiæ, atque* N. N. *imprimis humanitas.* Hæc *Helvetiæ ornamen-*

menta tantò magis admiror; quantò rariora sunt, &c. Venerandus Ecclesiæ nuper Antistes D. Joh. Jacobus Breitingerus, in ipso itaque suo semper valedictorij, (quod tamè effectum vix est,) monuit, inter primaria Dei beneficia referenda, quòd Ecclesiæ hactenus nostræ viris eruditis non sine interruptione modò; sed & Schismate & ζυῤῥάξει, abundârit.

b. Non nova hæc calumnia; nostro verò Seculo impudenter satis sparsa est: Eam igitur diluere tantò paratiores esse debemus, quantò ipsa, quæ controvertitur materia, luculentior est. Quanquam non de jure, & rationibus nostræ doctrinæ quæstio jam sit; sed de facto tantùm, quæ in nostris Ecclesijs inde à Reformatione obtinuerit doctrina. Valde enim molestum est publicè traduci, quasi successores potius essemus Majorum nostrorum, quàm eorundem discipuli. Ita enim *Daniel Tilen.* in præfat. Hypotyp. Controvers. Belgic. anno demum 1659. Hornæ, per Arnoldum Pœlenbu g, Ecclesiasten Remonstrantium tum Roterodamensem, edita: *Olim Bernates* (a. Ch. 1555. 3. April.) *facto Senatus consulto, horrendi illius* (quasi verò non & sacram Domini Cœnam commodo sensu veteres

appellare potuerint φρικτὰ μυστήρια *tremenda mysteria? sic vocat ipsemet Calvinus, decreti doctrinam, prout Genevæ tradebatur, ex sua ditione facessere jusserunt. Agnoscit hoc Beza* (Apolog. I. ad Claud. Santes,) *Neque vero magis eam probarunt quondam Tigurini, ut videre est in scriptis Bullingeri, Gualtheri, &c. quorum successores potiùs, quàm discipuli, in nupera Synodo Dortrechtana cum alijs quibusdam Theologis, αὐθαιρέτοις eam, quam Sionis arcem oppugnârunt, bujúsque κατορθώματος insigne monumentum aureo numismate expressum, tanquam debellatæ ὀρθοδοξίας opima spolia domum retulerunt. Nimirum non semper ὁμόδοξοι, qui ὁμόθρονοι, nec semper eadem doctrinæ formula in eadem sonat cathedra.* Hæc virulentus docti viri calamus.

XVI. Ut verò ordine progrediamur, certis hujus doctrinæ tractationem includemus periodis, quarum prima incipit in Zuinglio, & cum eodem expirat. *Secunda* initium ducit à Successore, in professione Theologica, Theodoro Bibliandro, & in eodem etiam desinit. *Tertia* principium constituitur in florentissimo studij Theologici apud Tigurinos statu, prælucente Petro Martyre; finis in obitu Bullingeri. *Quartam* periodum au-

ſpicamur ab ætate illa, qua Huberus, primùm in Helvetia, poſtea etiam alij Theologi, cumprimis Lutherani, à Luthero in hoc capite abeuntes, Controverſiam Prædeſtinatiariam movere, noſtróſque ad neceſſariam hinc inde Apologiam provocare catervatim ſunt auſi, ad tempora uſque Synodi Dordracenæ, cui & Theologi noſtri adfuerunt, & Canonibus etiam ejuſdem ſubſcripſerunt. *Vltima* denique à Dordracena Synodo, ad præſentem Eccleſiarum noſtrarum ſtatum & conditionem.

XVII. De *prima periodo* non eſt quòd magnopere ſimus ſoliciti: Nam & aliorum [a] judicia, & aperta Zuinglij noſtri [b] teſtimonia, & adverſariorum etiam [c] indignatio ſatis probant, Zuinglium ejúſque [d] Collegas doctrinam de Prædeſtinatione, ſecundum Scripturas, ad mentem Auguſtini explicuiſſe. Si quæ fortè, de phraſeologia, quorundam ſit [e] querela, cogitent, optimam ſæpe [f] cauſam à veteribus, propter adverſariorum duritiem per ἀμετρίαν etiam

κιβολκῆς fuisse tractatam, nihilque in tam sublimi tractatione, una & altera excepta phrasi, excidisse Zuinglio, in quo nō & præeuntem habuerit Scripturam, & comitem ipsum etiam in hac doctrina per omnia ὁμόψηφον Lutherum.

a. Primùm enim hanc de Prædestinatione doctrinam à Zwinglio fuisse tractatam, & ad Augustini mentem & Methodum expositam, supra T. VI. p. 317. *Martini Cellarij*, Basileensis Theologi, exposuimus. Idem observatum esse ab alijs Theologis, in *Curs. nost. Theolog.* p. 164. monuimus.

b. Cujusmodi in operibus plura hinc inde extant. Unum & alterum adduxisse nobis sufficiat. Fidem & sanctificationem esse Electionis effecta, paucis indicat Epist. l. 1. p. 18. ad *Vrban. Rheg. Signum electionis est Deum amare ac timere.* Tom. I. p. 370. de Providentia Dei: *Qui fidem habent, hæredes sunt sempiternæ gloriæ. Quibus omnibus id discitur, eis, qui electi sunt, dari fidem.* Epist. l. II. p. 110. *Qui ad eam maturitatem perveniunt, quæ jam fructum electionis ferre debet. Fidem, si ferunt, certi sumus de eorum salute: Si non ferunt, contra certi*

certi sumus de eorum repudiatione. In genere de Electione & reprobatione, Epist. l. II. p. 70. *Qui providentiam Numinis agnoscunt, eadem opera electionem agnoscant, oportet. Nam nisi Providentia constitueret de summa cujusque rei, non esset Providentia Numinis, quia non prospiceret omnibus. Electio nihil aliud est, quam æterna præsensque super his, qui æterna beatitudine usuri sunt, constitutio. Repudiatio contrario modo. Jacob electus est, antequam in utero matris conciperetur: Sic omnes filii Dei electi sunt, ante Mundi constitutionem; sed in Christo sunt electi, hoc est, sic electi, ut per Christum accedant ad Deum: Nemo enim venit ad Patrem, nisi per illum. Electio igitur est, qua salvum facit. Sed per Christum; hoc est, Deus liberè constituens omnia, quos vult, beat. sed per Christum; hoc est, per seipsum, per bonitatem & gratiam suam. Christus enim bonitatis pignus est, & peccatorum nostrorum coram divina justitia pretium, quam sacrosanctam esse oportet. Beat autem Deus ab æterna constitutione. Porrò, cùm fidei tribuitur beatitudinis lucrum, quòd ea fide impetretur, aut obtineatur: Jam manifestum est, signum & posteriori tribui, quod prioris ac fontis est: Nemo enim credit, nisi qui priùs ad vitam æternam destinatus est & ordinatus,* Act. 13. *Quot autem*

autem sunt electi, qui fidem nondum habent? Imò ne vitam quidem. Sed quid dico vitam. Ne essentiam quidem? An enim Deipara virgo & latro non fuerunt electi ante Mundi constitutionem: Quamvis ille serò tandem fidem nactus sit? Judas & Cain æquè sunt ante conditum mundum repudiati ad perpetuas ærumnas, atque superiores electi. Latro verò, quod ad humanum judicium attinet, cuinam Ecclesia, Dei an Diaboli accensebatur? Sic & Judas. Nonne ille perditorum, hic verò electorum? Cùm apud Deum ille electus esset, & de Ecclesia primitivorum: hic verò de Ecclesia damnatorum. Ergo in Ecclesiam visibilem, quæ & ipsa Christi Ecclesia vocatur, quantumvis non sit ista, quæ sine macula est, censentur hi quoque, qui apud Deum repudiati sunt, dummodo nostro judicio satisfaciant: Et contrà, alieni ab Ecclesia nostra judicantur, qui tamen de Ecclesia primitivorum sunt. Testes sunt universæ Gentes, ut ne dicam homines, quæ ad prædicationem Apostolorum crediderunt. Eæ enim antequam crederent, cùm Apostoli nondum essent emissi extra pomœria Judææ, cuinam Ecclesiæ accensebantur? Non certè Ecclesiæ Christi. Nam plurimam certaminis habebat Ecclesia, nam Gentibus annunciandus esset Christus: Tam abest, ut de sorte Ecclesiæ crederentur esse. At eæ Gentes, quæ crediderunt,

runt, annon ante Mundi creationem, imò antequam natæ essent, fuerunt electi Dei? Fuerunt ergo, humano judicio, repudiati & Ecclesiæ exortes: sed apud Deum electi, ut de istius Ecclesiæ sorte, quæ non habet rugam aut maculam: quantumvis fidem non haberent; sed tandem, cùm adesset tempus à DEO constitutum, jam fidei beneficium a DEO adepti sciebant, se esse DEI electos: quod quidem prius erant, sed ignoraverant. Fides enim est substantialis ista, & viva virtus adflati animi, qua certè ac inconcussè fidit invisibili DEO, Heb. 11. *Constat igitur, electionem esse, & immutabilem etiam esse: Nam firma est electio,* Rom. 11. *Vbi tamen fides non adest. Quæ ergo (malum) ratio, damnare, quorum judicium ad nos attinere non potest? cùm beatum fieri ab electione pendeat, & nos tam abest, ut eligere possimus (non enim vos me elegistis, inquit veritas,) ut etiam ignoremus, qui non sint electi, etiam ex eis, quos videmus nomen dedisse Christo.* Et p. 108. b. (quæ & Tom. II. p. 34. extant,) de electione ex Paulina institutione, præsertim Epist. ad *Rom.* 8. agit ex professo. Rei summam initio ita proponit: *Electionem nunc, nisi promissa præstari nolimus, tractare cogimur: Non quidem quantum ipsa exigit (id enim supra vires, & extra institutum nostrum*

strum est:) sed electionem docebimus esse firmam, hoc est, liberam, ac minimè alligatam, & supra Baptismum esse ac circumcisionem, imo supra fidem atque prædicationem. Id autem brevibus. Plerique, dum Apostoli Pauli Epistolam ad Romanos legimus, paulò indiligentiùs ponderamus, quid causæ sit, cur in mentionem electionis, aut illam sequentis prædestinationem ingrediatur. Viderat, fide contingere salutem: fidem autem non esse humanarum virium; sed divini Spiritus. Qui ergo fidem haberent, simul haberent divinum Spiritum. Qui hunc haberent, filij Dei essent, neque juxta carnem ambularent. Sed quicquid agerent, eis auxilio esset ad bonum. Jam suboriebatur quæstio: Cur ergo accusantur, aut damnantur, qui non credunt? Eam ergo, cùm velit, nolit, incedit, dignè tractat in hunc fermè ordinem & modum. Fide servamur, non ex operibus: Fides non est humanarum virium, sed DEI. Is ergo eam dat eis, quos vocavit: Eos autem vocavit, quos ad salutem destinavit: Eos autem ad hanc destinavit, quos elegit: Elegit autem quos voluit. Liberum est enim ei hoc atque integrum, perinde atque figulo vasa diversa ex eadem massa educere.

Ho-

Hoc breviter argumentum & summa el. electionis à Paulo tractatæ. Et in ipsis operibus T.I.p.43. in Explanat. articulo, ita disserit: In Christi nomine, (i.e. propter Christum, in virtute Christi, in verbo Christi) omnia dat DEUS credentibus, quemadmodum ipse Christus docet, *Joh.* 15. Vos me non elegistis; sed ego vos elegi. & posui vos, ut eatis, & fructum feratis- & fructus vester perduret, ut quicquid petieritis Patrem sub nomine meo, det vobis. Observa hic, Christum discipulos suos elegisse, nosque in discipulis, ut simus populus ejus, Ministri, imo amici. Cur ergo tam amantem Patrem, qui nos elegit, adire veremur? Elègit nos, ut fructum feramus Fructum ferre illorum duntaxat est, quos DEUS ad hoc ab æterno elegit. Deinde ad hoc elegit, ut Patrem cognoscamus: & in omnibus necessitatibus ad hunc solum adcurramus. Exposuit enim & obtulit se nobis in Filio, pollicens, se daturum omnia, quæcunque nomine suo petierimus. Cùm ergo Deus Pater nos elegit ex gratia sua, traxitque & vocavit, cur eum accedere non auderemus? *Serm. de Providentia,* ad Hassiæ Landgravium T. I. p. 365. totus in hujus materiæ difficilioris

ris explicatione occupatus est: Nos ea, quòd in omnium manibus Zwinglij opera non sint, excerpemus *Est*, inquit, *Electio libera divinæ voluntatis de beandis constitutio.* Hæc definitio genus habet constitutionem, quam pro decreto, sententia, aut etiam destinatione accipimus, cùm aliâs consilium, aut deliberationem, quoque significet, quæ tamen pro genere ponere non placuit, cùm pleráque necessitati subjaceant, consilium enim capitur de rebus gerendis, ubi & protinùs aliqua prodit necessitas, quæ capere consilium jubet, quod res postulat, non quod tu maximè velis. Constitutio igitur magis convenit divinæ authoritati & Majestati, quæ longa circumspicientia nihil eget. Sed quemadmodum Legislatoribus ac Principibus integrum est constituere ex æqui bonique ratione; sic divinæ Majestati integrum est ex natura sua, quæ ipsa bonitas est, constituere. Unde ad constitutionem, libertatem adjecimus, ut numinis hanc constitutionem intelligamus esse liberam, non à nostra dispositione aut constitutione pendere, neque nostram constitutionem sequi. Quod sic volumus intelligi, Thomæ Aquinatis (modò rectè meminerim ejus Philoso-

losophiæ) de Prædestinatione sententia talis fuit. Deum, cum universa videat, antequam fiant, hominem prædestinare tum scilicet, cum per sapientiam viderit, qualis futurus sit. Quæ mihi sententia, ut olim Scholas colenti placuit; ita illas deserenti, & divinorum oraculorum puritati adhærenti maximè displicuit. Credit enim Dei de nobis constitutionem, sequi nostram constitutionem, puta, postea quam viderit sapientia, quales futuri simus, hoc est, qualiter habituri, & quomodo constituti futuri simus, tunc tandem de nobis pronunciare. Quod quid aliud est, quàm Dei decretum & constitutionem par facere humani judicis deliberationi ac decreto? Hic enim auditâ causa tandem pronunciat, hac necessitate, quod ante expositionem non videt, quid æqui aut iniqui habeat negotium, quod agitur: quocirca necesse est, ut ab expositione causæ pendeat. Talem faciunt nobis Deum, qui Prædestinationem hoc modo sequi cognitionem perhibent. Quo deinde per imprudentiam Dei bonitatem & omnipotentiam in periculum trahunt. Nam, cum Deus ante Mundi constitutionem viderit, qualis futurus erat Adam, Cain aut Judas: &

non caverit, quo minus quisque horum in scelus prolaberetur, bonitatis videretur esse oblitus. Si verò non potuit antevertere lapsum, quem ante videbat, cùm libenter voluisset, jam non sequitur virtus voluntatem, ac subinde vocatur omnipotentia in dubium. Adde, quòd si destinatio sequeretur nostram destinationem, jam aliquid ex nobis ipsi essemus, aut fieremus, priusquam Deus de nobis constitueret: quod vanissimum esse, dudum demonstravimus. Et quamvis istud quoque me non fugiat, Numinis dotes, puta sapientiam, scientiam, prudentiam,& cæteras tales esse,ut quicquid una sit, etiam altera sit. Hoc enim quod Numen est,undique simplicissimum est, cum omnibus dotibus ac virtutibus suis. Tamen est ordo quidam naturæ inter ista, ut unum ante aliud natura intelligatur, ab intellectu humano, qui non est natus, ut omnia simul, unóque inspectu videat, quemadmodum Deus. Et sic facilè ab his, qui Thomæ sententiam tuerentur, dici posse: Etsi sapientiam, vel præscientiam; ut ipsi loquuntur; sciamus re ipsa non esse priorem Prædestinatione, naturam tamen & ordinem intelligendi sequentes, sapientiam Prædestinationis funda-

fundamentum facimus. Cùm, inquam, sic dicunt, jam verbis rixam quærunt, cùm disceptant natura, hoc est, pro nostro captu, sapientiam prædestinare, postquam nostra prospexerit, re autem vera hunc ordinem non esse. Nam & nos, imò Paulus ipse potius, & nos cum Paulo in hoc sumus, quòd prædestinatio libera sit, citra omnem respectum bene aut malè factorum, de nobis Dei constitutio. Jam ut ad aliam definitionis partem veniamus, *constitutio* illa voluntatis est opus, tanquam præcipuæ causæ, non sapientiæ: Quamvis divina voluntas nunquam cæca feratur sine sapientia, quomodo hominis voluntas nunquam affectibus cæcata sequitur, & quærit, quæ mens & intellectus dissuadet. Nam in DEI dotibus nullum est dissidium. Simplex est Numen, nihil ergo potest ab illo fieri, ad quod universæ dotes non ex æquo concurrant: Nam & illæ, utcunque pro nostro captu distinguantur, una tamen simplex & indivisa res sunt. Adhuc tamen alij doti tribuitur quid, quod omnium est: Et item alij non secus, quàm personis quoque sua quædam tribuuntur, quæ omnium trium sunt. Ut sapientiæ tribuitur hominis & totius mundi opifi-

 cium,

cium, cum providentia & voluntas non minus in confilijs fuerint, quàm fapientia. Providentiæ tribuitur cura & profpicientia, cùm fapientia & voluntas nihil minus quàm providentia hæc agant. Voluntati tribuitur, ad beatam vitam, electio & Prædeftinatio, cùm æquè concurrant fapientia & providentia. Sed interim tamen fuum cuique opus refertur, quo & Numinis dotes nobis fiant perfpectiores, & opera quæ ab illo funt notiora. Nonne enim totius Mundi creatione & fapientia illis proditur: & ipfa deinde cunctarum rerum factura admirabilior fit, cùm ab infinita fapientia factas effe videmus? Quamvis fimul opitulatæ fint bonitas, æquitas, juftitia, virtus, profpicientia, propenfio five voluntas? Sed illa velut hera nomen fibi operis vendicat. Hæ autem etfi fic ancillatæ funt, ut nihil minus laboris & operæ fecerint, quàm ipfa hera; gloriam tamen conditi mundi auferre nequeunt. Ea maximè caufa, quòd fapientia ad hujusmodi opus prima requiritur. Sic in deftinandis ad falutem hominibus voluntas divina prima vis eft, ancillantur autem fapientiæ, bonitas, juftitia & cæteræ dotes, quo fit, ut voluntati referatur, non fapientiæ; fic enim

enim videretur DEI donum, & constitutio illius à nostris factis pendere, quomodo prædiximus. Non justitiæ, sic enim iterum justitiæ operum esset felicitas æterna, non liberalitatis divinæ. Et sic per singulas dotes, quocunque te vertas voluntatis tanquam hac parte principalis heræ, electionis est opus. Postrema definitionis pars est, de his, qui beati faciundi sunt. Ut sic electio his tantùm tribuatur, qui beati futuri sunt, & qui miseri futuri sunt, non dicuntur eligi; quamvis & de illis constituat divina voluntas, sed ad repellendum, abjiciendum, & repudiandum, quo justitiæ exempla fiant. *Est igitur electio libera, sed non cœca, divinæ voluntatis; sed non solius, quantumvis præcipua causa, constitutio, cum Majestate & authoritate de beandis, non de damnandis.* Subjecit denique varia S.S. loca, quibus hanc suam definitionem prolixè stabilit. Sed & alibi eandem tractat materiam, T. II. p. 117. ad *Urban. Rheg.* & de rat. fid. ad Carol. Imp. p. 540. Quia & sententiam, quæ Christum universum genus humanum restituisse asserit, veluti insolitam, multisque difficultatibus laborantem, apertè rejecit. *Atque hic* (Epist. lib. I. p. 59. b.) *non immeritò quæritur, an*

verò Christus genus universum restituerit, an fidelium Ecclesiam tantùm? Quamvis ergo ad hanc quæstionem paucis respondere potuissem, Christum prorsus sanando tantum profuisse, quantum nocuit Adam peccando. Porrò Adam infecit universam conspersionem peccato originali, ergo Christus universam restituit? nolumus tamen sententiam istam proferre, cùm quod nonnulla videantur obstare: tum quod non videam, an aliqui eam tenuerint; sed hoc modo dixi, Christianorum liberos damnare non posse peccatum originale, hac ex causa, quòd etsi peccatum secundum legem quidem damnaret; sed propter remedium per Christum exhibitum, damnare non potest, &c.

c. Postquam enim *Bolsecus* Ecclesiam Genevensem hoc nomine turbâsset, indignationem suam, & furorem non in Calvinum modò; sed & Zwinglium, ὁμόψηφον convertit. Id quod ipsa, post obitum Zwinglij, monuit Ecclesia Genevensis, ut paulò pòst videbimus.

d. Eandem enim cæterorum tum in ordinario Ministerio, tum in Reformatione sociorum fuisse doctrinam in aprico est. Lutherus mentem suam prolixè libro de *Servo arbitrio* exposuit: *Leo Juda*, præfat. in tract. Zwingl. de Providentia, Germanicè versum. *Calvinus*, tum alibi, tum

tum præſertim in Inſtitutionibus. *Vadianus* breviter in Aphoris. lib. V. p. 156. oſtendit, fruſtra Scholaſticos noſtris objicere ſtuporem, & Myſteriorum divinorum ignorantiam, qui nihil, quod captui noſtro non reſponderet, admitteret. Contrarium enim probare hanc ipſam materiam. *Cùm verò electionem*, inquit, *& Prædeſtinationem Scriptura docet, ipſa etiam præſcientia, ſine qua nec Electio, nec Prædeſtinatio conſiſtit, docetur. Et tamen hanc cum plauſu recipimus, Deum noſtrum venerabundi, cujus unius hoc elogium eſt, ut quoniam infinita ſapientia & ſcientia præſtat, nullius exinde rei vel præteritæ, vel præſentis, vel futuræ ignarus eſſe poſſit.* Mens graviſſimi authoris eſt, quòd, etſi ratio humana rebellis & immorigera vel nolit, vel non poſſit ſemper capere admirabilem DEI diſpenſationem tum in Electione, tum in reprobatione hominum; quod iuſtitiam, miſericordiam, jus DEI ſuo ſemper quisque metiatur pede; ijs tamen ſimpliciter, quæ in verbo ſuo Deus revelavit, acquieſcendum, ringente contrà ſupercilioſo Pelagio, & ad ſuum captum omnia revocante. *Bucerus* cumprimis conſtanter de Prædeſtinatione immutabili, indéque Sanctorum perſeverantia, ita loqui ſolitus eſt,

ut non immeritò, cùm causa postea Zanchiana in Academia Argentoratensi glisceret, apertè saniores conquesti sint, cum Zancho ipsum Bucerum, ejúsque doctrinam, fuisse præceptum. Ita enim judiciosissimus Theologus, *Bucerus*, in illud Matth. c. 7. *Nunquam novi vos*, pag. 203. *Alterum hic perpendendum est, quod ex illo, (nunquam novi vos; id est, inter meos agnovi:) clarè docemur qui aliquando à Christo possunt excidere, eos Christi nunquam fuisse: eósque nunquam verè credidisse, aut fuisse pios: Nunquam Spiritum filiorum fuisse nactos; sed omnia illorum nihil nisi hypocrisin esse, quantumlibet sanctos, & pietate præstabiles ad tempus se se fingunt. Quos enim Christus diligit, in finem usque diligit; & quos Pater ipsi dat, neque ipse abjicit*, Joh. 6. *Neque rapere de manu ejus quisquam potest*, Joh. 10. *Ideo etsi cadunt hujusmodi (scil. sancti & pii,) excidunt tamen nunquam. Electi enim sunt ad vitam, quorum DEI electionem nulla potest creatura reddere irritam. Siquidem, ut secundùm electionem propositum DEI maneat, non ex operibus; sed ex vocante: Non solùm eligit suos, priusquam nati sunt, ac boni aut mali quicquam fecerint*, Rom. 9. *Sed etiam priusquam jacerentur fundamenta orbis à constitutione mundi,*

di, Eph. 1. Vid plura in *Miscell. Zanch* pag. 72. &c.

e. Quæ & olim, & nuper mota est, de ἀκυρολογίαις præsertim quibusdam, tum alibi, tum tractatui de Providentia insertis. Illi tamen, qui habebant sensus exercitatos ita βάθος hoc (ut vocat Paulus) sulcârunt, ut Syrtes illas prætervecti, portum spectârint, rem ipsam, doctrinam solatij plenissimam. Ita interpres tractat. Zuingl. *de Providentia, Leo Juda*, in præfat. ad Philippum Landg. Hass. 1531. Meins beduncken / inquit, ist nichts bessers / nichts nutzlichers / dann die güte / weißheit / fürsichtigkeit / gerechtigkeit und macht Gottes in allen dingen lehrnen erkennen / und wüssen / daß alle ding auß dem einigen brunnen alles guten fliessen / nichts an unserem thorachten verstand / an unserem verkehrten willen hange nach stande. Der geist ist das einig / der unsere hertzen rüwig und zufriden stellen mag. Das allein machet den menschen sein selbs verlaugnen / sich mit niderlegung alles hochmuhts / under Gott gehorsamlich / und gewilliglich ergeben: trostlich an jhnne lassen / und gantz in jhnne versencken / auch alle creaturen also niessen und brauchen alß ein gaab Gottes / darinn man Gottes güte und würckung erkenne. Diß alles wird in disem Büchlein so klarlich an-

gezeigt/ so starck geschlossen/ und steiff bevestnet/ daß auch die feiend nichts darwider mögen. Hic scopus, hæc meta fuit Zwinglij; si phraseologia is hinc inde clariori videatur usus, cur illud factum sit, supra jam breviter ostendimus. Disputationis de Prædestinatione proximè ante Reformationem Tiguri habitæ, alibi meminimus: *Vid. Orig. Carol.* & *Primit. Heidelb.* p. 222. Ut ne ergo vel Providentiā Dei circa mala, inmera & otiosa constitueret permissione aut ἀνεργία, vel ipsum hominē salutis faceret fabrum, id vix Deo, quod non ignoraret eventum, relicto, vitam æternam ab arbitrio humano suspenderet, Deum veluti Jovem Olympium ad cardines cœli, qui quid fieret, spectaret, nihil interim ipse vel certò præviderct, vel prudenter provideret; rem tremendam quidem carni, sacris tamen literis conformem, ut adversarios eò faciliùs è latebris extraheret, verbis proposuit, & similibus nonnunquā, quod nostri nunquam dissimulârunt, ita comparatis, ut & infirmiores offendiculi, & adversarij convitiorum suorum hinc arriperent ansam. Omnia melius habitura, si ipse Zwinglius verborum suorum interpres adhibitus, ex sensu potiùs, quàm malè tortis & contra authoris men-

mentem depravatis verbis æstimatus fuisset & judicatus.

f. Neque enim apud veteres hanc ἀμετρίαν ἀνθολκῆς fuisse novam aut insolitam, prolixè probatum est à celeb. *Dallæo*, de usu Patrum c. v. r. 5. Id ipsum disertis *Theodoreti* constat verbis: ἡ σφόδρα πρὸς τοὺς ἀντιπάλους διαμαχὴ τῆς ἀμετρίας αἰτία. Τοῦτο δὲ τοῦτο καὶ τοῖς φυτηκόμοις φίλον ποιεῖν, ὅταν γὰρ ἴδωσι κεκλιμένον φυτὸν, οὐ μόνον πρὸς τὸν ὀρθὸν ἀνιστῶσι κανόνα, ἀλλὰ καὶ πέρα τοῦ εὐθέος εἰς τὸ ἕτερον ἀντικλίνουσι μέρος, ἵνα τῇ ἐπὶ πλεῖον εἰς τοὐναντίον ἐπικλίσει τὴν εὐθεῖαν πραγματεύσηται στάσιν, i. e. *Vehemens cum adversarijs contentio fecit, ut modum excederent, quod & ijs, qui arbores colunt, evenire solet: Cùm enim incurvam plantam viderint, non solùm ad rectam normam exigunt; sed in alteram quoque partem ultra directam inflectunt, ut per nimium in contrarium inflexionem ad rectum statum perducatur*, Theodor. Dial. 3. c. 30. Sic Dionysii Alexandrini sibi objecta, tanquam Arianismo disertissimè faventia, verba explicabat, *Athanasius*: Οὐχ' ἁπλῶς εἰς πίστιν ἐκτιθέμενος, καιροῦ καὶ προσώπου πρόφασις εἵλκυσεν αὐτὸν τοιαῦτα γράψαι. καὶ γὰρ καὶ γεωργὸς τῶν αὐτῶν δένδρων ἄλλοτε ἄλλως ἐπιμελεῖται, διὰ τὴν ὑποκειμένην τῆς γῆς ποιότητα, καὶ οὐ διὰ τοῦτο μέμψαιτο ἄν τις αὐτὸν, ὅτι τοῦ-

το τέμνει, ἐκεῖνα δὲ ἐγκεντρίζει, &c. ἀλλὰ καὶ μᾶλλον μαθὼν τὴν αἰτίαν θαυμάσει τὸ ποικίλον αὐτῆ τῆς ἐπιστήμης. *Non scripsit simpliciter, quasi fidem expositurus, sed occasione temporis & personæ, ut agricola, qui alias atque alias arbores pro subjecti soli ratione curat, minimè culpari debet, quod hanc amputet, illam inserat, istam plantet, aliam rursus evellat, sed potiùs ob multiplicem solertiam in admiratione esse.* Athan. Ep. de fid. Dion. Alexand. T. I. Subdit deinde, Dionysium ista, occasione erroris Episcoporum quorundam Pentapoleos scripsisse, qui in sententia Sabellij erant, per *dispensationem*, ut loquitur, id est, non simpliciter, sed quodammodo tantùm. *Quæ autem* (ut idem loquitur Athanasius,) *scribuntur, aut fiunt per oeconomiam, malignè non sunt accipienda, nec ad cujusque libitum trahenda.* Cum enim disputârunt veteres adversus Valentinianos, aut Manichæos, videbantur cum Pelagianis facere: Ubi manus cum Pelagianis erant conferendæ, censebantur cum Manichæis sentire. Si adversus Arium ferebantur, minus apparebant à Sabellio alieni. Vicissim, cùm Sabellium adoriebantur, Ario accedere dixisses, quod de Augustino cumprimis animadvertit Episcopus Bitontinus. Eadem

dem ratione Zwinglius aliique de rerum omnium gubernatione, æternáque Prædestinatione, contra Pelagianos ita loquebantur, ut vel Manichæis, vel commentitijs quibusdam Hæreticis *Prædestinatiarijs*, *favere viderentur*: Fati Stoici & Chaldaici patroni. Quemadmodum verò cum veteribus Scriptoribus semper hac ἐπιεικείας actum fuit lege, ut quæ in fervido contra adversarios, gratiæ cumprimis Dei hostes, aut absoluti ipsius dominij detractores, certamine, veluti impropriè, vel durè etiam dicta exciderunt, totius textus συναφείᾳ, scopóque dicentium emollirentur; ita eandem posterioris ævi Theologis gratiam cur invideamus, non videmus. Habeat ergo phrasis Zwinglij suas hinc inde ἀκυρολογίας, res tamen, & sensus semper manet fidei analogus. Hoc enim Zwinglius operosa sua disputatione de Providentia intendit, ut & DEI Majestati caveretur, & hominis consuleretur saluti. Dei enim respectu eò collimavit, ut ejus assereret sapientiam, potentiam, potestatem: Cui ab æterno omnia perspecta essent, quique κατὰ πρόθεσιν sive certum & immutabile consilium, constituisset quorundam misereri, & ex misericordia à malo peccati, & mortis liberare: κατὰ πρό-

πρόγνωσιν eosdem ex amore & misérico
..ia destinare ad salutem: κατὰ προορισμ
præparare media, quibus ad finem el
ctos perducere decrevit: Ut Præscient
ejus non tantum esset Theoretica, pra
visionis; sed & practica, prædestination
qua ab æterno, ita omnia sapientissimè &
infallibiliter prævideritt, ut & potentissi
mè eadem immutabiliter exequeretur. Re
spectu verò *hominis*, ut se quisq; cogitare
creaturam Dei, à quo dependeret *tum quoad*
esse, tum quoad vivere, tum denique quoad
bene esse. Qui suæ simpliciter felicitatis
temporalis & æternæ, non aliunde rivu
los, quàm ex perenni infinitæ bonitat
divinæ fonte derivaret. Agnosceret,
in manu Plasmatoris, ut massa in potest
te figuli. Dei ergo absolutam potestaten
jus, & dominium in creaturas extollere
vires verò humanas deprimete, hominem
ad se redire, sui notitiâ cristas ponere
Deo omnia ferre accepta, disceret. Hæ
Zwinglij contra adversarios, neque sa
tis magnificè de Deo, nec humiliter & se
cundum Scripturas de corrupto homini
statu sentientes, initiò cautè, (ne infirmo
turbaret,) & inter amicos tantum; ut su
pra monuimus, de Prædestinatione sen
ter

tentia, ab omnibus tum fermè Orthodoxis reverenter excepta; prudenter tamen & cum ædificatione ijs potissimùm, qui erant δυνατοὶ ἐν ταῖς γραφαῖς pleniùs exposita; pauciora tamen de reprobatione, plura de electione.

g. Nam I. quoad *Reprobationem*, diserta utique Scripturæ verba sunt, homines, jam olim præscriptos ad damnationem, *Jud. v.* 4 Et *Matth.* 25. *v.* 41. jubentur damnati ire in ignem æternum, paratum Diabolo & Angelis ejus. Ordinati nempe ad iram, 1. *Thess.* 5. 9. II. Quoad ejus *executionem*, & judicia Dei occulta; non modò sacræ literæ testantur, quòd quidam *nolint* credere; sed quòd *non possint* credere, quia Deus justissimo judicio eorum excæcavit oculos, & obduravit corda eorum, *Joh.* 12. 39. 40. quòd quidam occalluerint, quia Deus ijs dedit spiritum soporis, *Rom.* 11. *v.* 7. Quòd misereatur cujus velit, quem velit, induret, *Rom.* 9. *v.* 18. III. Doctrinam, de actuosa & efficaci Dei, providentia, omnium rerum & hominum tam præscientia, quàm gubernatione, non modò quoad res, sed quoad phrasin, & explicandi modum ex sacra Scriptura, nostri mutuare sua anxiè solent.

solent. Zwinglius certè ipse definitionem *Electionis* suam, emphaticis mox Scripturæ verbis confirmat.

h, Id quod propterea hoc loco monemus, ut videant, qui perniciosum in Ecclesia Schisma alunt, quorum factum culpâ, ut crescentibus controversijs ipsum indies magis magisque exasperatum fuerit malum. Novimus, eam, quæ de Prædestinatione, & affinibus capitulis, in nostris sonat Ecclesijs, doctrinam, adeò indignè tractari, licentiosè traduci, ut concordiæ Ecclesiasticæ periculosior videatur obex, quàm luctuosa illa pugna Sacramentaria. Unde & Theologi nonnulli veluti muscæ, ejusmodi vomicis libentiùs, quàm alijs insident ulceribus. Olim verò ita non erat. Nam 1. non observamus, hoc nomine, Zwinglium Luthero unquam fuisse suspectum: Unde & in Colloquio Marpurgensi altum ea de re silentium. 2. Vel unus de *Servo arbitrio* Lutheri tractatus, magni semper *ἀ γνησίοις* Lutheri discipulis æstimatus, *præfatio* item in Epist. ad Romanos non omnem modò scrupulum eximunt; sed & abundè probant, in phrasi sibi Lutherum plura indulsisse, quàm nostratium quenquam. Videamus specimina nonnulla. De serv. arbit.

arbit. c. 42. Sic (inquit,) *Deus æternam suam clementiam abscondit sub æterna ira; justitiam sub iniquitate. Hic est fidei summus gradus, credere, illum esse clementem, qui tam paucos salvat, tam multos damnat: credere justum, qui sua voluntate necessariò nos damnabiles facit* (respicit procul dubio ad locum Pauli, quo ad *Rom.* 9. v. 18. dicitur sua voluntate indurare, quos decrevit damnare, tanquam vasa iræ, apparata ad interitum) *ut videatur, referente Erasmo, delectari cruciatibus miserorum, & odio potiùs, quàm amore dignus. Si igitur possem ulla ratione comprehendere, quomodo is Deus sit misericors & justus, qui tantam iram & iniquitatem ostendit, non opus esset fide. Nunc, cùm id comprehendi non potest, fit locus exercendæ fidei, dum talia prædicantur & invulgantur non aliter, quàm, quum Deus occidit, fides vitæ in morte exercetur.* Et c. 172. *Vasa non se ipsa parant, sed Herus.* Cap. 178 *Salva & invicta stat similitudo Pauli de figulo & luto, quòd non nostri arbitrij est, qualia vasa formemur.* Ita *Brentius* in Cap. 15. Johannis: *Si pro divino captu, & quantum ad Dei immutabilitatem attinet, loquendum fuerit, firma stat sententia: Quemcunque Deus ante conditum orbem elegerit, eum non posse perire (nemo enim rapit oves de manu hujus*

Pastoris) quem verò rejecerit, eum non poss salvari, etiamsi omnia sanctorum (quis unquam nostrûm tam fuit hyperbolicè locutus?) *opera fecerit. Usque adeò irretractabilis est sententia Dei. Time igitur, & in solam Dei eligentis manum respice, ut salutem per Dominum nostrum Jesum Christum assequaris.* Plura vid. in *Theat Sapient. Zuing.* p. 70.71. doctissimo Eliæ, *Grebenitzy*, (quem meritissimus Dessaviensium Inspector, D. *Raumerus* nuper mihi misit,) de universalis divinæ gratiæ negatione, tractatu. Neq; negant candidiores Lutheri discipuli: Consule eundē *Grebenitiū*, & *Rinthelens. Epist. ad Theol. Wittenb.* Celeb. *Henich.* dissertat. de gratia & Prædestinatione Scimus quidem, objici Lutherum ita initio sensisse, postea verò sententiam revocasse, & in *Comment.* in Genesis c. 26. retractasse, juxta cujus interpretationem antecedentia omnia intelligenda sint. Primus hoc commentum protrusit *Christophorus Lazius*, 1568. in Saxonia, cum pro Synergistis contra Illyricum scriberet. Quod paulatim alijs placere cœpit, & nunc obviis excipitur ulnis. Sed frustra esse, quæ obtendunt, patet 1. quod *Gen.* 26. abusum tantùm suæ doctrinæ de Prædestinatione per Sophisticam consequentiam in Prædestinationis ac Epicuræis

is damnat; ipsam doctrinam, libro de Servo arbitrio expositam, confirmat & asserit: Vid. *Kimedonc.* in præfat. lib. 2. Testimonio publico *lib. Concordiæ c.2* Ubi authoritatem ejusdem libri stabilit & obtinere jubet. 3. Testimonijs privatis, quibus commento illi contradicitur; *Johannis Wilhelmi*, Ducis Saxoniæ in præfatione corporis doctrinæ Thuringicæ præfixa: *Flaccij Illyrici* lib. German. de peccato originis contra *Lazium*: *Danielis Hofmanni* Apol. contra Hunnium & Mylium: deniq; *Conradum Schlüsselburgum*, qui a. Ch. 1618. illud confutavit & explosit. 4. Quia liber ille, etiam post mortem Lutheri, in summo pretio apud constantes ejus fuit discipulos, ceu sunt *Johannes Brentius*, *Cyriacus Spangenberger*, *Jacobus Heerbrandus*, *Tilemannus Heshusius*, *Flacc. Illyricus*, qui nunquam tanti eum facturi fuissent, siquidem in illo capite, & annexis, ipsi authori suo displicuisset, ac improbatus fuisset. Ita *Alting.* Theol. Hist Loc. IV. p. 295. Adde *Primit. nost. Heidelb.* p. 221. & T. VI. Hist. Eccles, p. 757. ubi Lutherum, discipulum Augustini in hac materia fuisse, ipsius Lutheri manu condoce fecimus. De *Melanchthone* vide *Alting.* l. c. & *Primit. Heidelberg.* p. 227.

Sed quid de ea adeò soliciti simus lite, quam ipsi suam constanter faciunt religiosissimi Lutheri discipuli? Rinthelenses audiamus, ex Epistola Apologetica, ad Doctores Wittembergenses ita loquentes: Si verò Calvinum quoq; & ejus asseclas, quòd tàm portentoso hærerent errore, promiscuè damnandos censeamus: quo colore, quo remedio, quave excusatione utemur, ne eâdem damnatione involvamus Viros de Ecclesijs à tenebroso Papatu repurgatis optimè meritos & nunquam satis laudandos, Martinum Lutherum & Philippum Melanchthonem, qui inquirentibus ejusdem erroris plurima in scriptis suis argumenta præbent? Parceremus pijs virorum manibus, nisi ad retundendam damnandi pruriginem & moderationis studium interesset pensitari, quàm ab illis, qui expertæ sanctitatis & doctrinæ erant, nihil humani alienum fuerit. Quin Deum æquè cum Calvino auctorem peccati fecerint, & hominem omni libertate exuerint, non dubitari potest. Inspicientibus B. Lutheri librum de servo arbitrio, tomorum Witenbegensium secundo insertum, quàm dura, quam horrenda (sit venia μεγαλάνδρῳ) se in conspectum dant verba? *Non est in manu nostrâ*

(ait

(ait pag. 498.) Dei *voluntatem mutare, multò minus resistere, quæ nos vult induratos, quâ voluntate cogimur esse indurati, velimus, nolimus.* In exempla assumit Pharaonis indurationem & Judæ proditionem. De Pharaone ipsa DEI verba urget, interminantis: *Ego indurabo cor Pharaonis*; tanquam diceret: *Ego faciam, ut cor Pharaonis induretur, seu, ut me operante & faciente induretur.* pag. 496. Et paulò antè rejiciens interpretationes, quibus solemus *excusare Deum, ne ipse sit auctor & culpa nostræ indurationis*, tandem concludit p. 493. *Stante ergo illâ* (Dei) *voluntate, sine quâ nihil fit, & dato, quòd liberum arbitrium nihil boni potest, frustrà dicitur, quicquid dicitur pro excusando DEO & accusando libero arbitrio. Semper enim dicit, liberum arbitrium nihil boni potest, frustrà dicitur pro excusando Deo & accusando libero arbitrio. Semper enim dicit liberum arbitrium: EGO NON POSSVM, & DEVS NON VULT, quid faciam? Misereatur sanè me affligendo, nihil inde promoveo, sed deterior fiam necesse est, nisi spiritum donet. Sed hunc non donat; donaret autem, si vellet: velle igitur eum non dare, certum est.* De Juda proditore scribit p. 497. *Si præscivit Deus, Judam fore proditorem, necessario Judas fiebat proditor, nec erat in manu Judæ aut ullius crea-*

turæ, aliter facere aut voluntatem mutare, licèt id fecerit volendo, non coactus, sed velle illud erat opus illius, quod omnipotentiâ suâ movebat Deus, sicut & omnia alia. Nihil ab ipso dissentiens Philippus, capite octavo commentarij in Epistolam ad Romanos apertè profitetur, *non minus Judæ proditionem, quàm Pauli conversionem Dei esse opus.* Idem in locis communibus primarum editionum, quos B. Lutherus præfatione in suum de Servo arbitrio librum *non solùm immortalitate, sed Canone quoque Ecclesiastico dignos* prædicavit, libertatem humanam & contingentiam rerum planè negat, tanquam ex prædestinationis decreto omnia inevitabili necessitate fiant. *Libertatem*, inquit, *homini adimit divina prædestinatio. Eveniunt enim omnia juxta divinam Prædestinationem, cùm externa opera, cùm internæ cogitationes, in omnibus creaturis. Obsecro, quid hac sententiâ clarius dici potest: Universa propter seipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum?* Atque adeò non dubitari potest, quin magni illi Viri reprobos tùm ad exitium, tum ad peccata, incredulitatem & impœnitentiam, quibus ad exitium raperentur, absolutâ Dei voluntate prædestinatos conditósque statuerint. *Hic est fidei summus gradus* (ait Lutherus

therus cit. loc. p. 467.) *credere illum esse clementem, qui tam paucos, tam multos damnat; credere justum, qui suâ voluntate nos NECESSARIO DAMNABILES FACIT, ut videatur delectari cruciatibus miserorum, & odio potiùs quàm amore dignus. Si igitur possem ullâ ratione comprehendere, quomodo is Deus misericors & justus, qui tantam iram & iniquitatem ostendit, non esset opus fide.* Et alibi tam Deum *immeritos damnare*, quàm *indignos coronari* ait. Ex pluribus considerari velimus hæc ejus verba pag. 503. *Si placet tibi Deus indignos coronans, non debet etiam displicere IMMERITOS DAMNANS. Si illic justus est, cur non hîc justus erit? Illic gratiam & misericordiam spargit in indignos; Hîc iram & severitatem spargit in IMMERITOS; utrobique nimius & iniquus apud homines, sed justus & verax apud seipsum. Nam quomodo hoc justum sit, ut indignos coronet, incomprehensibile est modò, videbimus autem, cùm illuc venerimus, ubi jam non credetur, sed revelatâ facie videbitur. Ita quomodo hoc justum sit, ut IMMERITOS DAMNET, incomprehensibile est modô, creditur tamen, donec revelabitur Filius hominis.* Quomodo Deum statueret *immeritos damnare*, qui utique peccatis suis, ut damnarentur, meruerunt, nisi Deum ipsis suopte arbitrio peccandi ne-

cessitatem injecisse arbitraretur? Objicienti Erasmo, quod nos reformatis objicimus, *Deum nolle mortem peccatoris*, respondet p. 486. *Multa facit Deus, quæ verbo suo non ostendit nobis. Multa quoque vult, quæ verbo suo non ostendit sese velle. Sic non vult mortem peccatoris, verbo scilicet* (quod est apud Ezech. c. XIIX. 18.) *Vult autem voluntate illa imperscrutabili.* Nempe passim distinguit inter Deum prædicatum & absconditum, inter voluntatem ejus revelatam & occultam, inter verbum Dei, & Deum ipsum. *Hoc*, inquit, *agit DEUS PRÆDICATUS, ut ablato peccato & morte salvi simus. Misit enim verbum suum, & sanavit eos. Cæterùm DEUS ABSCONDITUS in majestate neque deplorat, neque tollit mortem, sed operatur vitam, mortem & omnia in omnibus. Neque enim tùm verbo suo definivit sese, sed liberum se reservavit super omnia.* Si quæras; ergone homo non voluntatis suæ vitio perit? Etiam, respondet, *si de Deo prædicato dixeris*; Secundum illud Matth. XXIII. *Quoties volui congregare liberos tuos, & noluisti?* Sin de Deo abscondito; *Quare majestas illa*, ait, *vitium hoc voluntatis nostræ non tollit aut mutat in omnibus, cùm non sit in potestate hominis; aut cur illud ei imputet, cùm non possit homo eo carere? Quærere non licet, ac si multum quæras, nunquam*

quam tamen invenias. Item pag. 487. *Dei incarnati est flere, deplorare, gemere super perditione impiorum, cum voluntas majestatis ex proposito aliquos relinquat & reprobet, ut pereant. Nec nobis quærendum, cur ita faciat, sed reverendus Deus, qui talia & possit & velit.* Id genus durissimarum locutionum plenus est totus ille de Servo arbitrio libellus. Si quis alius, maximè vindicandus ab errore is erat, qui nullo, ne martyrii quidem metu, acerrimus veritatis fuit vindex. Imò jam verè vindicatus est, qui beatâ morte in veritatis scientiam ac possessionem, omni exuto errore, se plenissimè penetravit. At diu multúmq; intentè quærentibus, numquam etiam ejus de Servo arbitrio vindicari scriptum posset, nulla occurrit, nisi contorta interpretatio, nulla medela: ubique se prodebat intentio penitus evertendi libertatem humani arbitrii; ubique in absolutum prædestinationis decretum, & hinc injectam mortalibus seu benè seu malè agendi irrefragabilem necessitatem intentissimus, esse scribentis stylus animúsque videbatur. Si conferentis, non asserentis specie hæc ita disputâsset, relicta aliis judicandi copiâ; excusatius disputâsset scripsissétque. Nunc verò Erasmo nihil asserere, sed contulisse se scribenti, jam finiens librum, respondet:

Ego verò hoc libro non contuli, sed asserui & assero, ac penes nullum volo esse judicium, sed omnibus suadeo, ut præstent obsequium. Quæ quanta asserentis animositas? Ut nihil temerè aut inconsideratè, nihil cujus pœnitere olim possit, scribentis imaginem præbet? *Hæc illi.*

XVIII. Hæc de prima periodo: *ad Secundam* accedimus, quæ, quia variis obnoxia est judiciis, paulò enucleatiùs à nobis erit consideranda.

XIX. Habuit ergo hac etiam periodo, & post obitum, Zuinglius, doctrinæ de Prædestinatione, discipulos constantes, viros præclaros, & de Ecclesia Christi eximiis meritis illustres.

Adeò nempe altas egit radices, ut semel rectè percepta, animis bonorum excuti ampliùs non potuerit. *Leonis Judæ* & *Vadiani* suffragia modò præmisimus. *Pellicanum* virum pietatis nomine non minùs atque eruditionis encomio famigeratissimum, non aliter sensisse, vel ex eo manifestum est, quòd an. Ch. 1544. ad *Iohannem à Lasco* sequentia scripserit verba: *Ab annis XIX. quibus Tiguri ministravi Ecclesiæ, nulla unquam intercessit inter doctos, in (NB) quibuscunque dogmatis discordia. Quia ab initio reformationis sic omnia inchoata feliciter Dei gratia*

tia sunt, per Zuinglium & Symmystas, ut hactenus nihil mutandum visum fuerit in ceremoniis, & doctrina. An. Ch. 1547. Patavio ad eundem dedit literas *Iohannes Maczinskii*, Polonus, quibus judicium ab illo petiit de doctrina Prædestinationis, electionis & reprobationis, à Gallo quodam ad Zuinglii & Calvini mentem prolixius exposita. An directè responderit, Vir magnus, non habeo dicere; ex commentariis tamen, quæ jam an. Ch 1532. prodierant, discere facile potuisset, à reliquis illum collegis in doctrina de providentia Dei tam æterna quàm temporali ne latum quidem unguem recedere. Ad Exod. c. 7. v. 4. notat: *Impiorum obduratio æquè redundat in gloriam Dei ac Sanctorum obedientia & devotio. Impii autem miraculis non emendantur sed obstinatiores evadunt: flagitiis enim suis merentur ut excæcentur & indurentur in bonum electorum. Hæc verò* non justo tantùm, sed & liberrimo Dei judicio facta, ostendit ad c. 8. v. 15. *Potuerat Dei patientia Pharaonem vocâsse, & perduxisse ad pœnitentiam, nisi damnatus fuisset divino judicio.* Ad cap. 16. v. 10. II. Reg. Maledicat sic (*inquit* David) *quia Dominus dixit sibi:* Maledic Davidi. *Quod ex fide providentia divina, qua quicquid mali in orbe est facit Dominus, ut sit bonum electis, intellexit factum esse:*

esse: qui omnia benè facit, & voluntatis illius ratio sancta est, & nemini requirenda, multò minus calumnianda. Ad Jes. c. 63. v. 17. Quare errari nos fecisti, &c. *Sancta quadam audacia divinam providentiam allegat, qua omnia diriguntur, cui etiam acceptos refert errores judicii populi, in quos, sine voluntate divina, nunquam incidissent. Non autem reum peccati Dominum arguit, sed operis authorem, quo peccatur iniqua hominum voluntate, & inexcusabili, quia contra conscientiam & agnitam Dei legem. Induratio cordium etiam à Domino est, dum gratiam non largitur, quam, cui vult, donat, non ex meritis, ne non sit gratia, sed occulto, justo autem judicio: cujus regula & causa est inobliquabilis voluntas divina, cujus non est inquirenda ratio. Dominus est enim, & figulus, in cujus manu nos lutum sumus. Timor, Dei donum est Dei, & induratio, opus Dei.*

Osvvaldus Myconius, indivulsus Zuinglii, dum Tiguri esset, Achates, discipulus & collega in promovendo Evangelio Christi, indefessus cùm postea a. Ch. 1535. à *Bibliandro* hoc ipso nomine, prolixâ Epistolâ compellaretur, ita ei respondit, ut omnino frustra sint, qui existimant, Majorum nos temerè deseruisse vestigia. Docuit Evangelium Myconius Tiguri, docuit Lucernæ, docuit ad vitæ finem, Venerandus Ecclesiæ

An-

Antiſtes, Baſileæ, quam ſpartam cùm adornaret, hunc in ſenſum Bibliandro (ex ipſo hæc refero autographo,) ſcripſit: *Duabus de cauſis procraſtinator ſum, dū largioribus & gravioribus literis eſt reſpondendum mihi.* Una eſt, *quòd negotiis obruor, altera tarditas eſt ingenii. Utrumq; nunc gravat cauſa, quam tractas & ſeriò* quidem, & paulò aliter, *quàm hactenus ſit uſurpatum, difficultas.* Quid enim aliud, ex quo nomen Chriſtianum cœpit, ſic torſit & ſanctos viros, & doctos, ut diſputatio Prædeſtinationis. Nec dum viſus eſt, qui rei ſatisfecerit? *Quis mihi dabit igitur, ut vel loqui poſſim de re tanta; non enim dico bene loqui?* Id *quod tamen tu expectare te ſimulas. Torſit me, verum dico, non ſemel, poſt quam Deus docendi munus impoſuit, & quidem graviſſimè, maximè, ne docens impingerem alicubi aut offenderem. Nec tamen eſt conceſſum aliud hactenus, quàm ubi non perfectè potui, hoc agerem, ne quid perperam effutiretur.* Quia verò placet tibi ſententiam de his, quæ de hoc negotio ſcripſiſti, meam audire, ecce ob tempero. Igitur, ſi rectè tua capio, ſumma in hoc eſt: *Fideles ſervari; impios atque adeò infideles condemnari.* Atque hanc eſſe Prædeſtinationis Dei regulam, quæ certa ſit, & fallere non poſſit. Rectè tu quidem hoc adſeris, & pro verbo Domini. Nec eſt qui

queat

queat refragari. Et ego in eo sum, ut aliter populus non doceatur, ni quis multa velit in Christianismum introducere mala. Inprimis autem desperationem imbecillium conscientiarum. Nam hæ, dum audiunt: Deum hunc ordinâsse ad vitam, alium verò ad mortem, mox resiliunt ab auditione verbi, atque tum etiam à fidei solatio recedunt. Contrà fit, si in regula ista tua docendo perduratur. Nam etiamsi quis peccatis jam dum metus est, audit autem, fidem servare, infidelitatem condemnare, pro fide precatur interdum etiam, execratur infidelitatem. Atque hoc pacto locus erit doctrinæ, exhortationibus, dehortationibus, correptionibus, precibus item; & quicquid esse potest hujus generis. *Interea tamen nescire non potes, dum rei veritas perspicitur ab ingeniis, non dico subtilioribus sed amplius imbutis Sp. S. altius quiddam ex literis Dei suppeditari. Ut, dum lego, fidem esse donum Dei meum; dum item lego de renascentia hominis, Oportere quidem hanc esse, nî velim carere regno Dei, succurrit mox: Si fides est donum Dei, per quod & ipsa renascentia existit, non acquiritur, non paratur illis operationibus, quid igitur? Dispensat eam Deus pro voto. Liberum est illi dare, vel non dare. Quibus dat igitur, hos consequitur vita aeterna. Quibus non dat, mors aeterna.*

An

Annon jam in manibus est cogitatio de Electione seu Prædestinatione Dei paulò aliter atque tu dicis? Videris tamen tu respicere à fide protinus ad facta & præmium, similiter ab infidelitate ad flagitia & pœnam. *Nos hæc omnia metimur ab Electione Dei vel reiectione. Qui electus est enim, Dei fidem accipit, fides opera habet charitatis, quæ omnia sequitur post hanc vitam, vita æterna. Qui verò non est electus, fide non donatur, quamobrem ex charitate nihil agit, ex quo sequitur condemnatio.* Electionis autem vox est non conficta nobis, sed usurpata Paulo non uno in loco. Ita Christus ad discipulos dicit, *Ioh.* 15. Non vos me elegistis; sed ego elegi vos, & constitui vos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Ita Paulus, organum electum, voce Domini, dicitur; *Act.* 9. Prædestinationis pariter seu prædefinitionis vocabulum Paulinum est, quemadmodum nôsti. Sensum habeant illa & rem, necessitas est. Hæc verò dum per fidem quæruntur, obveniunt, quomodo diximus. Quamobrem, ut veniam tandem quò volo, & tu quodammodo compellis, *de Prædestinatione sic mihi videtur ex præscripto Pauli*, Rom. 8. *Hominem quidem primò præsciri, tum præfiniri, dein vocari, post hæc justificari, & tandem glorificari.* Atque sic quidem de Prædestinatione

natione fidelium: Contrà, *de infidelibus ita videtur tenendum, & hos præsciri, item & prædestinari, sed ad mortem: Vocari, sed inefficaciter, quam ob rem nec justificari, neque glorificari; sed condemnari.* De præscientia igitur Dei vides, quomodo intelligam, esse videlicet bonorum & malorum præcognitionem circa justitiam & injustitiam. Atque ideo circa salutem & condemnationem. Omniscius enim est Deus: Novit antequam sint omnia, qualia futura sint. Quemadmodum igitur præscivit Abrahamum justum & justorum parentem futurum ante constitutionem Mundi; sic pariter præscivit Sodomitas injustos futuros, pariter antequam mundus esset. Illum igitur, qualem præscivit, talem & voluit similiter, quales hos præcognovit, tales etiam voluit, ut præscientiæ Dei & voluntatis ejus nullum sit discrimen. Qualis enim esset, præscientia in Deo, sine voluntate ejus? Si quod enim præsciret, quod non vellet, non fieret. Si non fieret, non præscivisset. Præscivit ergo Petrum lapsurum, & voluit, ideo lapsus est Petrus. Præscivit & Judam proditurum olim Filium suum, & voluit, quare Judas prodidit Filium Dei. Nam si noluisset, non prodidisset ille, atque ideo hic non præscivisset. *Non vult malum*, inquit, *Deus*

Deus, quocirca prævidit quidem proditorem Judam; sed noluit proditorem, malum inquam tam horrendum, ut quo Filius Dei traditus est in manus peccatorum. Breviter dico. Nihil omnibus piis constat dilucidiùs, quàm Deum voluisse, ut Filius suus pateretur mortem pro peccatis mundi. Nam hoc est Evangelium nostrum. Quòd si voluit mortem, voluit simul omnia, quæ huc pertrahebantur, ut proditionem, comprehensionem, illusionem, flagella, coronam spineam, crucem, omnia. Atque illud quoque, ut Pontifices, & hi quidem Pontifices odio & invidia prosequerentur, Judas proderet, Gentiles flagellarent, Pilatus condemnaret, milites crucifigerent, è militibus quidam latus ejus foderet, & quæ sunt reliqua à malis ad ea præscitis fierent. Nam si noluisset, ut diximus, non facta fuissent, atque ita periisset salus mundo.

Nec est, quòd quis pertinaciter dicat, fontem bonorum omnium non posse velle malum. Nam quod hominum judicio malum hîc censetur, Deo profectò malum non est. Ex limpido fonte non potest nisi limpidus promanare rivulus, ex bono nonnisi bonum prodire. Occidere malum est; verùm, rectè & bene occidit potestas, quia rectè judicio occidit. Quæ Deus itaque præscit,

eo modo, quo diximus, præordinat dein & ad finem perducit, ne de singulis dicam, apud te præsertim. Videre videor, si de præscientia sua Deus sanum largiatur intellectum, de reliquis non erit difficultas. Si convenerit enim, præscientiam Dei & voluntatem ejus segregari non posse, cur dein non erit promptum cognoscere ordinem, qui ductu naturali fluit à præscientia per prædestinationem, vocationem, justificationem ad glorificationem? Et iterum, ex parte altera, ab eadem præscientia per sua media ad condemnationem? Sed hac de re videbo, quid tu quoque sentias. *Nec volo putes, tamen, consentire me cum eis, qui dicunt, vel tuo testimonio, Deum impellere atque necessitate absoluta agere ad flagitia, cùm id author mali, ut mali, esse non possit.* Verum, hoc loco ad hunc modum sentio. Cùm Adam initio donatus (ut dicunt) libero arbitrio, & natura terrestri, cujus adhuc ingenium latitabat, & ex malè suadente Diabolo prævaricaretur, deinceps homines, qui hunc patrem agnoscere coguntur in peccatis concepti, gestati, & in lucem procreati sunt omnes, ut rectè dixerit, & ad longum probârit D. Apostolus: *Omnes peccaverunt, ac destituuntur gloria Dei.* Progeniti enim sunt mortales post Adami lapsum non

non quidem ad imaginem Dei, sed ad imaginem & similitudinem patris sui, *Gen. 5.* Quocirca peccatores sunt omnes. Nam & hic peccator extitit, opúsque habent instauratore atque imaginis Dei repositore, Domino. *Illos igitur omnes apud me ipsum (nam nemo est cui hunc conceptum meum revelârim unquam,) velut in paludosa piscina, vel cœno considentes contemplor deformes, contaminatos, ac defædatos turpissimè:* Gaudentes interim & summa voluptate adfectos, quamvis alii magis oblectentur aliis. Quidam verò & adscensum quærunt, sed suis viribus: deformitatis ubi pertæsum est, at conatu frustraneo. Nam quo magis luctantur, eò magis cœnum perturbantes contaminantur. Jam verò dum cogito, quomodo eripiatur hic ex palude, relinquatur ille, omnino sic obvenit; Deum id agere pro præscientiæ & prædestinationis consilio, quod quidem fuit, priusquam mundus esset conditus. Voluit ènim is & cognosci, & coli ab homine, qui nondum tamen erat. Quamobrem creandus veniebat. Formaturus autem hominem, pro sapientissima, quam novit & potuit ratione, composuit ex rebus multò diversissimis, corpore videlicet anima, & spiritu. An ignorâsse putas hîc Deum, quòd homo pec-

 catu-

caturus esset? Non ignoravit certè. Verùm & istud novit, pro sua omniscientia, totum genus humanum, per primum istum, in cœnum, nullo prorsus excepto, conjectum iri damnabiliter, nisi ipse sua gratia, misericordia & virtute succurreret; imò nisi regeneraretur à supernis. Nihilominus tamen & Adamum fecit, & ex eo genus humanum, in millia non numeranda propagavit. Et cur illud fecit, inquit aliquis? Quia voluit: quisnam aliter respondeat, postquam constat cognitionem Dei circa hominem & voluntatem ejus discriminari non posse. Quare voluit autem? Quia placuit, non temerè quidem; sed justissimo judicio, verùm nobis imperscrutabili: Nam judicia Dei abyssus multa. Quis enim cognovit mentem Domini? Aut quis ei à consiliis fuit? Et constat, justum esse Dominum in omnibus viis suis, & sanctum in omnibus operibus suis. Omnibus igitur jam in illo cænoso fonte agentibus, quare non vel omnes recipit, aut omnes sinit? Sed hunc eripit, illum verò dimittit? Hic jam tu responderes, quia hic Christum revelatum & doctum recipit fide, alius non recipit. Atque res omnino sic habet. Christus etenim ad hunc modum docet: docet & Paulus, *Rom.* 10.

10. Ubi verò diligentiori ſcrutinio rimatus, anteriores adhuc cauſas, vel ſcripturis ſuppeditantibus anſam, fueris, id quod & ſuperiùs dictum eſt, *cogeris opinor* (*NB.*) *à nobis minimum diſſentire, ſi non in totum conſentire.* Quamobrem mihi reſpondendum ad hunc modum. Non omnes quidem dimittit, pro meæ fidei judicio, quia ſic hominem fruſtra condidiſſet: Verùm, quæ hæc foret imprudentia Dei? Abſit ut tale quid vel per ſomnium incidat, aut obveniat. Et tamen non omnes eripit, ſed quosdam, ut reveletur miſericordia ejus atque juſtitia, id quod facit imprimis ad ſalutarem cognitionem Dei. Hunc autem eripit, & illum relinquit, pro præſcientiæ & electionis occulto & imperſcrutabili conſilio, ut propoſitum ipſius maneat inviolatum. Conſtat enim ex I. *Cap. Epiſt. ad Epheſ.* Quòd pios elegit in Chriſto, antequam jacerentur fundamenta Mundi, ut eſſent ſancti & irreprehenſibiles coram ſe per charitatem. Quos & prædeſtinavit, ut adoptaret in filios per Jeſum Chriſtum. Quomodo igitur non conſtaret etiam illud, impios pariter, ante Mundi exordium rejectos? Atque illos, ut miſericordiæ vaſa præparatos, hos ut vaſa iræ paratos in interitum, quò ſecundum electionem, propoſi-

positum ipsius maneret. Igitur, quos elegit, & prædestinavit, eosdem & vocavit, nam ereptio per vocationem est. Mittit enim verbum suum de Domino nostro Jesu, quod promittit ablutionem omnis contaminationis cœnosæ, id est, omnium peccatorum per Evangelii verbum primitus missum; deinde per homines è cœno jam liberatos. Et *ad cœnum* quidem missum, à prædestinatis recipitur, à reliquis vel auditum negligitur seu contemnitur, vel non auditur. *Priorum* corda præparata sunt antè ad verbi missi receptionem, ut Abrahami, Mosis, Davidis, Petri, Pauli: *Posteriorum* & aures & corda obthurata, ne convertantur, & salvi fiant, ut Pharaonis, Saulis, Judæ, Pharisæorum, &c. *Nec est, ut quispiam dicat:* Obthurat quidem, sed non prius quàm peccator in profundum venerit. Nam dictum est hactenus, & impios præscitos, antequam fuerint Mundi jacta fundamenta. *Habes igitur, quomodo non dicam cum quibusdam, de quibus in literis tuis memoratum: Deum necessitate absoluta (NB.) cogere ad flagitia; sed positum, à primo illo patre, mandati Dei prævaricatore, in cœnosum fontem, non eximere, certis ac justis de causis, quæ tamen nobis sint impervestigabiles.* Illud igitur

igitur non eximere, aut in paludē relinquere, aliorum est judicium.

Cæterùm, *quàm multa possent adduci Scripturæ, ex quibus illi quicunque* (*NB.*) *tandem sint, hujusmodi dogma statuere dici possent, tu ipse nôsti.* Unum producamus ex Veteri Testamento, & unum ex novo. II. *Regum* c. 16. nonne sic scriptum est: *Permitte ei, ut maledicat, Dominus enim præcepit ei.* Turpis erat certè maledictio, & contra mandatum Dei. *Egredere*, inquit, *Semei, egredere vir sanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus universum sanguinem domus Saul, quod regnâsti pro eo, & dedit Dominus regnum in manum Absolom, filii tui, & ecce premunt te mala tua, quòd vir sanguinum es:* Et tamen Deus eam præceperat. *Johannis* deinde 12. sic scriptum legimus: *Cùm autem tam multa signa fecisset coram eis, non credebant in eum, ut sermo Jesaiæ Prophetæ impleretur, quando dixit: Domine, quis credidit sermoni nostro, & brachium Domini cui revelatum est?* Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: *Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ne videant oculis, & ne intelligant corde, & convertantur, & sani fiant omnes.* Annon clarè dicuntur hæc de Deo? Tametsi mihi non est alia ratio, *cur sic producam, quàm ut constet, illos non prorsus de nihilo ad eum modum*

 statue-

statuere. Quia verò illud horrendum in auribus multorum, equidem facile ab ejusmodi verbis abstineo. Et, ut vèrum fatear, *etiam ego non parùm moveor, quoties vel ipse mihi tale quidpiam objicio. Verùm dum auribus mentis audio, & oculis interius aspicio, desinit omnis stupor. Considerans enim divinam, in omnibus operibus Dei justitiam, & sanctitatem, cogor apud me dicere: si hoc fecit, justè fecit: si justè & bene.* Non est igitur malum Deo, quod tibi malum judicatur: Sed bonum, imò sed optimum. Æquum oculum ille habet, sed tu pravum. Judicium itaque illius justum est, tuum verò injustissimum. Deinceps igitur nihil horreo, sed omnia permittens ejus voluntati, precor, ut me servet à malo. *Dum ita sentio de Dei præscientia & electione, tamen omnia ejus potentiæ contribuo, duplici ratione me consoler, à veritatis tramite quòd non aberrem. Prior* est, quia omnia Deo vendico, bona inprimis ut propriè, ut sine quo est nihil boni, aut esse potest unquam: mala verò, ut ipsi sunt verè bona, qualiacunque nobis videantur. Hæccine namque, dum is facit, qui est optimus, quomodo non essent optima? Nobis tantùm mala sunt, qui transgredimur in eis mandata Dei. Infert Deus bella, qua re quid tu putas esse pejus? At bonum opus facit, quia

quia justè infert, vel sontes puniens, & ad orcum demittens, vel insontes admonens officii. Qui verò belli sunt ministri, occidentes, rapientes, furantes, stuprantes, blasphemantes, quid his potest esse nequius? quid perniciosius? quid magis impium? *Ratio posterior:* In bene agendo tum erga Deum, tum erga homines, non possum quærere meritum, quod fit, dum vel tantillum bonæ voluntatis mihi adscribo, quantum *Erasmus* in libello de libero arbitrio tribuit virium infantulo, cupienti pomum à patre indicatum, & ob imbecillitatem membrorum capere nequeunti, nisi pater hunc manu porrecta fulciat. Nôsti enim, quæ sit τῆς φιλαυτίας ambitio. Cùm tamen pio nullum sit meritum, quod ferat salutem, præter meritum Christi. Hic enim est redemtio nostra, justitiáque, quàm nefarium sit meritum ex nobis quærere, nemo nescire potest, nisi qui virtutem nescit passionis Domini.

Hactenus indicavi, quæ nam mihi sententia usque adhuc videatur habenda de Prædestinatione Dei. Nunc paucis ad tua respondebo. Ut dogma, quod tu adeò devoves, mihi placeat, aut displiceat, satis superque intelligere vales ex his, quæ scripsi. *Et ut verè dicam, nescio si quem viderim, qui sic sen-*

tiat de divina in creaturis operatione, ut Angelum in Angelo, sanctum in sancto, porcum in porco, furem agat Deus in fure. Quod subdis autem. Quid damnabit Dominus, si operatur isto pacto omnia in omnibus? Quid præcipit & vetat? *Videris totus Erasmianus factus, qui eodem modo, carne stimulante, contendit. Particulam, isto pacto, excipio.* Annon Paulus in persona carnalis hominis ita objectat: Quid ad huc conqueritur? Nam voluntati illius quis restitit? Si indurat; caro ratiocinatur; deinde autem condemnat, inclemens est, injustus est; condemnat enim qui caret culpa, ipse namque in impietatis opera conjecit. Nescio certè, si aliud sit, quapropter gravius audire cogantur, Scripturæ, Paulus, & omnes, qui Prædestinationis necessitatem tuentur. Timent boni viri, ne Deus fiat injustus, dum facit quod sibi placet, non cogitantes, primam piorum de Deo cogitationem esse, justum esse, imò justitiam ipsam, & sine eo justum quid esse non posse. Proximum, dum sic ait Scriptura, & Paulus repetit: *Indurabo cor Pharaonis: Et, quem vult indurat, &c.* Deum rectè agere, tametsi aliter mihi videatur, tametsi ego minus capio, tametsi crudelitas & injustitia judicatur à carne mea. Annon mihi eodem pacto cogitandum in omnibus operibus Dei

quorum causæ latent? Deus fecit: Igitur rectè fecit, etiam si nescis causam, cur ita fecerit. Nec est, quod quispiam objiciat: Aliud esse de homine, utpote cujus anima sit immortalis, quamobrem decere, ut & alia detur ratio de peccato quod patret, quum, Deo sic placuit, quid ad me? Tanquam homo non sit creatura Dei æquè ut asinus, terra, mare, cœlum, stellæ, Crocodilus, scorpius, atque adeô non æquè, cum illo possit agere Deus, ut cum his omnibus, aut tanquam indurationis atque adeò condemnationis, non æquè justam habeat causam; atque dum scorpium fecerit bestiam tam venenosam. Aut tanquam improbum sit, Deum aliquid agere, cujus causam non ignorem.

Cæterùm, *de praceptis, prohibitionibus, exhortationibus, dehortationibus, promissionibus, minis, exprobrationibus*, & quæcunque sunt ejus generis, ita sentio. Equidem in palude mea quatuor hominum genera invenio. *Fideles, quo ad fieri potest, perfectè: Fideles imperfectè: Futuros fideles: Et planè impios. Primi*, quanquam sint filii Dei, & hæredes vitæ æternæ, gubernanturque per Sp. S. viri justi beatique, tamen opus habent ut pedes lavent; quia ut minimum pedibus jamdum in palude consistunt. Caro enim nihilo-

hilominus scatet adfectibus: Unde pugna inter eum & spiritum perpetua. Ad hos itaque lex seu præcepta directa, quia spiritum habent Dei, recipiunt, quod in illis est, spirituale, cognitionem puta veram peccati, animum, voluntatémque contra peccatum pugnandi ad victoriam usque: Virtutem enim vincendi habent à robore fidei. Atque ideò præcepta vel his non sunt frustra præscripta. Quomodo verò *sequentibus* proximè conducant, vel ex dictis facilè cognoscitur. *Remotiores* enim, ut ita dicam, hi sunt in fidei perfectione, atque adeò carnem habent imbecilliorem, adfectibúsque magis obtemperantem, imò difficilius resistentem: Tenuiter enim fidelis spiritus (ita namque placet,) in eis vires suas exercet. Tales videntur præceptis esse fortiter impellendi, ne retrò labantur, aut saltem ne consistant, ut carne magis magisque domita, fides robur accipiat, usque dum satis. De *tertiis* jam quid dicere possimus in promtu est. Annon est ad hos dicendum fortissimè! & constantissimè: Hoc agite, illud cavete, convertimini ad Dominum, & ipse convertetur ad vos: Credite in Dominum nostrum Jesum Christum, &c. Atque omnibus est ad hos indesinenter præceptionibus utendum tanto ardore, quanto

so opus eſt acturo commiſſorum pœnitentiam, ad excipiendum Dominum. Quia verò non ſunt hominibus divinis legibus præpoſitis incogniti, ſimiléſque ſunt, externa facie, rejectis & impiis, præcepta Domini prædicantur, repetuntur, inculcantur generatim & licèt illos, ceu de quibus omnibus ſpes eſt pariter, & eſſe debet piis, tum charitate, tum gloria Dei adhortantibus, quod aliquando convertantur & vivant in laudem Domini Dei noſtri & propriam ſalutem: Iſti, qui vaſa ſunt interitus nunquam inde vel tantillum moveantur. Atque Deus noſter ita omnino fieri à nobis voluit & vult etiamnum, quamvis longè ante nôrit, qui recepturi forent, quod propoſitum fuit, & qui non.

Nec objicere licebit, *non de ignorante homine; ſed de ſciente Deo diſputationem eſſe.* Deus enim ita ſuis Doctoribus præſcripſit, quod ſequerentur in præcipiendo. Tum facit ubique idem, quod decet bonum Deum atque benignum, & ipſe ſit extra omnem noxam, impius verò inexcuſabilis, ut qui ſua ipſius malitia non receperit, quod Deus juſſerit, quamvis diligenter, frequenter, ſeveriter propoſitum. *Sed non extraxit à fovea*, inquis, *miſerum?* Juſtus Deus novit, quamobrem non extraxerit. Nihilominus ille

ille & impius est, & ex impietate peccato delectatur, manet inexcusabilis, *Frustra jussit ergo, quod fieri noluit?* Equidem nescio cur hoc fecerit; scio autem quòd fecerit: Ut, dum præcepit Adamo ne peccaret, & tamen præscivit, atque adeò voluit, ut prævaricaretur. Mittit Mosem ad Pharaonem, ut ipsum emolliat, indurans interim cor ejus. *Joh.* 8. dicit Christus: *Quòd Judæi morituri essent in peccatis suis*, & tamen eos docuit. In eodem capite; *Quare*, inquit, *loquelam meam non agnoscitis?* Et respondet ipse sibi: *Quia non potestis audire sermonem meum.* Et tamen non multò postea juramento confirmans doctrinam suam ait: *Amen, Amen, dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, non videbit* mortem in æternum. Ita dictum est jam in hoc *tertio* genere. Etiam de *quarto*, scil. de planè impiis, cur etiam Deus præceperit per Ministros suos, & ad hos iis utatur. Quanquam & hîc alia utilitas est: Coërcentur enim mali, ne sint pejores, & boni vitam agunt aliquando pacatiorem, dum hi tanquam præcepti minarúmque fræno ab inferendis malis abarcentur, præsertim, ubi sunt, qui jussa Dei, sicut leges hominum solent, tuentur. *Quamobrem nec sic frustra Deus præcipit, etiam ad mortem præscitis.* Breviter, ita præcipere,

vel

vel ſpecimen format bonitatis, etiam ſi verè bonum non format. Eadem ratio jam erit de exhortando, dehortando, promittendo, minando, exprobrando; quapropter, ut aliquando deſinam, de his ſuperſedeo. *Sententiæ verò, quas etiam contra nos adducere poſſes:* Deus nolens iniquitatem; Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra: Nolo mortem peccatoris, &c. *facile ex dictis poſſunt ſolvi.* DEUS, certum eſt, non vult iniquitatem, quia quod ipſe vult, iniquitas eſſe non poteſt, quia rectè vult & juſtè, & hoc ipſum ad gloriam ipſius pertinet.

Non vult mortem peccatoris, propter quem miſit filium ſuum in mortem. Voluntas Dei eſt ſanctificatio ſuorum. *Sed omnes vult*, inquis, *ſalvos fieri?* Paulus hoc non dicit de *omnibus ſimpliciter* hominibus: Nam ſic diceret contra ſeipſum. Alibi namque ait: Quem vult indurat, cujus vult miſeretur: *Sed de omnis generis hominibus*, id quod contextus facilè comprobat.

Vis ſublatum dogma, quod Deum impellat ad impietatem, Neque ego volo, ut ita apud ſimplices doceatur, cùm non auſim ſaltem eo modo, quo hactenus diſputavi, proponere multitudini. *Interim tamen Prædeſtinationis ratio ſuam veritatem habet.* De præſcientiæ & prædeſtinationis definitione

tecum

tecum sentio: *Non tecum sentio, quòd præsciat Deus, quæ non velit, de qua re suprà.* An verò consentiam cum eis, qui verbum hodie prædicant, ex his, quæ dixi, judicato. Generatim tu loqueris, atque ideo confusiùs. Speciatim nos, quamobrem certiùs. Imò fidem in causam adseris salutis, Infidelitatem condemnationis. Nos idem quod tu confirmamus. Altius intereà rem spectantes, sed ex fide, usque dum pervenimus ad electionem divinam, sicut hactenus dictum est. Probè deinde disputas, de salute & condemnatione hominum, & omnino sic puto, ut iterum atque iterum hoc repetam, docendum in Ecclesia, ut & boni & mali contineantur in officio: Nihilominus Prædestinationis manebit ratio.

Atque illud mihi persuasum est: Non esse majus fideli solatium, quàm illius certissima persuasio. Dum etenim fides certissimum signum sit electionis, & fides non possit esse clàm in corde hominis, quid jam huic certiùs, quàm ipsum esse de electis Dei? Atque ob id hæredem vitæ æternæ?

Istius autem opinionis fundamentum statuere videris, quòd Deus, clementissimus ille, justissimúsque velit omnes homines salvos fieri, & ad veritatis cognitionem pervenire. Quamvis autem de hac sententia paulò antè nonnihil

hil dixerimus, pro nostræ fidei captu, unum atque alterum adjiciam. Si vult Deus omnes homines salvos fieri, necesse est, ut omnes fiant salvi. Nam omnia, quæcunque voluit Deus, fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Si enim vellet, & non faceret, vel potis esset facere, vel non facere. Si hoc, non esset Deus. Dei enim est omnia posse. Si prius, frustra voluisset, essétq; Deus mutabilis, ut homo, quod dicere, quàm sit impium, quis ignorat? Unde stabit adhuc sententia verborum Pauli, quam superius dedimus, quascunque tu tandem habeas rationes, & testimonia contra hæc instructa.

De *viribus hominis* tractas deinceps post ἀποπλεσμα: *Ad vitam æternam certissimè pertinent.* Si pertinent; ex gratia Dei & merito Jesu Christi: Ergo ex electione pertinent. E non ex merito nostro. Manebit igitur disputatio nostra de Prædestinatione Dei firma & integra: *Et rectè & verè sequitur sententia, quam ponis Evangelizantium hodie:* Alium Deus ab æterno ad vitam æternam ordinat. *Neque à tua dissentire videtur, nisi in hoc,* quòd non vis malos *ad mortem* esse destinatos. *Atque hoc modo sentis mecum potius, qui relictos in palude, nec per Deum ereptos impios suprà asserui.* Quamvis dum omnia

Vu exi-

exigantur ad unguem, nihil ferè sit discr
minis inter conjicere in paludem, & ind
non eximere. Dum enim ad primum pa
trem nostrum respicimus, hunc conjectum
esse, quòd Deus præsciverit peccaturum,
& tamen formârit, dicere compellimur,
etiamsi donatus erat libero arbitrio, per il-
lum autem ut reliqui omnes in cœnum ab-
ominandum introducti, imò pertracti sunt,
satis est doctis. In his quæ sequuntur, *ubi
bona tribuis omnia gratia Dei, nihil autem vi-
ribus nostris*, ex sententia sunt meæ fi
dei. Pariter, *dum mala nobis adscribis, reli
gionem & pietatem negligentibus, nihil penitu
obluctor*. Veritas est enim, quicquid hic ad
seris. In hac videris esse sententia: *Post
quam per gratiam Dei sciam bonum & malum
etiamsi bonum recipere fortasse non putes esse, nis
ex virtute Dei, malum* tamen arcere, *nec ad
mittere nostrarum sit virium. Alioquin enim
frustra toties inculcares, contemni gratiam* ob
*latam, talentum concessum à Deo in terram ab
scondi, præmia & supplicia negligi, & quicquid
est ejusmodi.* Ego verò de hac re jam olim
extuli sententiam meam. Constat enim,
& creaturam Mundi, & legem Dei, & ex-
positionem voluntatis Dei per Scripturas
sacras esse nobis propositas, imò & Legem,
quam vocant Naturæ, mentibus hominum
in-

insculptam, ut artificem tam admirandi ædificii, & voluntatem ejus erga nos, tum quid sit, quod à nobis postulet, & cognoscamus, & sequamur: nihilominus minor pars, quod ex his probè cognoscit, sequitur, non aliud possumus causari, quam quemadmodum Dominus dicit: Quod tenebras homines magis dilexerint, quàm lucem: Dilexerunt magis cœnum, ut sues, quàm puritatem fluminum cælestium. *Verùm quid causæ?* Noluerunt bonum propositum: maluerunt malum ingeneratum. Quare noluerunt, & quare maluerunt? Quia bonum non placebat; malum placebat, & hoc delectati sunt. Verùm, quid ita & hoc tam fœdum voluptate perfudit, ut bonum cognitum horrerent? Deerant sensus ad bonum rectè contemplandum, & vires, ad sequendum. Sed unde & hoc ipsum? Oculos Deus non aperuit, & vires non suppeditavit. Ex quo vires per Christum frustra quoque ante oculos constitutæ, & aures: Nam quod crassum erat in hisce sensibus, Deus non absterserat. *Quid dicam igitur?* Reliquit eos Deus in cœno contaminatos justo judicio, sibi cognito, nobis occultato, ut quod sciri à nobis neque debebat neque conducebat. Ab his igitur possem inferre, dum dicta illa pro-

posuit, ea noluit cognosci & recipi, & quàm diligentissimè sequi, ab aliis verò voluit. Quia verò noluit, non potuerunt, atque ideò non receperunt.

Concludis tandem, *bonis paratum præmium, malis autem supplicium. Et ita quidem concludendum est verè.* Nihilominus certiùs (ita omnes ferre possent) concluderetur: *Electis præmium paratum*, secundum illud: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum paratum vobis ab exordio Mundi. *Rejectis paratum supplicium, juxta illud*: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis. Nî quis malit pro *rejectis* dicere, meo more, *relictis in cœno.* De diversitate præmiorum & suppliciorum non est controversia; quare tandem concludendum est mihi: Non enim dubito, quin jam defatigatus sis legendo, ego etenim plusquam lassus sum scribendo. *Dico igitur, filios Dei esse, atque ideo hæredes vitæ æternæ, quicunque operatur opera Charitatis ex fide: Ex fide autem operari electos Dei.* Contrà verò: *Filios esse Satanæ, atque ideo condemnationi paratos, quicunque malè seu in speciem bene operantur sine fide. Sine fide autem vel non operari, vel in speciem operari bene, relictos sibi, id est, suis cogitationibus & adfectibus.* Habes ergo de re ar-

ardua cogitationes meas, quas in hanc usque diem apud me continui & *sanè non semel animum meum consolatus sum. Ubi quid tribulationum & adversitatum, tum in propriis rebus, tum in negotiis fidei sese ingessit.* Alios audivi nonnunquam graviter disputantes, plures legi tamen, *sed nunquam quisquam ita me movit, ut non maneret, quo tentarer, usque dum Deus optimus maximus ille, ad eum modum instruxit, quem tibi proposui.* Cæterùm, hoc animo, quicquid est, quod effutivi, volo dictum scias, ut nulla penitus ferar pertinacia. *Si quid produci potest è literis Dei veritati conformius, absit ut non continuò abjectis omnibus quibus hactenus verè & feliciter visus sum sustentari, manibus pronis excipiam, &c. Basileæ d.* 28. *Junij* 1535. Hæc non longè post excessum Zuinglii Myconius, Basileensium Antistes. Hanc postea constanter *Myconio* sedisse sententiam, ex subsecuto cum Bolseco patuit certamine, cujus vestigia nonnulla sua reliquit manu Basileæ d. 19 Jan. 1552. Ubi ita ad Bullingerum: *De Bolseco scripsi his diebus Bibliandro certam ob causam, quod ea de re, hoc est de Electione Dei ante aliquot annos* (ad præcedentem procul dubio alludit Epistolam) *transegeramus inter nos. Ibi tunc exposueram animum, ut antea nunquam, non quidem pertinaciter, sed ut di-*

 scerem,

scerem, si qua fallerer. Rescripserat ille tum, u ejus actionis (NB.) non queat pœnitere unquàm, Et adhuc nôsse cupio, quomodo controversia placeat vobis. Captivus è vinculis ad nos scripsit, mirari se, cur nos agamus contra ipsum, cùm in hoc negotio planè sentiat nobiscum contra fratres Genevenses. Petiit igitur, ut rescribamus; id quod noluimus, quia nescimus, an cum captivis sic sit agendum absque consensu Magistratus; Et nondum declaratum est à fratribus, an & ipsi dicant, nos sentire cum illo: Dum enim adserit: Fidem praecedere Electionem, falsò certè jactat, se sentire nobiscum. Eandem prædecessoris Oecolampadii fuisse mẽtem vel exteri monuerunt. Joh. Ewichius, Medicus Bremensis a. Chr. 1584. Gualthero indicat, mortuo Superintẽdenti Meningo successisse Pezelium, qui patefactæ per Zwinglium, Oecolompad. & Calvinũ sententiæ semper favisset: Meningũ v. in causa Prædestinationis meliori sententiæ nimis obstrepuisse, ut sæpe admodũ Pezeliũ cõtristârit

Basileâ, Constantiam, Rheno adverso ascendentibus obvium se præbet doctissimus ille *Constantiensium* Evangelista, *Johannes Zuiccius*, qui eodem ferè, quo superior, tempore, an. Ch. 1535. d. 27. Julij sequentia ad Bullingerum scripsit. *De Prædestinationis assertione serò tandem, sed & paucis respondeo:* Cùm enim Thomas consobrinus bis t

convenerit, frustra repeterem, quæ ille tecum potuit diffusè commentari. Principio autem summè placet fratri Chonrado & mihi libellus duplici nomine, cùm quòd nihil in illo sit, quod à quopiam possit impugnari, omnes enim sic sentiunt, tum quòd sic respondes calumniatoribus, eorúmque objectis, ut non videamus, cui non possis facere satis. Unum tamen est, atque alterum, cujus te monemus. Primum, ut abstineas à vocabulo *moderationis*, pro quo ponas, si placet, *judicium Scripturæ*, cujus te quoque Thomas non indiligenter monuit. Causam nôsti. *Intellexistis moderationem*, inquis ad finem; sed judicio nostro fortè meliùs: *Intellexistis, quid Scriptura de Prædestinatione, &c.* Es wil sonst auß allen dingen nichts dann concordieren werden / und wil man in allen theilen ein mittel treffen / daß man mit jedermann könne eins bleiben. Alterum, ut sententiam hanc de Prædestinatione & Electione sanctissimè firmes, id quod facis quidem, utcunque multi abutantur hac tam firma & salutari sententia: Quamvis enim verum sit, Deum non esse injustum, etiamsi ne unum quidem hominem elegisset, tamen & hoc verum est, quotquot electi sunt, sola gratia electos, & voluntate Dei: Ex quo consequitur, ut quotquot non

ſunt electi, indignatione, odio DEI non electos eſſe. Nam per ſolum DEUM ſtat eligere, aut præterire quempiam. Quæ ſententia, etiamſi malos offendat, tamen vera eſt, juxta illud; *Jacobum dilexi, Eſau autem odio habui.* Neque ſatis eſt, ſi quis dicat, quemadmodum communiter dicunt, *cognoviſſe Deum qualis futurus eſſet* Eſau: Nam de omniſcientia Dei nulla eſt dubitatio. Interim tamen, dic, Chariſſime frater, annon etiam hunc Eſau potuiſſet Dominus alium facere? Annon poterat illum eligere, quemadmodum & me elegit, quod mihi certo certius eſt: *Neque enim me elègit, quòd ſciverit me crediturum Evangelio, ſed quòd me amavit.* Judas periit, ut impleretur ſcriptura: inquit Lucas. Hoc ita recipimus, ut ſatis fieret ordinationi Dei, qui & Judam odio habuit. David quidem prædixit, Judam levaturum calcaneum adverſus Chriſtum; ſed nonne etiam à Davide quæri poterat; Cur Judas hoc eſſet facturus? Neque enim tunc reſpondere quiſquam potuiſſet, ſcilicet ut impleatur ſcriptura, cùm Sp. S. hoc primum Davidi revelaverit. Ergo & calcaneum levavit, & periit ſuâ quidem malitiâ & culpâ. Et tamen illũ poterat Dominus, ſi voluiſſet, alium facere. Cur igitur periit? Quòd non eſt

eſt illius miſertus Dominus : *Neque tamen ſequitur, injurium eſſe hoc nomine Deum in quenquam pereuntem:* Suâ enim culpâ pereunt omnes; ſed intelligimus, omnem ſalutem noſtram à ſola Dei voluntate pendere, neque in cujusquam gratiam à tam firma ſententia deflectendum eſt.

De *primorum parentum peccato* idem dixerimus: Peccaverunt quidem ſuâ culpâ; ſed tamen averterat ab illis Deus faciem ſuam, qui, ut ſciebat peccatum, ita quoque cavere poterat, ne peccarent. Et nos quoque peccatores ſumus culpâ parentum primorum: Ideo autem non deſinimus peccare; & ideo certè ſumus peccatores, quia Deus non recipit nos. Sic credimus, quòd Deus nos elegit, non credimus, quòd nos rejecit. *Qua verò poteſtate electis aliquot dat fidem ut ſalventur, eadem omnibus impiis fidem dare poſſet,* niſi non poſſit omnia. Quòd autem paucis dat fidem, non eſt injuſtitiæ, neque ſequitur Deus non elegit me; E. eſt injuſtus. Wann man zwen dieben mit einanderen außführet/ und man ſchneit den einen dem hencker ab dem ſtrick/ ſo kan der andere nit ſagen/ daß ihme unrecht geſchehe/ darum man ihne nicht auch abſchneidet: daß man aber diſen abſchneidet/ iſt von eitel gnad; und mag man zu dem anderen auch ſagen: Amice

non facio tibi injuriam. Hinc consultissi me credimus, liberè confiteri, salutem nostram non esse aliunde, quàm à sola Dei misericordia, & gratuita electione; quâ assertione non vincitur injustitiæ Deus; sed commendatur benevolentia erga suos æterna. *Si sunt qui offenduntur, satius est offendi illos, quàm ut veritati decedat quicquam*; *de quo pauca quædam, in præfatione in Nov. Test. quanquam tua de Prædestinatione assertio nullam mihi occasionem dederit.* Et quia præfationis suæ in N. T. meminit, duo de ea diligenter sunt notanda, alterum, præfationis illius curam Bullingero commissam fuisse; alterum, Zuiccium in eadem præfatione, Tiguri edita, & à Tigurinis Theologis non castrata, aut rejecta, eandem de Prædestinatione sententiam quam ex autographo ejus recitavimus, typis publici vulgâsse. Illud perspicua Zuicci ad Bullingerum probant verba: *Præfationem in N. T. tibi & Charissimo Patri, Pellicano mitto data potestate, non solùm corrigendi, mutandi addendi, minuendi, &c. non enim sponte eam scripsi sed coactus. Adjuro itaque vos per fidem & charitatem, ne addatis eam editioni, nisi summè placeat.* Placuisse autem, eventus postea probavit. Prodijt enim N. T. Latino-Germanicũ *cum Præfat. Joh. Zuiccij*, eo ipso añ

35. *Typis Froschauerianis*, ubi inter alia: *Stat firma sententia, opera non justificare, salvari non esse currentis, neque volentis, sed miserentis Dei, salvandos ante mundi constitutionem electos esse; & quæ sunt id genus alia. Quis verò non in dies audit, quanta pervicacia hujusmodi sententias multi calumnientur, & studio quodam abutantur mali? Certè nunquam deerunt, qui non sint dicturi, cur sic me finxisti Deus? Et iterum: Non est æqua via Domini. Quòd si in horum gratiam huc atque illuc flectenda aut mollienda est veritas, non solùm apud illos nihil efficies, sed veritas magis magísque obscurabitur. Ne dicam quantum hoc sit piis animis nociturum, quibus non est major consolatio, quàm novisse omnem salutem, à sola eaque optima voluntate Dei pendere, qui omnes sub pecatum conclusit, ut omnium misereantur: quo misericordiæ pharmaco jam cognito, nihil est, quod omnis generis afflictionibus efficaciùs mederi possit. Atque hæc cognitio est inexhaustæ profunditatis divitiarum sapientiæ & gratiæ Dei jucundissima meditatio, & salutaris illa Novi Testamenti promissio, daturum scilicet Deum, legem suam in cordibus nostris.* Hæc *Zuiccius*, non Latinè tantùm; sed & Germanicè in N. T. præfatus est. Epistolam *Thomæ* (*Blaureri* nempe, Consulis Constantiensis) cujus mentionem initio literarum fecit, Zuiccius, etiam habemus d. 16. Junij, 1535.

1535. exaratam, ubi inter cætera: *Quare*, inquit, *in hac quæstione de divina providentia tractanda velim hodie quàm longissimè abesse vocabula moderationum & limitationum? Quid enim quòd apertas scriptura sententias depravant abusu mali, num ideo sententia moderandæ? Si sunt excessus in utrumque latus, excessus per quam graphicè describantur, & fortissimè etiam confutentur; sed illæsa tamen Majestate veræ & integræ authoritatis, quæ ipsa per se stat ut in medio, circumsepta interim ut satellitibus Scripturæ præsidiis contra excessores. Itaque dubito, num eidem nomen hoc congruat, etiam non vitiato seculo.* Sed plura de Blaureris in sequentibus.

Nec *Memmingensium* aliam tum fuisse de Prædestinatione doctrinam, *Gervasii Schuleri* Epistola d. 8. Feb. 1535. *Barbaræ Blaurere* inscripta, condocefacit. Liceat & hinc quædam excerpere, ut quàm dextrè & piè Majores nostri in hac abstrusa tractanda materia sint versati, tum etiam, ubi cui ἡ ἀσθενεστέρω σκεύει fuit negotium, pateat. Du schreibst mir in dem långeren brief/wie das dir meine Schlußreden von der ewigen erwellung Gottes wol gefallen / daß dann mich von hertzen freuet: dann ich ja wol weiß/ und es nit verlåugnen kan / daß der handel

von

von der erwellung von niemand ange-
nommen und gefaßt wird / er habe dann
mit wahrem glauben Gottes huld / barm-
hertzigkeit und gnad verstanden / und mö-
ge sich daran von hertzen freuen / darauff
frey vertröstet seyn. Dorzu aber schal-
tet und waltet der heilige Geist nicht al-
lein freye würkung (wie in der propheceÿ
Cajaphæ Joh. 11. da der oberste Pfaff / Gottes
werckzeug seyn müßte / sprechende: Es ist wä-
ger daß ein mensch sterbe / weder das gantze volk
verderbe; und er der würckung des heiligen
Geists nichts genossen) sondern auch zum
aufnemmen an statt der kinderen Got-
tes / und zum ewigen heil. Dieweil ihm
dann nun also ist / daß dir diser treue han-
del der göttlichen verrichtung wol gefallt /
und ich mich keiner gleichßnerey zu dir
versihe / muß ich schliessen zuvor / Gott
habe dich mit gnaden zum heil gefasset /
weiter in gelegner zeit mit dir zuhandlen.
Daß du dich aber beklagst / des empfindlichen
überzeugen halben im hertzen / daß es sich zun
zeiten übel stosse / thust recht mein liebe Schwö-
ter / dann es ligt noch ein grosses ploch im weg
under den füssen des arbeitseligen fleisches;
Adams-

Adams schleimknoll der ist noch nicht auß de
bann geraumt: darum St. Paulus unser e
kantnuß/ so wir haben von himmelischen din
gen/ nicht für geschworne arbeit/ sondern sti
pletzwerck oder stuckwerck außrüfft: Unse
wüssen ist stuckwerck/ spricht er (1. Cor. 13.)
und unsere weissagung ist stuckwerck: wan
aber kommen wird das vollkommene/ so wird
das stuckwerck aufhören. Hörst du/daß er nich
spricht das vollkommene ist hie; sonder es wird
kommen/ und alßdann wird das pletzwerck ein
end haben. Wie darffst du mehr begehren vo
deinem getreuen Gott/dann er dir aber in disen
jammerthal zugeben verheissen hat? Stuck
werck/ stuckwerck heißt es/ liebe Schwöster
das hand je und je alle Außerwehlten ermessen
daß in erkantnuß kein vollkommens/ sonder
stuckwerck gewesen ist. Darum auch S. Pau
lus spricht: Nicht allein andere creaturen/ son
dern auch wir selbst/ (Rom. 8.) die wir haben
des Geists erstling/ erseufftzen auch bey uns
selbst nach der erbschafft/ und warten unsers
leibs erlösung. Auch lise das erste Capitel zun
Philippenseren. Du bekenst/ daß es Gott
zum theil angefangen hat/ deß danck ich
Gott in meinem gebätt. Nun ist Gottes
werck kein leibding: Es stirbt nicht ab/
wie der menschen arbeit: Es hat aber sein

zeit:

zeit: Gott allein weißt/ wann das angefangen sol geendet werden: Derweilen warte du was Gott macht: Stecke ihme kein zil seiner wercken: Er weißt wol wann es am besten ist. Er zanet dich wol; er betreugt dich aber nicht. — Es ist waar/ Gott zanet dich/ ia es ist ihme (menschlicher weis muß ich reden) ein besondere freud/ er wil sich also zur kurtzweil stellen seinen Außerwehlten/ **und doch allweg mit einem willen/ von ewigkeit in dem gehorsam seines Sohns gefasset/ daß er die seinen/ nach vil läckerens und zanes/ zu letst in seine vätterliche arm erwütschet/ und seiner ewigen freud ergetzet/ rc.** Wie eine Muter/ die einen roten apfel oder byren hat/ selbige ihrem lieben kind nicht nur einist/ sondern drey/ vier mal/ rc. zukt/ so oft das kind darnach greifft: Ja je unverdroßner das kind ist im nachgreiffen/ je öfter es die Muter zahnet und läcket: und zu letst/ wann sie das beharrlich gemüt nachzugreiffen an dem kind gespürt/ gibt sie dem kind nicht allein den apfel/ und erwütschets in die arm darzu/ und gibt ihme einen kuß an den backen: Also wird sie mit dem beharrlichen gemüt an ihrem kind gantz und gar gewunnen. Ist nicht/ liebe Schwöster/ Gott gegen uns gleicher art gesinnet?

net? Spricht er nicht zuvor im Propheten Jesaia Cap. 49. Vergisset ein Weib auch des Kinds ihres leibs/unnd Sohns den sie geboren hat? Und ob solche gleich vergessend / so wil ich doch dein nicht vergessen. Clarè utique fontem omnis gratiæ in gratuita, æternáque electione, aperit. Perspicuè & populariter sanctorum perseverantiam, commodo simili κατ' ἀντίθεσιν ostendit. Disertè providentiæ Dei actuali, & Sp. S. gubernationi Cajaphæ vaticinium, cæteráque quæ ad passionem Christi, spectant, subjicit. De quibus tamen ita loquitur, ut media fini non opponat, sed liberæ Dei definitioni liberrimè relinquat.

XX. Fuit hæc Methodus tradendæ doctrinæ de Prædestinatione in Helvetia & vicinis locis non superstite tantùm; sed & defuncto Zuinglio Reformatore, communis & recepta. Paulò pòst tamen, cùm in Professione Theologica Zuinglio Bibliander successisset, alia is paulatim Methodo uti cœpit. Qua de re distinctè

א. Bibliander ergo animo & studiis ab Erasmo non alienus, ejusdem in hac materia,

teria, quàm cæterorum vel veterum, Augustini, Prosperi, &c. vel recentiorum, Zuinglii, Lutheri commodiorem existimavit Methodum.

Unde *Myconius*, quem Præceptorem suum appellare solebat *Bibliander*, monuit, *eum totum factum Erasmianum*. Et *Alting*. Theol. Hist. Loc. IV. p. 300. *Tiguri aliquid hujus movit, etsi citra turbas, Theodorus Bibliander, Helvetius, vir doctissimus & S. Theologiæ Professor: Qui ex lectione scriptorum Erasmi adversus Lutherum hauserat errores ipsius, inprimis de prædestinatione. Sed displicuit res Ecclesiæ & Senatui; qui sub specie honoris ipsum jam senem rude donârunt.* De studiorum communione non est dubium. Nam & Bibliander noster crisi plurimum fuit delectatus. Unde ipse Præfat. in Epist. Zwingl. & Oecolompad. *In Theologia, inquit, vix mihi tyrocinium posuisse videor, nihil sumens citra Grammaticam: qui gradus si posset cum approbatione bonorum a me defendi, putem præclarè à me agi.* Id quod non in magni & penè incomparabilis (vix enim, penè αὐτοδίδακτον, in Linguarum orientalium peritia parem habuisse, alibi monstravimus:) præjudicium; sed modestiæ singularis encomium, obiter tantum,

 ob

ob studiorum Erasmianorum communionem monere visum fuit.

ב Causam tamen suam Bibliander citra [a] turbas Ecclesiarum, Scholasticè [b] potiùs cum eruditis, quàm Ecclesiasticè cū plebe ita egit, ut neque dissentientes [c] præceptores & collegas, facilè pulsaret, neque ipse publicis [d] scriptis sententiam suam morosè defenderet, neque tam ipsa re, quàm dicendi [e] modo & Methodo ab alijs plerunque abire visus fuerit.

a. Quod ei testimonium perhibent exteri etiam Theologi, ut ex Altingio modò audivimus. Neque ex Actis nostris vel Ecclesiasticis, vel Scholasticis quicquam habemus, quod ultra privatæ opinionis sententiæ suffragium assurgat. Nulla hîc publica vel scripta vel decreta, nullum Schismatis periculum. Quàm primum autem, accedentibus annis, datóque Martyre collega, incalescere nonnihil Bibliander cepisset, publica utriusque Ordinis intercessit authoritas, quæ ita meritissimi Theologi consuluit existimationi, ut veritatis tamen & solidioris de Prædestinatione doctrinæ professio prævaleret. Qua de re ipsum postea audiemus. Bullingerum. *b.* Scho-

b. Scholasticè verò, idque privatim potissimùm, cum amicis, cum eruditis Bibliandrum hanc serram reciprocare, quàm plebi Ecclesiasticæ abstrusiora hæc commendare maluisse, manifestum satis est ex eo, quòd, quantum mihi constat, intra familiarium parietes, & eruditorum cancellos omnia ferè ejus hac de re *μελετήματα* substiterint. Initium amicæ concertationis, quantum mihi constat, fecit cum *Ossvvaldo Myconio*, non longè pòst auspicia Professionis Theologicæ. Quæ sententia fuerit Myconij, prolixè indicavimus ex Epistola ad Bibliandrum 10. Junij 1535. data; quæ responsoria erat ad aliam Bibliandri, eodem anno scriptam, ubi sententiam suam de Prædestinatione *Bibliander* paulò distinctiùs aperuit. Ipsum proinde, ut bona agamus fide, & Historiæ veritatis lucem non invideamus, audiemus *Bibliandrum*, ita se explicantem, ut nec Collegis suis in asserendo absoluto DEI in creaturas suas exercito jure, per omnia accesserit, neque etiam gratiæ Dei quicquam detractum voluerit; nec tam nostrorum, quàm aliorum Doctorum hypothesibus restiterit. Ita ergo Bibliander Myconio: *Optimè fecisti Myconi, pater colendissime, sententiam tuam liberè ferendo de*

commentatiuncula mea, quam ad te illius rei gratia miseram, ut cognoscerem, quid improbares, aut omnia potiùs damnares. Atque utinam licuisset tibi plusculum temporis nugis legendis impendere, & omnia discutienti pensiculatius tuam censuram adjunxisse. Nam rerum conditio ferebat, ut mihi quidem tum videbatur, uti comprehenderem fundamenta Philosophiæ totius, in quibus si aberravi, intelligis quàm temerarius cursus institutus sit; sin verò rectè sentio, ad veritatem rationes omnium studiorum meorum præclarè essent conjectæ. Quando igitur quædam non satis probas, quæ adhuc animus mordicus retinet, planiùs mentem meam, & simplicius aperiam, ut tu commodiùs laboranti possis consulere. Saltuatim igitur ad Epistolam tuam respondebo, ut postremo loco ponam, quod præcipua continet momenta scientiæ & salutis nostræ. Quod te offendit in decisione dictum, *quosdam parùm circumspectè summã salutis collocare in literatura sacra*: Et mox subdi: *Scripturam esse librum vita.* Videbatur mihi equidem, cùm in chartam spargerem, obscurius dictum, faciemque præferre repugnantiæ. Sed currente calamo, & tempore premente, relinquebam, quia non subministrabat ani-

animus, pro tempore meliora. Intentio autem, Scripturam esse librum vitæ, ut Ecclesiasticus appellat, quòd ad vitam indicet viam, quòd verbum DEI sensibus ut capi queat, informatum exhibeat, quam lucernam pedibus suis unicam esse David testatur. Sed non opus est, ut infinitas sententias afferam de Scripturarum divinarum authoritate, de quibus scis, quàm religiosè, quàm magnificè sentiam. Sed in priori sententia damno illos, qui non recto animi proposito versantur circa Scripturas, qui functos officio putant, si audiant & legant Scripturas tanquam populus DEI, nec tamen ut verbo DEI afficiuntur, nihil moventur, nihil mutantur, non obsequuntur. Gravantur quòd nostro tempore revelatum sit Evangelium; & tamen occultatum in pectoribus, fructus ostendunt multorum, qui gloriantur ex peritia Scripturarum: Scribunt, pingunt, disputant, tandem verbosissimè crepant nihil nisi verbum: Quasi regnum Dei esset in sermone, ac non potius in virtute. Plura de hoc etiam non addo. Nôsti enim ex Scripturis divinis, quatenus Scripturæ conducant. Méque vides jam illos improbare, qui frustra de possessione sacrorum eloquiorum personant, nec fru-

ctus exhibere modis omnibus adnituntur, cùm Dominus clamet: Hic est discipulus meus, qui novit voluntatem meam, & facit eam. Rursum, quòd servus, qui novit voluntatem Domini; sed non facit, vapulabit graviùs.

Dubitas autem, quam disputationem importunam de Prædestinatione improbem, facturus mecum, si de sola digladiatione sentiam. Ego verò, mi Præceptor, non solùm digladiationem inter professos Theologicos, quæ resipiat furiarum pistrinum damno; sed illud etiam dogma importunum, paulum antea dixi, intempestivum illud dogma, ineptum, insulsum, frivolum, falsum, pestilens, ad eversionem omnis pietatis tendens, *quo traditur, Deum impellere (NB.) atque necessitate absoluta cogere hominem ad flagitia, utque nonnulli explicatiùs loquuntur*, DEUM esse Angelum in Angelo, Sanctum in Sancto, furem in fure, porcum in porco, Diabolum in Diabolo. Quas autem blasphemias expectamus, si hæ non sunt? Quid damnabit Dominus, si operatur isto pacto omnia in omnibus? Quid præcipit & vetat? Quorsum illectamenta præmiorum, & minæ suppliciorum? Quomodo potest veracissimus, sanctissimus, optimus, immutabilis Deus aliud cogere,

gere, aliud mandare? Quomodo erunt intelligendæ voces divinæ: Deus nolens iniquitatem: Hæc eſt voluntas Dei; ſanctificatio veſtra: Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat? Diabolum autem teſtatur Sctiptura agere in filiis diffidentiæ. Aliósque oſtendit fructus carnis, alios Spiritus, alia opera Dei, alia Diaboli. Quid verò abſurdius, quàm dici de DEO, aliud velle ipſum, aliud agere. *Nam in permittendo malefacta, cùm placeant ſancta, jubeátque ſancta, conſpicua eſt juſtitiæ ratio.* Verùm, cùm immenſus ſit cumulus ſententiarum divinarum, quibus moveor, ut velim ſublatum è medio, neceſſitate abſoluta impelli homines ad impietatem, ad flagitia, ad omnes turpitudines, ad mortem, & extremum exitium: Indicabo jam tibi ſententiam meam paucis & ſimpliciter de prædeſtinatione, viribúsque hominis, ex quo & illud cernitur, quid operetur DEUS in homine, quídque illi per omnia contrarius Satanas. *Primum ſeparo præſcientiam & prædeſtinationem, quòd plurima Deus prævidit, quæ, ut fiant, non prædeſtinavit.* Veluti, quod præſcivit Petrum graviter peccaturum, non autem Petrum deſtinavit, ut peccaret, quem Satanas cribravit. Similiter præ-

 dictio-

dictiones separo ab imperio & coactione, ut Judam ejiciendum ex sorte Sp.S. prædixit, quia DEUS præviderat, instigante Diabolo proditurum & periturum, non autem Judas fecit, quia illud scriptum fuit. *Præscientiam enim intelligo, DEI æternam omniscientiam. Prædestinationem autem, singulorum æternam destinationem in suum finem certis legibus. Ab alijs vocabulis Providentiæ fateor prudens me abstineo. Cæterum leges voco causas rerum & negotiorum, ut nihil existat, nihil fiat, nisi ob certas causas, quarum aliæ alijs præstantiores.* Summa verò & princeps voluntas Dei sancta, justa, æqua, benevola. Quæ causæ obscuriùs aut evidentiùs perspiciuntur à diversis & diverso tempore; veluti, post excisam Jerusalem, qui fugerant in Ægyptum, Jeremiæ dicunt, causam omnium malorum suorum esse neglectum militis cœlestis. Jeremias contrarium ex DEO asserit. Consulti enim sacrorum eloquiorum optimè de caussis, & de omnibus judicant & pronunciant. Omissis nunc bonis & malis Spiritibus, universitate quoque irrationalis creaturæ, de homine nunc consideretur, ubi & altera quæstio conjuncta. De *cujus Prædestinatione multi, qui Evangelium Christi summa fide docent, ita videntur sentire, quod simpli-*

ſimpliciter, vel occultas ob cauſas, quæ nobis non ſint inquirendæ, is ſit deſtinatus ad æternam vitam, alius ad æternam mortem. Qui ad vitam deſtinati ſunt, eis conferri gratiam, & Spiritum, & facultatem bene agendi: Qui verò ad mortem prædeſtinati ſunt, negari gratiam illis, deſtitui, eſſe filios iræ & peccati. Et *huic ſententiæ te ſimilimum eſſe colligo ex Epiſtola tua. Ego vel modum loquendi alium habeo, vel etiam aliter ſentio.* Non enim per ſpecies ad perſonas deſcendo iſto pacto: Ille ſalvabitur, & is non. Petrus adſumetur ad ordinem ſalvandorum, & Judas Iſcariotes reponetur in numero damnandorum. Sed in genere maneo citra perſonarum diſtinctionem, & cauſam animadverto, propter quam gratiam DEI aut iram, & conditionem, quæ eſt in propoſito DEI, hoc eſt fidem, vel impietatem, timorem Dei, vel contemtum, & medium, ſcil. Chriſtum. *Nunc prædeſtinationis ſententiam certiſſimam & indubitatam profero juxta os Chriſti Servatoris, & judicis: Qui credit in Filium, in judicium non veniet: qui verò non credit, jam condemnatus eſt.* Item: Beati mortui, qui moriuntur in Domino: Contráque impius in judicio non ſubſiſtet. Hanc generalem ſententiam mihi jam & omnibus ſpeciatim accommodo per conditio-

ditionem: Si fidem habeo in Christum: Si timeo Deum, certissimè sum ex numero beatorum. Si Deum contemno, fidémque in Christum non habeo, certissimè sum ex turba damnatorum, nisi resipiscam: Idemque judicium de alijs. Quid verò tribuam DEO, ut sim erga illum animatus, conscientia indicat. *Alius an fidem habeat, Deúmve timeat, ex fructibus duntaxat possum æstimare, unde longissimè abesse debet temeritas.* Hæc autem regula quum certissima sit mihi, qua vitam æternam ipsimet aut alijs promittam, consoler aut terream, intro mittam conclave in regnum Dei aut excludam, qua expendo, utrum odio an amore homo dignus sit, applico tamen duntaxat præsentibus, si perstiterit ille in pietatis studio, salvus erit. Nam piorum & impiorum mutationem omnimodam ostendit Ezechiel: Si justus defecerit à via sua justa, morietur, & oblivioni tradentur omnes illius justitiæ. Similiter de impio contrarium pronunciat. *An autem habiturus sim fidem, & vitam æternam consecuturus sim, itemque alij omnes, metior ex immensa Dei bonitate atque justitia, quòd clementissimus Pater omnes vult salvos fieri, & ad cognitionem veritatis pervenire, modò confugiant ad illius inæstimabilem*

gratiam

gratiam & misericordiam , non ulli praecluso aditu ad thronum clementiae , nisi qui erepugnet Spiritui sancto , ingerenti nobis quantum abundè satis est, Domini clementiam, excitanti ad preces, ádque studia pietatis. Atque is mihi arrhabo Spiritus est, certitudo est, cui nihil praevalebunt portae inferorum, πληροφορία est, cui nihil desit: quàm mihi praeclarissima aestimatio de bonitate, simúlque justitia clementissima, sanctissimáque Dei, pectus obsederit, secum quilibet facillimè perspicit, dum se ad contemplationem Numinis ab externis occupationibus quiescens contrahit, quae testata est Scripturis Canonicis, quae cernitur in machina & ordine totius mundi, quae occurrit, ut semel dicam , in omnibus , ex quibus aliqua ratio vel authoritas colligi debeat. Ad haec probanda, & quae contra dicuntur improbanda, testimoniorum & rationũ agmina instructa sunt. Sed quia vides meam sententiam, hinc descendam ad facta & vires hominis prius, tum Praedestinationis ἀποτέλεσμα non Mathematicum; sed Theologicum reponam. *Ad vitam aeternam certissimè pertinent per Dei gratiam, merito Jesu Christi, quotquot DEUM reverentur, illíque fidunt. Ad aeternam mortem pertinent, quotquot Deum contemnunt, illíque*

que

que benevolentiæ ſummæ fiduciam non attribuunt. Alii ſic ſtatuunt, nî fallor. *Alium Deus ab æterno ad vitam æternam ordinavit, alium ad perditionem : Quem verò ad vitam deſtinavit, ei confert cognitionem ſui & fidem. Qui ad interitum eſt deſtinatus, ei non poteſt obtingere vel recta cognitio, vel fides, vel ſincera opera; ſed ſpecies tantùm quædam piorum hominum.* Jam de factis & viribus hominis *Vides enim me, gratiæ divinæ omnino tribuere ſalutem noſtram. Sed miſeriam, infelicitatémque neglectæ religioni, ſocordiæ privatæ, & juſtitiæ divinæ adſcribere.* Quemadmodum igitur, juxta os Dei, decerno & pronuncio de ſummo bono, & ſummo malo, qua via obtingant, nempe ut Danielis utar verbis, quòd dormientes in pulvere reſurgent, juſti ad vitam æternam, impij ad dedecus & incendium æternum: Ita quoque ex verbis Dei æſtimo facta hominum & voluntates partim bonas, partim malas. Nam quia Deus in hac ſuam voluntatem prolixè declaravit, ſcio malum concupiſcere, bonum autem libidinem comprimere: Donum eſſe eleemoſynã, malum eſſe fraudationem. Et licèt Dominus καρδιογνώστης voluntatem ſpectet, ſemper tamen præſtat, Deóque gratius eſt fieri quæ præcepit, omitti, quæ ve-

vetuit. Veluti audire verbum Dei, abstinere à flagitijs, conferre beneficia per se bonum est. At non animo sincero illa fieri, corrumpit rem, quantum ad authores attinet, qui non ex Deo, sed ex carne atque Diaboli suggestionibus operantur, ambulantes in hypocrisi ad decipiendum. Jam ex instituto Dei optimi, sapientissimi, æquissimi, liberalissimi, ex bonis causis, boni affectus consequuntur, ex malis mali, qui fructus in Scripturis dicuntur, & merces, & stipendium, & præmia, suppliciáque, sicuti stipendium peccati mors est. Et apud *Esajam*: Dicite justo, quòd bene illi, quia fructum adinventionum suarum comedet. Væ impio in malum, quia retributio manuum suarum fiet illi. Sic, qui orat in occulto, ei rependet Pater cœlestis in propatulo: Qui orat in angulis, ut conspiciatur ab hominibus, jam habet suam mercedem, vanam scil. aurulam opinatæ sanctimoniæ apud stultos homines. Quúmque censeam ingens esse discrimen inter facta & voluntates hominum, vel quadrantes Legi divinæ, vel repugnantes, & alijs certos fructus bonorum, alijs malorum assignatos esse, non tamen statuo merita velut nostrarum virium, non beneficia DEI minuo vel obscuro, non erigo

erigo mentem in arrogantiam, gloriationem, jactationem. *Quid enim habemus, quod non accepimus? Omnéque bonum supernè descendere confiteor à Patre cœlesti, (NB.) qui dat intellectum, voluntatem, executionem. Sine Deo igitur nihil possumus boni, per Deum ingentia, in Christo manentes ferimus, habentes fidem etiam transferemus montes. Dat autem sua charismata Deus, sua talenta, judicio æquissimo, dispari mensura, usuram repetens majorem, aut minorem, pro sorte, ut qui accepit multa, de multis reddat rationem, & in accipiendo non tam factum æstimans, quàm voluntatem atque conatum, ut vidua collato assiculo plus, Deo judice, in Korbonam intulisse censetur, quàm divites magnificis donariis.* Rursum optimus, justissimúsque Dominus amplissima præmia decrevit eis, qui ex illius etiam facultatibus præclarè agunt, non modò justitiam adhibens, quæ exigit debita, qua nihil in conspectu Dei subsisteret, sed quæ donat liberaliter, servat in promissis fidem, rependit magnificè, indulget clementissimè, orantibus concedit, ad orandum provocat, supplicibus quidvis flagitij benignè remittit. Unde habentibus datur, virtus trahit virtutem, bona voluntas, bonus sermo, bonum opus reportat bonum fructum, ut qui fuit in paucis fidelis

fidelis voce Domini prædicetur ſervus bonus, ſuperque multa conſtituatur, merito quidem & debito inutilis, etiam ſi omnia præſtitiſſet, quorũ minimam partem haud dum executus eſt. Contrà verò, qui gratiam Dei contemnunt, aut in vanum acceperunt, qui talentum ſuum aſpernantur atque defodiunt, ſũâ culpa, ſuo merito juſtiſſimo pereunt, ut abjiciantur in tenebras etiam exteriores tandem. Sic vitium trahit vitium, & mala voluntas cum ſermone atque operibus malam reportant gratiam. Hinc judicium colligo de conditione hominum in terra & in futuro Seculo, & ſic μαντεύομαι juxta verbum Domini de me, atque cæteris omnibus. Bonis omnia cooperatur in bonum. Nec poteſt eis quicquam accidere ſine Patre cœleſti. Væ autem impio in malum, quia retributio manuum ſuarum fiet illi! Et videre licet, quæ ſit felicitas in hac etiam temporaria vita illorum, qui malis artibus bona ut vocantur media ſibi comparârunt. De felicitate verò ſumma & immortalitate ſic ſtatuo, incredulos omnes jam damnatos ad ignem æternum cum patre ſuo Diabolo, ſed graviora vel leviora tormenta paſſuros, prout ſe geſſerunt, dum erat tempus operandi & tempus gratiæ. Omnes,

quo-

quoque pios & credentes accepturos esse denarium diurnum vitæ: Latronem in cruce conversum ad pœnitentiam, cum Abrahamo, Isaaco & Jacobo, qui longissimum stadium pietatis decurrerũt; Magdalenam peccatricem cum Sara sanctissima, ut omnes cultores Christi cum Christo sint. At dispar erit gloria, prout graviter aut segniter laboratum est in terris, ut *Daniel.* 12. *Rom.* 2. 1. *Cor.* 15. clarè testatum est. Habes breviter meam sententiam de Prædestinatione & hominum viribus, causisque bonorum & malorum. *Nam partes hominis persequi, & rationes quibus cognitio colligitur, quibus voluntas movetur, quibus negotium quódque perficitur; non est hujus propositi.* Atque hæc Epistola illa est, qua *Bibliander* suam de Prædestinatione mentem explicuit; simúlque Myconio & suam exprimendi sententiam, & Epistolam examinandi luculentam præbuit occasionem: Quod, qua fide, eruditione, perspicuitate sit præstitum, superiora affatim probant. An verò quicquam ad prolixam Myconii Epistolam Bibliander exceperit, hactenus non succurrit: Postea verò & ex intervallo, ut constantiam suam probaret a. Ch. 1552. ita *Bibliandro* vellicavit aurem, ut in responso suo & moderatio

visu

visus fuerit, & de modo potiùs electionis a posteriori cognoscendæ, quàm gratiæ prævenientis fonti, à priori, obthurando, agere. Ita enim Myconio Bibliander respondit: *Quod nihil in me desideras in dogmatibus fidei præcipuis: valde gaudeo, Myconi pater: Quia tamen quereris, me nihil respondisse ad tua de Electione; copiosiùs explicabo, quod scripsi, me neque Pelagianum esse, neque Manichæum. Altera enim factio tollebat gratiam Dei, qua sola servamur in Christo Jesu per fidem. Altera Deum constituebat authorem perditionis, & omnium malorum. Dixi, me agnoscere, quod ex nobis, tanquam nobis nihil possimus vel cogitare boni; tantùm abest, ut bonis operibus & meritis nostris paremus peccatorum solutionem & justitiam, & sanctitatem, & vitam æternam. Dixi, fidem esse donum Dei, ne quis glorietur. Ante fidem (NB.) posui gratiam prævenientem; quod est fundamentū consolatoriæ electionis, quâ sumus in Christo electi, antequam jacerentur fundamēta mundi. Cæterùm, adversus fundamentum Papisticæ justificationis, vel potiùs infidelitatis & impietatis, quod jubet semper dubitare de gratia Dei, an simus in statu gratiæ, an simus electi, & prædestinati, oppono finem hominis à Deo Patre præfixum nobis & in Scripturis sanctis toties monstratum, ut dubitare nefas sit. Vult enim Deus appellari*

& haberi Pater omnium: Igitur vult, ut cert sciamus, nos omnes loco filiorum esse, modò nor diffidentia & sceleribus, & impietate ipsi Deum Patrem compellamus, uti nos abdicet. In hac υἱοθεσίᾳ *totus acquiesco: Et intueor officium esse propriissimum hominis; sedulo imitari Patrem cœlestem, ut etiam ipse operibus æquissimis & sanctissimis, & præceptis monstravit & munivit, inprimis in filio suo unigenito & charissimo Christo Jesu nobis præbuit exemplum, ut vestigiis ipsius insistamus, & quotidie Spiritu & gratia Dei adjuti renovemur, ad istam perfectissimam Dei Patris imaginem, ut aliquando ipsius ope fiamus revera novus homo, & nova creatura, & illa Schulamith, perfecta & pacifica, de qua Salomon in Canticis. Sed in descriptione Christianismi plenius etiam cognosce: meam sententiam in Concilio. Hæc prid. Cal. Martij 52. suâ manu ad Myconium.*

c. Bene enim illi convenerat 1. cum Tigurinis aliter sententientibus, Zwinglio præsertim, cujus scripta publicè sequentibus defendit verbis. *Generatim*, inquit, *indicabo sententiam meam de libris Oecolampadij & Zuinglij, ut equidem potui eorum sermones vel auscultando vel legendo comprehendere: Volóque libros ipsorum testes produci, ut arguar mendacij.* Opinor, me offerre conditionem non iniquam. Si proferetur ex

libri

libris eorum dogma hæreticæ pravitatis, idque probatum, & gladio Spiritus olim confossum, quòd nunquam fore confido, agnoscam me confidentiùs parúmque circumspectè testatum esse. Confitebor meum mendacium. Transibo à defensione ad accusationis partes, illúmque doctrinæ Catholicæ adversum articulum, ut decet bonum virum, & in ordinem aliquem sacras literas profitentium, judicio libero, cooptatum, oppugnabo. Sin quid ex malitia & invidia, vel petulantia quadam omnes insectandi suggilletur, id pro mea virili non convitiosis debacchationibus, quod in viris Ecclesiasticis vehementer improbo, utpote scurris indignum, sed argumentorum libratis rationibus defendam. Videtur igitur mihi omnis de religione doctrina, quam editis libris publicitus vel coram Ecclesiis intra privatos, ut sic dicam Ecclesiæ suæ parietes protulerunt, posse dividi in theoriam & dogmata, in explanationem Scripturarum, in modum administrandi munus Ecclesiasticũ, quámque rationem inierint, ad restituendã externæ religionis formam ab aliquot annis jam collapsam. In quæstionibus dubiis, quæ salutis summam non concernunt, nec Scripturæ Canonicæ testimonio aperto pro-

productæ sunt ad liquidum, & tamen in disputationes propositæ, opinationem suam pari modestia & circumspicientia exhibuerunt, æquissimo animo liberum arbitrium, vel idem, vel contrarium sentiendi permittentes. Quod genus sunt nonnulla pertinentia naturam Angelorum, quum alii doctores magni contendant, post mundi fabricationem creatos, alij non minus celebres Theologi diversum astruant. Hæc igitur de quibus hæsitare pia prudentia est, quum ab alijs moverentur, aut omnino postularet res ab eis attingi, pendulum reliquerunt Ecclesiæ judicium. Capita verò pietatis & doctrinæ contestatæ quasi limites putaverunt summa libertate atque constantia sibi asserendos, ut sanè præconium veritatis postulat, utque divinis mandatis injunctum fuit. In quibus tuendis tradendísque tanta versati sunt reverentia, tanta circumspectione, tanta diligentia, tanta per DEI gratiam felicitate, ut (NB.) nullum articulum orthodoxæ fidei vel tentârint loco depellere, tantum abest à vero, quod amici nostri calumniantur impudentis vanitatis & perfrictæ frontis homines, ullum dogma Catholicum ab eis labefactatum. — De Zuinglij sententijs produco testes ex multis

tis paucos. Primùm 67. quæstiones, quas tuendas explicandásque proposuit coram Ecclesia Tigurina, ultro provocatis in harenam, si qui considerent à se posse aliquid ad refellendum afferri. *Cito etiam librum de vera & falsa religione, illúmque (NB.) de providentia divina scrupulosissimi argumenti, & eum, quo Carolo V. Augusto, Principibúsque Christianis ad Comitia Augustana transmittens fidei suæ rationem locupletissimam reddidit.* Cognoscatur etiam liber nunc primùm in lucem prodiens, ad Principem, Regémque Christianum. *Quaque integritas fidei servata est in aliys disputationibus domi forisque pertractatis: Ut nunquam probatum iri confidam, quod vanissimis sermonibus spargitur, & improvidis perfundetur, ab his duobus Ecclesiæ Christianæ moderatoribus eximiys fidei, tesseram ulla parte confractam esse.* Hoc *Bibliandri* de Zwinglij, ijs etiam qui materiam de Prædestinatione, Providentia pleniùs pertractant, libris, judicium. Nec satis erat semel veritati litâsse; apertiùs, cùm esset non nemo, qui Præfationem illam lividis contuebatur oculis, veluti concordiæ Ecclesiasticæ parùm propitiam, causam suam egit, & quod nec temerè, nec præcipitanter fecisset, prolixa Epistola, quæ οἰκείᾳ χειρὶ scripta superest,

 osten-

ostendit. Et postquam doctè & prolixè suam pro Zwinglio, ejus præsertim de Cœna Domini assertione, sententiam dixisset, ita tandem Epistolam conclusit: *Quum igitur in Epistolis Zuinglij*, (in quibus tamen, ut suprà p.618. monuimus, de Electione & reprobatione, absque involucro aut ænigmate, fuit locutus,) *& Oecolampadij nihil contineatur pietati, honestati, oraculis divinis contrarium, nihil quod Domini Sacramentis suam dignitatem ac vim derogget, nihil injuriosum in venerandos homines, sicut lucem & oculos pij lectoris abhorreat, nihil seditionis vel indicativum, nisi perperam intelligatur, vel concitativum, nisi mala mens, malus animus depravet, licebit tibi animo tandem esse tranquillo, ac ægritudinem istam, abs re conceptam, ejicere.* Hæc Bibliander d. 8. Jan. 1537.

2. *Basileensibus*: Myconio cumprimis, quem identidem, etsi apertè contradicentem, amavit, coluit, præceptorem nuncupavit.

3. *Constantiensibus*, Prædestinationis doctrinam ex Zwinglij, & Calvini postea Schola promtam constanter retinentibus. Id quod amicitiæ tesseris minimè obscuris, & religioso commercio literario fuit probatum.

d. Mihi

d. Mihi certè nuspiam eius sententia clariùs innotuit, quàm, tum ex gemina ad Myconium *Epistola*; tum ejusdem oratione publica: *Quatenus Scriptura sancta conducat ad beatam vitam consequendam; quid literæ humanæ divinis conferant tractandis, quódque Sacrorum librorum discrimen*, quæ & ipsa, quantum memini, est ἀνέκδοτον.

e. Nam & ipse hac de re 1. dubitâsse videtur suis ad Myconium literis. *De hominis*, inquit, *Prædestinatione multi qui Evangelium Christi summa fide docent, ita videntur sentire, quod simpliciter, vel occultas ob causas, quæ nobis non sint inquirendæ, is sit destinatus ad æternam vitam, alius ad æternam mortem. Qui ad vitam destinati sunt, eis conferri gratiam & Spiritum, & facultatem bene agendi. Qui verò ad mortem prædestinati sunt, negari gratiam illis, destitui, esse filios iræ & peccati. Et huic sententiæ te similimum esse colligo ex Epistola tua. Ego vel modum loquendi alium habeo, vel etiam aliter sentio.*

2. Alibi contra profanos potiùs, qui arcana de Prædestinatione doctrina turpiter abutebantur, quàm ipsam Prædestinationem, egit. In *oratione* modò citata, hæc inter alia: *Cesset igitur illa importuna disputatio de Prædestinatione, quoniam de piè vivendo agitur*; Non audiantur illæ voces

 pro-

profanæ & testes reprobæ mentis. Quid agerem, jam destinatus vel ad salutem, vel ad exitium; quod decretum Dei, non vita mea qualiscunque infringetur. Quid ajs, verbero? *Annon omnibus suam æternam, justam, æquam, sanctam voluntatem proposuit? Quis autem non dicat illum servum insigniter nequam & veteratorem, qui audiens imperium Domini sui resistat, occipiatque Philosophari, an illud sentiat Dominus, quod jubet, an potius aliud jam olim decreverit? Quæ urbs bene instituta ferat civem, qui recuset obtemperare bonis legibus, quod non constet sibi liquidò, an ad illas servandas sit à DEO destinatus? Non est igitur inquirendum in arcana Majestatis divinæ, quibus scrutator opprimitur; sed credendum est DEO veracissimo, qui fingere atque fallere non potest. Sequendus est, qui vocat ad vitam: Obtemperandum est illi, cujus sumus factura in gloriam illius, qui habet in nos arbitrium vitæ & necis, qui præparavit bona opera, in quibus ambulemus, qui nihil jubet nisi justum, sanctum, bonum, qui diem præfixit, quo judicandi sunt & separandi omnes boni & mali, qui præparavit regnum ab æterno, in quod pij recipiantur, ignem æternum Diabolo, & ejus complicibus. Is Dominus, judex, pater, opifex, Deus Servator, tutor noster vocat ad se laborantes, ut resitiantur, protestatur ingeminatis sæpissimè ver-*

verbis, se nolle mortem peccatoris; sed inprimis cupere, ut omnes oblatæ salutis consortes fiant, omnibus promittit salutem æternam, qui credunt in Filium Dei. Benedictos pronunciat irrevocabili sententia, qui esurientem cibant, sitientem potant, nudum vestiunt, peregrinum colligunt, vinctum consolantur, clara voce denuncians, illos recipiendos in regnum Patris ab æterno paratum. Istis vocibus divinis & salutaribus auscultemus, fratres, cœlestia consilia, si cura nobis felicitatis est, amplectamur. Sacrosanctis supremæ Majestatis præceptis, si extremum malum effugere cordi est, obtemperemus per humilitatem animi ad obediendum DEO. Hæc Bibliander; de quorum verborum sensu nonnulla postea meditabimur, ubi præmissam Historiam Prædestinariam, suo loco, ad certa revocabimus capita.

XXI. Quemadmodum verò in Exegesi Scripturæ sacræ, ob consum̃atam Linguarum Orientalium peritiam, magnam paulatim Bibliander apud superiores & pares consecutus est authoritatem; ita docentem catervatim *a* audiverunt, & sententiæ ejus, quantum per conscientiam licuit, non illibenter accesserunt: Unde factum paulatim, ut celeberrimi

 b Ec-

b Ecclesiæ nostræ Theologi, ab hoc sive collega, sive Præceptore non facilè quidem recesserint, ita tamen ut neque concordiæ Ecclesiarum soluta compages, neque publica ædificatio impedita, nec denique adversariorum malitiosi & perversi conatus fuerint adjuti.

a. Qua de re *Pellicanus* ad Lascum a. Ch. 1544. d. 24. Junij. in Epist. Centur. Simonis Abbe Gabbema, quam gratissimo animo Celeb. D. Joh. *Georgio Grævio*, Professori Ultrajectino, fero acceptam: *Ex ore Theodori Bibliandri Jan. 12. annis excepimus solidissimas interpretationes in V. T. quod ferè bis integrè prælegit frequentissimo auditorio. Specimen forsan legisti in Nahum Prophetam solum editum. Cum in omnes 24. reliquos similiter scripserit, sed premit, junior adhuc, 32. annum agens, & forsan olim edenda. A nostris jam avidè rescripta & excerpta. Etiam à* Bullingero, *& à me (fidem facere possem* uno & altero volumine, manu ejus scripto, mihi antea hoc oblato, quæ in Bibliotheca mea asservo,) *& à multis doctioribus. Tertiò enim jam, à 10. annis tota Biblia audivimus tam prælegi doctis, quàm prædicari vulgò in Ecclesia;* quæ laboriosissimus ille Theologus

logus ex ore etiam Bullingeri excepit, & posteritati (mihi certè non contemnenda pars obtigit concionum ab ipso conscriptarum,) reliquit.

XXII. Et quoniam Bullingerum Novatores maximè solicitant, eúmque in partes suas trahere conantur, operæ pretium erit ita de eo agere, ut neque veritas periclitetur, neque charitatis immemores simus. Libenter ergo, sine ullo tanti viri probro, fatemur, Bullingerum hac periodo, ejus præsertim initio, idem fermè expertum esse fatum, quod contigisse olim legimus S. Augustino, qui ante conflictus Pelagianos de hac materia liberè satis & laxè fuit locutus.

De Augustino res certa est. Quemadmodum enim tota Ecclesia, tam Græca quàm Latina ante turbas Pelagianas, satis secura fuit, prævisis operibus, & libero arbitrio addictior; ita nec ipse Augustinus ab opinione illa fuit alienus. Duo loca adferri solent; unus, *lib. de Prædestinatione & gratia* c. 15. ubi videtur Augustinus discretionem justorum ab injustis referre

referre ad liberam eorum voluntatem causam ultimam. Et ut maximè dubitetur de libro illo, sitne Augustini, clara est ejus mens ex *Quæstionum libro, quæst.* 83. super verba: *Cujus vult miseretur: verum,* inquit, *hæc voluntas injusta esse nequit: venit enim de occultissimis meritis.* Quod postea retractavit, ostendens, non ex nostris meritis; sed ex Dei gratia esse, quod ad vitam æternam sumus prædestinati. In Bullingero eatenus id ipsum observamus, quatenus idem, ante certamina Prædestinatiaria, & variarum de ijs sententiarum accuratiùs examen, de executionis modis & medijs, quàm intentionis destinatione loqui maluit: Omnia ea declinans, quæ in malam partem vel ab infirmis, vel malevolis rapi potuissent. Paulò pòst verò, cùm causa Zanchiana ferveret, & tota hæc doctrina exactiùs expenderetur, ea Bullingerus metuere desiit, quæ in primis Ministerij annis ex recondita Prædestinationis doctrina, ὑποτύπωσιν ὑγιαινόντων λόγων arietare existimavit. Non quòd vel in electione vel ejus excutione quicquam nostris tribueret viribus, sed quòd & sanctitati Dei in gubernatione malorum, & hominum quoque conscientijs, in oblatione bonorum aliter consulendum putaret, plebemque Eccle-

siasti

ſticam, elementis antea mundi, & ex-
rnis quibusdam ceremonijs imbutam,
l veros ſolatiorum, & gratiæ DEI fon-
s, antea per Philiſtæos obthuratos, re-
ocandam exiſtimaret. Hæc fermè ſumma
at doctrinæ Bullingerianæ, initio præ-
rtim hujus periodi: Ubi tamen diligen-
er animadvertendum,

1. Bullingerum ita modeſtia litaſſe, ut tamen alios, plicatiùs de Prædeſtinationis doctrina differentes fa-lè & æquo tulerit animo. Nam & Zuiccium E-
iſtolâ, hac de re monentem privatâ, au-
ivit, & ejusdem Præfationem in N. Te-
amentum Tiguri edi, non interceſſit. Il-
ud cumprimis memoratu dignũ eſt, quòd,
ſi *Bullingerum* latere non potuerit, quæ
etri Martyris de hac materia eſſet mens,
um tamen & dilexerit, & ſcriptorum ſu-
rum cenſuram, de hoc ipſo etiam thema-
, ſponte ei obtulerit; & deinceps voca-
onem ejus ad Profeſſionem Theologicã,
ùm hoc ipſo nomine Argentorati diſplice-
e cœpiſſet, præ cæteris urſerit. *Joh. VVolfii*
V. Id. Feb. 1556. literæ, quibus ſuſpiciões
abefactatæ amicitiæ abſterguntur, indici-
m præbent luculentiſſimum. *Paucis* (ita
Volfius ad Petrum Martyrem) *ante die-
us, cùm apud D. Bullingerum eſſem, ísque
ihi cum nonnullis alijs ad ſe ſcriptis literis
etiam*

etiam tuas commonstraret; ex eo quidem, quod salvum te esse referebant tuæ, vehementer lætatus sum: Verùm, ex rumore nescio, quo, cognovisse te, nos aliquid sinistræ de te suspicionis concepisse, & graviter molestéque tuli. Etenim & nos tibi suspectos esse non sinit nostra erga te summa ac singularis benevolentia, & te gravari vel ulla apud nos vel levi suspicione, non concedit tua nobis exploratè cognita pietas & eruditio: mutuam charitatem, mutuáque studia postulant Ecclesiæ salus atque incolumitas. Ac quoniam mihi certò constabat, Ecclesiæ nostræ Ministros omnes te non solùm amare, & colere, verùm etiam honorificè de tua pietate & (NB.) doctrina semper omnia prædicare; tunc, quidem D. Bullingero constanter asseverabam, incredibile mihi videri nostrorum hominum quenquam vel vultu ne dum verbis uspiam tale quiddam præ se tulisse: tum etiam illum, ut eam solicitudinem tibi eximeret, obsecrabam, meq; idem facturum promittebam. Ac ne sim longior, nos, scito scriptis atque etiam in lucem editis hac de re libris adductos esse, ut existimemus, te piè & doctè negotium hoc percipere & tradere. Qua de causa non desunt hic, qui si quid sinistri de te rumoris spargeretur, dignitatem & existimationem tuam strenuè tuerentur. Sed si quis exterorum hominum aliquid, quod tamen factum sit nec ne, prorsus nescio, vel hic sparsi-

ſparſerit, vel ſparſum ſignificaverit, is quem ſui rumoris authorem habeat, ipſe viderit. Hæc ego mei in te amoris vi incitatus penè pluribus quàm oportuerat verbis ad te ſcripſi, quo te & hac cura levarem, & noſtrorum in te ſtudiorum facerem certiorem, &c. Iidem paulò pòſt, Wolphius cum primis, cùm *Petro Martyri* Tigurum vocato, aliunde etiam vocationis honos deferretur, authores fuerũt, ut Tigurinæ vocationi pareret, hoc, præter cætera uſi argumento, quòd liberiùs deinceps apud Tigurinos elaborata ſua erudito orbi communicare poſſet μελετήματα. Qua de re amica apud nos *VVolfii* ad Martyrem Epiſtola. Non ignorare poterant Tigurini, Martyrem eo etiam nomine, quòd profundiùs & ſolidiùs de Prædeſtinatione ageret, ſuſpectum jam eſſe Argentinenſibus. Id ipſum enim familiaribus ad amicum literis diſſimulare Martyr non poterat. *Neque ſolùm*, inquit, *in hoc, de Cœna Domini, verùm etiam in altero capite, quod ego Evangelij doctrinæ ſummum judico, id autem eſt de Prædeſtinatione ac electione Dei, ubi cùm tecum, imò cum ipſa veritate Scripturarum per omnia faciam, ab illis nullo modo audiar, qui, ſequuti humanas rationes, ut ſuo ſpreto Luthero, modis omnibus* φιλιππίζωσιν. Quid, quòd adeò Petrus Martyr ea de re fuit

soli-

solicitus, ut in alijs viris maximis majorem, quàm quæ veritati responderet, ferre noluerit moderationem? Ita enim a. Ch. 1554. *Ad Sleidanum Lipsiæ scriptum est, literas te dedisse ad Philippum, & quidem satis acres, quo ab illo cùm de re Sacramentaria, tum de Prædestinatione mitigationem aliquam, vel certum quempiam consensum extorqueres. Hoc te celandum non putavi, &c.* Et tamen antequam Tigurum Petrus Martyr venisset, Bullingerus suas de hac ipsa materia lucubrationes & misit, & judicium ejus de ijsdem poposcit. *Libellum tuum* (ita Martyr ad Bullingerum d. 30. Decemb. 1553.) *de Providentia perlegi, ídque magna cum voluptate, ac tibi gratias ago, quòd rem mecum tam amanter communicaveris. Quòd verò judicium meum postulas, agnosco esse humanitatis, quam tibi habes innatam; non quòd meo vel consilio, vel opera indigeas. Quamobrem de hac re tecum agere in præsentia differam, partim quia tum temporis modo concessi, tum Epistolæ spatium non patitur, ut tanta quæstio inter nos digeratur; partim, quia brevi spero fore ut mutuo possimus frui colloquio. Interim tamen te nolim, quòd eadem de re ad te scripserim, sic accipere, quasi vererer, ne turbæ aut contentionis alicujus fieres author, siquidem animi tui dexteritatem & modestiam probè cognitam*

tam habeo, sed tantùm meis literis eam particulã adjeci, quò per te, qui non contemnenda præditus es authoritate, aliis occurreretur, qui forsasse quæstionem essent ad certamen pertracturi. Adeò hæc παῤῥησία non alienavit Bullingeri animum, ut postea etiam vocationem ejus præ cæteris, ut potuit, curæ habuerit. Quid hujus scripti de Providentia nomine intellexerit, nolo hariolari. Versabatur tum in eruditorum manibus oratio Bullingeri de hoc Themate, cujus Guilelmus Gratarolus, Medicus, Basileâ d. 16. Decemb. 1562. his meminit verbis: *Pervenit ad me jam diu oratio, libelli molem præbens, quæ tuum nomen, teque authorem indicat; cui titulus est talis:* Quæ moderatio servanda sit in negotio Providentiæ, Prædestinationis, gratiæ, & liberi arbitrij; Oratio Henrici Bullingeri. *Incipit:* Conventus Fratrum, Ministrorúmque Ecclesiæ, &c. *Cupio scire à tua humanitate, num edita sit in lucem, aut velis edere?* Nam exemplum apud te esse non dubito. Tale quid etiam *Bartholomæo Traherono Londinensi*; qui ut magnus fuit Bullingeri æstimator, ita ejus causâ Tigurum se venisse, eleganti, quod penes nos est, testatus est carmine: communicâsse Bullingerum colligo, ex Traheroni responsorijs, in quibus, inter

alia: Singularem tuam humanitatem, optime Bullingere, agnosco, qui ut mihi seriò flagitanti satisfacere, tam fusè, támque accuratè de Providentia & Prædestinatione DEI scribere nihil sis gravatus. Quamvis autem in illis tuis scriptis eximiam & eruditionem & modestiam admirer, tamen, ut verum fatear, tecum per omnia sentire non possum. *Nam quadam ita Deum permittere scribis, ut illi omnem actionem tollere videaris. Permittere DEUM multa nos tum dicimus, cùm suo Spiritu non renovat; sed homines cupiditatibus suis auferendos tradit. Et quanquam Deus ipse malas cupiditates in nobis non creat, quæ alioquin nobiscum nascuntur, tamen locum, tempus, modum præscribere asserimus, ut nihil aliter fiat, quàm quomodo ipse antea statuerit fieri.* Nam, ut Augustinus habet, etiam tenebras ordinat. Breviter, actiones omnes Deo tribuimus, vitium autem, si quod inest, hominibus relinquimus. Quod opinor his verbis Augustinus extulit: Peccare est in hominum potestate, ut autem peccando hoc vel illud opus homines edant, non est ipsorum; sed Dei ordinantis tenebras. Rursum, Deus quasdam voluntates suas utiq; bonas implet per malorum hominũ volũtates malas. Huc deniq; pertinet illud: Propterea namq; magna opera Domini, ut

miro & ineffabili modo nō fiat præter ejus voluntatem, quod etiam contra fit ejus voluntatem. Sed parùm prudenter facio, qui te horum admoneam, cùm omnia Augustini sint notissima. *In Calvino non probas, quòd scribat, Deum non modò primi hominis casum, & in eo posterorum ruinam prævidisse; sed arbitrio etiam suo dispensâsse. Quòd certè ubi concesserimus, omnem providentiam & sapientiam Dei è medio tollemus.* Equidem non video, quomodo hæc Salomonis sententia minùs quippiam complectatur, omnia propter semetipsum operatus est Deus, etiam impium ad diem malum. Et ista Pauli: Omnia in illo, per illum, & in illum. Alias phrases, quibus utitur doctissimus Calvinus, quoniam passim in sacris literis occurrunt, omitto. Nec verò aut ineptum, aut periculosum arbitrari possum, si eum loquendi modum imitemur, quo Sp. S utitur. *Ac nisi supervacaneum videretur, te etiam atque etiam rogarem, ut caveas, ne quòd dissidij inter vos, harum rerum causâ, oriatur. Nam & cursum Evangelij haud parùm retardabit, & vos causam, sua sponte labentem non ita diu, nisi me omnia fallant, sustinebitis.* Aliâ Epistolâ, apertius cum Bullingero egit idem Traheronus: *Nunc cogor,* inquit, *dum nihil quod in te conferre possim*

reperio, novum beneficium abs te poſcere. Vehementer cupio ſcire, quid tu & cæteri doctiſſimi Viri, qui Tiguri agitis, de Prædeſtinatione & Dei providentia ſentiatis. Si cauſam quæris, ſunt hic quidam, qui apud vos aliquando egerunt, qui vos aſſerant nimium] μελαγχθονίζειν. Plurimi verò apud nos, in quorum numero fateor me eſſe, Joh. Calvini ſententiam, ut perſpicuam & ſacris literis maximè conſentaneam, amplectuntur. Ac Deo quidem gratias maximas agimus, quòd nuper doctiſſimi & optimi Viri Joh. Calvini opuſculum egregium, contra Pighium, & Georgium quendam Siculum prodierit eo tempore, quo hæc quæſtio apud nos agitari cœpit. Fatemur enim, eum multum lucis attuliſſe, imo totum hoc negotium ita tractâſſe, ut nihil neque doctius, neque dilucidiùs hactenus viderimus. Cupimus tamen ſcire, quid vos ſentiatis, quibus jure plurimum tribuimus. Speramus certè, vos ab illius optima & doctiſſima ſententia nihil diſſentire. Saltem dignabimini exponere, quid in eo libello vel probetis, vel deſideretis, vel omnino rejiciatis, ſi tamen aliquid ſitis rejecturi, quod non facilè credimus.

Ita verò hæc moviſſe videtur Epiſtola Bullingerum, ut, ne propter aliquem in hoc

hoc capite dissensum, abalienato à Calvino animo judicaretur, ansam arripuerit, animum suum pristinæ amicitiæ memorem pleniùs explicandi. Verba Bullingeri ad Calvinum hujusmodi sunt: *Cogor brevibus ad te scribere, colende & dilecte mi Domine & frater Calvine. Scribo autem has, ut intelligas, me non esse hostem. Quanquam nemo persuaserit, id te posse de me sentire. Quia tamen Vlmius ex Anglia rediens, nescio quid hostilitatis significavit, non potui id prorsus contemnere: Decubui diu & lethaliter quidem præterita hyeme, denique vim aut reliquias morbi etiamnum sentio. Id autem refero, ut intelligas, quare nihil aliquot mensibus ad te scripserim. Ergo, si quis retulit, Bullingerum Calvini hostem factum, falsissimum retulit. Amo enim tuam pietatem, oróque Dominum, ut te servet in sancta sua voluntate incolumem. Licèt verò in causa Hieronymiana non (NB.) per omnia votis tuis responderim, ideo tamen non odi. Scribebam tum, cur non (NB.) simpliciter subscriberemus. Nec dubito, quin sint mentes aliquæ propensiores ad rixas quàm deceat, qui dissidia inter nos quærunt. Verùm, si eam animi æquitatem servaveris integram, quam hactenus bonitas Dei concessit, non quorumlibet credes relationibus. Amemus mutuum in Domino, &c. &c.* En tesserá φιλοτήσιον Bullingeri!

2. *Omni nisu & opera cavisse Bullingerum, ne Calvinus & Bibliander, capita ferè diversarum sententiarum, publicè committerentur.* Animum Bernä addidit, *Johannes Hallerus*, 14. Decemb. 1552. *Ferunt quidam, D. Bibliandrum scripturũ contra Calvinum, quod ut ne fiat, etiam atq; etiam oro. Tu tamen te interpone prudentia & authoritate, quantum potes.* Cúmque Lausanenses postea, aliique Theologi vicini, (Francisco Sanpaulino, Viviacensi excepto,) suos de Prædestinatione ad mentem Calvini exhibuissent, aphorismos, author idem cum Collegis fuit, ut ne libellus Sanpaulini de Prædestinatione Magistratui oblatus, imprimeretur; ne hac ratione ignis contentionum incalesceret. Verba *Halleri*, præter cætera, sunt: Nos suademus Senatui, ne statuat quicquam hoc tempore edi, scribi, aut disputari à suis de hac materia. Libellum (Sanpaulini, quo sententiam suam à cæteris diversam Theologis Lausanensibus, complectebatur) nec approbamus, ne imprudentes involvamur huic contentioni.

3. *Observatum, Methodi potiùs diversitate, quàm doctrinæ varietate à se invicem abiisse*, qui hic dissentirent, & qui cum Bullingero fecerunt, varios magis abusus, & contradicentium Doctorum morsus, quàm ipsius doctrinæ incommoda metuisse. *Simler*, in vit. *Bulling.*

ling. ad a. Ch. 1551. p. 26. De *priori*: Interea, inquit, *in Genevensi Ecclesia dissidium ortum fuit de electione divina. Hieronymus enim Bolsecus, Medicus, publicè doctrinam Calvini oppugnare cœpit, & plebem hortari, ne se ab eo seduci pateretur, respondit huic Calvinus, & ejus errorem testimoniis Scripturæ, & D. Augustini quam plurimis confutavit.* Quoniam verò ille in errore suo contumaciter perseverabat, & jactabat se in aliis Ecclesiis complures habere Ministros secum sentientes, visum est Senatui & fratribus Genevensibus, Helvetiarum Ecclesiarum sententiam percontari, & præsertim Tigurinæ, quoniam Bullingerum ejusdem secum esse sententiæ mentiebatur. Respondit tum Bullingerus, una cum aliis fratribus, & ita respondit, ut omnibus appareret, istum, qui docebat electionem ex fide pendere, fidémque ipsam ex proprio hominis motu, quàm ex cœlesti inspiratione oriri, malitiosè abuti nostrorum nominibus. Equidem scio, Bullingerum multis suspectum fuisse, quasi non idem, quòd Sanctæ memoriæ Zwinglius de æterna Dei providentia, & electione, humanóque arbitrio sentiret; sed, qui sic judicârunt, magnam illi fecere injuriam. Etenim cum quidam in privatis congressibus, & pu-

licis etiam cœtibus ita de his mysterijs disputarent, ut dicerent, hominem etiam invitum cogi ad peccandum, & DEUM causam peccati simpliciter assererent, sese his opposuit, ac monuit, sobriè de tantis mysterijs loquendum, ne inde homines ansam arripiant culpam suorum scelerum aliò transferendi & blasphemandi Deum. Itaque hoc studebat, ut doceret suos agnoscere gratuitam Dei benevolentiam, qua nos absque ullius dignitatis nostræ respectu elegit. Fidem semper prædicabat donum Dei esse idque gratuitum, per quam Christi efficiamur participes: Viribus hominis non renati nihil esse tribuendum, nisi corruptionem culpam & pœnam. Exposuit autem in varijs Scriptorum sacrorum literis, quid de tantis mysterijs sentiret, maximè in Decadibus sermonum, in libris adversus Anabaptistas, in compendio Christianæ religionis. Ac fuit revera summus consensus inter ipsum & Calvinum atque Martyrem, quòd non tantùm arctissima eorum amicitia confirmat; sed consensio etiam cum Calvino & Genevensi Ecclesia in re Sacramentaria testatur, ubi ab initio summa hujus negotij paucis; sed dilucidè comprehenditur. *Hæc Simlerus.*

Placet

Placet addere calculum *Johannis Halleri*, Theologi Bernensis de a. Ch. 1553. ad Bullingerum: *Controversia de Prædestinatione in nulla alia præterquam in Lausanensi classe fuit agitata, hinc Francisco Sampaulino suam, reliquis verò omnibus communiter suam defendentibus sententiam. Quibus utrinque auditis, non visi sunt adeò procul sententijs discrepare, modò se mutuò per Spiritum modestiæ & charitatis ferre possent. Et quantum judicare possum, non tam de dogmate controvertitur, quàm de rebus alijs, quæ per contentionis fervorem interea acciderunt. Composuimus tamen quicquid inter nos fuit litis, & spero deinceps eos quietos futuros. Quod dogma ipsum attinet, satis moderatè & Catholicè sive Orthodoxè classis mihi sentire ac docere videtur: Nullam enim aliam damnationis causam constituunt, quàm hominis peccatum; neque hanc ita ad nudam Dei voluntatem referunt. Interea tamen, quare Deus aliquos injustæ suæ damnatione relinquat, hoc non inquirendum esse censent; sed magis dicendum cum Apostolo: O altitudo, &c. Et, tu homo quis es? Neque Franciscus aliud sentire videtur.* De *posteriori* verò Bullingerus ad Calvinum d. 20. Feb. 1552. *Multas mecum expostulâsti, colende Domine & Frater in Christo dilecte, super responsione nostra in causa Hieronymiana ad vos scripta.*

pta. Doleo valdè, hanc quæstionem venisse in contentionem: ex qua plus offensionis quàm ædificationis exoriturum metuo. Non ignoras, quos articulos ex hac disputatione S. Augustino imposuerint sui adversarij. Quid hodie fiat nemini obscurum est.

4. Bullingerum Homileticè ita in hac materia, tum alibi, tum in oratione, de moderatione servanda in negotio Providentiæ, Prædestinationis, gratiæ & liberi arbitrio versatum; ut tamen in agonisticis ἀκρίβειας curam non abiecerit. Vnde compertum est, crescentibus de hac materia dissidiis, crevisse etiam animum Bullingero & cæteris Tigurinis, momentum rei magis magisq; indagandi, & hostes gratiæ Dei reprimendi. Factum hoc 1. occasione Calvini & Hieronymi Bolseci. 2. Bibliandri & Martyris. 3. Zanchii & Marbachii. 4. Pastorum quorundam in Rhetia. 5. Lutheranorum. 6. Musculi & Huberi. 7. Novatorum in Belgio.

In *primo* certamine Bullingerus & Collegæ id seriò dederunt operam, ut qui alibi quàm in sola Dei gratia vel electionem vel salutem quærerent, masculè reprimerētur. Speciminis loco sint acta cum *Hieronymo Bolseco*, Medico. Graviter hic Ecclesiam concussit Genevensem. Testes sunt literæ non amplissimi modò Senatus; sed & Ministerij Genevensis ad Theologos Tigurinos, quæ Calvini, cæterorúmque collegarum, nominibus suis expressorum.

rum, ad a. Ch. 1551. d. 14. Novemb. subscriptione munitæ ita habent. *Est hic Hieronymus quidam, qui abjecta Monachi cucullâ novus ex circumforaneis* Medicus *factus est, qui fallendo & frustrando tantum sibi impudentiæ acquirunt, ut ad quidvis audendum promti sint ac parati. Is jam ante octo menses in publico Ecclesiæ nostræ cætu, doctrina de gratuita Dei electione, quàm ex verbo Dei acceptam vobiscum docemus, labefactare conatus est. Ac tunc quidẽ, quâ fieri potuit moderatiõe sedata fuit hominis protervia: Postea non destitit locis omnibus obstrepere, ut simplicibus hoc fidei caput excuteret. Tandem virus suum nuper aperto gutture evomuit. Nam, cùm pro more nostro unus à fratribus, illum Johannis locum exponeret, ubi pronunciat Christus, ex Deo non esse, qui verba Dei non audiunt, dixissetque, quotquot Spiritu Dei non renati sunt, pervicaciter usque in finem Deo resistere, quòd peculiare sit obedientiæ donum, quo Deus electos suos dignatur: Surrexit nebulo ille, ac dixit, falsam & impiam opinionem, cujus author fuit Laurentius Valla, nostro Seculo rursus exortam esse, quòd Dei voluntas rerum omnium sit causa. Hoc autem modo peccata & malorum omnium culpam in Deum transscribi, & illi affingi tyrranicam libidinem, qualem Poëtæ veteres, in suo jove commenti sunt. Postea ad ad alterum caput*

caput descendit, non ideo salutem consequi homines, quia electi sunt; sed ideo eligi, quia credant: Nec reprobari quemquam nudo Dei placito, sed eos tantùm, qui se communi electione privant. In hac quæstione agitanda multis & atrocibus convitijs in nos invectus est. Præfectus urbis, re audita, eum duxit in carcerem: præsertim, quia tumultuosè plebem hortatus fuerat, ne se decipi à nobis sineret. Nunc ad Senatum delata est causæ cognitio, ubi errorem suum non minori obstinatione quàm audacia tueri perrexit. Interea, cùm jactaret se in alijs Ecclesijs complures habere à sua parte ministros, postulavimus à Senatu nostro, ne prius de tota summa pronunciaret, quàm habito Ecclesiæ vestræ responso cognosceret, nebulonem improbè suffragij vestri titulo abuti. Ille initio pudore victus Ecclesiarum judicia non abnuere, sed cavillari; vos meritò, propter familiarem cum fratre nostro Calvino usum, videri suspectos. Senatus tamen, sicuti rogatus erat, censuit vos consulendos. Huc quoque accessit, quod Ecclesiam vestram implicabat. Zuinglium enim præ alijs omnibus damnans, Bullingerum ejusdem secum esse sententiæ mentiebatur: In Ministris etiam agri Bernensis astutè dissidij ansam captavit. Nos verò sic Ecclesiam nostram cupimus hac peste purgari, ne inde fugata vicinis noceat. Tametsi autem

nostrâ,

nostrâ, & publicæ tranquillitatis magnopere interest, quam profitemur doctrinam, vestro consensu approbari, non est tamen quod fidem vestram multis verbis imploremus. Non ignota est vobis fratris nostri Calvini institutio, quàm hic præcipuè oppugnandam suscipit. Quàm reverenter & sobriè illic de arcanis DEI judicijs disserat, prædicare nihil attinet. Quia satis luculentus per se testis est liber. Nec verò quidquam hic docemus, nisi quod sacro Dei verbo proditum in Ecclesia vestra, jam inde à restituta Evangelij luce, obtinet. Satis convenit, fide nos justificari: Sed in eo apparet solida Dei misericordia, cùm fidem intelligimus gratuitæ adoptionis esse fructum. Adoptionem verò ex æterna Dei electione fluere. Hic autem impostor cùm electionem ex fide pendere fingit, tam fidem ipsam non minùs ex proprio hominis motu, quàm ex cœlesti inspiratione oriri. Rursum extra controversiam est, quod pereunt homines, ipsorum malitiæ imputandum esse. Sed in reprobis, quos Deus arcano suo consilio, tanquam indignos præterit ac deserit, illustre se profert humilitatis documentum. Hieronymus autem iste nihil justè à Deo fieri concedit, nisi cujus ratio sub oculis posita jaceat.

ceat. Hoc denique inter nos fixum est, ac confessum; Deum in hominum peccatis culpæ socium adscribi fas non esse, nec ullo modo in eum competere peccati nomen. Hoc tamen non obstat, quo minus miro quodam, & incomprehensibili judicio per Satanam & reprobos, tanquam iræ suæ organa, manus suæ potentiam exerceat, nunc fideles ad patientiam erudiat, nunc hostibus suis pœnas infligat, quales merentur. Prophanus hic nugator, Deum reatu involvi clamitat, cum ejus Providentiam rerum omnium arbitram facimus. Denique omne discrimen inter causam remotam, & absconditam, & propinquam tollens, ærumnas Sancto Jobo impositas Dei opus censeri non patitur, quia pariter cum Diabolo & Chaldæis, vel Sabæis latronibus reus fiat. Proinde quod, mutua inter nos conjunctio postulat, vestra subscriptione Christi doctrinam sacrilegi, protervi, & maleferiati hominis gravatam levare, & asserere ne gravemini. *Quod quia vos ultrò & libenter facturos confidimus, anxijs vel accuratis precibus vobiscum sicubi usui venerit nostra opera, ad fraternum omne officium semper paratos habebitis.* Valete, &c. Genevæ 14. Novemb. 1551. subscripserunt *Calvinus, Pompinus, Bernardus, Gallasius*

lasius, cæterique Ecclesiæ Ministri Genevensis omnes. Junctæ erant literæ Amplissimi Magistratus, & distincta cum Hieronymo acta. Non extra chorum saltabimus, si & illa, ob perspicuitatem, & quod alibi tam prolixè non extent, ordine exposuerimus; etsi pensi, quod superest, memores, in illo tantum quod est de prævisa fide capite, cum appẽdice tractatiõis, acquiescere possemus. *Annon ab electione Dei procedat fides, & quicunque illuminantur, hujus gratia fiant participes, quia ipsos Deus elegit,* quærunt Ministri ex Hieronymo? Respondit hic: *Fidem non pendere ab Electione, sed oportere nos simul considerare fidem & electionem. Nam priusquam debeat homo considerari electus à Deo, oportet ipsum dilectum à Deo considerare: & antequam judicemus ipsum à Deo diligi, opera pretium est illum inspicere, cujus gratia à Deo diligimur, hoc est, Christum Jesum. Itaque Deo, apud quem non est prius nec posterius præsentia sunt hæc tria: scilicet conjunctio hominis cum Christo per fidem: deinde dilectio Dei erga hominem, quæ est ob fidem: Postremum electio hominis fidelis, quæ est per fidem in Christum. Et huic doctrinæ consentiunt antiqui S. S. Patres, & nostris temporibus tres docti Viri Melanchton, Bullingerus, Brentius, & alij. Ad quod exceperunt Ministri:*

Hæresin

Hæresin manifestam esse, quòd fidem ab Electione pendere negat. Nam, quemadmodum docet Paulus, quos Deus *præcognovit, eos prædestinavit, quos prædestinavit, eos vocavit*, Rom. 8. Item 1. ad *Ephes.* capit. *Benedixit nos in omni benedictione spirituali; sicuti nos in Christo elegerat ante Mundi creationem, ut essemus sancti, &c.* Ubi demonstrat nos ideo ad Christum adductos, quia eramus electi à Patre: In quem sensum postea subjecit: *Prædestinâsse nos secundum propositum voluntatis suæ*. Item, *gratiam ejus abundâsse erga nos in omni sapientia & prudentia, ut patefaceret arcanum voluntatis suæ secundum beneplacitum, quod constituerat, &c.* Christus etiam dicit. *Quicquid dederit mihi Pater, ad me veniet*; unde colligimus, donationem hanc fide superiorem esse. Nec Paulus dicit: Se misericordiam consecutum, quia præviderit Deus ipsum fore fidelem; sed potiùs, ut esse inciperet. Hoc enim factum esse dicit ad eruditionem eorum, qui credituri erant. Hoc autem intelligi debet, quemadmodum alibi exponit, nempe secundùm propositum Dei, non hominis opera. Petrus quoque electos Dei salutat, qui sanctificati sunt juxta præcognitionem, &c. *Quod autem adducis Magister Hieronymus*; priusquam consi-

consideretur homo electus à Deo, oportere ab ipso diligi. *Excipiunt Ministri*, hoc ex ignorantia nimis crassa manare. Atque hoc modo subverti fidei Christianæ fundamenta. Diserè enim Scriptura pronunciat, nos priùs fuisse à Deo dilectos, quod ipsum dilexerimus, & scimus, electos Dei interdum multis annis in errore vagari, antequam eos Deus ad se colligat. *Fatentur* quidem, non posse ab homine apprehendi, quòd à Deo electus sit, vel ab ipso ametur, nisi per fidem in Christum. Verùm, simul addunt, nos jam ante prehensos esse à Deo, sicuti habetur ad *Philipp. c. 3.* Cui sententiæ altera ejusdem Pauli respondet; *Deum vocare qua non sunt, tanquam sint.* Atque eodem spectat, quòd subjecit in eadem Epistola: *Deum nos sibi reconciliàsse, quo tempore adhuc inimici eramus.* Porrò, ad hanc reconciliationem eum induxit inæstimabilis ille amor, quo nos prosequebatur. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, &c. *Quod jactat Hieronymus*, se véteres Ecclesiæ Doctores consentientes habere, *nimia improbitatis est*; cùm Augustinus ducentis amplius locis errorem illum clarè refutet, nempe passim in libris de Prædestinatione & gratia, de bono perseveran-

 tiæ,

tiæ, de corruptione & gratia, de Prædestinatione sanctorum, *Epist.* 59. ad Paulinum, *Epistola* 105. ad Sixtum: *Epist.* 106. lib. ad Bonifacium, cap. 19. & cap. 20. *Lib.* 2. *c.* 8. *Lib.* 5. *c.* 3. *Lib.* 1. de peccat. merit. & remiss. *c.* 21. *Lib.* 2. *c.* 18. *Enchirid.* ad Laurent. à *c.* 96. ad 105. *Item de verbis Apostoli,* sermon. 7. 11. & 20.

Adducit præterea sententias quasdam Ambrosii, suæ doctrinæ consentaneas: Si voluisset Christus, ex indevotis fecisset devotos; sed Deus, quos illi visum est, vocat, & quos vult, pios facit. Nominatim etiam eos Prosper damnat, qui fidei merito tradunt Dei gratiam obtineri. Quin etiam Augustinus ipse, *Lib. retractat.* 1. c. 24. errorem suum agnoscit: quia non ubique gratiam Electionis fide priorem commendâsset. *Queruntur ergo Verbi Ministri*, se injusta calumnia gravatos, quòd illis exprobraverit Magister Hieronymus, falsò eos prætendere Augustini nomen. *Quantum ad Doctores attinet*, qui adhuc sunt superstites: De *Melanchtone* ita respondent, nunquam ejus sensum rectè à M. Hieronymo fuisse intellectum: Consilium enim Melanchtonis fuit revocare homines ab audaci, & proterva curiositate, dum perrumpunt ad arcana DEI consilia, ut illic Electionem

quæ-

quærant. Hortatur ergo, ut hoc uno contenti simus, quòd adoptaverit nos Deus in Christo, cujus membra efficimur per fidem, quod in hac Ecclesia quotidie, summo studio inculcatur: Nec verò id Magistrum Hieronymum latere potest, cùm sedulò & clarè, si quis olim, hunc articulum Calvinus explicet, tam in Institutione, quàm in Commentariis, & alijs scriptis. Quod autem id *Melanchthoni* propositum fuerit, testes sunt literæ manu ejus ad Calvinum, ubi dicit: *Hæc, quæ volo, scio cum tuis congruere.*

In *Brentio* citando M. Hieronymus nimis perfrictæ est frontis; dum illum in societatem suæ hæreseos trahere conatur. Sic enim loquitur c. 5. in Johannem: *Deus ante creationem Mundi quosdam elegit, alios rejiciens.* Item c. 6. *Deus ad fidem, quos vult illuminat; quia miseretur cujus vult, & quē vult, indurat. Quos enim ante conditum mundum elegit, eosdem vocat.* Item c. 5. *Quantum ad immutabile Dei consilium, quicunque ante creatum Mundum electi sunt, perire non possunt, & quos rejecit, ij salutem nequeunt consequi:* Imò duram sententiam attexit: *Hoc esse verum, etiamsi omnia sanctorum opera facerent.* In Acta quoque Apostolorum Homil. 72 *Cùm omnes damnati simus, si Deus quosdam*

ad salutem elegit, id misericordiæ indebitæ, si alios exitio destinat, non crudeli injustitiæ; sed justo judicio imputandum est.

Bullingero non levem injuriam facit, quandoquidem 1. ad *Rom. cap.* . clarè pronunciat: *Deum voluisse ostendere utrumque suæ esse potestatis, vivificare & occidere; eligere & rejicere, secundum propositum suum, & liberam electionem.* Item 1. ad *Timoth. c. 2.* Sicuti superiori loco, Augustini sententiæ, subscribit. Contrà, Ministri verbi non unum aut alterum, qui doctrinæ suæ suffragentur, objiciunt; *sed quotquot nostro Seculo fidelem operam impenderunt Christo, in Evangelij restauratione.*

2. *Pergunt Ministri:* Annon in cæcitate sua maneant, quos Deus non elegit; quia ab ipso reprobati sunt, ideóque ejus Spiritu non illuminantur in fidem? *Respondit Hieronymus:* Alios minimè remanere in cæcitate ac corruptione suæ naturæ, imò satis illuminari per gratiam, quæ, ut Paulus ajt, hoc abundantiùs offertur, quo abundat peccatum magis, eósque, qui asserunt, se derelinqui à Deo in sua cæcitate, eo quòd ipse ita voluerit, afficere Deum vituperio, nec satis intelligere Scripturam, nam contra eandem loquuntur, è quorum numero est dictus Calvinus.

Exu-

Excipiunt Ministri. Hanc quoque damnatam esse hæresin, quòd reprobi ob naturæ corruptionem in cæcitate non maneant. Nam hujusmodi testimonijs referta est Scriptura: Nos omnes esse cæcos, & ignorantia obrutos teneri; mentem nostram in tenebris demersam; non posse nos percipere, quæ Dei sunt; sed stultitiam nobis esse. Atqui non omnibus Spiritûs illuminatio; sed peculiare donum est. *Quod subjicit M. Hieronymus, debitè* omnes illuminari per Dei gratiam; si intelligat dari reprobis à Domino, quantum illis *debet*, fatentur id quidem; sed cùm ritè ad salutem consequendam illuminari fingat, id verò Scripturæ prorsus adversum esse contendunt, sicut etiam paulò antè ostensum est. *Quod autem gratiam asserit abundare* pro *abundantia peccati*, in eo vel stultè vel malitiosè perverti sensum Pauli, respondent. Testatur illic Paulus gratiam superâsse maledictionis judicium. Atqui damnatio in totum genus humanum diffusa est. Sequitur ergo, non illic tractari, quantus hominum numerus Christi gratiæ sit particeps; sed quàm efficaciter exuberet in fidelibus. Alioquin opus est novo Mundo, ut longiùs se extenderet, quàm reatus & pœna peccati. *Quòd Deum affici contumelia*

iactat, cùm deseri ab ipso reprobos tradimus, hæc nimis fœda est blasphemia in Spiritum Dei, qui id ipsum per os Pauli disertè pronunciat: Nempe, quòd Deus, quos vult, indurat; quòd, cum Jacob & Esau, fratres gemini in utero adhuc essent, sine operum respectu, alterum elegerit, altero rejecto

3. *Quæsiverunt Ministri*: Cùm totum Adæ genus proprio motu nunquam ad Deum adspiret, annon peculiari Spiritus sui motu certos homines ad se trahat, nempe quos ante conditum Mundum adoptavit? *Respondit Hieronymus*: Amphibologiam esse in hoc verbo Attractionis. Est enim attractio violenta, quam non recipit: Est & attractio lenis & paterna, qua Deus utitur erga creaturas rationales, & generaliter omnibus eam communicat: Nec aliquem deserit, nisi eos, qui eandem benignam attractionem spernunt, & huic contradicunt. Nam tales post contumaciam, & rebellionem, contra gratiam, ut frequentes monitiones Dei deseruntur, sed non ab æterno ex proposito, aut decreto Dei. *Excipiunt Ministri*: Frivolum ac supervacuum esse cavillum, quòd hic violentæ *attractionis* fit mentio, cum satis constet, quotidie in hac Ecclesia doceri, volunta-

rio nos motu trahi, non vi extrinseca; unde percipere licet, Hieronymum improbum esse calumniatorem, qui satis tenet, scriptis Calvini subinde hoc esse expressum. Porrò, quòd Deum creaturas omnes rationales *trahere* subjicit, jam antea refutatum est, & pugnat cum Pauli sententijs, *Deum vocare, quos prædestinavit, & misericordiam præstare quibus vult:* Item cum Lucæ testimonio, *quòd crediderint, qui ordinati erant ad vitam.* Imò Pelagianum se esse prodit, dum non fatetur, velle & perficere ab ipso Deo dari, quemadmodum Paulus affirmat. Nam ex verbis Pauli sequitur, reprobos nunquam tractos fuisse, quorum nunquam mutata in melius fuit voluntas.

4. *Quæsiverunt Ministri:* Annon manerent increduli omnes & obstinati, nisi Dominus eorum corda mutaret, quibus propitius esse vult ac misericors? *Respondet Hieronymus:* Opus esse ad fidei receptionem, quòd Deus mutet in homine cor lapideum, hoc est obstinatum, & obduratum in malo: Et tribuat cor carneum, hoc est, quòd possit esse capax disciplinæ, quam gratiam Deus omnibus largitur, quemadmodum promiserat per Prophetas. *Excipiunt Ministri,* sententiam Ezechielis

corrumpi falsa & adulterina expositione à M. Hieronymo: Deus cor carneum interpretatur intelligentiæ capax. Longè enim plus exprimit Propheta. Deum scilicet *factu*rum, ut obediat populus mandatis suis. Non promittit certè mediam facultatem, quæ vulgò capacitas dicitur; sed simul operis effectum. Atque hoc sonant Pauli verba; quòd Deus in nobis operatur & velle & perficere. Attexit præterea alterum errorem, ac suppositum commentum M. Hieronymus, quòd Deus hanc gratiam promiserit omnibus per Prophetas. Propriè siquidem ac nominatim veram Dei Ecclesiam, verúmque populum compellant Prophetæ, sicuti facilè patet ex cap. 31. Jeremiæ & Jes. 54. quod & Christus sua interpretatione confirmat.

5. *Quæsiverunt Ministri*: Annon Dominus, antequam discrimen conspiceret inter hos vel illos, alijs rejectis alios elegerit? *Respondit Hieronymus*: Non esse affirmandum, Deum aliquid præscire ante aliud: In ipso enim non est præteritum aut futurum; sed ipsi omnia sunt præsentia. Itaque dixit, Deum simul videre discrimen, quod inest inter fideles atque infideles, horúmque reprobationem, atque illorum electionem? Excipiunt Ministri: Mirari se, cùm

cùm M. Hieronymus garrit, non esse prius, aut posterius in Deo; distinctionem, quam pueri in Scholis discunt, illi in mentem non venisse, quod prius vel posterius tempore non est, ordine tamen esse: Nam certè Deus casum hominis & totius posteritatis exitium prius ordine cognovit, quàm de adhibendo remedio statueret. Nihil ergo absurdi, si dicamus, eum in salutem eligere, quos visum est, non habito discriminis respectu: Quia etiam Paulus clarè testatur, neminem, ut alijs præcellat, nisi à Deo discerni. Unde sequitur, gratiam Dei, quæ sola alios ab alijs discernit, omni discrimine superiorem esse.

6. *Quæsiverunt Ministri:* Quòd alijs præteritis, alij Evangelium audiunt, an id non admirabili Dei consilio fiat, cujus prima causa nos latet? *Respondit Hieronymus:* Se nolle subrepere in confessum admirandi, & occulti secreti Dei, satisque sibi esse, si simpliciter adhæserit verbo Dei, dicentis: Hos servandos, qui crediderint in Filium suum: Et contrà, infideles perdendos. Præterea, se misisse Filium suum in mundum, ut omnes crederent in ipsum. Itaque conclusit, Scripturam non ducere nos altiùs, satisque fore, si in hac doctrina perstiterimus, nec ultrà prætergrediamur,

 invol-

involvendo tenebris, & laqueis, mentibus simplicium. *Excipiunt Ministri:* Hieronymum hic verè tenebras offundere simplicibus & imperitis, cum frivola Sophistica. Quanquam neminem tam crassum ac rudem fore putant, qui non ejus socordiam animadvertat. *Negat*, verbum Dei ultra hanc sententiam progredi: Qui credit in Filium, salvus erit. *Contrà objiciunt* Ministri, fidem esse ex auditu, atque hanc esse credendi viam, cùm Evangelium prædicatur. Nunc, quando videmus, Deum aliis suum Evangelium offerre, alios privare tanto bono, nimiæ impudentiæ est, quasi oculis confossis prohibere, ne quis rem per se perspicuam cernat. Cùm Lucas vetitum fuisse Paulum narrat, ne in Asia verbum annunciaret, & à Spiritu retentum esse, ne pergeret in Bithyniam; hinc colligere promtum est, Deum pluere ubi illi placet, ut fidem concipiant hominum corda. Adeóque hæc maligna Sathanæ astutia, data opera velim opponere, ut gratia Dei, quæ illustris erga eos apparet, quibus Evangelium prædicatur in obscuro, demersa lateat. Longè aliter Paulus, cùm dicit passum fuisse Deum præteritis Seculis Gentes errare, &c. *Si respondeat M. Hieronymus*, ideo factum, quia prævide-

videbat Deus inutilem fore doctrinam, reclamat Christi sententia: Væ tibi Chorazim, &c. quia si virtutes, quæ in te factæ sunt, Sidonæ factæ fuissent, pridem ad pœnitentiam fuissent conversi, &c. In summa, nos ultra Scripturæ metas egredimur, cùm post Mosen & Davidem electam dicimus ex toto mundo unam gentem, cui Deus se patefaceret, quia illam gratuito amore prosequebatur.

7. *Quæsiverunt Ministri*: Cùm Evangelio prædicato alij credunt, alij manent increduli, annon ex Spiritus gratia proveniat, qui efficaciter omnes movet, qui ad salutem sunt prædestinati? *Respondit Hieronymus*: Se non capere, quòd Deus decreverit ex hominibus, aliquos potiùs, quàm alios servare. Sed fatetur, eos, qui credunt credere per gratiam efficacem, eo quòd tales ipsam gratiam pro dignitate nõ existimant: Itaque ex ipso, quòd culpa & contemtu contingit, quòd non credant, non ex Dei decreto. *Excipiunt Ministri*: Quòd negat M. Hieronymus, ullos ad salutem præ alijs ordinatos esse, id Pauli testimonio prorsus adversatur, cùm docet; Misereri Deum cujus vult, &c. Et ipsius DEI responso, quod refertur à Mose: Item, alteri Pauli sententiæ, sanctos secundum DEI

DEI propositum vocatos esse. Quod postea attexit, per gratiam credere eos, qui credunt; perplexum est, & pravo cavillo involutum. Omnes enim, cum naturâ increduli sint, & malo addicti, nemo ad fidem venire potest, nisi cujus cor DEUS seriò afficit, quemadmodum Lucas recitat: Cor mulieris fuisse apertum, ut Pauli doctrinæ obediret. Item, apertam fuisse mentem discipulis, ut intelligerent Scripturas. Similiter Christus pronunciat venire ad se omnes, qui à Patre didicerunt. Atqui palàm est, non omnes venire. Unde sequitur, non omnes æqualiter Sp. gratia affici. *Porrò Magistri Hieronymi consilium est*, non aliam gratiæ DEI efficaciam tribuere, nisi quam liberum hominis arbitrium illi dederit. Fatentur quidem culpam penès reprobos hærere, quòd non credant, & eorum contumaciæ imputandum esse, non Dei decreto. Idque assiduò inculcant apud populum. Sed perperam colligitur hinc, non destitui DEI Spiritu, qui increduli manent.

8. *Quæsiverunt Ministri:* Annon Deus ita operetur in suis electis, ut præterquam quod ad recipiendam gratiam idoneos reddit, simul etiam corda eorum formet, ut re ipsa velint? *Respondit Hieronymus*: Ipsum

Deum

Deum esse, qui dat corda carnea, ad intellectum capacem, ad audiendum verbum salutis: quique eundem intellectum illuminat, ac docet, ac postquam docuit, efficit ut credat, & ita progreditur augendo sua dona & munera in electis, hoc est, verè credentibus. *Excipiunt Ministri:* Tergiversari Hieronymum, nec aliud, quàm nugas texere. Rogatus, annon electis suis Dominus ultra facultatem simul etiam voluntatem donet, respondet, dari cor capax: quo significat, nihil ex se ipsa posse Dei gratiam, nisi quatenus libero hominum arbitrio redditur efficax, ac si DEUS in aëre pyrum suspensum teneret, sineret autem proprio quemque motu accurrere. Inde sequetur, gratiam Dei nihil nisi merito nostro adjutam prodesse. Atqui Paulus contra testatur, non volentis esse, neque currentis, sed miserentis DEI.

9. *Quæsiverunt Ministri:* Annon post ruinam Adæ ita penitus nudati sint homines libero arbitrio, ut nihil quàm malum facere possint donec reformentur? *Respondit Hieronymus:* Hominem, post lapsum non perdidisse omnino liberum arbitrium: Nam fuisset velut brutum privatum ratione; sed ipsius arbitrium fuit

Sau-

saucium & corruptum : Ita ut sæpè, imò verò semper judicârit, quod bonum erat malum, & contrà existimavit malum *bonum*: ob quam rem, ut intelligeret *Legem* DEI, & ipsi pareret, indiguit semper gratia DEI, & ut crederet in Christum, opus habuit gratia speciali, & attractione. *Excipiunt Ministri :* Hæc propria esse Papistæ verba, dum fatetur M. Hieronymus, hominem DEI gratia opus habere, ac si per se, aliqua ex parte ad bonum adspirare queat. Hoc enim modo liberum arbitrium Spiritus sancti socium facit. Atqui Scriptura pronunciat, figmentum omne cordis humani nonnisi pravum esse. Item, omnes esse corruptos, alienatos à rectitudine, nec quemquam esse, qui DEUM requirat. Item, cor hominis ignorantia DEI obtenebratum esse, ut omnes spiritualiter mortui sint, ne ad cogitandum quidem aliquid boni esse idoneos. Item, omnes carnis cogitationes esse inimicas. Quòd hominem fore brutum animal caussatur, nisi libero arbitrio sit instructus, potiùs cum Paulo, quàm nobiscum litiget. Non ille hominem, quatenus in puris naturalibus respicitur, mancipium peccati affirmat esse. Litem etiam ipse Christo inten-

intentet, qui ſervos eſſe dicit, quoſcunque non liberaverit.

10. *Quæſiverunt Miniſtri:* Annon talis reformatio DEI ſit peculiare donum, quo eos dignatur, qui prius corda lapidea habebant, nihil bonæ præparationis in ipſis reperiens? *Reſpondit Hieronymus.* Eos fuiſſe per gratiam ſpecialem reformatos, quos DEUS per Jeſum Chriſtum reſtauravit, & in ipſis poſita fuiſſe corda carnea lapideis ablatis, dono DEI gratuito abſque præcedentibus meritis quibuscunque. *Excipiunt Miniſtri:* Non ſincerum, non ſolidum eſſe Hieronymi reſponſum; ſed eum ſuo more latebras & ſubterfugia quærere, ſub quibus ſuum de libero arbitrio errorem occultaret. Neque enim reſpondet, an peculiarem DEUS gratiam quibusdam conferat, quâ alios non dignatur, quo tempore par & æqualis in omnibus cordis durities.

11. *Quæſiverunt Miniſtri:* Cùm Scriptura docet, nos fide ſalutem conſequi, annon fidem hanc nobis donari credat, quia nos dilexit Deus, quo tempore ejus inimici eramus, nihil præter iræ materiam in nobis cernens? *Reſpondit Hieronymus:* Deum dediſſe nobis fidem ob amorem, quo nos proſequebatur, antequam nos ipſum dilige-

diligeremus: Nam nihil in nobis dignum reperit ob quod ab ipso diligeremur, & hæc DEI electio procedebat ex sola ipsius misericordia paterna. *Excipiunt Ministri:* Hieronymum non ingenuè respondere, ad quæstionem propositam, quæ huc spectabat, quòd gratuitus DEI amor, quo nos amplexus sibi in filios adoptavit, fidei nostræ causa sit & origo. Ab hoc scopo astutè declinat. Interea dissidet ipse secum. Prius enim responderat, neminem diligi à DEO, nisi qui fidem in Christum habet. Nunc fatetur, nos dilectos fuisse, quo tempore inimici eramus. Atque hinc sequitur, quod prius negavit, in gradibus salutis nostræ & Electionis ordine esse prius ac posterius in DEO. Nam priusquam nos vocaret, dilexit tanquam suas creaturas in Adam perditas & exitio addictas. Postquam autem vocavit, diligit tanquam Christi membra, & novas creaturas ad imaginem suam de integro conditas.

Superioribus addidit Hieronymus: Salutis eorum, qui salvi fiant, & damnationis eorum, qui pereunt causam necessariam non esse Dei voluntatem, nec decretum immutabile. Zwinglium in libro de Providentia scripsisse, hominem à Deo non tantùm induci ad peccandum, & incitari;

sed

ed etiam cogi. Quod falsum est atque absurdum: Modestius Calvinum de ea re scripsisse, & absque tam duris paradoxis, immutabili æternóque DEI decreto necessitari homines ad peccandum; sed hanc quoque sententiam se damnare: *Excipiunt Ministri:* Si in hoc tantum insistit Hieronymus, ut videri nunc vult, non esse peccati authorem, nihil fuisse causæ cur huic Ecclesiæ molestus esset, in qua hoc doctrinæ caput summa fide & perspicuitate docetur. Quin etiam librum à Calvino esse compositum, ubi ex professo argumentum tractatur.

Quòd Zwinglium tam absurdi dogmatis insimulat, tametsi nunc operis perlegendi non fuit tempus; sibi tamen minimè dubium esse, quin fideli & cordato Christi servo indignam calumniam inurat. Nam ut cursim libellum evolvere nunc licuit, se comperisse plus decies paginis paucis disertè exprimi, nihil minùs in Deum competere, quàm iniquitatem. Quod si coactus fuerit Hieronymus, locum digito monstrare, ejus malitiam & inscitiam pariter deprehensum iri. Cæterùm, iniquum esse, ut in hac Ecclesia tumultuetur; si quod ab alijs scriptum displiceat. Posse eum Tiguri, si libuerit, has

controversias agitare. Calvinum quidem injustè gravari, quasi hominem cogi docuerit ad peccandum. Primò, necessitandi verbum, quod Monachale est, nusquam haberi in ejus scriptis. Deinde semper abhorruisse à voce peccati, ubi de Providentia DEI agitur; sic quidem alicubi cum Augustino locutum esse de voluntate, ut prima est rerum omnium causa, simul esse necessitatem, verùm disertis verbis accuratè exprimere tanta æquitate & justitia Deum moderari quicquid agit, ut fateri sceleratissimus quisq; cogatur, nulla eum culpæ macula posse adspergi. Nec ejus consilium tyrannicum esse, cui libido pro ratione sit, sed potiùs unicam omnis justitiæ & rectitudinis normam esse. Ad hæc neminem ad bene agendum, aut malè, cogi; sed rectè agere fideles voluntario affectu, quem in eorum cordibus Spiritus Dei formavit, impios & reprobos, vitiosa quidem naturæ propensione; sed non minùs spontaneo affectu peccare Ita Hieronymum modis omnibus improbum esse calumniatorem.

Cæterùm, magnificum Senatum admonitum volunt, ab hoc impostore latebras captari, quia interim crassos errores in medium à se productos oblivione sepelit, quod

quòd non ideo salutem consequamur, quia sumus electi à DEO, quòd electio fidem ordine non præcedat, quòd nemo ob peccati originalis reatum damnetur, quòd DEUS tantùm cor docile & capax reddat, homines ex se ipsis, ejus gratiæ obsequantur, quòd homines libero arbitrio privati non sint, quòd æqualis omnibus & par offeratur gratia; se autem discernant quotquot ex se ipsis rectè affecti fuerint.

Non minùs etiam impudenter, quàm astutè eum agere; cùm oblivione sepelit, quas tam petulanter evomuit blasphemias, nos Cainorum hæresin sectari; nos impijs Judæis similes esse, qui sua desperatione Prophetæ obtrectabant. Et ejus farinæ innumera. Hæc Genevenses literis jungebant acta. Etsi verò lernam prodigiosorum dogmatum, Hieronymi placita continerent, illud tamen quod de fide prævisa urgebat, & concursu liberi arbitrii minimè ferendum erat, quod proinde Tigurini Theologi judicij sui obelo jugulârunt. Verba ex *Bullingeri* autographo ad Genevenses Ministros hujuscemodi sunt: *Magno cum dolore audivimus, Ecclesiam, cui vos, fratres dilecti, benignus DEUS servire voluit, esse turbatam.* Agnoscimus enim & prædicamus eximia illa dona, quæ vestræ Ecclesiæ ac vobis contulit munifi-

 cus

cus Dominus. Sicut enim asylum est fidelium sæva tyrannide patriis ejectorum sedibus, ita veritatis prædicatio, quæ Christi est præconium, ex ipsa in vicinos populos, adeóque totam in Galliam pervenit. Dolet hoc Sathanæ, hosti sinceræ veritatis & gloriæ Christi: Fremit ergo, & vestram Ecclesiam turbare, & dissipare contendit. Imò nullo unquam tempore à restaurata Evangelij doctrina sævius petiti sumus ab Anti-Christo & hujus capite, tenebrarum Principe, Diabolo, quàm hoc ipso tempore, quo experimur, ipsum in nos, nec non potentissimos Principes, per Pseudo-Episcopos, & Prophetas armare; sed falsos etiam inter nos excitare fratres, excitare rixas, & altercationes, excitare denique Epicuræos innumeros & furorem vulgi. Atque ea quidem huc tendunt, & spirant omnia, ut ministerium nostrum elevetur, tollatúrque, tollantur & dissipentur Ecclesiæ Christi, superetque rursus mendacium, impostura, & Anti-christianismus. Proinde, si nunquam tempestivum fuit vigilare, nunc maximè vigilandum & orandum esse videtur, ac nobis quidem, qui destituti superna gratia & protectione æterni Dei, quovis momento faciliùs dissipari poterimus. Ac in præsenti cau-

ti causa Hieronymiana videtur adhuc conandum vobis modis omnibus, si fortè mutuum rectiùs intelligatis, & reconciliatione coalescatis in Domino. — Quod genus doctrinæ attinet, in quo dissidetis, nihil opus erat nostram postulare sententiam de Electione & reprobis, de fide & viribus hominis, cùm eam, qualis sit, ignorare non possitis, *vel ex ultima confessione nostra*, in qua totum hoc negotium comprehendi arbitramur. Quoniam verò alij aliter nostra interpretantur maximè viri boni apud vos nostram paucis comprehensam jam nunc rursus audire sententiam desiderant, unde ipsi fortè remotis vestris & nostris personis judicare possint de consensione vel dissensione doctrinæ, paucula hæc expendenda pijs proponimus.

Principiò constituimus, *Electionem, qua Deus ab æterno immeritos & peccatores elegit ac in Christo complectitur, per quem omnia vitæ & salutis habemus, omnino esse gratuitam*, ac omnem hominis salutem (quod fidei fundamentum est) gratuitæ Dei misericordiæ esse transscribendam; juxta illud Apostoli: Non est volentis, neque currentis, sed miserantis DEI. Et iterum: Elegit nos in ipso, antequam jacerentur funda-

qui agit in nobis, & ut velitis & ut efficiatis, pro bono animi proposito. Nam & in Evangelio legitur: Si vos filius liberaverit, verè liberi eritis. Nam ubi Spiritus Domini, ibi libertas: ubi tamen nihilominus agnoscimus carnis remanere reliquias; ut, juxta Apostoli verbum, quod non volumus, faciamus. Ideóque illi nosmetipsi mente serviamus Legi DEI, carne verò Legi peccati, ut per totam vitam etiam regenitorum gratia, quod agat, inveniat. Id enim David sentiens dixit: Ne intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Porrò, quòd reprobi verbo Dei non credunt, sed impiè contra Deum vivunt, id quidem ipsis imputari debet, non Deo, qui quos damnat, justè & meritò damnat. Sed & peccatum in homine, non in Deo hæret. Deus enim immaculata via ejus, & Deus iniquitatem non volens, ipse justus est in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Postremò, non tollimus ordinem ex salutis negotio: Non rejicimus, aut commiscemus causas vel propinquas, vel remotas. Confitemur, Deum Jobo citra culpam suam intulisse manum. Confitemur, illum opera usum esse Sathanæ & militum Sathani-

 corum,

corum, qui tamen culpâ minimè liberandi sunt, cùm oculus ipsorum fuerit pravus. Sed & ipse Job testimonium nobis ferens, Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit. Non autem Dominus dedit, ait, Diabolus abstulit. Hæc est sententia mea paucis comprehensa his literis, & in scriptis nostris fusiùs exposita, ex qua, qui volunt, sepositis personis, seposito favore aut odio, facilè de consensione aut dissensione nostra judicabunt. Amamus vos Fratres, amamus Ecclesiam vestram, ac Dominum ex animo oramus, ut turbas omnes feliciter benignus & clemens consopiat. Orate pro nobis Dominum, &c. Tiguri 27. Novemb. anno Christi 1551. Idem ferè argumentum est responsi ad Magistratum Genevensem, nisi quod breve sub finem accedat pro Zwinglio apologeticum. *Errat*, inquiunt, *Hieronymus, nec rectè, beatæ memoriæ Zuinglij, Doctoris Ecclesiæ nostræ fidelis sensum & mentem intellexit, si putat, illum docuisse, hominem necessitate adactum, adeóque à Deo compulsum peccare.* Ut enim hujus aliquid ferè colligi posse videatur ex libro ejus de Providentia Dei, alij tamen ejus libri etiam consulendi sunt, quos ante & post illum edidit, in quibus disertè culpam peccati non derivat in Deum;

Deum; ſed ex humana corruptione & affectu ultroneo. Vivimus adhuc multi, qui ipſum audivimus concionantem, ac ſcimus, illum ſemper religiosè de hoc negotio fuiſſe locutum. Hæc illi ad Senatum Genevenſem in cauſa Hieronymiana.

XXIII. Hactenus de *Periodo tertia*; quâ doctrinam Prædeſtinatiariam ita noſtri tractârunt, ut modeſtè quidem & ſobriè loquerentur, ne profanis hominibus convitiandi materiam præberent, audaculorum contrà reprimerent proterviam: Quòd verò & Bolſecus, & qui eum inſequebantur ὁμόδοξοι, ſibi aſſerere eos conati ſunt, id verò præter meritum [a] evenire, & ipſa ſententiarum inter ſe collatio probat, & rerum geſtarum à nobis exhibita narratio. Illud [b] coronidis loco addimus, ita Bullingerum noſtrum de obſervanda moderatione contra Manichæorum & Pelagianorum, in quas alij cadere facilè poterant, ſyrtes fuiſſe, ſolicitum, ut ſeriò tamen ſemper caveret, ne vel arbitrio humano quicquam in ſupernaturalibus tribueretur, nec Majeſtati di-

vinæ in gubernatione rerum omnium vel hilum decederet. In reliquis ἀκρίβειαν, quam doctrina de Decretis à priori requirit, non quidem in alijs damnare; ipse verò à posteriori, & ex effectis vocationis ad captum plebis κατ' ἐπίκλην, agere maluit.

a. Nolumus post Homerum scribere Iliadem, & ea omnia, quæ veluti araneæ ex florentissimis campis suxerunt homines, quibus in turbido piscari volupe est, repetere. Certum est, nullum hactenus vel de Prædestinatione, vel redemtione universali sua obtrudere conatum fuisse figmenta, qui non ad partes vocaret *Bullingerum* nostrum, *Gualtherum*, &c. Hoc prætextu causam confidentiùs egit *Bolsecus*, audaciùs *Hubertus*, impudentius *Novatores*. Quàm verò & imprudenter, & impertinenter factum hoc fuerit, & quàm longis passibus Majores nostri à Novatorum studijs abjerint, & præmissa docent, & sub finem hujus tractationis compendio indicabimus. Hac verò vice, hoc opus, hic labor erat, ut de duobus potissimùm soliciti; altero, Majores nostros extra disputationis æstum ita in hoc versatos negotio

tio ostenderemus, ut ædificationis majorem, quàm abstrusioris tractationis rationem habendam sibi existimaverint; altera verò, eosdem, ubi Adversarij & illorum, & Antecessorum abuti voluerint authoritate, masculè restitisse, eámque paulatim, & per distinctos gradus lucem huic doctrinæ, & affinibus capitibus attulisse, ut non amplius de re ipsa, sed modò tantùm, quasi clancularijs artibus extortus nonnullis fuisset consensus, vel atrocissimi litem moverint adversarij.

b. Id quod, ne dispersa alibi judicia colligamus, ex ea cumprimis patet oratione, quam de moderatione servanda in negotio Providentiæ, Prædestinationis, gratiæ & liberi arbitrij, a. Ch. 1536. habuit, quam proinde, ut quam obstrinximus fidem, servare pergamus, totam, etsi prolixiorem, hoc loco dabimus.

Conventus fratrum ministrorúmque Ecclesiæ non alia de causa institutos esse præmisimus, quàm ut in ipsis de ijs potissimis rebus religionis agatur, de quibus pro ratione temporis, causarū & doctrinarum maxime controvertitur inter Ecclesiasticos. Notius id quidem nobis omnibus, fratres charissimi, quàm multis demonstrandum sit. Id magis curandum videtur, ne

ne consuetudo non omnino mala hacte-nus in Ecclesia nostra servata, negligentiâ nostrâ, fiat mala. Quin potiùs utilis & sancta aliqua Scripturarum collatio cœtum hunc sacrum dimittat meliorem. Hodie quidem nulla *quæstio omnium exagitatione perinde volvitur atque providentiæ, prædestinationis, gratiæ & liberi arbitrij. Sunt enim, qui causam, quam vocant primam agnoscant, secundam negligunt. Sunt alij, qui medijs per quem operatur Deus, ita omnia tribuunt, ut operantis impellentísque Dei videantur obliti.* Invenias multos, qui asserant, divinâ præscientia & prædestinatione quemlibet ad vitam vel mortem *fatali quadam necessitate vel nolentem rapi.* Unde alius jam colligit, fabulis vaniora esse, quæ ex sacris literis per Ministros verbi divini, de fide, precibus sacris, operibus pijs, officijsve sanctis, de Sacramentis & id genus alijs ad religionem spectantibus rebus traduntur. Vel enim ad vitam à Deo prædestinatus sum, (inquit,) atque ita nulla vel peccata vel scelera excludent è regno Dei. Vel ad mortem & interitum præfinitus sum: tum verò nulla quicquam proderunt pietatis officia. His tandem accedit Sardanapalus aliquis, epiphonema his congruentissimum accinens: Edamus ergo & biba-

bibamus, cùm vel peccata non noceant, vel beneficia nihil prosint. Hac impietate & blasphemia rerum, alij justitiæ operibus & Sanctorum meritis tribuentes in ignominiam sanguinis & redemtionis Jesu Christi liberum defendunt arbitrium. *Nulla in his opinionibus æquitas, nullum servatur & colligitur medium. Vtrinque peccatur ab extremitatibus. Et difficilis videtur hujus negotij discussio ut operosius adversus Manichæos, Pelagianos & reliqua hæreseon monstra desudarunt.* Et quod Theologi Scholastici & nostri seculi homines haud obscuri, hac ipsa de re anxiè, intricatè & acutè differuerunt. Atqui negotium, mea sententia, alioqui simplex quàm simplicissimis ijs exponi posse videtur, qui citra contentionem & curiositatem inutilem, verum cognoscere, & Deo omnem gloriam ex animo dare desiderant. Proinde si vos, Auditores optimi, & aures & animos mihi præbueritis simplices curiositate & contenione purgatos; Ego, divina fretus bonitate, institutionéque ex sacris Dei oraculis saluberrima hujus rei instillabo præcepta. Nam, pro gratia mihi à Domino data, docebo, quæ moderatio servanda sit in negotio providentiæ, prædestinationis, gratiæ ac liberi arbitrij. Agnoscitis, opinor, his nihil posse

se hoc tempore disputari utilius & appositius. Proinde brevibus de utili & sancto negotio differentem benignis obsecro, expurgatis & patientibus auribus audite.

Equidem de nomenclatura sive etymologia *Providentiæ*, *Præscientiæ*, *Prædestinationis* sive *præfinitionis* diligenter & eleganter præceperunt alij. Ego in præsentiarum usurpabo *Providentiam* pro generali cura & administratione omnium earum rerum, quas suapte virtute condidit Deus, éasdemque nunc potentia, bonitate & justitia suâ moderatur ac conservat. Epicuræi, impium & porcinum genus hominum, Deos quidem (ut retulit de natura Deorum *M. T. Cicero*) non negarunt: negarunt autem, illos curare mortalia, administrationémque demebant. A quibus parum distare videntur, qui Providentiam quidem non negant, sed ordinem æquum & justum in ipsa non agnoscunt. Abnegâsse enim ipsam rem creditur, qui de natura rei non rectè judicat. Deus optimus maximus, quanquã nulla lege teneatur, nihil tamen facit, quod adversatur legibus. *Interim nolumus Dei justitiam nostram metiri, attamen veritas & justitia in Deo est.* Proinde veritas Christiana fatetur, Providentia

Dei

Dei intra metas æqui & justi & boni consistere: Sapientiâ, ordinéque administrari. Et sine hac Providentia nihil in mundo formari, sive bona illa, sive mala sint, sive magna, sive parva, omnia enim in omnibus idem operatur, Deus sapiens, potens & justus. Testimonia in re usque adeò plana & apud Christianos confessa, nolui operosiùs condensare. Nam, *Genes. cap.* 40. *Esa.* & *Psalm.* 145. sic scriptum legimus: *Bonus Dominus omnibus, & miserationes ejus super omnia opera ejus. Regnum ejus regnum omnium seculorum, & dominatio ejus in generatione & generatione: Sustentat Dominus omnes cadentes, & erigit omnes collapsos Oculi omnium te expectant, & tu das illis escam in tempore suo. Aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione:* Psal. 147. *Beatus ille in cujus auxilio Deus Jacob: spes ejus in Domino Deo suo, qui fecit cœlum & terram, mare & omne quod in eis. Qui facit judicium calumniam sustinentibus, dat panem esurientibus. Dominus solvit compeditos, Dominus illuminat cæcos, Dominus erigit collapsos. Dominus diligit justos. Dominus custodit advenas, orphanum & viduam sublevabit, & viam impiorum exterminabit. Regnabit autem Dominus in æternum: Qui sanat contritos corde, & lenit dolores eorum. Qui numerat multitudinem stellarum.*

larum, & omnes nominibus suis vocat. Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus, & intelligentia ejus non est numerus. Hic operit cœlum nubibus, & parat terræ pluviam. Hic facit montes germinare herbam. Dat jumento pabulum suum, & pullis corvorum crocitantibus. Hic emittit eloquium suum terræ, velociter currit verbum ejus. Hic dat nivem sicut lanam, pruinam sicut cinerem spargit. Et quæ hujus generis infinita alia leguntur. Similia certe magno cum verborum apparatu scribit *Hierem.* c. 10. *Esa.* c. 15. Deum inducens loquentem testatur & ajt, *Ego Dominus & nullus ultrà, præter me non est Deus. Accinxi te,* (loquitur autem de *Cyro* Rege potentissimo,) *& non cognovisti me. Propterea scient ab oriente Solis & ab occidente, quòd nihil præter me. Ego Dominus & non ultra, formans lucem & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia illa.* Omnium autem significantissimè Salvator noster in Evangelio *Matth.* 10 ajt. *Nonne duo passerculi minuto asse veneunt, & unus ex illis non cadit in terram sine Patre vestro? Vestri verò pili capitis numerati sunt omnes. Ne igitur metuatis, vos pluris estis quàm multi passerculi.* Ad quæ verba alludens, *Petrus* 1. Pet. c. 5. *Omnem in Deum,* (inquit,) *curam conjicite,*

nam

nam illi de vobis cura est. Habetis, ni fallor, Deum optimum maximum providentiâ suâ res curare mortalium, gubernare, agere & conservare omnia. Cavendum autem præcipuè, *nequid præter ordinem æquum & justum concipiamus* in administratione providentiave rerum omnium fieri à Deo. Is enim cùm sapiens, bonus, æquus & justus sit, omnia opera ejus in sapientia, bonitate & justitia constituta sunt. Proinde & per intermedia quædam, certisque conditionibus, adeò ut & nostram requirat operam, res suas administrat. Pascit omnem carnem suâ potentiâ & sapientiâ. Sed terram interim aratro proscindere, & glebas rastro complanare, sementémque terræ committere jubet. Sapientiam ipse solus confert cunctis mortalibus: at inertibus quid conferatur non nescimus. Iræ divinæ certissimum argumentum est gladius immissus. Gratiæ & misericordiæ tribuimus meritò omnes reipubl. tranquillitatem & pacem. Nihilominus certa ratione paciscitur & belligeratur nobiscum Deus. Nam apud *Hieron.* cap. 18. loquitur ad hunc modum Dominus: *Subitò loquor contra gentem & contra regnum, ut eradicem, ut destruam, & ut perdam. Jam si reversa fuerit gens illa à malitia sua super*

Providẽtia intra metas consistit.

quam locutus fui, pœnitebo super malitia quam cogitavi facere ei. Et subitò loquar super gentem & super regnum ut ædificem & plantem. Si jam illa malum in oculis meis fecerit, pœnitebo super bonitate, quam dixi ut facerem ei. Auditis bonum & malum, hoc est, fœlicitatem & calamitatem ab eodem proficiscente DEO. Sed certa cum ratione, sapienter & justè. Habet ille media sua per quæ agit nobiscum. Ne igitur effutiamus temerè: *Si destinavit nos Deus bello excindere, frustra oraverimus: frustra ipsum numen sanctimonia vita & fidei integritate expiaverimus.* Equidem negare non possumus, *Deum esse omnipotentem, invictum, fortem & Dominum exercituum, cui nemo restiterit.* At justum simul, bonum & æquum confitemur, qui sua in nos potentia non abutitur. Maximè cùm ad Loth festinantem ex incendio, diceretur: *Festina, salvare in Zoar*: quòd non possum facere quicquam, donec venias illuc. Proinde moderatiùs & circumspectiùs loquendum Christianarum Ecclesiarum doctoribus. *Sic enim inculcanda Eccesia Christi providentia, quâ cuncta moderatur & conservat Deus, ut interim ordinis justitia & conditionum non obliviscamur.* Hoc est, media per quæ operatur Deus negligamus, & otiosi corpore, inertiáque obbrutescamus.

Sunt

Sunt enim quidam suæ conditionis immemores, qui videlicet obliti, quòd homines à Deo conditi sunt, quòd membra vegeta & industria, artésque à Deō ingeneratæ, otiosos se ali, & veluti truncos trahi reposcunt. Profectò, fames, calamitates, bella, strages: Item corporis recta & adversa valetudo: fertilitas soli, tranquillitas regnorum, & victoria regum & populorum; Omnia, inquam, hæc & alia his similia non citra Dei providentiam in mundo sunt. Sed illud simul adeò, per Mosen additur, *Deut.* 11. *Si audiendo audieritis præcepta mea, quæ ego præcipio vobis hodie, ut diligatis Dominum Deum vestrum, & serviatis ei in toto corde vestro, &c. Dabo pluviam terræ vestræ in tempore suo: pluviam temporaneam & serotinam, ut congregare possis frumentum tuum, vinum tuum & oleum. Cavete autem vobis ne fortè seducatur cor vestrum & recedatis, atque serviatis Dijs alienis, &c.* Sic *Levit.* 26. *Deut.* 28. integra scribuntur capita.

Verùm, non gravabor copiosissimis exemplis rem apertam aliâs reddere multò apertiorem. Dubitare non possumus, Abraham Isaac & Jacob patriarchas sanctissimos in Providentiæ Dei umbraculo & totos & tutos vitam suam instituisse. Sed

quis horum trium præter ordinem egit quicquam? *Quis suum detrectavit officium? Quis laborem omnem & diligentiam præterea & vigilantiam, quæ ab homine quolibet exigitur in Deum rejecit?* ipse verò otiosus & iners providentiam Dei jactavit. Scriptum est *Proverb.* 10. Quòd *Dominus animam justi fame nō enecet.* Et Christus Dominus, *Matth.* 6. *Vertite oculos ad volatilia cœli, quòd non serunt, &c.* Interim dum fame affligerentur Palæstina, in Ægyptum descenderunt patres, *Gen.* 12. 26. Invenias hodie temerarium aliquem, qui citius clamitet: *Domini est terra:* Idem *est omnipotens, si ergo curat providentia sua res mortalium, poterit ergo cavere, ne in hac ferens provincia fame emoriar.* Quid opus fuerit maximo & vitæ & fortunarùm dispendio Ægyptum conscendere? Quoties verò David ingeminat, *Psal.* 22. & 30. *Tu es expectatio mea, Domine Deus, fiducia mea à juventute mea super te innixus sum ex utero, de intestinis matris meæ, tu me extrahis. Ego in te speravi Domine. Dixi, Deus meus es tu: In manu tua sunt opera mea.* At idem quoties alijs atque alijs utitur consilijs, quoties fugit, quoties Saulum Regem stratagematis illudit vaferrimis? Apud *Matth.* 10. & *Luc.* 12. præcipit Dominus, ne Apostoli ac viri Apostoli-

ci

ci anxiè meditentur Apologiam, cùm religionis gratiâ in jus vocantur. At Paulus, Christi Spiritu imbutus, nihilominus ad sacrarum literarum studia hortatur Episcopos, 1. *Tim.* 4. Idem Apostolus, Dei providentiâ tutus, promissiionem insuper acceperat à Domino, hujusmodi: *Bono animo esto Paule, ut Hierosolymis de me testatus es: sic oportebit te & Roma testificari.* Act. 27. Idem tum armis Romanorum fœliciter & prudenter usus est contra perfidiam conjuratorum. Idem Centurioni & militibus de nautis fugam meditantibus dixit: *Nisi in nave manserint, vos salvi fieri non potestis:* & tamen pàulò antè, cum magna confidentia angelum Dei secum in hanc sententiam locutum commemoravit: *Ne timeas Paule: Cæsari te oportet sisti. Et ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum.* Unde jam infert, propter quod bono animo estote viri. Credite enim Deo, quòd sic erit, quemadmodum dictum est mihi. Interim idem ille, qui firma in Deum & libera in ejus providentia confidentia fuit, incolumitatem, quod jam diximus, ad nautarum industriam retulit, quasi his elapsis servari non poterint. *Proinde certa ratio, & ordo pulcherrimus est, providentia Dei; qui intra bonitatem, sapientiam, & justitiam consistit.* Me-

dia quoque ipsa divina virtute suscipiuntur & fiunt: tam etsi hominis propriè esse videantur. Sic enim Joseph ad fratres suos in Ægypto dicebat: *Nolite mœrore affici, &c.* Genes. 58. *quoniam in conservationem misit me Deus ante vos.* Itaque *vos non misistis me huc, sed Deus, qui & posuit me patrem Pharaonis.*

Moderatio sanctorũ in hoc negotio.

Videas tamẽ sanctos hac in re *magna usos esse moderatione.* Si quid enim imprudentius & minus rectè gestum est, id totum sibi ttibuunt, non Deo. Si quid autem fœliciter gestum est, id omne ad unum referunt authorem Deum, cujus gloriæ, majestati, gratiæ & virtuti canunt laudes. Hinc Joseph paulò pòst apertiùs de hac ipsa sui venditione loquens, ajt, *Genes.* 50. *Vos cogitastis aduersum me malum;* Sed *Deus id ipsum cogitavit in bonum, ut scilicet vivificaret populum multum.* Ad eundem modum *Daniel* c. 9. *Omnem calamitatis Judaicæ causam,* non in Deum justum, sed in populum rejicit inobedientem, dicens: *Tu magnus & reverendus es Domine Deus, custodiens pactum & misericordiã timentibus te. peccavimus, iniquè egimus, impiè fecimus & rebellavimus. Non audivimus servos tuos Prophetas, qui locuti sunt in nomine tuo. Tibi Domine justitia, & nobis confusio faciei, &* quæ sequuntur. *Præterea*

terea nemini dubium est, *quin opes, robur, fortuna successus atque victoria Regis Assyrij, Sanherib, opus sint Dei. At prophanus Rex sibi ipsi arrogabat temerè, quod Deo acceptum retulisset*, unde & à Deo punitur gravissimè. Jucundum atque utile, maximéque præsenti causæ accomodum fuerit verba divinantis Esajæ, super hac re audire *cap.* 10. sunt autem ea hujusmodi: *Væ Assyrio, virga furoris mei & baculus ipse. In gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei. Mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiat prædam: Et ponam illum in conculcationem quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor ejus non sic expendet. Sed ad conterendum erit cor ejus, & ad internecionem gentium plurimarum. Dicit enim: Nunquid non Principes mei singuli Reges sunt? Visitabo ergo super fructum magnifici cordis Regis Assur, & super planam altitudinis oculorum ejus. Dixit enim in fortitudine manus feci mea, & in sapientia mea intellexi, & occupavi terminos populorum. Sed nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat cum ipsa? aut magnificabitur serra contra eum, à quo trahitur? Quod perinde esset, ac si virga se se elevaret contra eum, qui ipsam fert, & baculus sese extolleret, quasi lignum non esset.* Quibus ex verbis minimo negotio colligi potest summa

ma eorum, quæ hactenus disputavimus. Nempe, quòd Deus providentiâ suâ res mortalium, & prudenter, justè & sanctè curat Et quòd utatur creaturarum suarũ, hominum maximè, opera & ministerio ceu medijs & instrumentis quibusdam. Ubi tamen ea, quæ minus providè & rectè geruntur, nostrâ corrumpuntur inertiâ. Quæ verò geruntur commoda & recta ratione, Dei gratiâ & auxilio & virtute fiunt.

Ordo & justitia in Providētia spectantur.

Quocirca rectè uteris in hac re moderatione, si ita asseras Dei providentiam, *ut interim ejus justitiam non neges*, id est, ita doceas Deum in nobis operari omnia, ut *præter decorum, æquum & justum: imò præter ordinem agat nihil.* Ordinem igitur istum spectandum nobis: media, quæ ipsius verbo constituta sunt, non spectanda. *Interim, vim omnem, qua operamur bona adscribendam Deo: mala verò nobis ipsis.* Pietas enim de Deo sobriè indicat, & negotium providentiæ spiritu prophetico, non phanatico sic proponit propemodũ: Deus curat res omnium hominum, videt in quo peccet, aut quatenus rebus, justus faveat quilibet. Et cùm justus judex sit, vindicans iniquitatem, & misericors est, omnibus diligentibus veritatem & justitiam. Hujus generis est illud, *Esaj.* 1. *S*

volue-

volueritis aut audieritis, bona terræ comedetis, & si nolueritis & amari esse perrexeritis, gladio devorabimini. Atque hæc hactenus de *Providentia* in genere.

Nunc quod ad salutem & damnationem hominis attinet, excutiemus, & in hac causa utemur voce *prædestinationis*, sive *præfinitionis*. Deus enim recta ratione, fine, tramitéque certo alios quidem mortalium beat, eos videlicet, qui per Christum eluctantur ad vitam, alios verò damnat, qui Christo & veritate contemtis tenebras carnis sequuntur. *Hic verò alij salutem hominis non ad gratiam Dei, sed merito tribuunt liberi arbitrij. Alij verò, de electione & fidei dono, sive gratia Dei differentes, omnia sic rejiciunt in absolutam necessitatem, ut omnis mali, omniúmque scelerum authorem faciant Deum:* quasi illius, non nostrà culpâ pereamus. Utrisque nunc respondebo. Deinde modum ostendam misericordiæ atque justitiæ Dei, ut ex his deinde quilibet facilè collegerit, quæ moderatio & in hoc negotio sit servanda. *Aur. Augustinus* in lib. de prædestinatione sanctorum cap. 19. eorum opinionem, qui salutem & electionem meritis tribuunt liberi arbitrij ad Pelagium Brittonem, noxium certè hæreticum, retulit authorem. *Pelagiani enim*

De prædestinatione.

Salus nostrã gratia est nõ meritorum.

putant, (inquit,) *acceptis præceptis jam per nos ipſos fieri liberæ voluntatis arbitrio, ſanctos & immaculatos inconſpectu Dei in charitate. Quod futurum Deus quemadmodum præſcivit,* (inquiunt,) *ideò nos ante mundi conſtitutionem elegit.* Cæterùm, audiatur Apoſtolus Paulus, ſalutem & electionem noſtram non meritis noſtris tribuens, ſed gratuitæ miſericordiæ Dei, neque operibus, quæ facturi eramus; ſed Chriſto Domino. Nam in Epiſt. *Rom.* 9. inter alia. *Rebecca* (ajt) *ex uno conceperat Iſaac Patre noſtro: Nondum autem natis pueris, cùm neque boni quippiam feciſſent, neq; mali, ut ſecundum electionem propoſitum Dei maneret non ex operibus, ſed ex vocante, dictum eſt illi:* Major ſerviet minori. Quibus verbis neſcio, ſiquid aliud huic negotio quadrantius vel fingi poſſit. *Nil ad aſſequendam Dei gratiam facit nativitas: nihil facit meritum, aut opus patratum. Nondum enim natis pueris,* (ajt,) *cùm ſcilicet neque boni neque mali quicquam feciſſent, Jacob dilectus eſt. Imò, ne quis futura obyceret merita, quæ prævidens Deus propter ipſa contulerit gratiam.* Non ex operibus *addit*, ſed ex vocante dictum eſt illi. Major ſerviet minori. Pari luce & evidentia in eadem Epiſtola ſic ſcripſit: *Reliquiæ ſecundum electionem gratiæ fuerunt.* Quod ſi per gratiam, non

non jam ex operibus, quãdoquidem gratia jam non est gratia. Sin ex operibus, jam non est gratia, quãdoquidem opus jam nõ est opus. His propemodum clariora, certè copiosiora sunt, quæ scripsit idem Apostolus ad *Ephes.* 1. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, Christo: quemadmodum & nos elegit in ipso antequam jacerentur fundamenta mundi, ut essemus sancti & irreprehensibiles coram illo per charitatem, qui prædestinavit nos, ut adoptaret in filios per Jesum Christum in se se: juxta beneplacitum voluntatis suæ, &c. Quæ verba maximo verborum impetu persequens *Augustinus* in eodem lib. c. 18 ut supra, in hæc verba erumpit: *Cernitis*, procul dubio, *cernitis quanta manifestatione Apostolici eloquij defendatur hæc gratia, contra quam merita extolluntur humana, tanquam homo aliquid prior det, ut retribuatur ei. Elegit ergo nos Deus in Christo ante mundi constitutionem, prædestinans nos in adoptionem filiorum, non quod per nos sancti & immaculati futuri eramus, sed elegit, prædestinavítque, ut essemus, fecit autem hoc secundum placitum voluntatis suæ, ut nemo de sua, sed illius erga se voluntate glorietur, fecit hoc secundum divitias gratiæ*

tia sua, secundum bonam voluntatem suam, proposuit in dilecto filio suo, in quo sortem consequuti sumus, prædestinati secundum propositum, non nostrum, sed ejus, qui universa operatur in nobis & velle, Phil. 2. Operatur autem secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ ejus. Hinc est autem, quòd clamamus, ut nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in seipso; sed qui gloriatur, in Domino glorietur, ut simus in laudem gloriæ ipsius. Ipse quippe operatur secundùm propositum suum, ut simus in laudem gloriæ ejus, utique sancti & immaculati. Propter quod nos vocavit, prædestinans ante mundi cõstitutionem. *Hactenus Aug.* verba recensuimus. Et is idem author de se se minimè obscuris verbis testatur, in eodem *lib.* c: 3. quòd in ea aliquando fuerit sententia, ut putaret, quòd in Deum credimus, non esse donum Dei, sed à nobis esse, & per illam nos impetrare dona Dei, quibus piè vivamus. *Quem meum errorem*, ajt, *satis indicant opuscula quadam mea ante episcopatum scripta.* Addit: *Non sic pius & humilis doctor sapiebat. Cyprianum beatissimum loquor, qui dixit in nullo gloriandum quando nostrum nihil sit.* Quòd ut ostenderet, adhibuit Apostolum testem, dicentem: *Quid*

autem

autem habes, quòd non accepisti? Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Quo præcipuè testimonio etiam convictus sum, cùm similiter errarem. Neque enim fidem putabam Dei gratiâ præveniri, ut per illam nobis daretur, quòd possideremus utiliter, nisi quid credere non possemus, si non procederet præconium veritatis. Ut autem prædicato nobis Evangelio consentiremus, nostrum esse proprium, & nobis ex nobis arbitrabar. Huc pertinere videtur, quod apud Joannem, dixit Dominus, *Joh. 6. Nolite murmurare inter vos. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Et ego suscitabo eum in novissimo die. Et scriptum in prophetis. Et erunt omens docti à Deo. Omnis ergo qui audierit à Patre, & didicit, venit ad me.* Hisce congruunt & Apostoli *Ephes.* 2. verba. *Gratiâ estis servati per fidem, idque non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Nam ipsi sumus figmentum conditi in Christo Jesu ad opera bona, quæ præparavit Deus, ut in eis ambularemus.* Proinde, cum certò constet, fidem esse donum Dei: fidei verò tribui justificationem & salutem: consquens est, salutem, justificationem sive vitam donum esse Dei, quòd respectû gratiæ Dei & non operum nostrorum conferatur sanctis.

ctis. Rectissimè ergo *August.* pronũciavit. Neque velle possumus, nisi vocemur. Et cùm post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra & cursus noster: nisi Deus & vires currentibus præbeat & perducat, quò vocat. Atque hæc paucis de eo disputare voluimus, *quòd salus sive electio nobis non coferatur respectu operum sive præteritorum sive futurorum: sed respectu divinæ misericordiæ & gratiæ per Christum Jesum. Ubi jam se aperit altera opinio, eorum videlicet, qui ex certissima hac veritate Christiana sic colligunt*: Si salus gratiæ & vocationis Dei est, non operum aut meritorum nostrorum: profectò, in Deo vocante vel repellente hæc & culpa damnationis nostræ. Nisi enim vocet & trahat me, ego virtutibus nequaquam dedero operam. Ex fide est justitia, fides donum Dei est: citra hoc quicquid fecero, peccatum est Quod itaque pecco, inde est, quòd fidem non habeo. Quòd autem fidem non habeo, ex eo est, quòd Deus fidem non dedit. Proinde quòd injustus sum, non ego in culpa sum, sed Deus, qui justificationis nervum, ipsam veram & vivificam fidem non confert. Hinc verò præscriptionem statuunt, propudiosam in Deum, ipsum inquam Deum non modò, quod bonum est, operari

i *in homine, sed malum quoque, ipsum pecca-*
um: imò ipsa profligatissima quæque sce-
era in turpissimis & crudelissimis nebu-
onibus; adeò ut Caini fratricidium, Ru-
eni incestus: Davidis adulterium: Manas
s cædes & latrocinia *propriissima ipsius Dei*
nt facinora, quæ sua virtute, ipsius inquam,
er istos ceu instrumenta patraverit. Atqui
c fieret, ut Deus malos ob scelera puni-
e, bonos præmijs honorare nequaquam
osset, nec ullo jure in adversarios suos
nimadvertere. Quin potius, si ita res ha-
et, quod libet agamus: frustra enim le-
es latæ sunt: frustra sancta Prophetarum
t Apostolorum monita recitantur. Deni-
ue vana sunt, quæcunque Deus, de vi-
a emendanda, de precibus sacris & cæte-
is religionis nostræ capitibus tradidit,
nentitus est, qui dixit *Esa* 30. *Væ vobis*
desertoribus, qui concepistis consilium & non ex
ne; telámque ordiremini, & non per spiritum
neum. Vt adderetis peccatum super peccatum.
tem, Joh. 8. *Si Deus esset pater vester, dilige-*
etis utique me: sed ex patre diabolo estis, &
desiderijs patris vestri vultis obsequi, &c. Quæ
um verissima & indubitata sunt apud o-
nnes sanctos; *absit ut impietatem nostram*
Deo impingamus authori. Verùm, nunc co-
iosissimis sacræ Scripturæ testimonijs vin-
cam;

cam. *Deum, verè optimum maximum, peccati & mortis authorem non esse, sed hominem sua potiùs culpa perire.* Deum verò nemini irrogare injuriam: neminem ex morositate abdicare: *nemini citra vel contra justitiæ legis fidei donum subtrahere.* Profectò, si quis propius expendat inspiciátque, quæ sit ipsa Numinis natura, deprehendet, non *tam aqua ignem, quàm malum Deo adversari.* i. e. peccatum cum Dei genio ex diametro dissidere. Is enim non tam omnipotens est, omniscius, providentia sua omnia moderans atque conservans, quàm natura bonus, æquus & justus in omnibus, *Ps.* 145. Hinc enim sanctissimus Dei Propheta: *Justus Dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.* Cui non absimilis est illa è libro Sapientia petita sententia prorsus canonica, cap. 1. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vitiorum. Cùm ergo Deus naturâ bonus, æquus & justus, sanctus & innocens sit: cujus via immaculata & integra, nihil agit perperam, nec injusti malive author est.* Omne enim quod condidit Deus, bonum est. *Genes.* 1. Nec possibile est ut bona arbor fructum ferat putrem, *Matth.* 7. & 12. Apud *Malach. cap.* 2. ipse Dominus ajt: *Ego Dominus & non mutor.* Et *Ps.* 5. *Quoniam Deus non volens iniquitatem: non habitabit*

Deus nō author mali.

habitabit juxta te malignus. Non adstabunt insipientes coram oculis tuis. Odisti omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinum & fraudulentum abominatur Dominus, Ps. 5. Jam si omnes viæ Domini justitia & veritas: Deus non mutatur si impietatem non vult, quomodo faceret impietatem, quam odit & abominatur? An dabimus, Deum necessitate quadam agere, quæ nolit? Atqui Propheta alibi clamat, Ps. 113. *Dominus quæcunque voluit, facit: sed malum* non vult, ergo malum non facit. Voluntas enim Dei sancta est & bona. Idque post multa alia argumenta evidentissima vel lege lata prodidit. Lex autem sancta est, & præceptum sanctum, & justum & bonum, quod malum prohibet & peccatum damnat. Proinde malum & peccatum non est in Deo, nisi Deus aliud agat, aliud clausum in pectore teneat, quòd quidem de viro bono nemo vel cogitaverit. Turpissimum enim est loqui contra animi sententiam, & in rebus serijs simulare. Jam si hoc ipsum malum ipse punit, quod facit in nobis Deus, quomodo posthac dicetur judex seculi justus? Et si mendacium nostrum in suam excelluit gloriam, quomodo posthac ut peccatores judicabimur? Non conje-

ćturis humanis, sed divi Pauli verbis utimur, id quòd propter eos maximè dicimus, qui dicunt, de Dei justitia, lege humanæ justitiæ non esse disputandum, quod ut aliquo modo verum esse scimus; ita non dubitamus, justitiam Dei & purissimam & exactissimam esse: ad quam etiam justitia humana, si modò justitia dici velit, collimare debet. Quid, quòd apertissime apud Hoseam dicit Dominus? *Perditio tua Israel ex te: in me duntaxat auxilium tuum.* Et apud *Ezechiel* 18. Idem: *Nolo* (ajt) *mortem peccatoris: sed magis ut convertatur ac vivat.* Unde & divus Jacobus dicit: *Deus ut malis tentari non potest, ita nec ipse quenquam tentat.* Nemo ergo cùm tentatur, dicat se à Deo tentari, Jac. 1. *At obyciat hic mihi aliquis.* An verò mentitus est, qui dixit. Tentavit Deus Abraham, *Genes.* 22 Item tradidit eos Deus in sensum roprobum, *Rom.* 1. Cœcavit illos Dominus, Esa. 6. *Dominus miscuit illis spiritum erroris & seduxerunt Ægyptum in omnibus operibus manuum suarum,* Esa. *cap.* 19. *Quid errare fecisti nos Domine à via tua, obdurâsti corda nostra ne timeremus te?* Esa. 13. *Et non audivit Amasias, quando à Deo erat, ut puniretur.* 2. Reg. 15. Vidit & Micheas Propheta Dominum in throno sedentem & dicentem: *Quis seducet Achab*

Regem

Regem Israel, ut ascendat & cadat in Rhamoth Galaad. Et exijt Spiritus, & stetit in conspectu Domini, & dixit: Ego seducam eum. In quo? Et dixit, Exibo & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et dixit: *Seduces & prævalebis, exi,* & fac sic, 3. *Reg.* ult. An non scriptum est. Induravit cor Pharaonis, *Exod.* 9. Et cuius vult miseretur, & quē vult indurat, *Rom.* 9. Rursus: Num erit malum in civitate quòd Dominus non fecerit? *Amos* 3. Et ego Dominus formans lucem, & creans tenebras, &c. *Esa.* 15. Et in *Prov.* Omnia operatus est Dominus propter se, quin & impium ad diem malū, *Prov.* 16. *Rom.* 12. Agnoscimus autem omnia illa esse canonica S.S. testimonia. Addimus autem ipsa secundam canonē Scripturæ sanctæ exponenda esse. Canon verò exponendi Scripturas sanctas est ipsa charitas sancta, pura, fide efficax, timor & reverētia numinis, non superstitiosa: quæ non sinunt de Deo sumo, optimo, maximo, æquissimo & justissimo quicquam indecori aut impuri suspicari vel proloqui. *Neque illa testimonia cum fide & tota Scriptura pugnant, quinimo sensum habent reconditiorem: sed tamen planum & simplicem.* Qui verò is sit, exponemus, ubi mali peccati sive mortis fontes ap[illegible]uerimus. *Hactenus enim demonstravimus, salutem*

Canon Scripturas exponendi.

ma eorum, quæ hactenus disputavimus. Nempe, quòd Deus providentiâ suâ res mortalium, & prudenter, justè & sanctè curat Et quòd utatur creaturarum suarū, hominum maximè, opera & ministerio ceu medijs & instrumentis quibusdam. Ubi tamen ea, quæ minus providè & rectè geruntur, nostrâ corrumpuntur inertiâ. Quæ verò geruntur commoda & recta ratione, Dei gratiâ & auxilio & virtute fiunt.

Ordo & justitia in Providētia spectantur.

Quocirca rectè uteris in hac re moderatione, si ita asseras Dei providentiam, *ut interim ejus justitiam non neges*, id est, ita doceas Deum in nobis operari omnia, ut *præter decorum, æquum & justum: imò præter ordinem agat nihil.* Ordinem igitur istum spectandum nobis: media, quæ ipsius verbo constituta sunt, non spectanda. *Interim, vim omnem, qua operamur bona adscribendam Deo: mala verò nobis ipsis.* Pietas enim de Deo sobriè indicat, & negotium providentiæ spiritu prophetico, non phanatico sic proponit propemodū: Deus curat res omnium hominum, videt in quo peccet, aut quatenus rebus, justus faveat quilibet. Et cùm justus judex sit, vindicans iniquitatem, & misericors est, omnibus diligentibus veritatem & justitiam. Hujus generis est illud, *Esaj.* 1. *S* *volue-*

volueritis aut audieritis,bona terræ comedetis, & si nolueritis & amari esse perrexeritis.gladio devorabimini. Atque hæc hactenus de *Providentia* in genere.

Nunc quod ad salutem & damnationem hominis attinet,excutiemus,& in hac causa utemur voce *prædestinationis*, sive *præfinitionis*. Deus enim recta ratione, fine, tramitéque certo alios quidem mortalium beat, eos videlicet, qui per Christum eluctantur ad vitam, alios verò damnat, qui Christo & veritate contemtis tenebras carnis sequuntur. *Hîc verò alij salutem hominis non ad gratiam Dei, sed merito tribuunt liberi arbitrij. Alij verò, de electione & fidei dono, sive gratia Dei differentes, omnia sic rejiciunt in absolutam necessitatem, ut omnis mali, omniúmque scelerum authorem faciant Deum:* quasi illius, non nostrâ culpâ pereamus. Utrisque nunc respondebo. Deinde modum ostendam misericordiæ atque justitiæ Dei, ut ex his deinde quilibet facilè collegerit, quæ moderatio & in hoc negotio sit servanda. *Aur. Augustinus* in lib. de prædestinatione sanctorum cap. 19. eorum opinionem, qui salutem & electionem meritis tribuunt liberi arbitrij ad Pelagium Brittonem, noxium certè hæreticum, retulit authorem. *Pelagiani enim*

De prædestinatione.

Salus nostrâ gratiæ est nō meritorum.

putant, (inquit,) *acceptis præceptis jam per nos ipsos fieri liberæ voluntatis arbitrio, sanctos & immaculatos in conspectu Dei in charitate. Quod futurum Deus quemadmodum præscivit*, (inquiunt,) *ideò nos ante mundi constitutionem elegit.* Cæterùm, audiatur Apostolus Paulus, salutem & electionem nostram non meritis nostris tribuens, sed gratuitæ misericordiæ Dei, neque operibus, quæ facturi eramus; sed Christo Domino. Nam in Epist. *Rom.* 9. inter alia. *Rebecca* (ajt) *ex uno conceperat Isaac Patre nostro: Nondum autem natis pueris, cùm neque boni quippiam fecissent, neq; mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret non ex operibus, sed ex vocante, dictum est illi:* Major serviet minori. Quibus verbis nescio, siquid aliud huic negotio quadrantius vel fingi possit. *Nil ad assequendam Dei gratiam facit nativitas: nihil facit meritum, aut opus patratum. Nondum enim natis pueris*, (ajt,) *cùm scilicet neque boni neque mali quicquam fecissent, Jacob dilectus est. Imò, ne quis futura obyceret merita, quæ prævidens Deus propter ipsa contulerit gratiam.* Non ex operibus *addit*, sed ex vocante dictum est illi. Major serviet minori. Pari luce & evidentia in eadem Epistola sic scripsit: *Reliquiæ secundum electionem gratiæ fuerunt.* Quod si per gratiam, non

non jam ex operibus, quādoquidem gratia jam non eſt gratia. Sin ex operibus, jam non eſt gratia, quādoquidem opus jam nō eſt opus. His propemodum clariora, certè copioſiora ſunt, quæ ſcripſit idem Apoſtolus ad *Epheſ.* 1. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus, Chriſto: quemadmodum & nos elegit in ipſo antequam jacerentur fundamenta mundi, ut eſſemus ſancti & irreprehenſibiles coram illo per charitatem, qui prædeſtinavit nos, ut adoptaret in filios per Jeſum Chriſtum in ſeſe: juxta beneplacitum voluntatis ſuæ, &c. Quæ verba maximo verborum impetu perſequens *Auguſtinus* in eodem lib. c. 18 ut ſupra, in hæc verba erumpit: *Cernitis*, procul dubio, *cernitis quanta manifeſtatione Apoſtolici eloquij defendatur hæc gratia, contra quam merita extolluntur humana, tanquam homo aliquid prior det, ut retribuatur ei. Elegit ergo nos Deus in Chriſto ante mundi conſtitutionem, prædeſtinans nos in adoptionem filiorum, non quod per nos ſancti & immaculati futuri eramus, ſed elegit, prædeſtinavitque, ut eſſemus, fecit autem hoc ſecundum placitum voluntatis ſuæ, ut nemo de ſua, ſed illius erga ſe voluntate glorietur, fecit hoc ſecundum divitias gra-*

tiæ

tia sua, secundum bonam voluntatem suam, proposuit in dilecto filio suo, in quo sortem consequuti sumus, prædestinati secundum propositum, non nostrum, sed ejus, qui universa operatur in nobis & velle, *Phil.* 2. Operatur autem secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ ejus. Hinc est autem, quòd clamamus, ut nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in seipso; sed qui gloriatur, in Domino glorietur, ut simus in laudem gloriæ ipsius. Ipse quippe operatur secundùm propositum suum, ut simus in laudem gloriæ ejus, utique sancti & immaculati. Propter quod nos vocavit, prædestinans ante mundi cõstitutionem. *Hactenus Aug.* verba recensuimus. Et is idem author de se se minimè obscuris verbis testatur, in eodem *lib.* c: 3. quòd in ea aliquando fuerit sententia, ut putaret, quòd in Deum credimus, non esse donum Dei, sed à nobis esse, & per illam nos impetrare dona Dei, quibus piè vivamus. *Quem meum errorem*, ajt, *satis indicant opuscula quædam mea ante episcopatum scripta.* Addit: *Non sic pius & humilis doctor sapiebat. Cyprianum beatissimum loquor, qui dixit in nullo gloriandum quando nostrum nihil sit.* Quòd ut ostenderet, adhibuit Apostolum testem, dicentem: *Quid autem*

autem habes, quòd non accepisti? Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis? Quo præcipuè testimonio etiam convictus sum, cùm similiter errarem. Neque enim fidem putabam Dei gratiâ præveniri, ut per illam nobis daretur, quòd possideremus utiliter, nisi quid credere non possemus, si non procederet præconium veritatis. Ut autem prædicato nobis Evangelio consentiremus, nostrum esse proprium, & nobis ex nobis arbitrabar. Huc pertinere videtur, quod apud Joannem, dixit Dominus, *Joh. 6. Nolite murmurare inter vos. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Et ego suscitabo eum in novissimo die. Et scriptum in prophetis. Et erunt omens docti à Deo. Omnis ergo qui audierit à Patre, & didicit, venit ad me.* Hisce congruunt & Apostoli *Ephes.* 2. verba. *Gratiâ estis servati per fidem, idque non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Nam ipsi sumus figmentum conditi in Christo Jesu ad opera bona, quæ præparavit Deus, ut in eis ambularemus.* Proinde, cum certò constet, fidem esse donum Dei: fidei verò tribui justificationem & salutem: consquens est, salutem, justificationem sive vitam donum esse Dei, quòd respectû gratiæ Dei & non operum nostrorum conferatur sanctis.

ctis. Rectissimè ergo *August*. pronũciavit. Neque velle possumus, nisi vocemur. Et cùm post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra & cursus noster: nisi Deus & vires currentibus præbeat & perducat, quò vocat. Atque hæc paucis de eo disputare voluimus, *quòd salus sive electio nobis non coferatur respectu operum sive præteritorum sive futurorum: sed respectu divinæ misericordiæ & gratiæ per Christum Jesum. Ubi jam se aperit altera opinio, eorum videlicet, qui ex certissima hac veritate Christiana sic colligunt*: Si salus gratiæ & vocationis Dei est, non operum aut meritorum nostrorum: profectò, in Deo vocante vel repellente hæc & culpa damnationis nostræ. Nisi enim vocet & trahat me, ego virtutibus nequaquam dedero operam. Ex fide est justitia, fides donum Dei est: citra hoc quicquid fecero, peccatum est Quod itaque pecco, inde est, quòd fidem non habeo. Quòd autem fidem non habeo, ex eo est, quòd Deus fidem non dedit. Proinde quòd injustus sum, non ego in culpa sum, sed Deus, qui justificationis nervum, ipsam veram & vivificam fidem non confert. Hinc verò præscriptionem statuunt, propudiosam in Deum, ipsum inquam Deum non modò, quod bonum est, operari

ti *in homine, sed malum quoque, ipsum pecca-um*: imò ipsa profligatissima quæque scce-era in turpissimis & crudelissimis nebu-onibus; adeò ut Caini fratricidium, Ru-beni incestus: Davidis adulterium: Manas-is cædes & latrocinia *proprijssima ipsius Dei int facinora, quæ sua virtute, ipsius inquam, er istos ceu instrumenta patraverit.* Atqui ic fieret, ut Deus malos ob scelera puni-e, bonos præmijs honorare nequaquam posset, nec ullo jure in adversarios suos nimadvertere. Quin potius, si ita res ha-bet, quod libet agamus: frustra enim le-ges latæ sunt: frustra sancta Prophetarum & Apostolorum monita recitantur. Deni-que vana sunt, quæcunque Deus, de vi-a emendanda, de precibus sacris & cæte-is religionis nostræ capitibus tradidit, mentitus est, qui dixit *Esa* 30. *Væ vobis desertoribus, qui concepistis consilium & non ex me; telámque ordiremini, & non per spiritum meum. Vt adderetis peccatum super peccatum. Item,* Joh. 8. *Si Deus esset pater vester, dilig-eretis utique me: sed ex patre diabolo estis, & desiderijs patris vestri vultis obsequi, &c. Quæ* cum verissima & indubitata sunt apud o-mnes sanctos; *absit ut impietatem nostram Deo impingamus authori.* Verùm, nunc co-piosissimis sacræ Scripturæ testimonijs vin-cam;

cam. *Deum, verè optimum maximum, peccati & mortis authorem non esse, sed hominem sua potiùs culpa perire.* Deum verò nemini irrogare injuriam: neminem ex morositate abdicare: *nemini citra vel contra justitiæ legis fidei donum subtrahere.* Profectò, si quis propius expendat inspiciátque, quæ sit ipsa Numinis natura, deprehendet, non *tam aquæ ignem, quàm malum Deo adversari.* i. e. peccatum cum Dei genio ex diametro dissidere. Is enim non tam omnipotens est, omniscius, providentia sua omnia moderans atque conservans, quàm natura bonus, æquus & justus in omnibus, *Ps.* 145. Hinc enim sanctissimus Dei Propheta: *Justus Dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.* Cui non absimilis est illa è libro Sapientiæ petita sententia prorsus canonica, cap. 1. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vitiorum. Cùm ergo Deus naturâ bonus, æquus & justus, sanctus & innocens sit: cujus via immaculata & integra, nihil agit perperam, nec injusti malive author est.* Omne enim quod condidit Deus, bonum est. *Genes.* 1. Nec possibile est ut bona arbor fructum ferat putrem, *Matth.* 7. & 12. Apud *Malach. cap.* 2. ipse Dominus ait: *Ego Dominus & non mutor.* Et *Ps.* 5. *Quoniam Deus non volens iniquitatem: non habitabit*

Deus nō author mali.

habitabit juxta te malignus. Non adstabunt insipientes coram oculis tuis. Odisti omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinum & fraudulentum abominatur Dominus, Ps. 5. Jam si omnes viæ Domini justitia & veritas: Deus non mutatur si impietatem non vult, quomodo faceret impietatem, quam odit & abominatur? An dabimus, Deum necessitate quadam agere, quæ nolit? Atqui Propheta alibi clamat, Ps. 113. *Dominus quæcunque voluit, facit: sed malum* non vult, ergo malum non facit. Voluntas enim Dei sancta est & bona. Idque post multa alia argumenta evidentissima vel lege lata prodidit. Lex autem sancta est, & præceptum sanctum, & justum & bonum, quod malum prohibet & peccatum damnat. Proinde malum & peccatum non est in Deo, nisi Deus aliud agat, aliud clausum in pectore teneat, quòd quidem de viro bono nemo vel cogitaverit. Turpissimum enim est loqui contra animi sententiam, & in rebus serijs simulare. Jam si hoc ipsum malum ipse punit, quod facit in nobis Deus, quomodo posthac dicetur judex seculi justus? Et si mendacium nostrum in suam excelluit gloriam, quomodo posthac ut peccatores judicabimur? Non conje-

Regem Israel, ut ascendat & cadat in Rhamoth Galaad. Et exijt Spiritus, & stetit in conspectu Domini, & dixit: Ego seducam eum. In quo? Et dixit. Exibo & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum ejus. Et dixit: *Seduces & praevalebis, exi,* & fac sic, *3. Reg.* ult. An non scriptum est. Induravit cor Pharaonis, *Exod. 9.* Et cuius vult miseretur, & quē vult indurat, *Rom. 9.* Rursus: Num erit malum in civitate quòd Dominus non fecerit? *Amos 3.* Et ego Dominus formans lucem, & creans tenebras, &c. *Esa. 15.* Et in *Prov.* Omnia operatus est Dominus propter se, quin & impium ad diem malū, *Prov. 16. Rom. 12.* Agnoscimus autem omnia illa esse canonica S.S. testimonia. Addimus autem ipsa secundam canonē Scripturæ sanctæ exponenda esse. Canon verò exponendi Scripturas sanctas est ipsa charitas sancta, pura, fide efficax, timor & reverētia numinis, non superstitiosa: quæ non sinunt de Deo sumō, optimo, maximo, æquissimo & justissimo quicquam indecori aut impuri suspicari vel proloqui. *Neque illa testimonia cum fide & tota Scriptura pugnant, quinimo sensum habent reconditiorem: sed tamen planum & simplicem.* Qui verò is sit, exponemus, ubi mali peccati sive mortis fontes aperuerimus. *Hactenus enim demonstravimus, salutem*

Canon Scripturas exponendi.

& vitam hominis gratia & misericordia Dei, nequaquam meritorum nostrorum esse. Deum enim omnis boni authorem & fontem unicum, bonum, æquum & justum esse; authorem mali & peccati non esse. Paulus verò, vas electionis in sacratissima illa ad Rom. Epistola, de infirmitatis nostræ, de peccati & mortis, hoc est, de mali origine disputans, & fontes gratiæ, dein & vitæ, hoc est, boni authorem indicans, ex Christo gratiam, donum & vitam derivat: ex Adam iram & peccatum & mortem. Sed profuerit ipsa Pauli audisse verba: *Quemadmodum enim, ait, per unum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors. Sic in omnes homines mors pervasit, quatenus omnes peccavimus. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo. Porrò peccatum non imputatur cum non est lex. Imo regnavit mors ab Adam usque ad Mosen, in eos quoque, qui non peccaverant ad similitudinem transgressionis Adam.* Deinde clariùs & breviùs pronúcians addit: *Unius delicto multi mortui sunt. Per unum, qui peccârat, venit mors. Per unius delictum mors regnavit per unum. Per unius delictum propagatum est malum in omnes homines ad condemnationem. Per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, id est, tota hominum multitudo. Quibus verbis nihil potuit dici planiùs. Ad unum enim homi-*

Origo peccati & mali.

nem mali principium devolvitur. Eadem evidentia, perſpicuitate & copia, boni origo, ad unum Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum totidem membris ab eodem Apoſtolo refertur. Hæc, qui negat, ſimul & myſterium negat, ipſumque enervat Evangelium. Et lex quidem ſancta & bona eſt. Bonus enim & ſanctus eſt is, qui legẽ promulgavit. Idcirco à Deo non eſt malum. A quo igitur? Ab homine. Sic enim ſcribit Paulus, *Rom.* 7. *Si, quod non volo, hoc facio: non ego jam perpetro illud, ſed inhabitans in me peccatum. Reperio igitur per legem volenti mihi facere bonum, quod mihi malum adjunctum ſit. Delectat enim me lex Dei ſecundum internum hominem. Sed video aliam legem in membris meis rebellantem legi mentis meæ, & captivum reddentem me legi peccati, quæ eſt in membris meis.* Quo circa nemo imputaverit Deo peccatum ſuum, niſi qui univerſam velit negare ſcripturam. Dei lex & mens ſancta & bona eſt. Alia lex eſt in membris noſtris: ea lex ipſum peccatum eſt, quod in nobis inhabitat. Hinc divus *Jacobus c.* 1. verè canonicè dixit: *Deus ut malis tentari non poteſt, ita nec ipſe quenquam tentat. Imò unusquisque tentatur, dum à propria concupiſcentia abſtrahitur & ineſcatur: deinde concupiſcentia poſteaquam concepit, parit pecca-*

tum: peccatum verò perfectum, gignit mortem. Habetis, opinor, sacris comprobatum demonstratúmq; testimonijs *quòd malum sit ex homine*, i. e. *quòd homo suâ, non Dei culpâ pereat.*

Jam ne quid hac in re dissimulemus, penitus aperiendi sunt fontis hujus venæ. Dum enim nos malum ex homine derivamus non ex Deo; quærunt contentiosuli: *An duo sibi adversa asseramus principia?* Quibus nos respondemus. Unum omnino esse omnium rerum principium. Addunt illi, *Cum ergo Deus hoc ipsum sit, consequens est, quòd ex ipso quoque malum sit.* Si enim malum ex homine est, & homo à Deo conditus est: mali quoque author Deus. Atqui hi non expendunt, *quòd Deus primum hominem ad imaginem & similitudinem suam condidit, utique sanctum & bonum.* Omnia enim quæ condidit Deus, bona erant. Et in ipso Deo nihil vitij est. Nihil ergo vitij est in imagine ejus. *Multa disputârunt alij de hac Dei imagine, ad quam homo dicitur conditus.* Cæterùm, videtur imago illa partim ingenium Dei, partim similitudinem & imitamentum referre. Voluit enim Deus, ut homo haberet genium quendam divinum. Præterea, Dei quoddam in hoc mundo simulachrum esset. Utitur enim diversis vocabulis Moses in explicanda il-

Imago Dei ad quã creatus homo.

la

la imagine. Interim non ita diversis quin alterum alterius sit veluti expositio, *faciamus*, inquiunt *Dij*, *hominem* בכלמנו כדמותנו i. e. *in imaginem nostram, secundum similitudinem nostram.* Est autem צֶלֶם *Effigies*, & imitammentum, alterius דְּמוּת *Exemplar* & hujusmodi res, quæ alteram significat. Nihil hic in Deo terrenum & corporale imaginandum. Corpora animámq; & sensitivam cum animalibus, & vegetativam & eam cum plantis communem habemus: mente & animi præstantia præcellimus. Dedit enim homini intellectum augustissimum: addidit judicium æquum, acre & politum. Sed & voluntas æqua non deerat, quæ, quid ad petendum fugiendumve statueret. At in ipsa voluntate erat affectus, non is quidem ut in mala præcipitem daret animum, additus: sed ut ad bonum impelleret. Conditus enim homo fuerat, ut se conformem faceret puritati divinæ per veritatem, justitiam & sanctimoniam: Ut ipsa imago Dei, juxta quam homo conditus est ipsa dici possit veritas, puritas, justitia & sanctimonia. Sic enim & Paulus *Ephes.* scripsit: *Vos didicistis quòd veritas sit in Christo, & quòd deponendus sit juxta priorem conversationem vetus homo, qui*

rumpitur secundum concupiscentias erroris, & quod renovari oporteat spiritum mentis & induere novum hominem, qui juxta Deum conditus est per justitiam & sanctitatem veram. Accedit his, quòd homo non modò cognitionem quandam cum Deo, & veluti communem, ut sic dicam, genium habuit: sed quòd simulachrum quoddam Dei gessit. Deus enim totam hanc mundi machinam versat, movet, alit, vegetat & conservat: ut animus agitat corpus hominis. Deus præest universitati solus, & homini subjecta sunt omnia. Præterea, animus nihil voluptatis in corpore habet: sed in se modo gaudet, & Deus in se gaudet, nostri non indigus. Anima spiritus est, semper vivens & se movens, neque bibit neque esurit. Et cùm videatur à nemine, omnia tamen videt. Quibus rebus omnibus egregiam cum Deo habet similitudinem. Jam & Deus immortalis est: agilitas & celeritas in ipso summa, torpor & dolor nullus. Et Adam à morte & infirmitate liber ante casum omnino cœlestem vivebat vitam. Peccatũ enim patratum post se traxit tandem pudorem, ærumnas varias, & ipsam denique mortem. Id quod Moses post lapsum Adæ evidenti expositione demonstrat. Certè, ante lapsum erat homo

bonus,

bonus, excellens, à corruptione alienissimus & prorsus divinus: *Unde ergo malum inquis?* Certum est hominem ad imaginem Dei esse conditum, ac in imagine Dei nihil hærere mali, vitiive. Proinde nec in homine labem hæsisse ullam, donec affectui obsequutus ad prohibitum malum extenderet manum. Homini enim tantis instructo facultatibus æquissima simul & simplicissima lex lata est, in hanc sententiam. *De omni ligno horti comedas, de arbore verò scientiæ boni & mali non comedes, alioqui quocunque die comederis ex ea, morte morieris.* Illud autem præceptum non in hoc scripserat Deus, ut impingeret homo & prævaricaretur; sed ut fidem & gratitudinem æquam ad ipsum exerceret. Neque enim justissimo & sanctissimo Deo placere potuit, quod prohibuit: neque non probari, quod mandavit. Nec homo ignorabat, quid probaretur Deo, & quid præstaret. pollebat enim viribus, & maximis instructus erat facultatibus, & quanquam affectus ceu stimulus aliquis insitus esset: voluntas tamen erat libera, nulla necessitate constricta, utpote quæ ad meliora inclinare poterat. Verùm tentata non est à Deo, sed serpente: ad deteriora declinavit, sciens certè & volens. Unde jam ipsum

peccatum, non Dei prohibentis vicio; sed voluntatis ad deteriora se inclinante culpa, & ortum & perfectum est. Nec obest huic sententiæ, quod dicitur: *Si in homine voluntas & affectus est; Et homo à Deo est, peccatum autem ex voluntate & affectu, consequens est, quòd peccatum quoque à Deo sit.* Nam etsi negare non possimus, voluntatem & affectum esse a Deo, & ex illis peccatum. Deus tamen, húc non indiderat affectum ut hominem corrumperet, sed ut exerceret. Et venenum per se non est malum, valet enim ad medicamina paranda. Unde nihil peccat, qui venena parata apud se gerit. Abusus facit mala & noxia. Et affectus honesta quoque suggerit: noxius autem fit, dum mala & vetita suadens, à voluntate recipitur. Quum igitur affectus in Adamo per sensum commotus suasit de vetito edere ligno, & consilium impulsionemve pessimam recepit voluntas; homo peccavit, & peccatum hoc hominis propriè est prævaricantis legem Dei, non legislatoris prævaricationem prohibentis. *Verum præscivit hominis lapsum Deus,* ajs. Præscivit utique, qui omnia priusquam fiant, nouit. Nam & Apostolus dixit: *Deus elegit nos in Christo priusquam jacerentur fundamenta mundi. Sed inde non sequitur:* præ-

Ex præscientia non esse necessitatem.

præscientiam Dei nos ad impias res affigere, aut quòd culpa peccati in Deum reijci possit. Prænouit pater aliquis ex signis certissimis & ex conversatione corrupta filij gulam laqueo aliquando fore frangendam. Dum verò ob furta suspendio perimitur miser sicuti præsciverat pater, quis tam iniquus ut vel furti vel mortis illius culpam rejiciat in patrem, qui miserè se propter filij infortunium & improbitatem excarnificavit? Non enim ideo suspensus est filius, quòd præscivit pater. Sed ideo suspensus est, quòd contra leges furto se polluit. Atqui dum pater non ignoraret, animum furto esse obnoxium & pollutum, præscivit illum ipsum fore suspendendum. Ita habet omnino Judæ proditio. Non enim ideo prodidit is Dominum, quòd ita de eo scriptum esset: sed ideo de ipso scriptum erat, fore ut proderet Dominnm, quòd Deus præsciret avaritia & desperatione ejus animum corrumpendum. Nec ideò sequitur, *prædestinationem Dei institui secundum opera nostra.* Nam ipse quoque *Aur. Augustinus,* in lib. de prædest. sanctorum, *cap.* 10. disertè fatetur, & ajt: *Potest autem esse sine prædestinatione præscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præscivit, quæ ipse fuerat facturus.* Unde *dictum est, fecit, quæ*

futura

futura sunt. Praescire autem potens est etiam ea, quae ipse non facit, sicut quaecunque peccata. Quia etsi sunt quaedam, quae ita peccata sunt, ut poenae etiam sint peccatorum: sicut dictum est: Tradidit illos Deus in reprobum sensum. Non ibi peccatum Dei est, *sed judicium.* His verò Augustini verbis congruunt ea *Ambrosii* verba, quae in 14. cap. lib. de vocatione Gentium de Cain & Abel sic leguntur: *Et itaque praesciebat Deus ad quem finem insanientis esset progressura conceptio. Neque ex eo, quòd falli scientia divina non poterat necessitati peccandi urgebatur facinus voluntatis. A cujus utique intentione & aspectu potuit incolumitas Abel illaesa defendi, nisi placuisset Deo cum magna laude patientiae suae, ut universalis furor impii fieret perpetuus honor justi.* Haec Ambrosius.

Cur labilem condiderit hominē & cur legem dederit.

Qui autem fit, (ajunt,) *ut Deus omnipotens, sapiens, justus, & misericors maluerit hominem condere labilem, hoc est,* qui voluntate ad pejora quoq; inclinare poterat? *Cur non potius bonitatem naturae & imaginem suam in ipso confirmavit, ut extra omne periculum positus cum posteris aeternum vixerit? Sed quis tu, ô homo, qui rationem rerum Dei summi, justi & sapientissimi exigis?* Audies tu rationem aequissimam. Deus enim non modò bonus est, quòd & superiùs non semel inculca-

culcavimus: ſed juſtus quoque. Et hactenus quidem pro bonitate ſua multa in hominem contulerat beneficia. Ipſa igitur æquitas poſtulabat, ut juſtitiam non negligeret, ſed exerceret in homine. Juſtitia autem non potuit ſe ſe exercere, niſi per obedientiam. Porrò obedientia oppoſitam ſibi habet inobedientiam: jam ut medium eſſet inter utramque legem æquam ſtatuit Dominus. Nec illa quicquam ab homine popoſcit, quàm obedientiam, & ut gratus pro tantis beneficiis non veſceretur de ligno ſcientiæ boni & mali. Neque verò & viribus illum deſtituit. Quid factum eſt? Miſer ille tanto benefactori ingratus ſimul & inobediens contra legem de ligno vitæ vetito edit. Itaque ſua culpa à Deo deſcivit & perijt. Pœnam enim prævaricanti ſtatuerat, dicens: Quacunque die comederis ex ligno, morte morieris. Comedit autem, proinde juſto Dei judicio mortuus eſt. *Vides, opinor, Deum ſanctiſſimum nihil his omnibus vel in bonitatem vel in juſtitiam ſuam peccaſſe:* quin potiùs Deum omnino boni authorem: hominem verò ſua ipſius culpa calamitoſum eſſe.

Cùm verò malum nobis imputetur, perpetuò bonum ad Deum referatur authorem: Videtur ſubinde caput redire ad circulum. *Homo nihil habet quo Deū inuſti-*

tia arguat.

culum *Si enim Deus solus verax est, omnis autem homo mendax, & nemo justus est, nisi quem pater traxerit: Certè, qui adhuc injustus est, ideò injustus est, quòd pater eum nondum traxit. Vnde fit, ut culpa non in homine hæreat, qui per se ab injustitia ad justitiam condere non potest; sed in Deo, qui suam gratiam injusto non impartitur.* Cæterùm, qui sic argutantur, non expendunt primi hominis conditionem, *& quod in ipso omnes mortui & condemnati sumus.* Contulerat homini Deus ab initio facultates amplas, quas ille indignè, ut jam nihil supersit homini, si districto, justo, exactóve judicio agat Dominus, quam abdicatio, ira ac pœna. *Quid autem hic obmurmurat Domino servus, æquissimo judici ob noxam condemnatus. Corruptio enim nostra quæ ex Adamo in nos transfusa est, merita est inobedientiæ & perfidiæ pœna.* Nihil ergo habemus, quo Deum meritò accusemus injustitiæ. Si enim nostri misertus fidei donum largitur, & ad sancta animat officia; Laudanda est gratia ejus; beneficia, si perdit & abdicat, non potest accusari ejus justitia. Nascimur enim filij iræ. Quòd si adhuc obmurmuras & ajs: *Sed cùm non sit personarum respectus apud Deum, & is cui confertur gratia, eodem teneatur vitio obnoxius quo ego, quare in me quoque gratia*

tiæ suæ fontem non derivat tam abundanter, quàm copiosè in illum transfudit? Transfudit quidem quantum satis erat, sed tu ingratus es, & perversè judicas de judicijs Domini, qui in Evangelio ad responsatorem quendam dixit, *Matth.* 20. *Amice non facio tibi injuriam. nonne denario pactus es mecum? tolle, quod tuum est & vade.* Volo autem huic novissimo, &c: Proinde non secundum peccata nostra facit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis: Nemini enim se se subducit bonus Dominus, apparet omnibus secundùm mensuram & voluntatem suam æquam & bonam, aperit se omnibus. *Nemo prorsus inanis & indonatus abit: sed non omnes recipiunt, aut certè æstimant pro dignitate Dei gratiam*, unde etiam sua excidunt culpa. Sic enim dixit apud *Matth.* 25. Dominus: *Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina, &c.* Audimus Hierosolymitanis sæpiùs & abundantiùs oblatam esse gratiam. Verum hanc ab illis esse neglectam, repulsámque. Nam apud *Johan.* 3. *cap.* idem Dominus: *Hæc* (inquit,) *est condemnatio, quod lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.* His congruit quod *Paulus* 2. *Cor.* 1. in hæc scripsit verba: *Deus jussit*

sit è tenebris lucem illucescere, quæ luxit in cordibus nostris ad illuminationem cognitionis gloriæ Christi. Si ergo adhuc velatum est Evangelium nostrum, in his, qui pereunt, velatum est, in quibus Deus hujus seculi excæcavit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen Evangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Quæ verba planè evincunt, Deum se nobis per Christum aperire. Quòd autem multi apertam veritatem videre nolint, quòd oculos *comprimant, & lucem in luce desiderent, malitia humana est.* Huc nimirum illa pertinet Paulina sententia, 1. *Tim.* 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire.* Quæ sententia paulò pòst ab eodem clarioribus verbis effertur, ad hunc modum. *Deus est servator omnium hominum, maximè fidelium.* 1. *Tim.* 1. Hoc est, Deus quod ipsius attinet naturam bonus est, & salutem suam omnibus offert mortalibus. *Sed fideles illius tantùm fiunt participes: Infideles suo vitio excidunt.* Inde enim & in Evangelio dixit, *Matth.* 20. *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Hic verò recurrit denuò ad quæstionem curiosus auditor & quærit: *Si salute à Deo oblata soli participant fideles, quomodo vult Deus omnes homines salvos fieri?* Paulus enim 2. *Thessal.* 3. inquit. *Non omnium est fides*; quod si omnes vult

Non ipsa judicia Dei, sed præcepta nobis scripta data sunt.

vult ſalvos fieri, quare non dat omnibus fidem? Si non dat omnibus, certè non vult omnes ſalvos fieri. Per fidem enim ſalvamur, non per opera. Si verò omnibus dat, quare non veniunt omnes? *Omnis enim*, ajt Dominus, *Johan.* 6. *qui audivit à Patre*, & *didicit, venit ad me.* Jam ſi omnes homines ad Chriſtum non veniunt, (ut certè magna pars non venit,) non didicerũt omnes; ſi non didicerunt omnes, quomodo ſalvos vult fieri omnes? Equidem didicerunt omnes à Patre, quotquot veniunt ad Chriſtum. Nemo autem venit ad me (ajt Chriſtus,) niſi Pater meus traxerit ipſum. Qui autẽ non veniunt, non quòd nihil omnino vel audierunt vel didicerunt: ſed ita, quòd non ita didicerunt, ut diſcere oportuit. Eſt in Urbe Mathematicarum diſciplinarum Profeſſor & ſolus quidem, non alius. Poſt hunc non eſt, qui illis imbutus ſit diſciplinis. Hic verò ad diſciplinas omnes has invitat, profitetur has: accedit diſcipulorum grex, audiunt & diſcunt omnes, ut quidam & ipſi has profiteantur. Jam qui in Urbe Mathematicam docti ſunt, illius inſtitutione docti ſunt: Et cùm profitentur & Mathematices imperiti rectè dicuntur, non ideo imperiti ſunt, quòd nõ didicerunt, ſed quòd non ita, ut oportuit,

tum: peccatum verò perfectum, gignit mortem. Habetis, opinor, sacris comprobatum demonstratúmq; testimonijs *quòd malum sit ex homine*, i. e. *quòd homo suâ, non Dei culpâ pereat.*

Jam ne quid hac in re dissimulemus, penitus aperiendi sunt fontis hujus venæ. Dum enim nos malum ex homine derivamus non ex Deo; quærunt contentiosuli: *An duo sibi adversa asseramus principia?* Quibus nos respondemus. Unum omnino esse omnium rerum principium. Addunt illi: *Cum ergo Deus hoc ipsum sit, consequens est, quòd ex ipso quoque malum sit.* Si enim malum ex homine est, & homo à Deo conditus est: mali quoque author Deus. Atqui hi non expendunt, *quòd Deus primum hominem ad imaginem & similitudinem suam condidit, utique sanctum & bonum.* Omnia enim quæ condidit Deus, bona erant. Et in ipso Deo nihil vitij est. Nihil ergo vitij est in imagine ejus. *Multa disputârunt alij de hac Dei imagine, ad quam homo dicitur conditus.* Cæterùm, videtur imago illa partim ingenium Dei, partim similitudinem & imitamentum referre. Voluit enim Deus, ut homo haberet genium quendam divinum. Præterea, Dei quoddam in hoc mundo simulachrum esset. Utitur enim diversis vocabulis Moses in explicanda illa

Imago Dei ad quã creatus homo.

la imagine. Interim non ita diversis quin alterum alterius sit veluti expositio, *faciamus*, inquiunt *Dij*, *hominem* בכלמנו כדמותנו i. e. *in imaginem nostram, secundum similitudinem nostram.* Est autem צֶלֶם *Effigies*, & imitammentum, alterius דְּמוּת *Exemplar* & hujusmodi res, quæ alteram significat. Nihil hic in Deo terrenum & corporale imaginandum. Corpora animámq; & sensitivam cum animalibus, & vegetativam & eam cum plantis communem habemus: mente & animi præstantia præcellimus. Dedit enim homini intellectum augustissimum: addidit judicium æquum, acre & & politum. Sed & voluntas æqua non deerat, quæ, quid ad petendum fugiendumve statueret. At in ipsa voluntate erat affectus, non is quidem ut in mala præcipitem daret animum, additus: sed ut ad bonum impelleret. Conditus enim homo fuerat, ut se conformem faceret puritati divinæ per veritatem, justitiam & sanctimoniam: Ut ipsa imago Dei, juxta quam homo conditus est ipsa dici possit veritas, puritas, justitia & sanctimonia. Sic enim & Paulus *Ephes.* scripsit: *Vos didicistis quòd veritas sit in Christo, & quòd deponendus sit juxta priorem conversationem vetus homo, qui*

rumpitur secundum concupiscentias erroris, & quod renovari oporteat spiritum mentis & induere novum hominem, qui juxta Deum conditus est per justitiam & sanctitatem veram. Accedit his, quòd homo non modò cognitionem quandam cum Deo, & veluti communem, ut sic dicam, genium habuit: sed quòd simulachrum quoddam Dei gessit. Deus enim totam hanc mundi machinam versat, movet, alit, vegetat & conservat: ut animus agitat corpus hominis. Deus præest universitati solus, & homini subjecta sunt omnia. Præterea, animus nihil voluptatis in corpore habet: sed in se modo gaudet, & Deus in se gaudet, nostri non indigus. Anima spiritus est, semper vivens & se movens, neque bibit neque esurit. Et cùm videatur à nemine, omnia tamen videt. Quibus rebus omnibus egregiam cum Deo habet similitudinem. Jam & Deus immortalis est: agilitas & celeritas in ipso summa, torpor & dolor nullus. Et Adam à morte & infirmitate liber ante casum omnino cœlestem vivebat vitam. Peccatũ enim patratum post se traxit tandem pudorem, ærumnas varias, & ipsam denique mortem. Id quod Moses post lapsum Adæ evidenti expositione demonstrat. Certè, ante lapsum erat homo bonus,

bonus, excellens, à corruptione alienissimus & prorsus divinus: *Unde ergo malum inquis?* Certum est hominem ad imaginem Dei esse conditum, ac in imagine Dei nihil hærere mali, vitiive. Proinde nec in homine labem hæsisse ullam, donec affectui obsequutus ad prohibitum malum extenderet manum. Homini enim tantis instructo facultatibus æquissima simul & simplicissima lex lata est, in hanc sententiam. *De omni ligno horti comedas, de arbore verò scientiæ boni & mali non comedes, alioqui quocunque die comederis ex ea, morte morieris.* Illud autem præceptum non in hoc scripserat Deus, ut impingeret homo & prævaricaretur; sed ut fidem & gratitudinem æquam ad ipsum exerceret. Neque enim justissimo & sanctissimo Deo placere potuit, quod prohibuit: neque non probari, quod mandavit. Nec homo ignorabat, quid probaretur Deo, & quid præstaret. pollebat enim viribus, & maximis instructus erat facultatibus, & quanquam affectus ceu stimulus aliquis insitus esset: voluntas tamen erat libera, nulla necessitate constricta, utpote quæ ad meliora inclinare poterat. Verùm tentata non est à Deo, sed serpente: ad deteriora declinavit, sciens certè & volens. Unde jam ipsum

præscientiam Dei nos ad impias res affigere, aut quòd culpa peccati in Deum rejci possit. Prænouit pater aliquis ex signis certissimis & ex conversatione corrupta filij gulam laqueo aliquando fore frangendam. Dum verò ob furta suspendio perimitur miser sicuti præsciverat pater, quis tam iniquus ut vel furti vel mortis istius culpam rejiciat in patrem, qui miserè se propter filij infortunium & improbitatem excarnificavit? Non enim ideo suspensus est filius, quòd præscivit pater. Sed ideo suspensus est, quòd contra leges furto se polluit. Atqui dum pater non ignoraret, animum furto esse obnoxium & pollutum, præscivit illum ipsum fore suspendendum. Ita habet omnino Judæ proditio. Non enim ideo prodidit is Dominum, quòd ita de eo scriptum esset: sed ideo de ipso scriptum erat, fore ut proderet Dominum, quòd Deus præsciret avaritia & desperatione ejus animum corrumpendum. Nec ideò sequitur, *prædestinationem Dei institui secundum opera nostra.* Nam ipse quoque *Aur. Augustinus*, in lib. de prædest. sanctorum, *cap.* 10. disertè fatetur, & ajt: *Potest autem esse sine prædestinatione præscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præscivit, quæ ipse fuerat facturus.* Unde *dictum est, fecit, quæ futura*

futura sunt. Praescire autem potens est etiam ea, quae ipse non facit, sicut quaecunque peccata. Quia etsi sunt quaedam, quae ita peccata sunt, ut poenae etiam sint peccatorum: sicut dictum est: Tradidit illos Deus in reprobum sensum. Non ibi peccatum Dei est, *sed judicium.* His verò Augustini verbis congruunt ea *Ambrosij* verba, quae in 14. cap. lib. de vocatione Gentium de Cain & Abel sic leguntur: *Et itaque praesciebat Deus ad quem finem insanientis esset progressura conceptio. Neque ex eo, quòd falli scientia divina non poterat necessitati peccandi urgebatur facinus voluntatis. A cujus utique intentione & aspectu potuit incolumitas Abel illaesa defendi, nisi placuisset Deo cum magna laude patientia suae, ut universalis furor impij fieret perpetuus honor justi.* Haec Ambrosius.

Cur labilem condiderit hominẽ & cur legem dederit.

Qui autem fit, (ajunt,) *ut Deus omnipotens, sapiens, justus, & misericors maluerit hominem condere labilem, hoc est,* qui voluntate ad pejora quoq; inclinare poterat? *Cur non potiùs bonitatem naturae & imaginem suam in ipso confirmavit, ut extra omne periculum positus cum posteris aeternum vixerit? Sed quis tu, ô homo, qui rationem rerum Dei summi, justi & sapientissimi exigis?* Audies tu rationem aequissimam. Deus enim non modò bonus est, quòd & superiùs non semel inculca-

culcavimus: sed justus quoque. Et hactenus quidem pro bonitate sua multa in hominem contulerat beneficia. Ipsa igitur æquitas postulabat, ut justitiam non negligeret, sed exerceret in homine. Justitia autem non potuit se se exercere, nisi per obedientiam. Porrò obedientia oppositam sibi habet inobedientiam: jam ut medium esset inter utramque legem æquam statuit Dominus. Nec illa quicquam ab homine poposcit, quàm obedientiam, & ut gratus pro tantis beneficiis non vesceretur de ligno scientiæ boni & mali. Neque verò & viribus illum destituit. Quid factum est? Miser ille tanto benefactori ingratus simul & inobediens contra legem de ligno vitæ vetito edit. Itaque sua culpa à Deo descivit & perijt. Pœnam enim prævaricanti statuerat, dicens: Quacunque die comederis ex ligno, morte morieris. Comedit autem, proinde justo Dei judicio mortuus est. *Vides, opinor, Deum sanctissimum nihil his omnibus vel in bonitatem vel in justitiam suam peccasse:* quin potiùs Deum omnino boni authorem: hominem verò sua ipsius culpa calamitosum esse.

Cùm verò malum nobis imputetur, perpetuò bonum ad Deum referatur authorem: Videtur subinde caput redire ad circulum. *Homo nihil habet quo Deũ iniusti-*

tia arguat.

culum *Si enim Deus solus verax est, omnis autem homo mendax, & nemo justus est, nisi quem pater traxerit: Certe, qui adhuc injustus est, ideo injustus est, quod pater eum nondum traxit. Unde fit, ut culpa non in homine hæreat, qui per se ab injustitia ad justitiam condere non potest; sed in Deo, qui suam gratiam injusto non impartitur.* Cæterum, qui sic argutantur, non expendunt primi hominis conditionem, *& quod in ipso omnes mortui & condemnati sumus.* Contulerat homini Deus ab initio facultates amplas, quas ille indignè, ut jam nihil supersit homini, si districto, justo, exactóve judicio agat Dominus, quam abdicatio, ira ac pœna. *Quid autem hic obmurmurat Domino servus, æquissimo judici ob noxam condemnatus. Corruptio enim nostra quæ ex Adamo in nos transfusa est, merita est inobedientiæ & perfidiæ pœna.* Nihil ergo habemus, quo Deum meritò accusemus injustitiæ. Si enim nostri misertus fidei donum largitur, & ad sancta animat officia; Laudanda est gratia ejus; beneficia, si perdit & abdicat, non potest accusari ejus justitia. Nascimur enim filij iræ. Quòd si adhuc obmurmuras & ais. *Sed cùm non sit personarum respectus apud Deum, & is cui confertur gratia, eodem teneatur vitio obnoxius quo ego, quare in me quoque gra-*

tia

iæ suæ fontem non derivat tam abundanter, uàm copiosè in illum transfudit? Transfudit uidem quantum satis erat, sed tu ingraus es, & perversè judicas de judicijs Donini, qui in Evangelio ad responsatorem uendam dixit, *Matth.* 20. *Amicè non facio ibi injuriam. nonne denario pactus es mecum? olle, quod tuum est & vade.* Volo autem uic novissimo, &c: Proinde non secunum peccata nostra facit nobis, neque seundum iniquitates nostras retribuit nois: Nemini enim se se subducit bonus Dominus, apparet omnibus secundùm nensuram & voluntatem suam æquam c bonam, aperit se omnibus. *Nemo prorus inanis & indonatus abit: sed non omnes reipiunt, aut certè æstimant pro dignitate Dei ratiam*, unde etiam sua excidunt culpa. ic enim dixit apud *Matth.* 25. Dominus: *Hierusalem, Hierusalem, quoties volui congreare filios tuos, quemadmodum gallina, &c.* Audimus Hierosolymitanis sæpiùs & abunantiùs oblatam esse gratiam. Verùm hanc b illis esse neglectam, repulsámque. Nam pud *Johan.* 3. *cap.* idem Dominus: *Hæc* inquit,) *est condemnatio, quod lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.* His congruit quod *Paulus* 2. *Cor.* 1. in hæc scripsit verba: *Deus jussit*

sit è tenebris lucem illucescere, qua luxit in cordibus nostris ad illuminationem cognitionis gloria Christi. Si ergo adhuc velatum est Evangelium nostrum, in his, qui pereunt, velatum est, in quibus Deus hujus seculi excæcavit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen Evangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Quæ verba planè evincunt, Deum se nobis per Christum aperire. Quòd autem multi apertam veritatem videre nolint, quòd oculos *comprimant, & lucem in luce desiderent, malitia humana est.* Huc nimirum illa pertinet Paulina sententia, 1. *Tim.* 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire.* Quæ sententia paulò pòst ab eodem clarioribus verbis effertur, ad hunc modum. *Deus est servator omnium hominum, maximè fidelium.* 1. *Tim.* 1. Hoc est, Deus quod ipsius attinet naturam bonus est, & salutem suam omnibus offert mortalibus. *Sed fideles illius tantùm fiunt participes: Infideles suo vitio excidunt.* Inde enim & in Evangelio dixit, *Matth.* 20. *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Hic verò recurrit denuò ad quæstionem curiosus auditor & quærit: *Si salute à Deo oblata soli participant fideles, quomodo vult Deus omnes homines salvos fieri?* Paulus enim 2. *Thessal.* 3. inquit. *Non omnium est fides;* quod si omnes vult

...m ipsa ...dicia ...ei, sed ...acepta ...bis scri...a data ...ue.

vult salvos fieri, quare non dat omnibus fidem? Si non dat omnibus, certè non vult omnes salvos fieri. Per fidem enim salvamur, non per opera. Si verò omnibus dat, quare non veniunt omnes? *Omnis enim*, ajt Dominus, *Johan. 6. qui audivit à Patre*, & *didicit, venit ad me.* Jam si omnes homines ad Christum non veniunt, (ut certè magna pars non venit,) non didicerũt omnes; si non didicerunt omnes, quomodo salvos vult fieri omnes? Equidem didicerunt omnes à Patre, quotquot veniunt ad Christum. Nemo autem venit ad me (ajt Christus,) nisi Pater meus traxerit ipsum. Qui autẽ non veniunt, non quòd nihil omnino vel audierunt vel didicerunt: sed ita, quòd non ita didicerunt, ut discere oportuit. Est in Urbe Mathematicarum disciplinarum Professor & solus quidem, non alius. Post hunc non est, qui illis imbutus sit disciplinis. Hic verò ad disciplinas omnes has invitat, profitetur has: accedit discipulorum grex, audiunt & discunt omnes, ut quidam & ipsi has profiteantur. Jam qui in Urbe Mathematicam docti sunt, illius institutione docti sunt: Et cum profitentur & Mathematices imperiti rectè dicuntur, non ideo imperiti sunt, quòd nõ didicerunt, sed quòd non ita, ut oportuit,

didicerunt. Quantum ergo ad præceptorem attinet, voluit omnes ad cognitionem Mathematices venire. Quòd autem non omnes venerunt, non sua id culpa factum est, sed eorum, qui non ita, ut oportuit, didicerunt. Itaque culpa semper hæret in homine, non in ipso Domino. *Christi Ecclesiæ Doctores noluerunt hæc scrutari curiosiùs.* *Ambrosij* verba ex 1. *cap. lib.* 2. de vocatione Gentium nunc recitabo. Remotis, ait, abdicatisque omnibus concertationibus, quas intemperantium disputationum gignit animositas, tria esse, perspicuum est, quibus in hac quæstione debeat inhæreri. Unum, quòd profitendum est, Deum velle omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. *Alterum*, quòd dubitandum non est, ad ipsam veritatis & perceptionem salutis non suis quenquam meritis, sed ope atque opera divinæ gratiæ pervenire. *Tertium*, quòd confitendum est: Altitudinem judiciorum Dei humanæ intelligentiæ penetrabilem esse non posse: *& cur non omnes salvet, qui omnes vult salvos fieri, non oportere disquiri.* Quoniam, si, quod cognosci non potest, non quæratur inter primam & secundam divinationem. Non remanebit causa certaminis, sed secura & tranquilla fide, utrumque

que prædicabitur , utrunque credetur. Deus quippe, apud quem non est iniquitas, & cujus universæ viæ misericordia & veritas, omnium hominum bonus conditor, justus est ordinator, neminem indebitè damnans, nostra plectens, cùm punit noxios: sua tribuens, cùm facit justos: ut obseretur os loquentium iniquè, & justificetur Deus in sermonibus suis, & vindicat cùm judicatur. Nec damnati, justa querimonia: nec justificati verax est arrogantia. Si vel ille dicat, non meruisse pœnam, vel iste asserat, meruisse se gratiam. Verbis hisce *Ambrosii* prorsus paria sunt *Augustini*, quæ in libro de bono perseverantiæ ad hunc modum leguntur, cap. 19. Cùm Cyprianus & Ambrosius sic prædicarent Dei gratiam, ut ille diceret, in nullo gloriandum, quum nostrum nihil sit. Hic verò, non esse in potestate nostra cor nostrum, & cogitationes: non enim hortari & corripere destiterunt, ut fierent præcepta divina: Nec timuerunt, ne diceretur eis: Quid nos hortamini? Quid corripitis, si nihil boni habemus, quod sit nostrum, & non est in potestate nostra cor nostrum? Et paulò post, adducens Gregorij Nazianzeni testimonium. Tandem omne negotium hisce propemo-

dum verbis claudit: *Quamobrem si & Apostoli, & Doctores Ecclesiæ, qui eis successerunt, eósque imitati sunt, utrumque faciebant,* id est, *& Dei gratiam, quæ non secundum merita nostra datur, veraciter prædicabant, & piam obedientiam præceptis salutaribus instruebant. Quid est, quòd invicta conclusisse violentia veritatis rectè nostri dicere existimant?* Hactenus *Augustinus.*

Cæterùm, ut planiùs & fusiùs de eadem re differamus; Deus omnes vult salvos fieri. *Omnes,* inquam, *qui juxta propositum ejus electi sunt. Propositum verò Dei est, quod in Christo salvos vult facere credentes, damnare diffidentes.* Nam ad Ephes. scripsit in hæc verba Apostolus, *cap.* I. *Patefacit nobis arcanum voluntatis suæ, juxta beneplacitum suum, quod proposuerat in se ipso usque ad dispensationem plenitudinis temporum, ut summatim omnia instauraret per Christum, & quæ in cœlis, & quæ in terra.* Et ad Timoth. *Salvos nos fecit Deus, & vocavit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundùm suum propositum & gratiam, quæ data quidem est nobis per Christum Jesum ante tempora æterna; sed palàm facta quidem est nunc per apparitionem Servatoris nostri Jesu Christi, qui mortem quidem abolevit, vitam autem in lucem produxit, & immortalitatem per Evangelium.*

gelium. Audimus igitur propoſitum DEI id eſſe, quòd Deus per Chriſtum ſalvos faceret fideles. Conſtat autem, quòd fides ex auditu ſit, (*Rom.* 10.) auditus autem per verbum Evangelij. Eodem ergo in propoſito ſtatuit conſilium id ſuum in Evangelio invulgare. Cùm verò id non uni alicui genti, ſed toti orbi prædicari præcepit: quis tam audax, ut de prædeſtinatione curioſiùs diſputans, quenquam videat ex hoc Dei propoſito, fide & Evangelio, excludere? Nos certè nec poſſumus nec debemus aliter de negotijs Dei & ſalutis noſtræ loqui & credere. Diſertis autem verbis pronunciavit *Geneſ.* 22. Deus: *Benedicentur in te omnes tribus terræ. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Euntes ergo initiate mihi omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Matth. 28. *Ite in orbem univerſum, & prædicate Evangelium omni creaturæ, &c.* Marc. 16. *Item, ſic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam: Qui enim credit in eum, non condemnatur, &c.* Joh. 3. Huc pertinent illæ ſententiæ Paulinæ, 1. Tim. 2. *Adhortor, ut ante omnia fiant preces pro omnibus in eminentia conſtitutis, ut placidam & quietam vitam degamus, cum omni pietate &*

honestate. Nam hoc bonum est & acceptum, &c. Item ad Titum 2. *Apparuit gratia Dei salutifera omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegata impietate & mundanis concupiscentiis, sobriè & justè, &c.*

Audivimus, quæ nobis docenda sint, de quibus disputandum, & quomodo credendum, quòd noster Deus bonus & justus sit, quòd filium dederit omnibus Gentibus: Et ideò Evangelium prædicare jusserit omni creaturæ, quòd obedientiam nostram, animi pietatem & mores requirat sanctos. Hæc nobis urgenda sunt: Contemnendæ autem voces istæ non prophanæ modò, sed blasphemæ etiam: *Nihil prodest oratio, nihil prædicatio. Adhortatur ille ad preces: Ego verò orare non possum, quia fidem non habeo, non enim sum de electorum numero. Deus odio me habet, ad interitum destinavit quicquid fecero, illi displicebit.* Aut ergo præsentis vitæ commodis pro libitu fruar, cum futuris carendum sit. Aut otiosus & securus illum operiar, donec vocet me & trahat. Nam scriptum est, *Act.* 13. *Et crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam.* Proinde, si & ipse ad vitam æternam ordinatus sum: credam & ipse aliquando, non opus est ut hanc metam & vocantem Deum prævertam. *Negare pro-*

fectò

fectò non possum, salutem nostram non esse vel volentis vel currentis hominis, sed miserentis Dei, Rom. 9. *Credere item omnes quotquot ad vitam ordinati sunt.* Sed ex hoc ipso intelligimus, *Deum omnia agere lege certa & ordine justo.* Elegit quidem ille, sed in Christo & ad sanctimoniam. Qui ergo Christo fidunt & sanctimoniæ student, Deum timent, & innocentiam vitæ colunt, electi, & ad vitam æternam ordinati sunt. Cur igitur negligimus hæc media, cur solam & nudam electionem jactamus? *Electio Dei à voluntate Dei separanda non est, neque sola, ordine & medijs neglectis, jactanda.* Unde Apostolus Petrus 1. *Pet.* 1. significanter & disertè: *Electis*, inquit, *Dei, secundum præfinitionem Dei Patris, per sanctificationem Spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Jesu Christi.* His Petri verbis per omnia respondent hæc Pauli verba, Rom. 8. *Quos præscivit Deus, eosdem & præfinivit, ut conformes fiant imaginis filij sui, ut ipse sit primogenitus inter multos fratres. Quos verò præfinivit, eos & vocavit: & quos vocavit, eos & justificavit: quos autem justificavit, hos & glorificavit.*

Fides habet incrementa sua varia.

Jam & per incrementa quædam crescit *seges fidei.* Habet enim augmenta sua fides: habet initia adeóque & vitia sua. Id quod queruli illi non animadvertunt: sed de electio-

electione quadam loquuntur, qua protinus absolvat. At cùm talem apud se se non sentiunt, protinus *queritantur, sibi deesse fidem, se precari non posse, electos non esse.* Atqui oportebat de Dei bonitate bene sperare, & dona Dei quantumvis per initia videantur exigua, agnoscere cum gratiarum actione & diligentia sancta atque accurata. Egregiè enim & sanctè de donorum incremento, ne quis vel sibi displiceat, vel placeat nimium disputans. *Ambrosius* in opere de vocatione omnium Gentium; *Præparatur*, inquit, *voluntas à Domino: sed hujus præparationis non unus semper profectus, nec una mensura est. Quoniam multis modis & innumerabilibus differentiis gratiæ opera & dona variantur. Inque ipsis singulis generibus munerum dissimiles sunt gradus & impares quantitates.* Si enim germinibus herbarum atque lignorum, quæ terra producit non una species, nec unum in omnibus genus est, sed singula quæque in sui seminis forma, & in suæ stirpis qualitate gignuntur: Plenum autem decorem non statim ut eduntur accipiunt, sed certis & ordinatis provehuntur augmentis, donec ad profectam sui habitus quantitatem per succedentia sibi incrementa perveniant: Ita & semina charismatum, plantæque virtutum non

non in omni agro cordis humani totum hoc pariter, quod ſunt futura, naſcuntur. Nec facilè reperitur in exordio maturitas & in inchoatione perfectio. Exerit quidem frequenter potens & miſericors Deus mirabiles iſtos ſuæ operationis effectus, & quibusdam mentibus non expectata profectuum mora, totum ſimul quicquid collaturus eſt, invehit: multò tamen crebrior, multóque numeroſior pars illa hominum eſt, cui particulatim quicquid ſuperna largitas donat, accreſcit, ut conferendorum munerum cauſæ de his, quæ ſunt collata, pariantur. Quidam accepta fide, diffidentia non carent, quam utique ſibi ineſſe noverat, qui dicebat: Credo Domine, adjuva incredulitatem meam. Quam nec illi abeſſe penitus à ſuis annis ſentiebant, qui dixerunt: Domine auge nobis fidem. Quidam, quod credunt, non intelligunt, & multi eorum diu in ſuæ ſimplicitatis modulo detinentur. Multi verò citò intellectus lumen accipiunt, ipſa autem intelligentia non in omnibus eundem habet vigorem, aut ſimilem facultatem. Et plurimi, cùm & fide & intellectu videantur ornati, laborant tamen indigentia charitatis, & his, quæ fide & intellectu vident, nequeũt inhærere: quoniam in eo perſeverari

non potest, quod non toto corde diligitur. Verùm, quid opus est *Ambrosii* verba tam multis recensere, cùm ipse Dominus in Evangelio dicat, *Marc.* 1. *Semen verbi Dominici è terra cordis humani per intervalla & augmenta*, adeóque & per species formásque varias enasci, ut primùm conspiciatur, velut graminis tenuissimi apex: Deinde aliquanto tempore, Solis & imbrium vicissitudine excoquitur & induratur. Diversitatem & varias donorum species alibi per talenta quædam significavit. *Matth.* 25. *Non enim omnibus vel quinque vel tria conferuntur talenta*. Est enim, cui unum creditúr. At omnibus aliquid datur, nemo nō donatus abit. *Sed quorsum hæc de donorum diversitate disputatio pertinet*? Huc nimirum, ut benè speremus, non statim atque non senserimus dona in nos transfusa esse, vel omnia vel optima, obmurmuremus DEO, atque dicamus, nos ab illo rejectos esse. Si enim quilibet propiús apud se expendat, in quo excellat, aut quid ipsi dederit divina bonitas, inveniet, quòd miretur meritò. Omnium ergo interest, donum illud qualecunque à Deo datum, exornare. Qui in Evangelio re bene gesta in negotiando bonam navârunt operam, & lucrum fecerunt, non modò laudantur, sed auctio-

auctionem quoque accipiunt. Contra verò vituperatur & miserè perditur ille, qui pecuniam sibi commissam defoderat: Iners enim & per omnia responsatoribus nostris similis, severitatem Dei prætexebat, dicens: Domine, noveram te, quòd homo durus sis, metens ubi non seminâsti, & inde congregans, ubi non sparsisti: territus ergo abij, & abscondi talentum tuum in terra. Quid verò aliud ogganiunt nostri: *Deus*, inquiunt, *justus est, nihil illi gratum, nisi quod ex fide fit. Hanc nondum dedit mihi, securus ergo præstolabor illius vocationem.* Sed quid audit cessator ille? *Serve male & piger, annon eò magis oportebat te committere pecuniam meam in mensarijs, &c.* Quibus verbis excitatur nimirum industria nostra, ne gratiam DEI in vanum receperimus, vel inani verborum prætextu inertiam nostram excusemus, *Matth.* 7. Nemo est, qui non aliquid acceperit doni. At dona in hoc sunt data, ut in his exerceamur, & quodam̃odo nosmet ipsos superemus virtute. Id qui faciunt sedulò & impigrè, ampliores à Deo opes accipiunt. Qui verò inertes esse malunt, & dona Dei pro dignitate non æstimant, maximo animæ dispendio bonum Dei, donũ amittunt. Huc enim pertinere videtur, & paradoxũ illud, quod in Evang. adjicitur: Omni habenti dabitur

Cur dona data à Deo.

Omni habenti dabitur.

& abundabit, qui verò non habet, æque id quod habet, auferetur ab eo. *Sed quid aufers ab eo, qui nihil habet?* Dicitur ergo nihil habere, qui donū Dei sibi datum parvi pendit, & non excitat. *Paulus* enim 2. *Tim.* 1. ajt: *Commonefacio te, ut suscites donum, quod in te est.* Suscitat autem, qui subinde clamat, *Luc.* 17. *Adauge nobis fidem*: qui Deo vel pro minimis beneficijs gratus, qui invigilat pietatis studijs & omni virtutum genere se excolit. Hic autem subinde in justitia se ipso sanctior, tandem in virum perfectum, in mensuram ætatis plene adultæ Christi succrescit: cùm ille sibi ipsi etiam ereptus è tenebris atque peccatis tandem computrescat. Verùm de dono illo Dei omnibus hominibus communi dicemus paulò pòst.

Porrò, ad hanc rerum dispositionem quam perstrinximus respiciunt sacræ literæ, & secundùm hunc ordinem justum judicant sancti, consilia Dei investigabilia non scrutantur. Quæ enim causæ sint maximarum sub eadem gratia dissimilitudinum, quæve rationes sanctis Scripturis non loquentibus quis loquetur? Et cùm in eis sententia Pauli Apostoli à disputatione transeat ad stuporem, cujus erit tanta præsumtio, qui hoc disserendo existi-

met aperienda potiùs, quàm silentio miranda: Firmiter ergo & simpliciter credunt sancti omnes credentes, gratia per Jesum Christum salvari, Deúmque ipsum misericordem & bonum non odisse quod condidit. *Præterea, justè & meritò pati hominem, quicquid supplicij post primam prævaricationem patiatur, nullam enim esse apud Deum vel morositatem vel iniquitatem.* Nam & *Paulus* quibusdam, Deo iniquitatem imprimentibus respondens, *Rom. 9. Et hominem originis & sortis suæ commonens,* ajt: *Atqui, ô, homo tu quis es, qui ex adverso respondeas Deo?* Num dicet figmentum ei, qui finxit, cur me finxisti ad hunc modum? Annon potestatem habet figulus luti, ut ex eadem massa fingat aliud quidem vas in honorem, aliud verò in ignominiam?

Modus justitiæ & misericordiæ DEI & prædestinationis.

Si itaque, ut redeamus & capulam rei repetamus in negotio *prædestinationis*, sanctorum more judicemus, *nempe secundum eum ordinem, quem secutus est Deus, & quem nobis describit Scriptura canonica*; facilis erit ratio exponendi modum justitiæ & misericordiæ, prædestinationis & pietatis. Deus enim bonus & justus ex ingenita clementia & æquitate mortem peccatoris non vult, sed magis ut convertatur & vivat. *Proinde primum illum hominem protoparentem nostrum*

excus-

excussum arte Diaboli, & sua ipsius prava cupiditate, immersumque morti ac perditioni, restituens, omnes posteros suos, universum videlicet mortalium genus, opus suum, perire noluit. Invenit autem medium per quod servaretur homo, ne tamen aliquid peccaretur in justitiam, Christus Dominus is est, per quem Patri placuit omnia erga se reconciliare & recapitulare, quæ in cœlo & quæ in terra, *Colos.* 1. Is enim peccatum non fecit, *Es* 53. recepit tamen in se peccatum, & qui mortem non meruerat, moriendo mortem destruxit. Hoc enim illud ipsum est, quòd Deus prima prædicatione Evangelica tam protoparentibus nostris, quàm omnibus nobis annunciavit, dicens. *Genes.* 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem illam, inter semen tuum & semen illius. Ipsum conteret tibi caput: & tu conteres illius calcaneum. Semen autem vocavit Christum Dominum, ob veram naturam humanam assumendam. De quo & Apostolus *Hebr.* 2. ajt: Nuspiam angelos assumpsit, sed semen Abrahæ. Nec vulgariter natus & conceptus est, sed de muliere illa, non Eva, sed speciali quadam, de qua *Esa.* 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium. Hujus calcaneum, id est, extremum & infimum, quod in Christo, ipsa est huma-

humanitas, contrivit in cruce, ſerpentis ſemen impiorum, videlicet cohors. Sed ipſe Chriſtus caput ipſum ſerpentis contriuit, dicente Apoſtolo: Poſtquam pueri commercium habent cum carne & ſanguine, & ipſe ſimiliter particeps factus eſt eorundem, ut per mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperium, hoc eſt, diabolum, & liberos redderet eos, quicunque metu mortis per omnem vitam obnoxij erant ſervituti. Contrita eſt ergo mors, ſublatum & peccatum, virtus mortis, ſed per Chriſtum ſublatum eſt. Reſtituti & hæredes facti ſumus æternæ vitæ, ſed per Chriſtum. Inde verò eſt, quòd maledictus legitur ſerpens, homo non item. Inflicta autem ſunt ei incommoda temporaria, mors corporis, infirmitas, morbi, anxietas, labor, quæ excruciarent eum, miſeriæque admonerent. Atque in his operibus exigitur ab ipſo patientia, fides, ſpes & charitas. Adduntur à Deo prœmia, proponuntur æquè ſupplicia. *Inſevit præterea omnibus mortalibus ſenſum quendam & notiones pietatis.* Paulus legem *naturæ* appellavit, *Rom.* 2. Non illam quidem corruptæ naturæ vim, ſed legem de Deo, & pietate digito Dei in corda hominum ſcriptam: Judicium enim à lapſu ex acerrimo retuſiſſi-

Donum omnibus commune.

retusissimum factum, voluntatem quoque ex æquissima perversissimam effecit, facultas verò ad bonum exigua, ad malum est amplissima. At DEUS, qui dives est misericordia, hominem afflictum aliâs, quadam luce, imò scintillula cognitiõis suæ, ne omnino miserum æquaret belluis, donavit, ut nunc intellectu, voluntate & facultatibus non nihil sit instructus: etsi mendicitas videri possit, si conferatur, vel plenius per Christi absolutiorem cognitionem reparandis, vel pristinis illis dotibus, Attamẽ ita quilibet Dei hoc cõmuni ornatus est dono, ut nihil possit cõqueri meritò, quasi à Deo sit neglectus. Quòd si dubitas adhuc de hac hominis reparatione, & viribus gratia Domini collatis. Audi, quid ipse Dominus ad Cainum Adæ primogenitum cedem fratris animo jam voluntatem dixerit, *Genes.* 4. *Quare ita*, (inquit,) *tibi*? & quare conciderunt vultus tui? *Annon si benefeceris tollere, & si non benefeceris, ad fores peccati cubas*? & ad te respectus ipsius, & tu dominaberis ejus. Quid ergo ex his possumus colligere, nisi quòd *Caini animo insculptum erat, ne occideret, sed fratrem potiùs observaret, diligeretque.* Turbârat quidem hactenus voluntatem, cui animus ex lege recta, suggerebat, affectus

pravus.

pravus. Voluntas enim judicium animi ſequitur? Affectus autem hanc ut mare venti varijs turbant affectionibus: ſed ne prævalerent in homine protinus accurrit Deus, monet ne occidat: pœnam & præmium proponit, hoc eſt, certis rationibus revocat. Primò enim graviſſimè affectum pravum increpitans, dicit. Quare doles? Cur odis? Cur iraſceris fratri? Erat ergo cauſa cur non iraſceretur, nimirum animo inſculpta, & quomodo conſequentibus rationibus refricat. Secundò enim præmiis & ſupplicio revocans illum, ajt: An non ſi bene feceris præmium ferre poteras. Si verò rem conceptam animo & opere perfeceris, an non peccati mancipium eris? Ad januam enim cubare proverbiali figura, pro eo dixit, quod eſt ſervire. Sumpta metaphora à mancipijs & ſatellitibus, qui ad januam cubant dominorum. Et Dominus in Evangelio dixit. Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Ad utilitatem oſtendendam, & quòd nullam habeat Cain rationem, cur fratrem occidat, pertinet ſequens ratio. Hoc enim eſt, quòd dicit: quorſum attinet occidere miſerum? Nihil incommodabit tibi frater tuus: homo ſimplex & bonus eſt, qui non cupit tibi dominari, neque negotia tua in-

terturbare, quòd enim primogenitus es, tu dominaberis ejus. Talis enim hæc locutio est qualis in 3. *cap.* legitur de muliere: Et ad virum tuum erit respectus tuus, & ipse dominabitur tibi. Id quòd propter quosdam moneo, qui nescio quid, ex hoc loco colligere statuerunt. *Nos certè didicimus, in homine egregias vires esse reliquas, & per DEUM quidem* reparatas, *quas, donorum auctione, gratis & fidelibus locupletat Dominus.* Nihil enim loquimur hic de naturæ viribus, aut de animo, aut judicio hominis corrupto. Torpida sunt illa. De restitutis viribus hominis loquimur. Jam ergo hominibus sic conditis, & à Deo restitutis aperit bonus Dominus voluntatem suam. Et alijs quidem per res creatas. Nam & cœli enarrant gloriam Dei, & opus manuum ejus annunciat firmamentum, *Psal.* 19. Alijs verò per prædicationem verbi sui sancti, *Rom.* 1. *Actor.* 15. Hisce enim rationibus solet Deus scintillulam illam cognitionis suæ in corda hominum ab initio abditam excitare, ut totus homo, per incrementa in flammam amoris Dei exardescat. Verùm, ad istam multi Dei vocationem monentis quidem vehementiùs & intelligunt, quid expetendum, quid fugiendum, sed non justè, & ita

ita, ut docebat, permoventur: ut quod verum & justum esse intellexerunt, expetant. Qui & intelligunt, & ritè expetunt, quæ Deus aperit, per gratiam Domini intelligunt & expetunt: per quam & operantibus & in via justitiæ pergentibus augentur in dies dona, ut tandem semetipsos videantur superare in studio virtutum. Qui verò oblatam veritatem respuunt, suo vitio respuunt. Talentum enim sibi bona fide concreditum, sua abscondentes inertia, donum Dei excitare nolunt. *Proinde hos, ut mala fidei servos, divina justitia non punire non potest.* Primò ergo aufertur *ab ipsis talentum*: deinde sibi ipsis *permittuntur*, quod indurare & obcœcare Dei est. *Tandem præcipites in tartarum ruunt, ut æternum in hoc luant interitum.* Quis autem hic dixerit DEUM ulli mortalium ullam inferre injuriam? Aut quis nostrum meriti quicquam sibi arrogaverit? Quid enim habemus, quòd non accepimus? Facultates ergo quæ in homine sunt, dona omnia, adeóque ipsa fides, non à natura, sed Dei gratia sunt. Rursus non legimus quenquam punitum à Domino, qui non satis superque commonitus fuerit.

De *infantibus* hic nihil disputandum, quòd difficilè sit de ijs pronunciare, de

quibus nihil *pronunciavit Scriptura.* In hac nihil de his proditum, nisi quòd in Testamentum Dei per gratiam ejus suscepti, sanguine Christi abluātur à peccato. *Quod praeterea suo servavit aequo & sanctissimo judicio, ego non indagabo curiosius.* De *adultis* in praesentiarum differimus, qui omnes, ante *supplicium, fideliter à Deo moventur, instituunturque. Atque postquam frustra, & citra fructum, audiuntur monitiones* Dei sanctae, contemnuntur prodigia, tum in vindictam contemtu veri fascinamur, mendacijs obcaecamur & induramur. Sic enim legimus, 2. *Thess.* 2. Adventus Antichristi erit secundum operationem Satanae cum omnipotentia & signis, & prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione injustitiae in his qui pereunt. Pro eo quòd dilectionem veritatis non receperunt in hoc, ut salvi fierent. Et proinde mittet illis efficacem illusionem, ut credant mendacio: atque ita judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed magis approbarunt injustitiam.

Quomodo dicitur Deus mali author.

Nunc igitur absq; negotio & verbis paucissimis ea expediemus, testimonia, quibus paulò antè probari posse videbatur, *Deum esse mali authorem.* Dixit quidem Apostolus: *Tradidit eos Deus in reprobum sensum,* sed

cau-

causa ante pauca verba præcessit, nempe hæc, quòd Deus sese illis manifestârit, ipsique eum cognoverint, at non ut Deum glorificarint, gratique fuerint. Inde enim tradidit eos in sensum reprobum, hoc est, cùm satis docti resipiscere nollent: sed in sensu reprobo pergere mallent: *In sceleris vindictam, permisit illos sibi ipsis.* Sic noluit audire Amasias, quod Dominus statuerat punire eum. Ita miscuit pseudoprophetis spiritum erroris, & seduxerunt Ægyptum. Sic exivit Spiritus seductor à Deo, & fuit spiritus mendax in ore omnium Prophetarum. Cùm autem legitur, quòd Abrahamum tenâtrir DEUS Dominus; *tentandi* verbum pro *probandi*, *explorandique* verbo multo hic mitius, quàm apud Jacobum usurpatur.

Porrò, *obcæcare* dicitur Deus, cùm lucem *veritatis contemptam revocat, & tenebris gaudentes in erroribus perplexos hærerere sinit.* Juxta hanc rationem & *indurare* dicitur, cùm animum sibi ipsi permittit. Ita Pharaonem quoque *indurari* audivimus, quòd toties à Mose frustra commonitus sanctis nollet obedire mandatis. Et D. *Aur. Augustinus* contra Adimantum Manichæi discipulum disputans, *cap. 26.* illud Amosi: *Non est malum in civitate, quod Dominus non*

 faciat,

faciat, exponit ad hunc modum. Malum hoc loco, non peccatum, sed pœna intelligenda est. Dupliciter enim appellatur malum. Unum quod homo facit, aliud quòd patitur, pœna. De *pœnis* ergo loquebatur Propheta. Divina ergo providentia cuncta moderante & gubernante, ita homo malefacit, quod vult, ut malè patiatur, quòd non vult. Ita ergo Deus malum facit, quòd non ipsi Deo malum est, sed eis quos vindicat. Itaque ipse quantum ad se pertinet, bonum facit. Quia omne justum bonum est, & justa est illa vindicta. Ita apud E*sajam*, per *malum* non ipsum intelligit peccatum; sed *famem, bella* & *calamitates*. Idem de *natura boni*, adversus Manichæos disputans, *cap.* 27. *Cum autem* (ajt,) *audimus*; Omnia ex ipso & per ipsum & in ipso; *Omnes utique naturas intelligere debemus, quæ naturaliter sunt Neque enim ex ipso sunt peccata, quæ naturam non servant; sed vitiant, quæ peccata ex voluntate peccantium multis modis sancta Scriptura testatur.* Præterea nemo negat, omnia condidisse Dominum, impium quoque ad diem malum. *Credimus enim impiis suos præfixos esse terminos, ad quos aliquando impingant & corruant.* Jam & miseretur Dominus cujus vult, & quem vult, indurat. Velle autem

Dei

Dei indecori habet nihil, iniqui nihil. Quæ enim Deus vult æqua & justa sunt. Ne ergó tam abruptè istis utamur sententijs. Ex his opinor didicistis, Deum *boni*, non *mali* esse authorē; atq; ex nobis, i.e. ex corrupta natura esse peccatum & mortem. Ex Deo per gratiam in Christo esse vitam: *Prædestinationem* quoque Dei justam esse ac ordinariam. Modus enim certus servatur in justitia, & misericordia DEI. Justitia sua punit nos, gratia verò servat. Dantur præterea facultates hominibus, quibus possent operam dare virtutibus: Utrumque enim prædicat veritas, & electionem gratuitam, & opera fidei sancta. Ut nunc coram Deo in Ecclesia Christi præmijs & supplicijs locus sit: neque frustraneæ videri possint orationes nostræ & studia pietatis. Atque ubique nos invitant literæ sanctæ: nullibi autem ablegant nos ad nudam prædestinationis vocem, quod nimirum illi finxerunt, qui inertem & Epicuream vitam vivere solent. Ea potiùs nobis servanda moderatio est, ut non tam gratiæ salutem tribuamus, quam studium pietatis promoveamus præceptis & commonitionibus Scripturæ saluberrimis.

Cæterùm, propter istas facultates hu-

mano generi à summo Deo præstitas, quibus instructus homo ad malum aliâs propensus, benè & rectè judicat, & voluntate æqua appetit expetenda, & aversatur fugienda. Dictum est à sanctis Ecclesiæ Doctoribus, quòd homo *non agat fatali necessitate, aut trunci in morem trahatur, sed libero utatur arbitrio.* Id verò sinistriùs intelligentes quidam *liberi arbitrij* assertione in præjudicium, imò in contumeliam gratiæ abusi sunt. Ita enim asseruerunt *liberum arbitrium*, ut hominem sibi ipsi ad salutem satis esse propemodum tradiderint. Utpote in cujus sit facultate & bonū facere, & nolle. Sed longè sanctiùs & circumspectiùs loquētes veteres omnia liberi arbitrij gratiæ divinæ tradiderunt. Quod clarissimis evincerem argumentis ac testimonijs, nisi aureus ille *D. Aur. Augustini* libellus, de gratia & libero arbitrio ad Vincentium scriptus prostaret. Non potui tamen mihi temperare, quin adscriberem aliquod ejus libri caput. Est autem ejusmodi: *Ne putetis, nil facere ipsos homines per liberum arbitrium* Ideo in *Psal.* dicitur: Nolite obdurare corda vestra. Et per ipsum *Ezechiel:* Projicite à vobis omnes impietates vestras, quas impiè egistis in me, & facite cor novum, & spiritum novum, & facite

facite omnia mea mandata. Ut quid moriemini domus Israel, quod nolo mortem peccatoris morientis, dicit Adonai, Dominus: Sed convertimini & vivetis. Meminerimus, Deum dicere: Sed convertimini & vivetis. Cui dicitis: Converte nos Deus. Meminerimus, Deum dicere, projicite à vobis omnes iniquitates vestras, cùm ipse justificet impium. Meminerimùs, ipsū dicere, facite vobis cor novum & spiritum novum vobis; qui dicit: Dabo cor novū, & spiritum novum vobis. Quomodo ergo quod dicit, Facite vobis, hoc dicit, dabo vobis? Quare jubet, si ipse daturus est? Quare dat, si homo facturus est? Nisi quòd dat, quod jubet, & adjuvat, ut faciat, cui jubet. Semper est autem in nobis voluntas libera, sed non semper est bona. Aut enim à justitia libera est, quando servit peccato, & tunc mala est. Aut à peccato libera est, quando servit justitiæ, & per hanc fit, ut ipsa bona voluntas, quæ jam esse cœpit, augeatur, & tam magna fiat, ut possit implere divina mandata, quæ voluerit, cùm valde perfectéque voluerit. Ad hoc enim valet, quod scriptum est: Si volueris, conservabis mandata. Ut homo, cu voluerit, & non potuerit, nondum se plenè velle cognoscat & oret, ut habeat tan-

tam voluntatem, quanta sufficit ad implenda mandata. Sic quippe adjuvatur, ut faciat, quod jubetur. Tunc enim utile est, velle cùm possumus, & tunc utile est posse, cùm volumus. Nam quid prodest, si quod non possumus, volumus, aut si, quod possumus, nolumus? *Et quæ sequuntur.* His congruunt duo *Milevitani* Concilii canões. *Prior* sic habet: Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi, non potest reparari. Quod amissum nisi à quo potuit dari, non potest reddi. Unde veritas dicit: Si vos filius liberavit, tunc verè liberi eritis. *Posterior* verò sic habet: Ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero arbitrio operatur, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit, quòd per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Hanc ergo moderationem sequamur in hoc negotio.

Intellexistis enim fratres charissimi, quæ moderatio servanda sit nobis in negotio providentiæ, prædestinationis, gratiæ & liberi arbitrij. Vos Ministri Dei & præcones justitiæ estis. Justitia suum cuique tribuit. Curabitis ergo, ut ea, quæ Dei sunt, Deo tribuantur, gratia, sapientia, robur, condonatio, vita & omnia bona. Quæcunque

cunque verò hominum ſunt, hominibus tribuatis; Iram, ſtultitiam, imbecillitatem, errorem, peccatum, mortem, & quicquid corruptum ac vitiatum eſt. In Deo eſt omne præſidium & ſpes noſtra, in nobis verò nihil eſt, neque conſilij, neque auxilij. Maledictus enim vir, qui ſperat in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino declinabit cor ſuum. Benedictus autem vir, qui ſperat in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. Bonus enim & clemens eſt Dominus, dives in omnes invocantes ſe, cuſtodiens veritatem & judicium omnibus timentibus ſe. Offert ergo nobis ſalutem ſuam, facultates addit, & precibus exorari, integritate quoque & beneficentia demereri cupit. Proinde ne ſimus deſides & inertes: glorificemus Deum in ſanctimonia & virtute. Juſtus enim & ultor eſt, qui ingratis & torpentibus extrema quæque minatur, reverentibus autem & fide ipſum colentibus dona ſua auget. Hæc doceamus, obſecro, in his ſimus, favebit ſanctis conatibus Chriſtus Dominus. 28. *Januarij*, 1536.

XXIV. Quarta Periodo *Petrus Martyr*, ab anno Chriſti 1556. doctrinam de Præde-

Prædestinatione, & publicis lectionibus, & scriptis etiam ita claré & perspicuè exposuit, ut non modò doctissimi quiq; Collegæ & Fratres, Bibliandri aculeos in collegam ægrè tulerint; Martyrem magna lubentia audierint; sed & sententiam illius magno conatu defenderint. Unde, cùm paulò pòst Zanchius, ob eandem doctrinam, Argentorati periclitaretur, non modò Tigurini, ἐργοδιώκτῃ Bullingero nostro, ἐπικελτῇ verò Petro Martyre; sed & alij Theologi, vicini etiam, fortiter pro ea steterint. Ut nullus, de Ecclesiæ Tigurinæ, circa hoc caput, sensu, scrupulus superesse potuerit.

XXV. Hac ergo periodo, ℵ *Bibliander rude fuit donatus.*

Ita enim Bullingerus suâ manû ad a. Ch. 1560. Anno præterito, & initio hujus præsentis, præstantissimus vir, D. Theod. Bibliander morosiùs cœpit prælegere, & vellicare D. Martyrem: Convenerũt igitur omnes Ministri in urbe, & negotium retulerũt ad Consulem 30. Januarij. Consul refert ad deputatos studiis: Vocatur igitur ad ipsos, donatur rude 8. Feb. stipendio concesso, propter merita egregia.

ב *Petrus*

ב *Petrus Martyr & ad lectionem Theologicam cum applausu fuit vocatus, & de hac Prædestinationis materia libenter auditus.* Ita enim ipse d. 1. Julij 1517. *Johanni Calvino:* Libellum mihi abs te transmissum gratissimo animo accepi, & magna cum voluptate legi. Nam præterea quòd illa defensio ad honorem DEI, & ad Orthodoxam fidem tuendam attinet, mihi quoque esse communem sentio: Nam ea in re, quemadmodum & in cæteris dogmatis religionis, facio tecum, quî fit, ut defensio tua meum sit patrocinium. Fuerúntque nonnulli aliquando, qui me reum ejusdem criminis deblaterârint. Sed quid illis facimus? Judicant, quæ ignorant, & idem faciunt, quemadmodum ille inquit, ut ne intelligendo nihil intelligant: Utque scias, in tempore libellus mihi est redditus, quia modo in Schola cùm abjectio Saulis, & pœnitentia electionis ejus occurrerit, de beata Prædestinatione cœpi agere: Neque aliud argumentũ, favente Deo, tota ista hebdomada tractabo. Atque ad id faciendum non solùm me movit loci ejus occasio; sed quia Collega meus, ut nôsti, toto cœlo dissidet, & hebdomada superiori quædam auditorio proposuit, ab hac veritate plurimum aliena. Spero autem forè, ut hæc

tractatio

tractatio mea sit fructuosa. Nam sentio, majorem partem, atque doctiores, & attentis animis, & hilari vultu me audire.

ℨ *Cùm inter Zanchium & Marbachium tum de aliis capitibus, tum de hoc dogmate, atrus orta fuisset contentio; Zanchii causam & commendârunt & approbârunt Theologi Helvetii, Tigurini cumprimis, aliique vicini, tanto fervore, ut haud obscurè monuerint, Zanchium, salvo Augustino, salvis Reformatoribus, deseri non posse.*

Commendationem enim habemus 1. *Bullingeri*, eámque triplicem. *Prima*, ad *Fridericum Pium*, Electorem Palatinum, a. Ch. 1562. d. 4. Aprilis data, talis est: *Illustrissime Princeps, Domine clementissime, Dominus Jesus benedicat tibi, & servet te in sempiternum.* Cùm Principibus innumera sint quotidie & audienda & expedienda negotia, semper audivi, prudenter illos facere, qui omissis exordijs brevi expositione illa, quæ proponere volunt, absolvunt. Oro igitur clementiam tuam, Princeps Illustrissime, ut pauca, sed necessaria proponentem audias benignè. Non ignorat T. C. quantum exortum sit ante menses aliquot dissidium in Schola & Ecclesia Argentinensi inter Professores & Concionatores, ejus Ecclesiæ Ministros. Dum enim quidam concionatorum oderunt Clariss. Virum, Du. Hiero-

Hieronymum Zanchium, non aliam ob causam, quàm quòd videretur illis non tam crassè sentire de sacro corporis & sanguinis Domini, quàm quidem requirunt, & tamen doctrinam Zanchi hac de re condemnare non possent, observârunt alia in ejus prælectionibus capita, propter quæ ipsum vexarent, ac de gradu suo deturbarent. Ac collegerunt hic quædam de Prædestinatione vel Electione sanctorum capita, quòd ea causa præ cæteris videretur esse talis, quæ facilè posset calumniari. Doctorique gravem apud populum conflare invidiam. *Et* (NB.) *tamen nihil sentit, nihil docuit ea de re Zanchius aliud, quàm quod in eadem Schola & Ecclesia antea docuit beata memoria Bucerus.* Id quod se verbis vel testimoniis Buceri abundè comonstraturum promittit. *Vt jam non commemorem, quòd & D. Lutherus, Oecolampadius, & ante hos S. Augustinus nihil aliud vel credidit, vel docuit.* At nolunt cum Zancho conferre, nolunt ipsum audire concionatores. Cæterùm, collecta sunt interim multa multarũ Scholarum judicia, ipsa de re, & oblata Amplissimo ejus Reipublicæ Magistratui. Ubi jam viri boni non abs re metuunt, ne forte sententia feratur contra D. Zanchium, atque ita ejiciatur Vir innocens; *sed &* (NB.) *sana*

sana simul doctrina condemnetur, denique ejici atur praeterea Sturmius, Vir doctissimus, una cum multis aliis Viris sinceris & bonis. Ac mirum in modum importunos esse audimus concionatores ad populum. Videt, pro prudentia sua, T. C. quanta in his sint discrimina, quàm graves oboriturae dissensiones, quàm denique copiosa exultandi & blasphemandi suppeditabitur Papistis, hostibus communibus materia. De dissidio illo omnia novisse puto, Ministros & Professores Scholae & Ecclesiae Heidelbergensis, à quibus copiosiùs, si fortè T. C. requirar, audiet. Quid verò in tanto Ecclesiae discrimine Christiano Principe digniùs facere poterit T. C. quàm si communicato consilio cum Illustrissimo Principe Landgravio Hessorum (cui eadem de re etiam scribo,) legationem ex Ministris Professoribus, Consiliariis quoque ac Jurisperitis mittatis, qui dissidium hoc maturè tentent componere? Non deerit piis conatibus Christus, qui Ecclesiae suae semper adest. Beneficium autem inaestimabile conferetis in Ecclesiam Dei alioquin afflictissimam, laudem quoque parabitis vobis immortalem apud posteros, & praemium à Deo accipietis amplissimum. Tuam verò clementiam supplex oro, Princeps Illustris, ut haec

à me

à me benignè accipiat, apud ſe diligenter expendat, & laborantibus rebus auxilium ferat maturè. Quid hoc & teſtimonio, & conſenſu luculentiùs, aut apertius? Fuit hæc *prima* Bullingeri pro Zancho commendatio. *Secunda* & *tertia* autographa adhuc ſuperſunt; *illa* ad Sturmium; *hæc* ad Petrum Martyrem. Priorem d. 30. Decemb. 1562. ſcriptam, & alibi jam exhibuimus, (*vide Epiſt.* de rat. conſcrib. Hiſtor. Reformat.) & poſtea in Actis Dordracenis repetetur, non tantùm, quòd temporis ſeries id ipſum poſtulet, ſed, quòd nonnulla in originibus extent apertioris mentis veſtigia. *Illa* verò, quæ d. 27. anno. Ch. 1562. *Petro Martyri* erat deſtinata, hujuſcemodi eſt: *D. Petrum valde oro, ut omnium noſtrûm nomine judicium breve conſcribat, quod judicibus deputatis Zanchius offerre poſſit.* Judico enim, non deſerendum eſſe virum doctum, & fidelem Chriſti Miniſtrum, qui *propter veritatem*, & maximè propter cauſam Cœnæ Domini periclitatur. Denique, de quo eſt eximia ſpes, plurimum juvare poſſe Eccleſiam, ſi in hac cauſa non ſuccumbat, ac per æmulos ejiciatur. Si enim ejicitur, corrumpent & ſubvertent Scholam & Eccleſiam, alioquin afflictam ſatis. Non nego, Propoſitiones has potuiſſe alicubi commo-

diùs; si de ea re esset quæstio; collocari: A
positas interim constat, ut si non accedat
maligna interpretatio, rejici non possint.
Propositio prima videtur opponi Scholæ
Helianæ, & conjecturis Osiandri, ac confirmatur verbo Domini, Marc. 13.

Illæ, quæ sunt scriptæ de Antichristo, & fine seculi ac signis præcedentibus, etsi videantur aliter & fortè simplicius posse exponi: rejici tamen illæ non debent, quòd studio concordandi in speciem pugnantes Scripturarum sententias, eas adduxerit. Scimus autem, in concordandis sententiis diversa sæpè proponi, at interim liberum esse auditoribus sequi, quod maximè congruum esse videtur veritati Propositio de necessariò damnandis & salvandis, dura videtur, & si ita nudè proponeretur populo, majori cum offensione, quàm ædificatione proponeretur. Quia tamen legimus *Joh.* 12. Propterea credere non potuerunt quia scriptum est; Excæcavit, &c. *Joh.* 10 Vos non creditis, quia non estis ex ovibus Et *iterum*: Nemo rapiet, &c. Seducerentur, si fieri posset electi. *Rom.* 8. Quis separabit, &c. recipienda est sano sensu proposita.

Quæ de peccato Petri, & Sanctorum scri-

ſcribit: Si ad eum modum intelligantur, quo Paulina *Rom.* 7. nihil habent periculi.

Reliquæ Theſes de Prædeſtinatione, Sanctorum fide & perſeverantia, ſicuti & exprimitur 1. *Tim.* 2. cùm legantur in Auguſtino, Doctore Catholico, qui & ſua firmavit Scripturis, non difficile eſt ea approbare.

Proinde, quod initio, dixi, repeto, te oro, &c. Ita, ſponte currentem *Martyrem*, ſponte excitavit *Bullingerus*; cui ille obſequium præſtare non minùs fuit paratus, quàm hic poſtea ſcriptum judicium utroque probare pollice. Sed & *Petri Martyris*, præter συστατικὰς, quæ in Zanchianis, hujuſcemodi inter monumenta ejus ἀνέκδοτα aſſervantur ad Sturmium, ni fallor, perſcriptæ. *Quia non me latet, Magnifice atque Clariſſime Vir*, prudentibus & doctis hominibus admodùm ſententiam Ciceronis probari, quâ ſcripſit ad Curionem, ingenui animi eſſe, cui multum debeas, ei plurimum velle debere; idcirco ingenuitatis cupidus, & agreſtis animi oſor, tibi etiam nunc plurimũ debere aveo, cùm antea multùm debuerim, non ſolùm tibi, verùm etiam Jacobo piæ memoriæ, fratri tuo chariſſimo, & pietatis & literarum ſingulari patrono. Idcirco volens meo, quemadmodum arbitror, ho-

nesto desiderio satisfacere, peto abs te satis fidenti animo, ut meum debitum novo quodam beneficio non renuas augere. Id verò est in Doctorem Zanchium, ea qua præstas authoritate, non graveris tueri, quantùm veritas & justitia patiantur, essem alioquin graviter impudens, si quicquam rogarem, præsertim abs te, quòd hisce virtutibus ullo modo adversaretur. Hoc autem ideò peto, quòd nonnulli juvenes Tigurini, qui Argentinæ, studiorum causa per aliquod tempus versati sunt, ante paucos dies huc redierunt, de quibus audivi, eum virum, quem, ut pium & egregiè doctum, plurimi semper feci, & minimum à 25. annis charissimum habui, nunc delationibus & criminationibus tam graviter premi, ut de omni sua existimatione periclitetur. Docendi quippe functionem referunt, ei vel penitus jam ablatam, vel saltem ad tempus interdictam. Id ego, ut quod est, dicam, pro eo, quanti eum facio, molestissimè tuli. Cúmque animum meum inducere nequeam, Vos ea sapientia & lenitate, qua polletis, ad tam clara & extrema remedia descendisse, nisi urgente gravissima necessitate, neque rursus mihi persuadere possim, tantum virum à sana doctrina, quá semper est amplexus, ad aliena

na & impia dogmata ſuum animum traduxiſſe: Unde neſcio, quo me vertam, quidve ſuſpicer. Niſi quiddam tertium ſit, unde hujus viri accuſatio tam acerba initium cœperit. Id verò eſt invidia æmulorum, ne malevolorum dixerim, qua fieri poteſt, ut plus æquo laboret: Quemadmodum ſolet interdum peregrinis hominibus uſu venire: Præſertim, cùm aliqua induſtria & doctrina excellunt, interceſſerátque nonnullis rebus aliqua judicij & opinionis diverſitas. Propterea ſum huc abductus, ut per pietatem ac juſtitiam, quæ duo apud te plurimum valent, orem atque obſecrem, ne cauſa ejus indiſcuſſa relinquatur, ſed cognoſcatur, quàm diligentiſſimè, ne homo pius & inſigniter doctus, præjudicijs & potentia gratioſorum opprimatur. De doctrina porrò, cùm etiam tunc eſſem Argentinæ mecum non ſemel contulit; contulit autem liberè admodum & amicè. Quæ autem ab eo dicebantur attentè ac diligenter obſervavi. *Et animadverti, eum de Prædeſtinatione ac Electione divina, de Sanctorum perſeverantia in fide ac ſuſcepta Chriſtianiſmi profeſſione, de libero arbitrio, de cauſis peccati, & conſimilibus quæſtionibus*, quas nunc audio adverſus eum agitari, nihil diverſum ſentire, quàm divinæ literæ tradant, Au-

gustinus doceat, *Lutherus* ac *Bucerus* scripserint. Proinde res est etiam atque etiam considerandа, ne videamini eo damnando, ea dogmata improbare, quæ aliâs ut rata, pia & firma in vestra Ecclesia & Schola judicâtis. Altera, quæso, illi servetur auris, ut nisi diligenter & attentè auditus, non condemnetur. Deinde, quæ fuerint Ecclesiæ vestræ, bonis priscisque temporibus renascentis Evangelij dogmata, de Ministris grandioribus natu interrogetis. *Id certe affirmare possum, Zanchium nostrum doctrinæ Buceri, ætatis nostræ Theologi præstantissimi, semper fuisse observantissimum*, & putâsse, quamdiu ejus doctrinæ vestigia premeret, & illius Ariadnes filum, in maximarũ quæstienum labyrintho sequeretur, se isti Ecclesiæ atque Scholæ tum fructuosum tum etiam gratissimum fore. Quòd si nunc apud vos Ecclesiæ facies ac doctrinæ ratio aliquibus in rebus est, immutata, quàm rectè, quàmve perperam non dico, id nollem Doctori Zanchio, vel ejus causæ fraudi esse. Proinde malim, de tantis rebus maturo consilio, sedata & pacata disputatione disceptari, quàm politicis rationibus, & delatorum atq; criminantium numero, gratia & authoritate. Deinde, quod attinet ad hominem, illud velim, præstantissime vir, ut

ut in animo tecum agites, hunc virum ea esse doctrina & ætate, ut Ecclesijs atque Scholis utilitatis plurimum afferre possit, quæ tota spes omnino peribit, si vestra sententia & præjudicio notetur. Nam macula inusta, præsertim vestro calculo, non facilè potest elui. Sed, quæ vestra sapientia & bonitas est, id non arbitror ita fore: Attamen accedere commendationis hujus cumulum volui, quo demonstrarem, eo juvando me putare à justitia non recedi; sed è diversa necessitati Ecclesiarum non leviter consuli, quæ nostra ætate bonorum, doctorum, ac Ministrorum incredibili penuria laborat. Ad hæc significare volui, clementiam & benignitatem, quæ illi à vobis impensa fuerit, mihi ipsi relatum iri acceptam. Hæc *Petrus Martyr*, Tiguro scripsit d. 13. Aprilis 1562. Cúmque in suspenso diutius negotium hæreret, *Idem*, impatientissimus moræ, alias iterum Prid. Kal. Jan. 1562. ad eundem dedit, causámque Zanchianam, quibus potuit argumentis validissimis comendavit. Extat Epistola in *Miscell.* p.m.90. Hoc animo Tigurini Theologi in *Zanchium* fuerunt, ejúsque de *Prædestinatione* doctrinam, quam non ipsi modò de meliori nota Argentinensibus commendârunt; sed & Principum nixi authoritate

ritate veritati pariter ac famæ tanti viri voluerunt consultum. De *eventu* non est quod dubitemus. Id enim seriò fuit actum, ut Zanchius paucis thesibus occasionem præbuerit, universam de Prædestinatione doctrinam expendendi, & declarandi. Hinc judicia Theologorum *Heidelbergensium*, *Marpurgensium*: Imò & Lutheranorum *Brentij* & *Schegkij*. Et *illius* quidem ipsis etiam Miscell. p. 89. est insertum, hic verò ita ad *Johannem Sturmium*, Tubingâ: Ornatissime D. Sturmi: Singularis humanitas Zanchii in causa fuit, ut aliquid ad te literarum darem: Quamvis hactenus non dederim, nec esset sanè aliquid de quo diligentiùs ad te scriberem. Cogit tamen nunc amor, quo affectus sum in hominem doctissimum & modestissimum, ut te horter ad ea officia humanitatis præstanda ei, quæ ipse tam magnificè prædicat de te; ut supervacaneum putem pluribus id à te rogare verbis. *Agitur, ut audio, reus hæreseos, propter quasdam propositiones, quas qui pro hæreticis habet, non seriò intelligere videtur, quid sit hæresis. Profectò nihil illæ derogant Orthodoxiæ, &c.* Hæc Tubingensis Doctor, in causa Zanchij.

Fuit hæc *commendatio* causæ Zanchianæ illustris satis & prolixa; illustrior tamen & clarior sequitur *approbatio* tum publica-

Ecclesiæ

Ecclesiæ Tigurinæ integræ, tum etiam *singularium* & eximiorum Theologorum. Habetur quidem *illa* in Miſcell. lib. III p 83. cum Baſileenſium,& Schaphuſianorum calculo, quia tamen compendioſa eſt refutatio omnium eorum, quæ, Novatores, ex Majoribus noſtris; in cauſæ ſubſidium vocant carioſæ; nobisq; ea, quæ in omnium manibus non ſunt, ex ipſo *Petri Martyris* manu propria concepto judicio, alio item, per Bullingerum juniorem, manum deſcripto, Patris autem, Antitiſtitis, ſubſcriptione munito (ideò autem hæc κειμήλια, quæ omnem in poſterum ſuſpectæ fidei prætextum adverſarijs eripiunt, tanti facimus,) propinare liceat; non extra chorum nos ſaltaturos exiſtimamus, ſi ne hic quidem parciores videamur. Accedit, quòd, cùm Bullingerus in ijs etiam, quæ improbare noluit, lucem per Martyrem expectârit majorem, non aliam, quàm quæ Bullingeri menti accederet, illum intuliſſe, ex ſpontanea omnium approbatione abundè liqueat. Textum ergo judicii, ex Bullingeriano autographo, exhibituri, ipſas ſuis locis, ut clariora omnia ſint, Zanchij adjiciemus theſes: *Dilectis in Christo fratribus, ad quos ea noſtra literæ pervenerint, gratiam & pacem à Deo Patre, per Dominum noſtrum*

 Jeſum

Jesum Christum: Contulit se ad nos hisc
diebus, Dominus Doctor Hieronymu
Zanchius, vir egregia pietate, ac doctrin
clarissimus, qui non sine dolore cùm suo
tum nostro, exposuit quædam doctrinæ sua
capita, jam ab aliquot mensibus non tan-
tum in dubium revocari; sed etiam, quod
ipsi gravius erat, hæreseos accusari. Nam
si tanti sceleris damnaretur, non tantùm
ejus animi salus in discrimen veniret, quod
horribiliter expavendum est; sed etiam de
omni ejus existimatione actum esset, idque
cum suo, & uxoris liberorúmque maxime
detrimento. Quare per eam pietatem at-
que misericordiam, qua tum veritati, tum
etiam innocenti fratri periclitanti subveni-
endum est, nos rogavit, ut dogmata sua
quæ ab Adversarijs ipsius tam atrocite
impetuntur, diligenter & accuratè per-
penderemus, idque ad libram & norman
divinarum literarum, nostróque tanden
judicio & censura decerneremus an ea
quæ docuit, vel probanda vel improbanda
viderentur. Hæc ille à nostro conventu
non minùs modestè, quàm graviter petijt
& una suæ doctrinæ capita, quæ ante om-
nia sugillantur, legenda & cognoscenda
tradidit. Nos verò, qui nihil, quod ad cha-
ritatem Christianam pertineat, à nostra
Ecclesia

Ecclesia putamus alienum, justæ illius postulationi annuendum censuimus. *Capitibus autem ejus doctrinæ attentè* (NB.) *& dextrè perpensis & excussis, nihil* (NB.) *deprehendimus aut impium, aut pugnans cum divinis literis.* Quocirca illa dogmata, de quibus inter ipsum & adversarios orta est controversia, modò pia commodáque interpretatione accipiantur, *approbamus* (NB.) *commendamus, & amplectimur.* Atque illum non pœna ulla; sed laude non vulgari dignum existimamus. Et ne temerè id statuisse videamur, singulis ejus thesibus argumenta seu testimonia divinarum literarum subjiciemus.

1. Zanchius de fine Seculi.

Quoto die, vel quoto mense, vel quoto anno, vel quoto seculo futurus sit finis Mundi, & rediturus Dominus; neque ulla certa scientia, neque ullis certis conjecturis agnosci ab ullo mortalium potest. Hæc enim fuit conclusio meæ prælectionis de tempore finis Seculi.

Bullingerus, Gualtherus, &c. Ignotum esse tempus adventus Domini ad judicium, sacræ literæ perspicuè docent. Illum enim furi conferunt, qui noctu & de improviso consuevit adesse: quin tam Angeli, quàm etiam

etiam filius hominis illam dicuntur ignorare. Christus item affirmavit, Apostolorum non fuisse, tempora & momenta nosse, quæ Pater in sua potestate posuit. Hæc ex divinis literis habemus, contra quæ nec Elianæ Scholæ responsa, neque Apocrypha ulla oracula recipienda censemus.

II. Zanchius de Antichristo: Etsi revelatum est jam pridem regnum Antichristi, quique in illo primatum tenet & regnat, verus Antichristus; dicere tamen, sub finem Seculi insignem quendam & omni iniquitate excellentissimum verum & perfectum Antichristum, qui etiam miracula edat venturum, non pugnat cum sacris literis.

Bullingerus Gualtherus, &c. Thesis secunda non potest ut hæretica explodi, cùm admodum sit probabilis. Omnes enim fermè Patres in ea sententia fuerunt: Ut autem patet, quàm manifestissimè, probabile id est, quod pluribus & sapientioribus visum fuerit. Neque author negat, ut Johannes testatus est, per multos esse Antichristos. Imò fatetur, Muhamedem, Judæos & Papas veros Antichristos esse, cúm doctrinæ Christi se se opponant. Sed, cùm indies malitia crescat, & sine modo augeatur, nihil obstat, quo minùs καθ' ἐξοχὴν aliquis ad extre-

extremum ſit venturus, qui veteres Evangelij hoſtes impietate ſua longiſſimè ſuperet, quémque Dominus Spiritu oris ſui omnino ſit profligaturus. Nam & Apoſtolus, qui ajt, Antichriſti multi ſunt, idem prius dixit: Antichriſtus ἔρχεται, unum ſimul & multos fore indicans.

III. Zanchius, de ſignis finis Seculi. Dicere, pro conciliatione loci, *Luc.* 18. Pietas, cùm veniet filius hominis, inveniet fidem in terra, cum loco Pauli, *Rom.* 11. Nolo vos ignorare, fratres, Myſterium hoc, quòd cæcitas etiam ex parte contigit in Iſraël, donec plenitudo Gentium advenerit, & ſic omnis Iſraël ſalvus fiet; docere, inquam, pro conciliatione horum locorum, quòd dum regnabit ille ſummus & ultimus Antichriſtus; propter ipſius tyrannidem parùm fidei repetiet in terra; ſed poſt illum occiſum Spiritu oris Chriſti copioſa Judæorum multitudo ad Chriſtum convertitur. Id quòd fit per fidem: Et ſic tunc erit multa fides in terra; non eſt contra verbum Dei.

Bullingerus, Gualtherus, &c. Tertia theſis duo loca Scripturæ componit, quæ prima fronte videntur inter ſe pugnare: Id verò nihil quod literis divinis adverſetur continet. Quamobrem authoris induſtria & ſtudium potiùs laudanda ſunt, quam traducen-

ducenda: multa quippe in sacris Biblijs passim occurrunt, quæ primo aspectu videntur sibi mutuo esse contraria.

Doctoris autem pii est illa pro suo ingenio & prudentia conciliare, ne Lectores vel impingant, vel de veritate S. Sc. ambigant. Unde iis: qui hoc præstant, gratiæ sunt agendæ, tantùm abest, ut ista de causa sint vel damnandi, vel accusandi.

IV. Zanchius. de certo Prædestinatorum numero: Certus est apud Deum tum electorum ad vitam, tum reprobatorum ádque interitum prædestinatorum numerus.

Bullingerus, Gualtherus, &c. Certum esse quendam numerum apud Deum tam Prædestinatorum ad æternam vitam; quàm reproborum, citra controversiam est: Nam qui servandi sunt, gratia, fide, atque Spiritu, oportet, ut divinitus instruantur. Proinde, 1. cùm Deus bonorum istorum sit author, illum necesse est apud se constituisse ab æterno, quibus ista velit elargiri; quibusve dare nolit: nisi 2. eum velimus existimare vel casu vel temerè agere. Id autem ut absurdissimum, rejiciendum est: Nam si 3. duo passeres absque voluntate Patris non cadunt, nec citra ejusdem voluntatem, ulli vel servabuntur vel deserentur:

Cùm-

Cúmque 4. voluntas Dei non ſit nova ſed æterna, neque ipſe mutetur, ut qui ſit prorſus immutabilis, conſentaneum eſt, numerum utriusque ordinis apud eum eſſe conſtitutum. Huc 5. deinde accedit, etiam capillos noſtri capitis eſſe numeratos. Quare multò magis Deo conſtare neceſſe eſt numerum ſervandorum. Paulus 6. præterea inquit, ſolidum, firmúmque ſtare fundamentum, quòd Deus noverit, qui ſint ſui. Mentionem 7. quoque faciunt divinæ literæ libri vitæ. Dixitque Chriſtus 8. Apoſtolis: Gaudete & exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.

V. Zanchius, de certitudine ſalutis. Sicut electi ad vitam perire non poſſunt, ideóque ſalvantur neceſſariò; ita quoque qui ad vitam æternam prædeſtinati non ſunt, ſalvari non poſſunt, ideóque neceſſariò damnantur.

Bullingerus, Gualtherus: Electos perire non poſſe aſſeritur, ac eos neceſſariò ſervari. Hoc idem Chriſtus dixit, quando ait, ſe 1. oves habere, quas nemo poſſet rapere de manu ſua. Nec 2. non: Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum, qui ad me venerit, non ejiciam foras. Et 3. Paulus, ut prius dicebamus, teſtatur firmũ ſtare fundamentum: Qui 4. etiam ad Romanos

manos catenam connectit indissolubilem scribens: Quos præscivit, hos & prædestinavit, quos prædestinavit, hos & vocavit, quos vocavit, hos & justificavit, quos justificavit, hos & glorificavit. Iccirco fieri non potest, quin electi denique serventur, cùm Dei voluntas invicta sit, & omnino inseparabilis. E diverso 5. autem cùm reprobi sint vasa iræ, aptata in interitum, servari non possunt. Nam ad 1. salutem etiam Spiritus & fides requiruntur, quæ nequaquam omnibus promiscuè dantur, cùm ad Romanos habeatur, cujus vult, miseretur, & quem vult, indurat. Quia itaque Deus constituit judicio suo semper utique justo, non autem semper manifesto, hæc dona ejus non attribuere, procul dubio perdentur & damnabuntur. Liquidum 2. præterea id est, neminem ad Christum venire, nisi Pater eum traxerit: Is autem non trahit, nisi quos voluerit, abscondit enim a prudentibus & sapientibus hujus mundi, quæ parvulis patefecit, quod ei sic libuerit, ut Christus fassus est, cùm illi hac de re gratias egit. Neque III. hoc nomine authorem theseos accusandum putamus, quòd necessitatis vocabulum usurpavit, quia, ut ipsemet fatetur 1. necessitatem coactionis explodit, & illam 2. quam inseruit ὑποθέσεως esse

esse affirmat, eam verò Scholastici consequentiæ appellare consueverunt. Deinde 3. necessarii definitionem huc accersit. Necessarium videlicet id esse, quod se aliter habere non potest. Scripturæ autem divinæ quam manifestissimè docent, fieri non posse, ut electi pereant, nam 1. de suis ovibus Christus ajt, nemo potest eas rapere de manu mea, & 2. de tentationibus extremi Seculi scribitur, vel ipsos electos tunc seductum iri, si fieri posset. Unde colligitur, eos, qui electi fuerint, minimè seduci posse. Præterea, si quis hoc inficietur, salutis certitudinem prorsus auferet.

VI. Zanchius: Qui semel electus est, non fit, nec fieri potest reprobus.

Bullingerus, Gualtherus, &c. Sextâ traditur, ordinem divini propositi non posse immutari, ita ut electus fiat reprobus, & vicissim reprobus fiat electus: Id autem non opus habet discussione, cùm voluntas Dei, uti dictum est, sit immutabilis, & firmissimum stet, quod in mente divina constitutum fuerit. Ego sum Deus; apud Prophetam inquit; & non mutor. Ideo hæc de divina electione secundùm propositúm firma sunt. At si loqueremur de illa Electione, quæ secundum præsentem justitiam in Ecclesia & videri & indicari potest; non ne-

gat author, quin electus fieri queat reprobus, ac è diverso reprobus electus.

VII. Zanchius. de vinculis, quibus colligamur Christo & Ecclesia.

a. Duo vincula sunt, quæ ad hoc, ut Christo & Ecclesiæ verè colligentur, prorsus necessaria sunt, vinculum æternæ Electionis in Christo; & vinculum Spiritus Christi, ideóque fidei in Christum. Atque hæc duo primò interna sunt, & indivisibilia; deinde indissolubilia.

b. Duo vincula sunt, quibus Ecclesiæ (quod ad externam ejus faciem attinet,) conjungimur: Professio doctrinæ Christi, & participatio Sacramentorum. Atque hæc primum externa sunt & visibilia: deinde dissolubilia, quatenus potest quis & ipsam doctrinam rejicere, & ipsa Sacramenta respuere.

Bullingerus, Gualtherus, &c. Septima & octava thesi comprehenduntur veræ causæ atque principia, quibus & Christi & Ecclesiæ κοινωνίας verè participes reddimur, eorum alterum æternum est; nam dicitur ad Ephes. nos electos fuisse ante jacta Mundi fundamenta, & ad Timotheum habetur, sanctos gratiæ ac divini favoris ante secularia

laria tempora fuisse participes. Alterum verò, nimirum Spiritus & fides, electis in tempore contingunt. Nam Deus ea, cùm visum, elargitur. Vinculorum autem vocabulo non intelligit author ullam coactionem, sed tantùm juncturas & nexus, quibus & Christo capiti, & reliquis membris ejus conglutinemur. Nec divinæ literæ à nomine vinculorum abstinuerunt. Nam ad *Ephes.* 4. scribit, servandam esse unionem Spiritus in vinculo pacis. Et ad *Coloss.* charitas vinculum perfectionis appellatur. Interna verò dicuntur hæc priora vincula, quoniam electio divina in sua natura ignoratur; sed ejus testimonium in animo nostro ad exterius habemus. Fides autem & Spiritus hærent in corde nostro. Dicuntur item invisibilia, quoniam externo aspectu cerni minimè possunt. Indissolubilia etiam sunt, quoniam electus fieri non potest reprobus, neque reprobus unquam evadet electus, & insitus in Christo nunquam potest ab eo penitus excidere, & Spiritum ac fidem jam acceptum funditus amittere, uti postea suo loco dicitur. Alia verò duo vincula cùm extrema sint & visibilia, utique dissolvi possunt, multi quippe à professione doctrinæ, atque à Sacramentorum participatione sæpè deficiunt.

IX. *Zanchius, de Fide:* Electis in hoc Secu lo ſemel tantùm vera fides à Deo datur, & dōatur, & qui ea donatus eſt (præſertim de adultis loquor) eam in ſe ipſo ſentit, id eſt, certò cognoſcit & ſentit, ſe verè credere.

Bullingerus, Gualtherus, &c. Semel tan tùm dari fidem Electis affirmatur; verùm, non aſſeritur, eam non habere ſuas acceſ ſiones & imminutiones. Deinde ſermo in ſtituitur de vera fide, quâ juſtificamur, a lioquin fides temporaria & abire & redire poteſt. Quódque attinet ad electos & re natos, de quibus modò agitur, ſcripſit *B. Johannes*, in priori *Epiſtola* cap. 3. eos non peccare, atque mox rationem ſubjicit, di cens: Quòd in ipſis maneat ſemen Dei. Vo cabulo autem *ſeminis* verba divinæ promiſ ſionis intelligimus, quæ in Filiis Dei mane re non poſſunt, niſi fides, quæ apprehen dat eas, illis adfuerit, & quia fides citra Spi ritum non conſiſtit, conficitur, Spiritum & fidem in ſanctis, qnando labuntur, con ſopiri & hebeſcere, non autem prorſus au ferri, alioquin ſemen in eis non maneret.

X. *Zanchius:* Electi ſemel vera fide dona nati, Chriſtóque per Sp. S. verè inſiti, fidem prorſus amittere, Spiritum ſanctum omni no excutere, & à Chriſto excidere penitus non

non possunt, idque tum propter promissiones Dei, tum propter Christi precationem. Neque tamen hinc sequitur, vel pœnitentiam negari, vel licentiam concedi.

Bullingerus, Gualtherus, &c. Causa redditur, cur semel data fides ob lapsus consequentes prorsus non excidat; ea verò duplex est. Promissio, inquam, Dei. Nam pollicitus est, se adfuturum perpetuò suis. Pro altera verò causa, Christi preces assignavit; qui non tantùm pro suis Apostolis verùm & pro omnibus, qui credituri erant, Patrem oravit, nec preces ejus irritæ fieri potuerunt. Deinde, cùm in sanctis lucta Spiritus adversus carnem sit perpetua, consequitur, Spiritum in eis perpetuò manere, quamvis pondere carnis aliquando vincantur. Manet itaque fides in Electis, etiam quando labuntur, sed propter peccata languescit, & consopitur, & ideò quemadmodum Apostolus monuit, excitanda est.

XI. Zanchius: In Electis regeneratis duo sunt homines, interior & exterior. Ii cùm peccant, secundum tantùm hominem exteriorem, i. e. ea tantùm parte, quâ non sunt regeniti, peccant. Secundùm verò interiorem hominem nolunt & detestantur peccatum, & condelectantur Lege Dei.

Dei. Quare non toto animo, & plena
luntate peccant.

Bullingerus, Gualtherus, &c. Undeci
thesis non opus habet declaratione, cum
ipsam interpretetur: quia renatos asser
ideo non peccare toto animo, & toto c
de, quoniam iis peccatis, quæ interdu
committuntur, reluctantur. Faciúntq
malum, quod nollent, & bonum quod v
lent, non faciunt. Quare una cum Ap
stolo exclamant: Infelix ego homo, q
me liberabit de corpore? Et quamvis p
cato serviant, Lege attamen Dei mente
lectantur. Deinde peccata Electorum
ex ignoratione proficiscuntur, vel ex inf
mitate. Paulus certè ut ipse testatur, ign
rans fuit, ut Christianos vastaret. Petr
verò ex infirmitate negavit, quia neut
eorum plenam voluntatem suo pecca
impendit: Nam ea partim ex ignoranti
partim ex infirmitate imminuuntur,

XII. Zanchius: Petrum, cùm nega
Christum, defecit quidem fidei confess
in ore: sed non defecit fides in corde.

Bullingerus, Gualtherus, &c. Tradit
Petrum ore negâsse Dominum; sed anim
& corde fidem erga illum retinuisse. Id a
tem potest ex eo confirmari, quod Ch
st

stus ait: Rogavi pro te, Petre, ne desinat fides tua. Exauditus porrò est filius Dei; quapropter fides ejus non prorsus defecit; quamvis labefactatam esse, atque nonnihil imminutam confitemur. Et hanc sententiam complures amplexati sunt, nimirum *Tertullianus* lib. de Fuga. *Augustinus* de Correct. & gratia. *Chrysostomus* item & *Theophylactus* in verba Christi, *Matth.* 22. *Bernhardus* quoque de natura & dignitate divini amoris, *cap.* 6.

XIII. Zanchius: Promissiones de gratuita Dei misericordia, deque certa & æterna salute, etsi universaliter omnibus proponuntur, & prædicandæ sunt, ad ipsos tamen tantùm electos re ipsa pertinent.

Bullingerus, Gualtherus, &c. Promissiones Dei, quoad gratuitam ejus misericordiam, certam & æternam salutem, docetur, solùm ad electos pertinere. Nam hæc revera sunt fidei, nec possunt aliter, quàm fide percipi. Quare tantum eorum sunt, qui fide divinitus ornantur. Fidem autem non esse omnium, neque omnibus dari, & sacris literis & experientia notissimum est. Nemo venit ad me, inquit Dominus, nisi Pater traxerit eum. Cur verò (adjecit *Augustinus*) hunc trahat, & illum non trahat,

noli judicare, si non vis errare. Sunt quidem promissiones hujus generis omnibus prædicandæ, quoniam verbi Ministri electos secundùm propositum non agnoscũt Cúmque plebem habeant ex electis & reprobis conflatam, Dei promissiones omnibus promiscuè invulgant, quæ tantùm in illis facultate Spiritus Dei redduntur efficaces, qui cætui Electorum accensentur. Quare non absque ratione Christus pronunciavit: Multos esse vocatos, electos veró paucos. Nec dubium est, Paulum ad Romanos docuisse, promissiones minimè pertinuisse ad omnes, qui erant ex Abrahamo secundùm carnem; sed tantùm ad illos, qui filii promissionis essent.

XIV. Zanchius: Quare, cùm Paulus ajt, *Deus vult omnes homines salvos fieri*: si quis illam vocem *omnes* astringat ad omnes electos, in quocunque hominum ordine sunt: Item, si illud 1. *Joh.* 2. Christus est propitiatio pro peccatis *totius Mundi*, interpretetur pro *Electis universis*, per totum Orbem dispersis, aut dispergendis, non depravat Scripturas.

Bullingerus, Gualtherus, &c. Decimâ tertiâ docetur, quo pacto Deus velit omnes homines salvos fieri, & Christum esse pro-

pitiatio-

pitiationem pro peccatis totius Mundi, atque oſtenditur; ſi hæc dicta contrahantur ad electos, cujus ordinis fuerint, hac interpretatione Scripturas minimè depravari. *Nos profectò ſumus in eadem ſententia*, nec eam expoſitionem, ſalva conſcientia, rejicere poſſumus, quam & congruam eſſe agnoſcimus, & ab *Auguſtino*, Patre omnium laudatiſſimo, non ſemel allatam, cujus Interpretationis ergò, à nemine unquam hæreſeos eſt damnatus.

De ſententiis itaque ſeu theſibus Doctoris Zanchii, Viri cùm eruditione tum pietate ornatiſſimi, *nos re* (NB.) *maturè ac bene conſiderata*, pronunciamus, nihil in eis contineri, vel hæreticum, vel abſurdum. *Imò eas* (NB.) *amplectimur partim ut neceſſarias, partim ut probabiles*, quæque divinis literis minimè repugnent. Nec ignoramus, illas aſſertores habuiſſe non modò antiquos Patres, verùm & Reformatores Eccleſiarum noſtri temporis, Lutherum, Capitonem, Bucerum, Brentium & plerósque alios Evangelicæ doctrinæ illuſtres propugnatores. Idcircò, ne reſiſtamus Dei præcepto, quod *Proverb.* 24. habetur, quo mandatur, ne illi deſimus, qui verſatur in ſummo diſcrimine, *ac non* (NB.) *veritatem*

 deſera-

deſeramus, patiamurve una cum hoc Doctore tot præſtantiſſimos Viros, & de Eccleſiis Filii Dei bene meritos, damnari: Viſum eſt nobis omnibus illi hoc ſuo tempore noſtro teſtimonio adeſſe: In cujus firmam ſolidámque fidem unanimi conſenſu & voluntate omnes huic judicio atque cenſuræ manu propria ſubſcripſimus. Datum Tiguri d. 29. Decemb. 1562. Paſtores & Profeſſores, Miniſtri, Eccleſiæ Tigurinæ, *Bullingerus*, *Gualtherus*, *VVolphius*, *Martyr*, *Simlerus*, *Lavaterus*, *Hallerus*, *VVikkius*.

Fuit hoc *univerſa* Eccleſiæ judicium famigeratiſſimum in cauſa Zanchiana, quæ ſymbolum eſſe poteſt, & brevis de tota doctrina Prædeſtinatiaria confeſſio. Sed & *ſinguli* non eorum tantùm, qui ſubſcripſerunt, ſed & plurium aliorum, in vicinia Theologorum, Juriſconſultorum, &c. virorum celeberrimorum ſuffragia, noſtris fuerunt ὁμόψηφα.

Et ex *Tigurinis* quidem, *Johannes VVolphius*; cùm Zanchius ipſe, verborum ſuorum interpres, theſes ſuas pleniùs explicuiſſet; amicè illi hunc in modum reſcripſit: *Illud ſcito, me lectionum tuarum librum non totum quidem perlegiſſe; verùm, quantum ex iis, quæ legere*

gere potui, à me perſpici potuit, exiſtimare, eas ab his, quas antea vidimus theſibus, nequaquam eſſe alienas; hócque ipſo potiùs meliores, quo pluribus verbis exponunt, quæ videbantur in ipſis, quas dixi theſibus, παραδοξολόγως propoſita, ac nondum ſatis explicata. Magnopere etiam placuit, quod ſacrarum literarum judicia, atque teſtimonia cum priſcorum Patrum expoſitione conjuncta atque comparata adduxiſti. Idque non ideò mihi probari putes, velim; quòd ſacras illas veréque divinas literas in ſuffragijs humanis approbatas habeamus; ſuarum ipſarum authoritate & gratia nihil poſſe & valere exiſtimans; ſed ut interpretationem cum Eccleſia veteri planè conſentientem quaſique publicam afferre, non privatam ac domeſticam tuam obtrudere velle videare. *Placuit autem illud inprimis, quòd ſatis lucidis & apertis verbis profiteris, te malefacta & omnino omnia vitia noſtra, in divina Providentia effectuum numero minimè ponenda; ſed arbitrari eorum ipſorum cauſas, in noſtra ipſorum quaſi avita nobiſque ingenita naturæ vitioſitate exiſtere.* Eo ipſo enim iis te excuſabis, quibus perſuaſum fuerat, te nobis ad patranda ſcelera Deum auctorem & impulſorum conſtituere. Quid verbis opus eſt? Vis judicio Eccleſiæ Chriſti verbum amplexæ

potiùs

non aliter de Ambrosio suo judicare vel debuerit, vel potuerit, Zanchius, gemino ostendit argumento, familiarissimâ ad illum Epistolâ. Ita enim Zanchius ad Ambrosium Blaurerum *d. 23. Septemb.* 1561. *Accepi jamdudum, Reverende Domine, & Pater observande, elegantissimam, eámque argenteam; sanctissimi simul & doctissimi, felicis memoriæ, Martini Buceri, imaginem; per tuam veram, vivámque imaginem, Gervicum filium tuum; lectissimum juvenem, pro tua liberalitate ad me missum.* Fuit illa mihi gratissima multis nominibus. Primùm, quod in ea imaginem tuæ eximiæ pietatis perspexerim. Etenim, cùm fortè audieris ex charissimis meis fratribus, D. Conrado Uberto, & filio tuo, me doctrinæ Christi per Bucerum hîc explicatæ, & firmissimis argumentis confirmatæ, studiosum & defensorem esse; *isto non vulgari munere videris mihi voluisse, tum te Buceri amicissimum, ejúsque doctrinæ amantissimum fuisse testificari; tum mihi, quod ejusdem doctrinæ sim & studiosus & defensor gratulari.*

Sed & frater *Thomas*, communibus, ad communes tum amicos *Johannem Marbachium*, *& Hieronymum Zanchium* datis, vulneri medicinam parare, animósque diffidentes conciliare tum voluit. Epistolam Msc.

Msc. habeo affectam, & quæ ultra necessitatem reconciliationis, & litis Sacramentariæ originem non procedit. Quando verò & magna *Blaureri* fuit authoritas, & insignis in Lutherum, præceptorem affectus, hoc etiam, quale quale fragmentum, posteritatis bono tenebris suo loco, ubi de Sacramentis agere nobis, Dei beneficio, licuerit, eruemus. Sufficere interim poterunt, quæ *Prim. Heidel.* nostræ habent. p. 129. Animū gravissimo seni addidisse videtur *Gervicus Blaurerus*, ex fratre nepos, qui *d.* 12. *April.* a. Ch. 1562. sequentia ad ipsum perferri voluit: *Theologia in Schola nostra* (Argentinensi) *friget. Utrique enim Theologo, D. Marbachio & D. Zanchio vices legendi interdicta sunt, & est magna dissensio inter Theologos nostros & Zanchium, tum in articulo de Eucharistia, tum Prædestinatione, & perseverantia Sanctorum in fide. Zanchius revocans in Scholam doctrinam de Prædestinatione Buceri, qui optime de illa sensit, & totus in hoc Augustinianus fuit*, &c. *Idem*, ad eundem Cal. April. 1562. *Dissidium nunc annuum inter D. Zanchium, Sturmium, Hospitem item meum; & Gallicæ Ecclesiæ præfectum; Et Marbachium, reliquósque ejus assentatores in causa Eucharistiæ, Prædestinationis, certitudinis salutis, perseverantiæ Sanctorum in fide, adhuc magno cum*

Scholæ,

Scholæ, tum Ecclesiæ nostræ detrimento vigere. Dominus Sturmius causam Eucharisticam defendendam suscipit. Reliqui, Zanchius, ut & Ecclesiæ Gallicanæ præfectus, & hospes meus Conradus, reliquas, quæ in controversiam venerunt, doctrinas defendunt. Adversarij ex suggestis ad populum furunt. Doctrinam de Prædestinatione, quam Bucerus piæ memoriæ, & reliqui, qui Ecclesiam Argentinensem plantârunt, tradiderunt; Diabolicam appellant. Augustissimum, doctissimum Patrem, propter hanc hæresis damnant. Et quo magis eum populo invisum reddant, adscribunt illam Gallis atque Italis. Nihil denique faciunt & moliuntur, quod non faciat ad oppugnationem veræ Christi doctrinæ, & introductionem falsæ. Sed satis de Zanchio.

XXVI. Neque verò occasione controversiæ Prædestinatiariæ in Genevensi & Argentinensi Ecclesijs, motæ, Bullingerus & Collegæ, eam, quam prolixè commemoravimus, impenderunt operam; illustrior secuta ex novo conflictu in Ecclesia Lugdunensi, in Gallia, ubi non priora tantùm confirmata, sed & dubia ad cynosuram pleniorem & clariorem scripto-

scriptorum explicationem ab ipsis au thoribus sunt rejecta.

Jllustre occurrit exemplum, a. Ch. 1566. Cùm enim duo, pater & filius, viri cætero-quin non obscuri, solennem nuptiarum Lugduni initiationem, quòd sacra cum re-formatis comunia habere se, videri voluis-sent; urgerent, Ministerium Lugdunense, utrumq; , quòd suspecti essent, accersiri pri-vatim primùm jussit. *Et patri quidem*(repe-tam deinceps ipsa Ministrorum ad Bullinge-rum verba,)*ea, quæ nobis de illo nuntiata essent, indicamus, liberè & amicè, rogamúsque, ut pro totius Ecclesiæ ædificatione (apud quam pessimè audiat) de objectis se se purgare velit. Negat ille confestim, se quenquam, quod sciat offendis-se, aut occasionem ullam offensionis præbuisse. Hic cùm evincere quicquam non possemus, & causæ cognitionem res hæc postulare videretur, tum; quòd accusationem hanc simplici negatione diluerent, tum quòd alioquin valde esset suspecta a-pud omnes bonos eorum doctrina & pietas, (quod pater ex intimis semper fuisset Castellionis ami-cis, & illius quasi juratus discipulus.) Iis de causis visum fuit eos coram toto Presbyterio no-stro evocandos simul cum accusatore, ut & cri-minationem si possint, diluant, & præterea doctrinæ consensum in reliquis testentur.* Ad-sunt

ſunt illi ad diem præſcriptum, ut & ille, qui accuſationem inſtituerat. Verùm, ad objectiones, cùm non aliter quàm per inficiationem rurſus reſponderent, ad alteram cauſam, ob quam vocati erant, nempe ob doctrinæ ſuſpicionem, fit tranſitus. Rogantur igitur primùm, num Confeſſioni Gallicarum Eccleſiarum per omnia ſubſcribere parati ſint, & an nobiſcum de præcipuis capitibus idem ſentiant? Tum pater, tacente & annuente filio, ſeſe N. Confeſſionis fidei capita ſubſcripſiſſe, neque alteri ſubſcribere, primùm reſpondet. Tandem verò, cùm nihil aliud præjudicij N. Eccleſiæ afferre poſſe oſtenderemus, annuunt, & ſubſcribunt ſine magna contentione. Quoniam verò ſummatim duntaxat illic religionis capita, & quidem difficiliora attinguntur, ne ullus cavillis & falſis interpretationibus poſthac locus foret, requirunt fratres, ut ſuam illi ſententiam, (in ijs præcipuè, in quibus *Caſtellio à vera &* (NB.) *paſſim in Eccleſiis, magis puris recepta doctrina diſſentiebat,*) clarè & dilucidè explicent. Ac inter cætera de Prædeſtinatione Dei, id eſt de æterna tum piorum electione ad vitam, tum impiorum rejectione ad mortem, quæſtionem proponunt. Hic Pater rurſus quædam præfatus reſponden-

di ad eam quæstionem necessitatem quantum potest, declinare studet, suam ignorantiam ficta quadam simplicitate prætexens, quasi hæc quæstio ejus captum excedat, qui non ita magnam in rebus Theologicis operam dederit, nec id esset sui muneris. Verùm, cùm satis agnoscerent omnes, quo hæc simulata excusatio tenderet, urgent, ut dicant liberè, quid in eo sentiant. Tum illi, *suam universalem Electionem* (*qua omnes promiscuè ad salutem electos esse à Deo affirmant,*) *quantum possunt, obscurè & perplexè* proferunt, locis quibusdam ex Scriptura illam confirmare tentantes: Quæ cùm nos veluti absurda confutaremus, ex quorundam hujus ætatis doctorum sententia stabilire & tueri satagebat. *Atque inter cæteros te præcipuè, Melanchthonem* (*quem scimus quædam habere minimè ab omnibus probata,*) *& Gualtherum, veluti alijs repugnantes citant,* & cum omnibus, quicunque de hoc dogmate nostris temporibus scripserunt, committunt. Id verò quoniam non fiebat sine magna vestra injuria & invidia, (*cùm satis constet apud nos, quantus sit in vestris & nostris Ecclesiis in hoc dogmate, ut in cæteris, consensus,*) *non potuimus hominum impudentiam satis mirari.* Interim, quoniam non poterant (aut noluerunt potius,) à suis tergiversationibus

bus desistere; sed modo hoc, modò illuc proferebant, ut locos à nobis propositos eluderent; convenit inter nos, ut huic & quibusdam alijs capitibus ex scripto respondeant, atque animum suum clarè & penitus explicent. Accipiunt illi conditionem, & priusquam capita illa à nobis exhiberentur, scriptum parant Gallicum, de hac duntaxat quæstione; deinde, cùm traderetur illi nostrum scriptum, addunt breviter, quid de reliquis sentiant. Et ita exhibent responsum suum D. Petro Vireto privatim. Is promittit, se fratribus communicaturum, & quid de illorum responso sentiant, fore, ut in proximo consistorio declarent. Legitur diligenter ab eo, cui commissa fuit hæc cura. Et cùm proximè rursus in consessu nostro adessent; refutant fratres paucis; sed tamen apertissimis testimoniis Scripturæ ea, quæ minus vera in illo scripto judicarent. Tuentur illi, quantum possunt, suam opinionem, nec ab ea ullis se rationibus abduci patiuntur. Cùm itaque nihil profici posset, & alia tunc multa gravia negotia tractanda essent, deliguntur quidam ex fratribus, qui cùm possint familiarius privatim de tota hac controversia conferre, ut omnem dubitationem exuant, nec excusari possint, si suo er-

rori pertinacius hæreant. Conveniun quidem illi in ædibus fratrum; ſed cùm ſa tisfacere noſtris rationibus & argumenti nequirent, *proferunt centones quosdam ex tui ſcriptis (ut ajebat) collectos, quibus ſeſe tueri cum nominis & authoritatis tuæ odio ſatagebant Noſtri contrà ex Dei verbo agentes, cùm nihi proficerent, monent primùm eos amicè, ut error dimiſſo veritatem nobiscum amplectantur, ſi qui dem pro fratribus recipi cupiant. Et quod ad t attinet, oſtendunt, perversè abuti tua authorita te, idque illis conſtare poſſe, ſi poſteriora tua ſcri pta* (NB.) *legant, ubi ex profeſſo de hac quaeſtion agis.* Sed ſurdis canitur fabula, &c.—Ru ſus poſt aliquot hebdomadas (*filius*) ad no ſeſe recipit. Rogátq; iterum, num adhuc il lum ad nuptiarum celebrationem admitte re recuſemus: Reſponſum eſt, ſiquider paratus ſit ſuos errores dimittere, quos i illo ſcripto cum patre ſignavit, & eam do cilitatem præſtet, quæ Chriſti diſcipulu deceat, ut ſcilicet de his, quæ ignorare fa tetur, erudiri ſe ſinat ex verbo Dei; tu Eccleſiam quoque de ſententia ſua, quó juſtum eſt, remiſſurum. Sin minus, no poſſe agnoſci, nec in ovile admitti. *H ille negat, ſibi integrum eſſe, iis, quæ ſubſcripſi renuntiare, niſi prius tecum nominatim (ex c jus ſcriptis opinionem ſuam hauſerit,) de tota h*

qu

quæstione contulerit: Sese alioquin nusquam ſcriptum illud probaturum, & per ſe non ſtare, quin veluti ſepultum maneat: De nobis verò nunquam quicquam, niſi honorificum ſenſurum. At cùm omnia hæc non aliò ſpectare manifeſtum eſſet, quàm ut à nobis publicam illam matrimonij ſui approbationem quoquo modo extorqueret (cùm interim nihilò meliùs erga veram doctrinam & totam Eccleſiam eſſet affectus,) breviter iterum reſpondemus; Placere nobis eam conditionem, quam propoſuit, ſcil. tecum prius conferat: Nos quoque de eo viciſſim & vobiſcum, & cum aliis vicinis Eccleſiis velle conſilium capere; ne ſcilicet vel nimis leves in illo admittendo, à fratribus ejusdem Confeſſionis; vel nimis rigidi in recuſando ab alijs judicemur. Itaque miſimus paucis poſt diebus illorum ſcriptum ad D. Doctorem Bezam, qui id ad vos poſtea miſſurum in ſe receperat. Verùm cùm interim nuntiatum nobis fuerit, ediſſe illos præclarum illud ſcriptum, & jam ad vos transmiſiſſe, quoniam fieri poteſt, ut ſuis blanditijs aures vobis obtuderint, & aliter quàm res eſt, vos imbuerint; noluimus longiùs differre, quin omnia prout revera geſta ſunt, bona fide ad vos referremus, ut ſi quid odio veritatis vel ſubticuerint,

rint, vel addiderint de suo, unde illos convincere possitis, habeatis. *Possumus enim Deum testari, nos nec aliter cum illis egisse, quàm supra retulimus; nec quod ad doctrinam spectat, aliud ab illis exegisse, quàm quod & D. Zuinglius vester, & D. Petrus Martyr, piæ memoriæ, in celebri vestra Schola vel scriptis, vel viva voce, docuerunt & tutati sunt.* Ex his autem facilè intelligere potes, quo in periculo nostræ Ecclesiæ versarentur, si ejusmodi homines (quorum unus hunc vel illum errorem, alius alios inter familiares disseminare possit,) sine delectu, in suis penetralibus admitterent. Nam ea occasio si semel admittitur, ut liberum sit cuique quod volet, & sentire & defendere, difficilè, imò impossibile postea fuerit majoris momenti scandalis aream Domini repurgare, maximè cum (ut dictum est,) apud Magistratum de istis controversiis agere, sine magno Evangelii odio, non sit libernm. Itaque quicquid illi ogganierint, speramus, hanc Ecclesiasticam politiam, non posse vobis nec aliis piis Dei servis, ullo modo improbari, in hac præsertim necessitate. Neque enim admitti ad hunc actum, à nobis potuerunt, nisi & pro fratribus eos amplecteremur, qui nobiscum multis alijs in rebus dissident, quas tamen subdolè adhuc reticent.

cent. Oramus ergo tecum omnes Fratres, & D. Symmystas, ut pro vestra humanitate & sincero in Christianam veritatem affectu, quamprimùm vestrum hac in re judicium nobis communicare velitis. *Non enim vobis Ecclesiæ pacem & doctrinæ consensum minus cordi esse scimus; quàm propriam salutem. Et quod ad nos attinet (cùm aliunde variis modis hæc Ecclesia ab externis Evangelij hostibus satis supérque vexetur,) dabimus certè operam, ut saltem ab his turbis, quantum Dominus concesserit, per nos sit tuta & libera.* Cæterùm, *novit ille, qui sui sunt, & illos à tentatione scit eripere.* Hæc *Petrus Viretus & Joh. Franciscus Sallvardus*, omnium Collegarum nomine, Cal. Maj, 1566. Lugduno ad Bullingerum. De *Bullingeri*, ad Lugdunenses responso, nihil hactenus occurrit: Cùm verò illi, quorum res agebatur, causam suam per tertium Bullingero nostro commendare voluissent, turpissimè se dederunt. Quàm enim ægrè tulerit Bullingerus noster inexpectatum Novatorum συμβολισμὸν, quàm contrà perspicuè, post tot Ecclesiarum solicitationes, suam de Prædestinatione expresserit sententiam, ex præviis ad amicum literis (Gessnerum fuisse solicitatorem puto,) manifestum satis est; dignæ proinde quæ lucem videant. Verba Bullingeri ex auto-

grapho hæc sunt: *Dixi coràm, observandis-sime mi Domine Conrade, idémque mihi charis-sime frater, quòd justas variásque ob causas pe-regrinis concertationibus nolim immisceri, neque* vacat altercationes multorum non tan-tùm non legere, sed multò minus dijudi-care; præsertim alterâ tantùm auditâ par-te. Quia tamen te observo, & maximè di-ligo, saltem tui gratiâ paucula hæc sub-jicio.

Bonus ille vir (quisquis sit, mihi certè ignotus est,) *videtur abuti meis scriptis contra doctrinam, qua nobis traditur ab Apostolo,* Rom. 9. *cap.* nempe Deum pro bona & justa sua voluntate Jacobum diligere, Esavum verò odisse, idque antequam essent nati, aut quicquam fecissent, vel boni, vel mali. Id quod latiùs extendit Apostolus Christi, qui paulò pòst dicit: *Misereri Dominum, cujus velit misereri, & indurare, quem velit indura-re.* Quanquam enim ego, & alij, qui do-cent Christi Ecclesiam omnes, ut æquum est, & sicut ad Philippenses loquitur Apo-stolus *cap.* 1. bene sperare doceamur de gratia Dei, *quæ omnibus offeratur, interim ta-men* (NB.) *illa nec oppugnamus, nec negamus, quæ Apostolus docuit, & post eum disputavit contra Pelagium & Julianum beatus Augusti-nus*, disputationem suam ex Scripturis pe-tens.

Neque

Neque verò asserimus, *omnes homines ad credendum esse idoneos*, si modò velint. Ita enim fides esset in potestate hominum, & non esset donum Dei, quod hic, cui velit, largiri possit. Fidem verò in nostra esse potestate, dogma est Pelagianum.

Sic *electionem non suspendimus à nostra voluntate.* Id quod manifestissimè ostendimus *in Decadibus nostris, in lib. cont. Anabaptistas ultimò editis.*

Cúmque Dominus dixerit, *Matth.* 24. Electos seduci non posse, & oves ipsius neminem ex manu ejus rapere posse. *Item:* quos dedisti mihi, ego custodivi, & nemo ex eis perijt, nisi filius ille perditionis, *Joh.* 17. rectè docemus, electos Dei perire non posse.

Quantum verò attinet ad Judam, dicimus, ipsum inter Electos non fuisse. Sic enim diserte ajt Dominus, *Joh.* 6. Nonne ego vos 12. elegi; (ad ministerium utique) & unus ex vobis Diabolus est: Ergo electus non erat. *Item*: Joh. 13. Et vos mundi estis, sed non omnes.

Dicit bonus ille vir, *se sentire de 9. articulo, quod D. Musculus*, non displiceret ergò ei, quod idem piè disputat de *Electione, Prædestinatione, reprobatione, cum ex Scriptu-*

ris sua proferat. Nec edat libellos de causa, quam video (*condonet hæc mihi*) *ipsum nondum intelligere, neque occasionem det novis certaminibus, cùm nupera nondum sint bene sopita.* Vellem ego adeóque cuperem maximè ipsum nihil tale sparsisse per chalcotypum. Bonum, illum virum hortor, ut paci studeat, & tranquillitati, *nec studio Castellionis turbas in Ecclesia moveat, quin imò pluris faciat in Ecclesia Dei unum S. Augustinum, quàm Castelliones mille.* Hæc Bullingerus ad amicum suâ manû, non ut occultaret ea, sed literis ea responsoriis insereret. Cygnea hæc veluti cantio, magni Theologi, evidentissimè ostendit,

1. Omnes illos, qui Bullingerum cum doctrina Pauli ad *Rom.* 9. quæ tradit, Deum pro bona & justa sua voluntate Jacobum diligere, Esavum verò odisse, atque antequam essent nati, aut quicquam fecissent, vel boni vel mali; authoritate ejus turpiter abuti.

2. Quòd, etsi in concionibus, de gratia, quæ omnibus vocatis offertur, bene sperare doceat; illa interim nec oppugnet, nec neget, quæ Apostolus docuit, &, post eum Augustinus contra *Pelagium* & *Julianum*.

3. Quos-

3, Quosdam esse electos, quosdam non electos; disertis proponit verbis.

4. Φροντίδας δευτέρας σοφωτέρας, secundas curas accuratiores noluit diffiteri. Unde ipse ad Decades suas provocat, & scripta Anti-Anabapt. *ultimò* edita. In illis autem Decad. IV. Serm. 4. *Prædestinatio*, inquit, *decretum Dei æternum est, quo destinavit homines vel servare vel perdere.* Et paulò pòst. *Ab æterno, immutabili consilio præfinivit DEUS, qui salvari, quive damnari debeant.*

5. Unum Augustinum, mille Castellionibus præferendum censuit. Discipulus enim fuit Castellionis, cujus ἑτεροδιδασκαλία in ipsam etiam de Prædestinatione Ecclesiæ receptam doctrinam arietavit. Nec caret observatione, quod Castellionis, hoc loco, expresse Bullingerus meminerit. Nam & hic Ecclesiæ Tigurinæ non obscuram eodem tempore, quo Zanchiana fervebat controversia (*a.* 1562.) præbuit materiam, veritatis asserendæ. Cùm, præter expectationem, Methodum etiam consuetâ, invito esset obtrudendus Ministerio, valde nostri eo nomine soliciti erant, ne ubi Lausañæ pedem figeret, novum Genevensibus objiceretur μῆλον ἔριδος. Monuit hac de re Bullingerus noster Theologum

Bernen-

Bernenſem, Johannem Hallerum; illi verò, paucis, ſed nervoſis lineis calculum ſuâ manu, adjecit Martyr. Mihi (ita ad Bullingerum) quemadmodum tibi, clariſſime compater, videtur, ut quantum fieri poteſt à commercio talium virorum abſtineatur. Baſileæ res non parum turbavit, neque diſputando tueri potuit dogmata, quæ profitebatur. Deinde, ut ipſe dixiſti, ſi doceat Lauſannæ, diſſidium inter Bernates & Genevenſes vehementer recrudeſcet. — Legantur ejus annotationes in cap. 9. ad Romanos, quas Baſileenſes expungi voluerunt, nec in libris poſthac vendendis paſſi ſunt inſeri. Ibi ſtatuit, omnes homines prædeſtinatos eſſe ad vitam æternam. Vult item multa fieri contra Dei prædeſtinationem. Plus æquo tribuit libero arbitrio, &c.

6. Probat ſententiam *Muſculi*, de qua Loc. com̃. p. 227. &c.

XXVII. Colophonem huic periodo imponemus, ubi Gualtherum, Succeſſorem Bullingeri, in explicatione momentoſæ de Prædeſtinatione, & Providentia divina, ita piè, ſobriè, & orthodoxè locutũ oſtenderimus, doctrinæ, ut neq; Novatoribus conſensûs ſuffragium, nec malignis calumniandi reliquerit materiam.

Heic

Heic iterũ vel uno agere exemplo liceat. Scripſerat, ipſo Johannis Baptiſtæ die, anno Chriſti, 1577. *Johannes Pontiſella*, Miniſter Curienſis, Fettanenſis Eccleſiæ Miniſtrum, hominem, qui Monachij, antea Jeſuitarum fuerit diſcipulus, magna audacia, & elato ſupercilio novas excitare turbas. Cùm enim occaſione diſputationis in Ingadina de Prædeſtinatione motæ, Zernezij, ſuperiori anno decretum fuiſſet, ut Myſterium illud ab omnibus ſobriè tractaretur, nominátimque Confeſſioni Tigurinæ accommodaretur; laxatis, Fettnenſis ille Miniſter, ex eo, quòd reprobationis cauſam extra Dei beneplacitum, non agnoſceret, habenis, neceſſariò Deum ipſius etiam peccati authorem eſſe, ſequi ſtatuit. Graviter novum vulnus Eccleſias noſtras quidem afflixit; viam tamen Majoribus noſtris hoc iterum doctrinæ caput pleniùs explicandi aperuit regiam. Vix enim per Pontiſellam cruda hæc certamina ad *Gualtherum* noſtrum perferuntur, ecce in promtu erant ſuppetiæ, quibus domeſticum brevi extingui iterum potuit incendium. Ne hiatum hæc noſtra habeat Hiſtoria, ipſum iterum Gualtherum audiemus: *Mirarer ſanè vehementer, fratres,* (ita Caſparum Hubenſchmid, & Johannem Pontiſellam, Eccleſiæ Curienſis Paſto-

Pastores compellat,) *mihi plurimum dilecti & observandi, intempestivam illam de Dei Providentia & Prædestinatione disputationem, quæ apud Ingadinos fratres excita fuit, adhuc ventilari*, nisi scirem, hoc vetus esse hostis nostri communis stratagema, quo saluti hominum insidiatur, ut incautis persuadeat, Deum, aut res hominum prorsus negligere, & fabulam esse omne id, quod de ejus Providentia dicitur, aut eundem esse peccati authorem. Nisi enim in hac causa oculis purioribus Deum intueamur, qualem se nobis in Scripturis revelat, non possumus videre, quomodo is, qui res mortales gubernat (quæ ut plurimùm vitiosæ sunt, & in quibus peccatum quasi dominatur,) à peccato immunis sit. Accedit, quòd multi, dum Providentiæ & Prædestinationis arcana scrutantur, curiositati carnis nimium indulgendo, interea doctrinæ hujus finem & verum usum non observant. *Est hic, non ut ad nostræ rationis calculum omnia revocemus quæcunque Deus decrevit, & facit, sed ut primùm memores, nihil absque Deo fieri, consolationem certam in adversis & calamitatibus habeamus: Deinde, ut de salutis nostræ (quæ in æterno Dei decreto fundata est:) certitudine non dubitemus*, quæ efficacissima est in conscientiæ tentationibus consolatio: Postremò,

mò, ut & Providentiæ omnia intuentis, & Prædestinationis ad salutem, cujus signa certa nobis proponuntur, consideratione excitati, peccandi licentiam, ad quam caro proclivis est, frænemus, studeamus autem innocentiæ, sanctitati & charitati, & ita vocationem & electionem nostram (ut Petrus monet,) firmam efficiamus. Qui suas de duobus istis capitibus perquam arduis, & ingenij nostri captum superantibus cogitationes intra hos limites sive cancellos coërcent, ij neque se ipsos labyrinthis inextricabilibus implicant; neque alijs opinionum absurdissimarum & scandalorum authores sunt. At quia multi se altiora scrutantur, & temerario sive curioso ausu in Dei sanctuaria penetrant, denique ea scire volunt, quæ Pater in sua ipsius potestate posuit, usque in eum diem, quo ipsum videbimus facie ad faciem; ij ferè faciunt næ intelligendo (ut Comicus ajt,) ut nihil intelligant, & imperitioribus sæpe vel Cyclopicæ impietatis authores sunt, ut (quod primus parens noster Adam faciebat,) culpam omnem in Deum rejiciant, qui nihil hujus cogitantes, imò invitos ad peccandum inducat, vel conscientias jam ante gravatas atque vulneratas in desperationis barathrum præcipites dant.

Et quantum ex literis veſtris intelligo, turbati jam ſunt multorum animi per eum, qui ſuis concionibus Deum peccati authorem facere viſus fuit. Quem quia non novi, nolim de eo temerè aliquid gravius pronunciare; & quia idem Eccleſiæ Miniſter atque noſter Symmyſta eſt, ex charitatis ingenio meliùs de eo ſperare volo, quàm ut eum hoc feriò, & iſtud axioma plebi omnino perſuadendum & inculcandum eſſe arbitratur, ego libenter ex eo audire velim, & quemnam fructum hæc doctrina pariat; quæ item ex ea conſolatio peti poſſit? Aut quis per eandem queat ædificari?

Quod ſi Dei Providentiam prætexat, quam ſic aſſeri oporteat, aliæ rationes, & infinita alia Scripturarum teſtimonia ſunt, quibus illa defendi poteſt, ut minimè opus ſit Deum ſceleris alicujus reum agere. Imò hoc nobis ratum eſſe debet; ſiquidem Chriſtiani homines dici & eſſe volumus; Deum omnium, quæ cœlo & terris comprehenduntur, Creatorem ſimul & Gubernatorem eſſe, neque illo inſcio quicquam fieri, adeóque nos in illo eſſe, vivere & moveri. Statuimus præterea, Providentiæ partem eſſe Prædeſtinationem, quæ eſt propoſitum Dei, quo antè Mundum conditum ſtatuit ſuos ex gratuita dilectione & miſericordia, in Chriſto eligere & vocare, ut per hunc juſtificatos ex

fide

fide in filios adoptaret, & vasa gloria faceret. *Opponitur Prædestinationi reprobatio, quam Dei propositum esse dicimus, quo aliorum non misereri; sed eos in exitio relinquere statuit, ut eorum justa condemnatione suam iram adversus peccata, & in iisdem puniendis suam potentiam atque gloriam declararet.* Etsi verò tam hæc, quàm illa ex Dei voluntate pendeat, & utraque ad ejus decretum æternum debeat referri, attamen ex Reprobationis proposito nequaquam potest DEUS peccati author statui. Etenim, si de peccati causa & origine dicendum est, nos non decet altius, quàm ad eos, qui primi peccârunt, primos videlicet parentes ascendere. Atqui hos libera & propria voluntate peccavisse, & sua sponte lapsos fuisse constat, quando Diaboli potius suggestioni, quàm Deo, qui ipsos ad suam imaginem bonos creaverat, paruerunt. Itaque Adam, dum in statu perfectionis arbitrij sui libertate abusus est & hanc, & se ipsum perdidit (ut D. *Augustinus* olim dicebat,) & peccati servus factus in hac sua corrupta & depravata imagine (ut *Moses* ajt,) suos filios genuit, & sic ex ipso peccatum in omnes posteros propagatum, denique in ipso tota humani generis massa corrupta, & perditioni obnoxia facta fuit. *Quòd ergo, cùm in eodem luto omnes*

 homines

homines demersi suâ culpâ hærerent, alios Deu elegit, & prædestinavit ad vitam, id ejus gra tuitæ misericordiæ, & dilectioni debet adscribi, cujus divitiæ hic conspicuæ sunt, & prædicari a nobis debent: Quòd verò idem alios præteriit, & pro reprobis habuit, id justitiæ opus est, & proin inde à nobis accusari minimè debet. Nam si quis importunior quærat, cur hunc vel illum sibi elege rit Deus, & non alios potiùs, & annon perso narum respectus hic dici mereatur? Ego hunc non alio responso dignum judico, quàm Apostolico il lo: Imò verò, ô homo, tu quis es, qui ex adverso respondes Deo? Annon licet ei de suo statuere, quod lubet? Aut quis nam est cui ille aliquid debeat? Quis verò persona rum respectus esse potest inter eos, quorum omnium eadem sors & conditio, idem me ritum, vel potiùs noxa & culpa eadem est. Quin potiùs in nobis, qui prædestinati & electi sumus, divitias bonitatis ejus prædi camus, in reprobis autem vel neglectis ju stum ejus judicium agnoscimus, atque e jus consideratione perculsi tenemur? Ete nim, si cuivis mortalium licet debitori un aut alteri debita sua remittere; ab alijs ve rò, quod debent exigere, neque propterea injustitiæ accusatur; sed potiùs, quam alte ris illis præstitit liberalitas, laude digna est: quæ, obsecro, temeritas fuerit Deum Le gibus

gibus adstringere, quas nemo honestus pater familiâs sibi imponi patiatur, &, nisi illis obtemperet, eundem peccati aut scelerum, quæ ipsi propriâ nequitia designavimus; authorem dicere?

At hic aliquis objiciat: Quia Deus alteros illos præteriit, & pro reprobis habet, quæ eis postea scelerum omnium, & tandem exitii sempiterni causa est, annon idem eis peccatorum quoque & exitij author dici meretur? Id certè aliqui negari non posse existimant, cùm tam reprobationis, quàm prædestinationis sive electionis non alia causa statui possit, quàm mera & libera Dei voluntas; nisi cum ijs sentire velimus, qui ad Dei præscientiam confugiunt, & hos quidem propter prævisa opera electos, alios verò neglectos & rejectos dicunt, quòd, quales futuri essent, ille præviderit. Sed nos simpliciter consequentiam istam negamus. *Nam, etsi multos prætereat Deus, non tamen illis scelerum causa propria est; sed hanc illi in se ipsis habent, neque eos Deus ad peccandum vel monet vel cogit, & ut à quoquam impellantur, minimè opus est. Sponte enim & suapte natura omnes homines peccant, idque ex innata & ex primis parentibus in nos derivata malitia, ut novam nobis instillari nequaquam necesse sit. Suis cupiditatibus impulsi homines irascuntur, convi-*

tiantur, cædes faciunt, mentiuntur, fallunt, defraudant, furantur, rapiunt, scortantur, machantur, perpotant, jura venalia habent, & quæcunque sunt alia hujus generis ex sua libidine agunt.

Atqui non obstat illis Deus, qui, ne ista facerent, facilè impedire poterat. Fateor. Sed eho, quæ Lex Deum cogit, ut illorum furori & libidini obstet? Sufficiat nobis, quòd ipse neminem ad peccandum cogit: Religiosè autem ejus judicium revereamur, quo improbos illos, ceu effrenes equos in proprium & jam pridem meritum exitium ruere patitur. Qui Paulum ad Damasci portas fulgure prostratum coëgit exclamare: Domine, quid me vis facere? Hoc ipsum Cajaphæ, Annæ, Ananiæ, Neroni denique facere poterat. Num verò accusari meretur, quód in Paulo misericordiæ suæ exemplum proponere voluit, ex quo peccatores consolationem petant; illis verò alteris, ceu vasis iræ uti ad declarandam justitiam suam, qua contumaces & pœnitere nescios punire solet? Sed objiciuntur hîc nobis locutiones Scripturæ, quæ DEUM homines indurare, in reprobum sensum tradere, excæcare, & impios ceu virgas, seu baculos sua manu gestare, & regere dicit. Et quædam scelera Deo, tanquam

autho-

authori adſcribuntur. Davidi certè ipſe dicebat: Tollam uxores tuas, & dabo proximo tuo, qui dormiet cum eis. Tu feciſti in abſcondito: Ego verò coram toto Iſraële, & coram Sole hoc. Et David dicebat, Deum mandaviſſe Semeio, ut ſibi malediceret. Hæc & quæ alia ſunt hujus generis nonnulli *permiſſionis* prætextu molliunt, ut Deus facere dicatur, quod fieri permittit. *At quia conſtat, illum non invitum iſta permittere* (quis enim nolentem cogat?) *reſponſio iſta non poteſt omnibus ſufficere.* Neque neceſſe mihi videtur, ut ſuffragia quæramus, cùm, etſi locutionibus Spiritus ſancti inſiſtamus, facilè ſit demonſtrare, Deum propterea peccati authorem nequaquam dici debere. Nam, quod modò diximus, neminem nolentem indurat Deus, neminem invitum excæcat, neminem, niſi priùs ex innata ſibi malitia ad omne ſcelus proclivem, in reprobrum tradit ſenſum. Nec dubium eſt, Abſolonem & Semejum propria libidine ad hæc flagitia proſiliiſſe; & tyrannos, quotquot unquam fuere, quibus Deus ut virgis & baculis uſus eſt, ſuapte naturâ rapaces, crudeles & ſanguinarios fuiſſe, adeòque nullam his omnibus vim factam fuiſſe, quâ ad peccandũ impellerentur, ut potiùs ex ſuis ſceleribus voluptatem perceperint.

ita tamen de Deo Scripturæ loquuntur, ut ejus providentiam, juſtitiam, omnipotentiam, ſapientiam, bonitatem denique nobis commendent, quæ ne tunc quidem ceſſant, quando Diabolus per ſua organa regno potiri, & omnia pro ſua libidine verſare videtur. Itaque hic nobis multa expendenda ſunt, quæ ut Deum omni culpa liberant, ita nos plurimum conſolantur.

Primum enim iſta de Deo dicuntur propter communem totius Mundi gubernationem, quæ penès illum ſolùm eſt, & in omnibus creaturis ſe ſe exerit, ſecundùm quam item omnia in omnibus agere dicitur, eo quòd in ipſo (quod Gentes etiam obſervaviſſe, Paulus veteris Poëtæ teſtimonio probavit,) vivimus, movemur & ſumus.

Secundò indurare, excæcare, & in ſenſum reprobum dare dicitur, quando gratiam, & Spiritum ſuum ſubduxit; quod nunquam temerè facit, ſed cum judicio nobis quidem non ſemper cognito, ſemper tamen juſto, ut D. Auguſtinus ajt. Neque poteſt in eo alicui injuriam facere, qui nemini quicquam debet. Itaque etſi illi tunc in omnem nequitiam effundantur; hujus tamen author dici Deus non meretur, cum hoc illi ſcientes volentes faciant.

Tertiò

Tertiò indurat & excæcat, quando occasiones ſubminiſtrat, quæ ſi in bonos inciderent, eos ad pietatem excitarent, fidei & patientiæ materiam ſive argumentum præberent, reprobi autem iiſdem deteriores fiunt; non quòd illæ per ſe malæ ſint, ſed quòd illis malè utuntur, ſicuti Pharaonis, Saulis, Judæ & ſimilium exemplis eſt videre. Jubetur Abraham ex patrio ſolo diſcedere, & idem poſtea jubetur filium Iſaacum propriis manibus immolare. E contrà, jubetur Pharao populum, qui nunquam ſuus fuerat, dimittere ad occupandam terram, quæ eis ex fœdere cum Patribus inito debebatur. Sunt ergo, quæ Abrahamo injuncta fuerunt mandata multò clariora iis, quæ Pharao accepit, attamen clara illa & acerba Abrahamo fidei & obedientiæ declarandæ occaſionem dederunt, cùm ex levioribus & æquiſſimis Pharao impietatis & rebellionis anſam arripuerit. Ita regni potentia & ſplendor Sauli pernicioſæ & impiæ ambitionis, quæ tandem crudelem parricidam fecit, cauſa fuit; Davidem verò regii faſtigii diligentior conſideratio humiliorem reddidit, quando hoc cum caula & ſtatu paſtoritio, unde evectus fuerat, conferebat. Sic quæſtura, Judæ concredita, hunc ſacrilegũ & proditorẽ fecit:

cit: quam si Petrus accepisset, sua potius pro Christo impendere maluisset, quàm quæ Christi erant, surripere. Num autem idcirco dicetur Deus Pharaoni, vel Sauli, vel Judæ sceleris author fuisse? Quin potiùs si rem ipsam ad vivum; quod ajunt; resecare libeat, fatendum erit, occasiones istas scelerum non tam à Deo datas, quàm ab illis impiè arreptas & pro sua libidine detortas fuisse, adeóq; in illis elucere, quanta sit innatæ nobis naturæ vitiositas, quæ occasionibus bonis abutitur, & aranearum instar in noxium virus convertit ex floribus decerptum succum, qui apibus mellis materiam suppeditat. Hoc qui probè expendunt, non Deum peccati authorem esse exclamant; sed cum Daniele dicunt: Tibi ô Deus debetur gloria, nobis autem confusio.

Postremò locutionibus istis ideo Sp. S. utitur, quia à peccatis quæ fiunt, Dei providentia omnino excludi neque debet, neque potest, quia hic illa regit & moderatur, ne indomitum grassentur. Etenim quid futurum erat, nisi Satanam verum omnis sceleris authorem, illo suo fræno coërceret, aut si impios pro sua libidine grassari, & omnia sursum deorsum miscere sineret. Sunt ergo impii virga, baculus, serra, gladius

dius denique in manu Domini, non quòd hic ſcelerum, quæ deſignant, author ſit, aut quod nolentes ad ea perpetranda moveat ſive impellat; ſed quòd illis inſitam peccandi radicem bene regit, & ad finem bonum moderatur, ut per hanc quidem ſui caſtigentur, illi autem (ut de mari in Jobi libro dicitur,) fluctus ſuorum conſiliorum deponant apud eos terminos, quos illis ipſe præfixit. Itaque ſi peccata in ſe ipſis æſtimemus, Satanæ opus ſunt, quod in ſuis organis agit: quod autem eadem Electis adjumenta ſunt in bonum, & finem attingunt felicem, id Dei ſapientiæ & bonitati debet tribui, qui ut mundi totius, & omnium, quæ in hoc geruntur, Gubernator non minus bonus, quàm potens, ex tenebris quoque poteſt lucem elicere. Exemplum hujus rei evidens Jobi Hiſtoria exhibet. Huic quidem Deus per Sabæos pecora eripi, quia quòd hi ex innata ſibi rapacitate fecerunt, ille ut Jobi fidem probaret, fieri voluit, at ſimul eosdem coërcuit, ne ipſius corpus invaderent. In Sabæis ergo omnis admiſſi ſceleris culpa hæret. Deo autem ſapientiæ atque bonitatis gloria & laus debetur, qui illorum petulantia bene uſus eſt ad Jobi fidem illuſtrandam, & illos, furentes licèt, retinuit, ne longius, quàm ipſe vellet, pro-

grederentur. Hæc qui oculis piis & rectis inspiciunt, mox videbunt, Dei Providentiam circa omnia quidem versari, quæ in toto mundo fiunt, neque illum otiosum esse rerum nostrarum spectatorem, in eodem tamen nullam alicujus sceleris notam hærere. *Atqui si his non contenti, quærere audeāt, & cur non potenti manu Deus reprobos coërceat? Cur hac aut ista fieri patiatur?* Ii nobis ostendant prius, quis ille sit, qui Deo rerum agendarum leges præfixerit? aut qui nam ipsi sint, quibus hic judiciorum suorum rationē reddere teneatur? Sunt hæc abyssus profunda & inscrutabilis, impia autem est eorum audacia, qui sceleris alicujus reum agere audeant suum Creatorem, qui ipsissima est justitia, bonitas, sanctitas, veritas. Itaque δύςφημον planè & Christianis auribus indignum est quærere: An Deus sit author peccati? Quid enim aliud agunt, qui hæc quærunt, quàm quòd se ipso omni culpa liberare, in Deum verò reatum, quo ipsi tenentur, transferre conantur? *Quod qui in Ecclesia, & in ipsius Dei conspectu faciunt, ij profectò Satanam ipsum impudentia & temeritate superare videntur, quem ad Dei conspectum contremiscere* Jacobus scribit: Enim verò Dei filio testimonium hoc Spiritus immundi perhibent, quòd ad ipsos perdendum, &

regnum

regnum eorum evertendum venerit. Cur ergo quærant Chriſtiani homines, num Deus author ejus, quod Filii ſui in Mundum adventu deſtrui voluit. Hæc ad vos ſcribere libuit, fratres dilecti, quia ſententiam meam non in vobis modò, ſed ſymmyſtis quoque veſtris, fratribus plurimùm obſervandis, qui in Rheticis Eccleſiis Chriſtum prædicant, requiri audio. Velletis vos, doctrinam de Prædeſtinatione una aut altera homilia abſ me comprehendi: ut autem nunc multa me remorantur; ita iſta ſufficere poſſe arbitror non contentioſis, & Dei gloriam ex animo quærentibus, &c. Tiguri d. 7. Julii 1577. Hæc *Gualtherus* ſuâ manû.

XXVIII. Ad *quartam paulatim* Periodum pedem movemus, quâ, omnium jam applauſu, recepta in Eccleſia & Schola Tigurina Petri Martyris de Prædeſtinatione, ex Scriptura & Patribus, Auguſtino præſertim, triumphavit doctrina; alio per Samuelem Huberum concuſſa fuit ariete, operam ſuam Theologis Lutheranis vicinis ſtrenuè conferentibus. Cujus certaminis occaſio ſpectanda, progreſſus, & Cataſtrophe.

XXIX. Oc-

XXIX. *Occasio* nata fuit ex Colloquio Montisbeligardi, inter Bezam, & Jacobum Andreæ a. Ch. MDLXXXVI. habito.

Non equidem loci hujus est, ut de ipso colloquio, ejus occasione, successu, variisque inde ortis dissidiis, jam disseramus; poterit illud, σὺν Θεῷ, commodiori fieri tempore. Satis est constare, hoc ipsum colloquium primam litis inter Theologos Bernenses exortæ, fuisse materiam. Propter doctrinam enim in Colloquio illo à Theologis nostris Mompelgardi assertam, *turbas in nostra patria,* (liceat desideratissimi & candidissimi nostri *Luthardi* ex Disputat. Bernens. explicat. p. 179. repetere verba,) *excitavit Samuel Huberus levi occasione, & ex superbia: Erat enim homo superciliosus, audacis & inquieti animi, æmulator D. Abrahami Musculi, VVolfgangi filij, quem cives Bernenses propter summam gravitatem, & eloquentiam magno in honore habebant. — Non autem hominibus D. Musculi insidiatus est tantùm, sed etiam aliam ob causam eidem fuit infensissimus. Observabat D. Musculus Huberi perversissimum ingenium: Nam fuit Huberus obscænus scurra, qui coram magnatibus & plebeijs indifferenter specimina edidit suæ αἰσχρότητος & μωρολογίας.*

ϱολογίας. A juventute fuit ἀντιλογίας studiosus: Nunquam potuit approbare quod aliis placuit, usque adeò, ut etiam Confessioni Helveticæ se se opposuerit in multis, cui juramento ante se se adstrinxerat. Hæc animadvertens Musculus, tanquam indigna Pastore Ecclesiæ, non potuit hominem his vitiis deditum amare; sed apertè testatus est, talem Ministerio indignum esse, & Ecclesiam Bernensem serpentem fovere in sinu, quod Hubero non fuit ignotum. Qua propter omnem quæsivit vindictæ locū & occasionem, quam putabat se nactum esse colloquij Mompelgartensis, quod habitum fuit inter Bezam & Jacobum Andreæ, a. Ch. 1586. cui etiam Musculus interfuit: Clamabat autem & accusabat Musculum ubique, quòd in Colloquio Mumpelgartensi subscripserit sententiæ novæ, hactenus inauditæ, Confessioni Helveticæ & ipsius Musculi doctrinæ hactenus ab ipso in concionibus propositæ, contrariæ. Sunt autem quatuor articuli, quibus Huberus dixerat Musculum in gratiā Bezæ Mumpelgardi subscripsisse, Confessioni Helveticæ, & doctrinæ hactenus in Ecclesia Bernensi usitatæ, contrariis:

1. Christum, non mortuum esse pro omnibus hominibus.

2. Omnes Evangelicas promissiones gratiæ in verbo Dei universaliter propositas:

tas; non esse universales, ad majorem enim partem hominum non pertinere.

3. Deum tot homines, quot damnantur, nec propter ipsorum infidelitatem, nec propter alias causas reprobâsse; sed ex mero suo beneplacito: Velle enim se in ijs demonstrare potentiam iræ suæ.

4. Neminem certò scire posse, an infantes in S. Baptismo regenerentur, & in regnum Dei recipiantur, interim de ipsis melius sperandum.

XXX. Fuit hæc *occasio restaurata* disputationis Prædestinatiariæ. Cùm enim Musculus, cæterique Theologi Bernenses animadverterent, non se tantum gravissima premi accusatione; sed ipsam [a] etiam periclitari Orthodoxiã, non ipsi modò novitatis absterserunt convitium: verùm ab Amplissimo tandem, ut causa communis, communi Helvetiæ reformatæ examinaretur, & judicaretur authoritate & opera, obtinuerunt. Unde & Ecclesiæ hic iterum Tigurinæ [b] suæ erant partes, quæ Amplissimorum Procerum Bernensium rogatu, Tigurinorum verò decreto; Theologum misit, scriptis celeberri-

berrimum, Guilelmum Stukium, qui quid cum cæteris Fœderatorum Theologis præstiterit, etsi ex publicis actis generaliter haberi possit; opportunè tamen specialiora [c] quædam hoc loco commemoramus.

a. Extat enim Msc. Apologeticum *Musculi*, in quo operosè, ante omnia explicat, & confirmat suam de objecto meriti & passionis Christi sententiam, argumenta postea Huberiana confutat, petita ex confessione Helvetica, Paraclesi Musculi, scriptis Patrum, monumentis nostrorum Majorum, *Bullingeri*, Decad. 4. Ser. 1. *Musculi*, Loc. commun. de voluntate Dei: *Gualtheri* conc. 119. in verbo Christi: Ubi verò exaltatus fuero, &c. Tum absurda ostendit, quæ ex Huberianis hypothesibus sponte fluunt. Eadem Methodo reliqua etiam percurrit capita, doctè & nervosè, quæ tamen ordine & totidem verbis expectari jam à nobis non possunt.

b. Eandem enim Reformatores in Ecclesia Bernensi de Prædestinatione, & cæteris ei affinibus capitibus, cum Zwinglio retinuisse doctrinam, non difficile erat probatu. Jam antea ostendimus, quanti *Berchthol-*

Berchtoldus Hallerus fecisset Zwinglium Non abijsse autē ab eo in articulo de Prædestinatione, Musculus ex ejus documentis ἀξιοπίςως refert. Wir haben (ita in Apologetico suo,) hiervon gnugsam erwisen/ daß wir keine frömde lehr anderst woher in das land bracht haben / die vorhin in unseren Kirchen bestritten/und widerfochten seye worden: sonder wir können auß Berchtoldi Halleri seligen / des ersten Reformatoris diser Kirchen eigener handschrift beweisen / daß er in disem Artikel ein lehr mit uns geführt hat. Dañ in seinen Predigen über das Evangelium Matth. am 26. cap. über die wort Christi/da er von Juda sagt: Wehe dem menschen/durch welchen der Sohn des Menschen verrahten wird / es were ihm weger / er were nie geboren / da schreibt er under anderem also: In der hand Gottes stehen alle seine geschöpft: Ettliche hat er erschaffen / daß er in ihnen die reichthum seiner gnaden und barmhertzigkeit erzeige: Andere aber geschirr des zorns / daß er ihnen sein zorn und macht erzeige. Dann in ettlichen erzeigt er die macht seines zorns: Darum erschaffet er auch den gottlosen auf den bösen tag. In ettlichen aber erzeigt er die reichthum seiner gnaden. Also ist Pharao ein verstoktes geschirr gewesen / welchen der Herr eben darzu erweckt hat / das er sein macht an ihm erzeige / auf das

sein

sein namm außkündt werde in der gantzen welt/ Exod. 9 Rom. 9. Er kan hierinnen niemand unrecht thun: Er ist dir nichts schuldig. Sind aber etliche die da meinen/ er seye ihnen vil schuldig/ denen mag ich wol nachlassen/ daß sie mit Gott zancken; und was er uns verborgen hat/ sollen wir gern nicht wüssen/ namlich wor- zu er einen jeden erschaffen/ erwehlt/ und end- lich vorsehen hab/ sonder wir sollen uns vernü- gen/ und damit uns trösten/ daß/ welcher in den Sohn Gottes glaubt/ habe das ewige leben. So vil Herr Berchtold Haller. Auß welchem unser Gnädig Herren wol können verstehen/ daß wir dises Artikels halber nichts anders lehren/ dann was unsere fromme Forfahren in diser Kirchen vor uns gelehrt haben Adde *Luthard.* lib. cit. pag 178. Apologeticum cumprimis Theologorum Helvetiæ refor- matæ contra famosa Huberi scripta, Tigu- ri, a. Ch. 1591. editum pag. 39. Ubi magno numero consensus Theologorum domesti- corum urgetur, *Berchtoldi Halleri* in Matth. cap. 18. & 26. c. 19. c. 24. Exod. 4. cap. 9. Col. 1. 1. Pet. 1. Matth. 1. *Musculi* in E- pist ad Rom. c. 8. *Locis Communib.* de Ele- ctione & reprobatione: prolixè *Benedict. Aretij*, Problem. Theol. loc. 16. p. 54. in c. Joh. 2. 2. Rom. 8. v. 1. *Disput. Bernens.* con- clus. 6. *Synod. Bernens.* 1532. cap. 18. *Oe-*

colampad. Es. 29. Job. 12. *Bucer.* Matth. 16. Joh. 10.

c. Cujusmodi sunt, 1. *Tigurinos* Stukium Bernam misisse non ut in ignotam Huberi doctrinam inquireret, sed, ut damnatam pridem in Helvetia & proscriptam, non admitteret, patriámque adeóque Ecclesiã molesta illa saburra liberaret. Verba instructionis totius Ecclesiæ Tigurinæ nomine ab Antistite *Stumpfio* conceptæ & exhibitæ inter alia hæc sunt: Wir können nit erachten / daß Herr Samuel Huber / gegen H. Abrahamen Müslin / nach dem gebott des Herren Christi brüderlich gehandelt habe. Dieweil er ihñe ohne einige vorgehende freündliche wahrnung gleich offentlichen vor einer Ehrsamen Oberkeit verklagt / alß wann er in dem Mümpelgardischen gespräch nicht trewlich gehandlet / sonder grossen irrthummen und Gotteslästerungen habe underschriben: Dann wir des Hubers anklag / und D. Musculi verantwortung mit allem fleiß durchsehen / und erwogen. Der halben die lehr Huberi (wie die auß seinen geschriften augenscheinlich sich sehen laßt) namlich von der Prædestination, und vom Tauff / verwerffen wir gäntzlich / alß die zuwider und ungemäß heiliger göttlicher Schrifft / den recht lehrenden Alten Vätteren / der lehr des heiligen Aopstels Pauli / auch der lehr und

schriften /

schriften unser vorfahrenden Kirchendieneren und Lehreren. Dargegen erkennen wir/ und nemmen an die Lehr Musculi, von der ewigen Vorsichtigkeit Gottes/ Erwehlung und Verdamnung/ samt der erklärung alß die gemäß und einhellig mit heiliger Schrifft des Newen und Alten Testaments/ der Lehr des heiligen Apostels Pauli/ der alten Vätteren/ und Orthodoxischen Kirchen unser allgemeinen (NB.) Confession, und unser vorfahrenden Vätteren bekanntnussen/ geschrifften und zeugnussen/ alß Zwinglii, Leonis Judæ, Pellicani, Bullingeri, Martyris, Gualtheri, Wolphii, Simleri und Lavateri. Welche Lehr auch H. Theodorus Beza mit satten/ vesten gründen/ trewlich und wol verfochten/ und geschirmt hat/ und D. Musculus samt anderen seinen mithafften Herzen und Brüderen mit gutem glimpf und ehren underschriben. Die Lehr aber des Schmidlins und Hubers von der ewigen Fürsichtigkeit und Wahl Gottes ist auch Luteri, Brentij, Heerbrandi und anderer/ die Lutherisch genent werden/ Lehr und Meinung gantz und gar zuwider. Darum wir nicht Musculi; sonder Huberi Lehr von der Prædestination in unseren Kirchen und Schulen für new und irrig halten und erkennen. Dieweil aber Huberus in seiner anklag/ und dargegen auch Musculus in seiner verantwortung vil

zeugnussen und sprüch auß den bücheren und geschriften unserer Theologen / und vorfahrenden Kirchendieneren und Lehreren anzeüben / damit männiglich sehen möge / was dieselbigen von dem Artikel der Prædestinarion gehalten und geurtheilt / wollen wir mit dreyen klaren / waarhaften exemplen und zeugnussen desselbigen vor augen stellen.

Erstlich / alß anno Domini 1551. Hieronymus Bolsecus, Medicus Genevensis sich understandē die Lehr D Calvini von der Prædestination zuwidefechtē / und offentlich / doch mit unwaarheit fürgab / wie vil gelehrte Männer / und vorstehnder der Kirchen / und mit nammen D. Bullingerus, zu Zürich gäntzlich seiner und nicht Calvini meinung waren / und hierüber ein weiser Ehrsamer Raht zu Genf samt ihren Kirchendieneren vō den Eidgnössischen und anderen Kirchen / von dem streitigen Artikel der Prædestination ihre judicia und sententias begehrten / da hat Bullingerus samt anderen mitbrüderen dermassen geantwortet daß männigliche verstanden / daß sie Calvini lehr und meinung den beyfal gethan / wie das noch auß den Actis, und D. Bullingeri eigen schreiben klarlich verstanden wird.

Für das ander / alß anno Domini 1563 zu Straßburg ein häfftiger streit zwischen Zanchio und Marbachio von der Prædestination und

und verharzlichen standhaften glauben der heiligen sich erhaben / da haben der selbigen zeit die unseren dem Zanchio den beyfal gethan / wie dann das ihre Epistlen / so noch verhanden / genugsam bezeugen.

Vnd zum dritten / alß bey uns allhie zu Zürich zwuschen D. Martyre, und D. Bibliandro ein span von dem freyen willen / und ewiger Fürsehung Gottes sich erzeigt / da haben unsere Kirchendiener und Lehrer Martyris meinung für die rechte erkent / und bestättiget / und darauff Bibliandrum des lesens und lehrnens erlassen / Martyri aber in seiner lection und lehr fürzufahren bestättiget / und darbey ist es seit derselbigen zeit her verbliben. Doch wir uns allezeit der bescheidenheit beflissen und gehalten / nicht rauch und grob von solchen hohen Mysteriis weder an der Kantzel noch darnebet geredt / oder geschriben / sonder geschrifftlich / und zu des gemeinen einfalten Christenlichen volcks erbawung gefahren. Cætera *Claudium Alberum*, ejúsque tum de justificatione, ad Osiandri mentem propositá, tum aliis capitibus doctrinam, Scholasticè magis, quàm Theologicè tractatam, eóque etiam nomine rejectam, concernunt, de qua aliâs. Dici vix potest, quàm insanè, cum hoc animo Tigurini Bernam venissent, tumultuatus sit Huberus! Nec potuit se continere, quin

 Stukio

Stukio crimen falsi manifestum impingeret. *Stukius* (ita a. Ch. 1589. 3. April. Derendingâ ad Pontisellam, qui Stukio eas communicavit, cum voto, ut Deus authorem literarum vel compescat, vel, quod malit, illuminare dignetur,) insignem Reipublicæ suæ maculam adspersit. —*Is audi, quæso, mira, & quæ inficiari non potest, attulit literas à suo Clero Tigurino Bernam ad disputationem, in quibus sententia jam adversus me lata erat: Hanc doctrinam, quam Musculus asserat, in quatuor illis articulis, esse Orthodoxam & piam, & meam sententiam, qua erroris condemnem istos articulos, esse impiam. Hoc præjudicio ephippiatus venit Bernam, & in ipsa hora, in qua apud Senatum magnum Theologi referunt acta disputationis atque testantur omnes tres uno ore, hos articulos, hancque in eis doctrinam esse impiam, & affictam Bezæ, & Musculo, in illa, inquam, hora leguntur ipsius quoque literæ præjudiciales, in quibus Tigurini Ministri sævam hanc & blasphemam doctrinam cujus ipsum Grynæum, & omnes ipsius consortes pudu- it, coram Senatu Bernensi, pro Orthodoxa, approbârunt.* Citantur hæc etiam verba, & diluuntur in Apolog. cit. p. 31. Quasi verò ἀζύμητα essent, verum & genuinum Musculi sensum admittere, probare, defendere; eum verò, quem ferox & impudens ei

affinxe-

affinxerat adverſarius, rejicere, & veluti abſurdum, nigro theta notare: Non ita obſcuræ erant vel Muſculi vel Huberi hypotheſes Tigurinis, ut de ijs vel Miniſterium Tigurinum, vel Stukius etiam, antequam abiret Bernam, judicium ferre, non potuerit. Et ſanè nimis confidenter hoc hominum genus agit, quod eandem ſemper Pelagij crambem reponit, eandem, mutatis perſonis, fabulam agit, tantum aliis vel otii ſupereſſe, vel ſibi authoritatis deberi, ut ab ovo ſemper ſua, interpolata licèt, & non ſemel jam antea examinata, & judicata repetenda, exiſtimet. Ipſe, antequam pedem hinc moveret *Stukius*, ſuccincto palàm fecit ſcripto, in *Huberi* aſſertionibus eſſe οὐδὲν ὑγιές. Et quia non minus nervoſum, quàm breve eſt, *Guilelmi Stukij* de controverſiis Alberianis & Huberianis tollendis, judicium; non incommodè illud ex actis *Stumpfii* noſtri, *Gualtheri* in Antiſtitio Tigurino ſucceſſoris, hoc loco eruitur, ut videant, qui ſub pietatis prætextu Eccleſiam ſuis turbant novitatibus, quàm præclarè de Majorum, quos in ore ſemper habent, mereantur fama, & quàm longè à veſtigiis, quæ ſacroſancta ſibi eſſe imperitioribus perſuadere volunt, recedant. *Diſſidium* (ita Stukius,) *hoc de præcipuis no-*

stræ Religionis articulis, nempe de Prædestinatione, justificatione (qui necessariò cohærent,) nobis maximo dolori est, hoc præsertim alieno, periculosóque nostræ Ecclesiæ & patriæ tempore. Hinc simplices offendentur adversarii, cum Pontificii, tum Lutherani nobis insultandi, nósque pro more suo antiquo magis calumniandi ansam arripient.

DEUS, pro singulari sua gratia Ecclesias nostras Helveticas in unanimi consensu & concordia conservavit, cujus perturbatores ingrati sunt in Deum, in patriam, in Ecclesiam, gravi pœna digni coram Deo & hominibus. Si enim privato homini, quantò magis patriæ afflictæ afflictionem addere grave est, & inexpiabile scelus?

Quo major communium nostrorum hostium & adversariorum conjunctio, conspiratio, machinatio, conatus contra salutem, tranquillitatem, religiònem Ecclesiam nostram orthodoxorum, tantò magis nobis concordiæ, & consensui unanimi erit studendum.

Dolendum, Ecclesiarum nostrarum Ministros, etiam hostibus nostris, & illorum erroribus patrocinari & suffragari, idque specioso prætextu, & velo veritatis sacræ Scripturæ, & Confessionis nostræ Ortho-

xæ.

xæ. Suſpicio non levis eſt, eos, qui Ubiquitariorum de Prædeſtinatione, de baptiſmo, juſtificatione, unione perſonali naturarum in Chriſto, errores tuentur & defendunt, eos aliis quoq; eorundem erroribus (quos callidè occultant) infectos & imbutos eſſe, de corporali præſentia corporis Chriſti, & orali ejusdem manducatione.

Huberus non fraternè cum D. Muſculo videtur egiſſe, qui illum non prius privatim admonitum, contra Chriſti præceptū publicè coram Magiſtratu, quaſi περιπρεσβείας, & errorum atque blaſphemiarum nomine accuſavit. Illius accuſationem & D. Muſculi reſponſionem diligenter legimus & perpendimus.

Huberi doctrinam (quæ ex ejus ſcriptis patet,) de Prædeſtinatione, de Baptiſmo, tanquam alienam à ſacra Scriptura, Orthodoxa vetuſtate, doctrina Paulina, noſtra Confeſſione, Majorum (NB.) & Anteceſſorum noſtrorum doctrina repudiamus. Contrà, D. Muſculi de æterna Prædeſtinatione, Electione, & reprobatione, ejus cauſis & effectis, tanquam ſacræ Scripturæ Veteris & Novi Teſtamenti doctrinæ Paulinæ, antiquitati Orthodoxæ, noſtræ Confeſſioni, ac Patrum & Prædeceſ-

 ſorum

ſorum noſtrorum, ut Huldrici Zwinglii, Leonis Judæ, Pellicani, Martyris, Bullingeri, Gualtheri, Wolphii, Simleri, Lavateri doctrinæ congruam & conſentaneam approbamus & amplectimur.

Benè & piè eam doctrinam, quam Dn. Beza in Montpelgartenſi Colloquio defendit, ei D. Muſculus cum cæteris Collegis ſuis ſubſcripſit.

Doctrina Schmidlini & Huberi de Prædeſtinatione etiam à Lutheri, Brentii, Heerbrandi & aliorum Lutheranorum, ut vocant, ſententia abhorret. Non Muſculi; ſed Huberi doctrina de Prædeſtinatione & nova eſt in noſtra Eccleſia, & falſa.

Præjudicia noſtræ Eccleſiæ tria apertiſſima id manifeſtè teſtantur,

1. Unum, anno 1551. contra Hieronymum Bolſecum, Medicum Genevenſem, qui piam & Orthodoxam Calvini doctrinam de Prædeſtinatione oppugnaverat. Bullingerus una cum Collegis ſuis Calvini doctrinæ aſtipulatus eſt.

2. Alterum, a. 1561. in Controverſia acerrima Argentinenſi, inter Zanchium, & Marbachium de Prædeſtinatione & perſeverantia Sanctorum in fide; quo tempore

re nostri Zanchii sententiæ assensum præbuerunt, ut constat ex illorum Epistola, cujus D. Musculus quoque meminit.

3. Tertium præjudicium in controversia, quæ apud nos inter D. Martyrem, & D. Bibliandrum exorta erat de libero arbitrio, & de Prædestinatione, Ecclesiæ Ministri, Pastores & Doctores Martyris sententiæ suffragati sunt; Bibliander docendi munere fuit abdicatus, Martyr in eodem perrexit.

Quod ad Alberianum scriptum attinet dolemus Virum doctum, de Republica literaria optimè meritum cum magno Ecclesiæ scandalo illud in lucem edidisse.

Primò reprehensionem meretur, quòd contra paterna D. Bezæ & aliorum Ecclesiæ Genevensis Ministrorum atque etiam Bernensium statuum admonitionem illum in lucem edidit, ejus impressionem acceleravit.

Deinde cuperemus illum suâ vocatione & Professione contentum Physica potiùs, & Medica, quàm Theologica tractare.

Tertiò, scriptum illius nobis obscurum, intricatum, implicatum, ambiguum & perplexum videtur esse, Philosophicum potiùs, quàm Theologicum, Aristotelicum potiùs,

potiùs, quàm Paulinum. Aristotelem toties fere citat, quoties Paulum; sacra permiscet profanis, novis, insolitis, inusitatis utitur verbis, & dicendi formis, quibus ipsis novarum doctrinarum suspicionem in animis piorum, & doctorum parit.

Quarto erronea dogmata, à sacra Scriptura & Orthodoxa vetustate, & nostra Confessione abhorrentia; Id quod ordine postea recenset; sed quia doctrinam Prædestinatiariam non concernunt, sed Osiandrismum maximè, iis enarrandis jam supersedebimus, ad ultimam progressuri Periodum.

XXXI. Hæc de *successu* controversiæ Huberianæ; καταστροφὴ ostendit, judicium [a] de ea Theologicum; authoris [b] condemnationem, proscriptionem, calumniarum ab eo apud exteros sparsarum confutationem, gratiarum denique pro opera à Guilelmo [c] Stukio, Ecclesiæ Tigurinæ nomine præstita, actionem.

a. Plenissimam controversiæ illius explicationem habet scriptum, quo Theologi Bernenses, Musculus & Hybnerus, accusationi Huberianæ responderunt; cujus ἐπιτομὴ extat tum in *Apolog.* p. 10. 19. tum etiam

etiam in *Vindic. Disput. Bernens.* p. 180 Nos in judicio Delectorum simpliciter acquiescemus. *Judicium & sententia Clarissimorũ D. D. Præsidum & Delectorum omnium, de quatuor accusationis, adversus D. Abrahamum Musculum, à Samuele Hubero instituta, capitibus,*

Accusatio prima: Christum non esse mortuum pro omnium hominum peccatis: ad thes. 7. D. Jacobi Andreæ.

Decisio primæ accusationis. Magno consensu omnium Delectorum placuit, propositionem primam, quæ sic habet: Christum Jesum non esse mortuum pro peccatis omnium hominum: Et propositionem hanc, ab Hubero usurpatam: Christus mortuus est tantùm pro damnatis; quòd ex earum enumerationum genere sint, quæ & dextrè & sinistrè accipi, & novæ in Ecclesiis nostris videri, & si citra distinctionem coram infirmis proferantur, scandalo esse possint: In Ecclesia non usurpandas temerè, ac proinde non sine consilio à nostris Mumpelgardiæ nunquam usurpatas: Nec fuisse causam, cur prior D. Bezæ, & D. Musculo objiceret, qui ea non sunt usi. Cæterùm, qui fatemur, Christi mortis pretium per se consideratum, omnibus hominibus sufficere: Ea tamen Lege, ut sigillatim

tim omnibus salvandis, juxta Dei Patris beneplacitum, illud serviat.

Accusatio altera: Omnes Evangelicæ promissiones gratiæ, quæ in Dei verbo universaliter positæ sunt, non pro universalibus esse habendas, cum ad majorem partem hominum nihil pertineant.

Decisio: Cùm promissio Evangelii sit primum quidem universalis, si spectes eos, quibus prædicanda est: Deinde alio respectu indefinitæ, siquidem efficacem ejus applicationem attendas: Rectè eadem ad universalitatem salvandorum oppositam restringit.

Accusatio tertia: Deum, tot homines, quot damnatorum non propter incredulitatem, vel aliam quamcunque ob causam ad damnationem rejecisse; sed eò tantùm, quod ita ei placuerit, & quod velit in ipsis demonstrare magnam potentiam suæ iræ: Ad *dog. Andr.* 3. 4. & 8.

Piæ mentes in nostris Ecclesiis de Prædestinationis arcano rectè edoctæ, causas reprobationis ita perpendunt; das (Germanicæ decisiiôs hîc, ob emphasin, subjicemus verba ex Apolog. p. 20.) die nächste und eigne ursach und schuld/ das gottlose Leuht verdamt werden/ in ihnen selber erfunden werde/

de / namlich die anerborne erbsünd / in welcher sonst alle menschen empfangen und gebohren werden / in Heiden auch die widerspännigkeit wider das Gesatz der Natur / in falsch genanten Jsraeliten die ungehorsame wider das Gesatz und Evangelium. Hieneben ist Gott der / dem alle seine werck von ewigkeit her wolbekant / der alles um seinen selbs willen billich thut / und bey sich selbs vor dem der welt grund gelegt worden / weißlich / billich und wol beschlossen / den gottlosen zum bösen tag von ihme verdientes verderben nach seinem göttlichen willen kommen zulassen / auf daß an ihme Gott alß ein gerechter Herr und Richter erzeige / daß ihme kein gottlos wessen gefalle / und daß kein gottloser vor ihm bestehen möge / und das sein macht zuerzeigen / und sein ehr zu erretten.

Sol aber / wann man von den ursachen / deren wegen die Vngläubigē und Gottlosen verworffen und verdamt werden / redet / nicht nur die oberste ursach / namlich der hoche und gerechte will Gottes; sonder auch des Gottlosen / der da verdamt wird / sünd und schuld (causam procatarcticam Latina vocat decisio.) die in ihm ist / angezogen werden / auff daß man sehe / daß ihme keins wegs unrecht beschehe / sonder sein verdienter lohn werde. Darum dann der dritte Klag-Artikel gar unfreundilich und ohne grund gestelt / alß wann man gelehrt / Gott

sahe nur darauff / daß er in verwerffung und verdamnuß der Gottlosen allein auff seiner macht und herlichkeit grosse ehr suche / und gar nicht bedächte des menschen unglauben und gottloses leben. Welches H. Beza und Herr Müßlein nie gelehrt / nie geschriben oder underschriben haben.

Mann soll aber auch im predigen / und sonsten gantz bescheiden / verständtlich und wol bedacht hiervon reden / zu ehren Gottes / und aufferbawung der Kirchen / auch trost der Frommen Hertzen / wie ihme die Propheten und Apostel gethan haben.

Accusatio quarta : Neminem certò posse scire, an infantes in sacro Baptismo regenerentur, & in regnum Dei recipiantur: posse tamen de illis benè sperare.

Decisio: Cùm Deus sit liberrimum agens, nec det sanctum canibus, nec sit pars fideli cum infideli, & solus Christus baptiset Spiritu & igni: Ministri autē aqua baptizēt, & privatio Sacramenti infantes fidelium neutiquam damnet; & exempla adultorum manifestè evincant, horum alios seu aqua tantùm non Spiritu baptizari, ut docet exemplum Simonis Magi; seu, aut Spiritum prius, quàm aqua baptizari, ut docet exemplum Cornelii Centurionis & familiarium

liarium: aut simul, & aqua & Spiritu baptizari, aut denique prius aqua suo autem tempore demum Spiritu baptizatos esse: uno consensu, ex præscripto verbi Dei, & doctrina harum reformatarum Ecclesiárum statuunt delecti, in Baptismo infantium, ad quos pertinet regnum cœlorum, si ordinationem spectes, Sacramenti Baptismum externum & regenerationem concurrere ex fœderis natura. Eadem tamen non magis temporum, quàm locorum respectu jungi, cùm inter illa duo unio sit Sacramentalis seu relativa, quum is liberè dispensat, in quo omnia nostra Sacramenta tanquam in capite sunt sanctificata, ut sint gratiæ Symbola iis, ad quos propriè spectat promissio gratiæ. Quare, ut non in dubiū vocatur Baptismi externi parvulis, quorum est regnum cœlorum, administrati, externum Ministerium: Ita nec dubium esse debet de gratiæ regenerantis benedictione, eisdem divinitus & promissa & oblata, & suo demum tempore documentis veris declaranda. Quod autem attinet postremum illud caput, de parvulorum fidelium cùm Baptismo externo, tum regeneratione, ideò optimè speramus, quòd Dei bonitas & veritas, & pactum illius cum Electis, cujus summa & sententia

 est:

est: Ero Deus vester, &
eorum, quos Deus proc
aliud nobis persuadeant
qui foris aqua baptizant
intus sanctificentur. Hu
seu Leiturgiæ nostræ ver
Darum lasset uns Gott
dlein um den Glauben/ u
Tauff innwendig durch de
Gnadenreichen Wasser
schehe.

b. Formula extat in p
Senatus Bernensis de r
piè, prudenter, ἀπροσωπο
ta testimonio, *Apologet.* p
hujus loci non sint, ex
commodiùs haberi pote
ùm fati Huberiani Apos
censet Theol. Hist. loc. I
cùm per annos viginti in diu
ster Ecclesiæ fuisset, anno 1 5
ob graves errores, quos de P
terna Dei electione fovebat,
nodo, cui etiam Beza, Stuk
rus interfuerunt. Profugit er
cobum Andream, factúsq; M
& mox etiam Lutheranus,
lentissimum contra Heidelb
contra Grynæum, annoseque.

omnium hominum electionem & redemtionem asseruit. Cui, egregio scripto, de Prædestinatione & Redemtione respondit Jacobus Kimedoncius Heidelbergensis Theologus anno 1592. *Huberus postea VVitebergam profectus Ægidio Hunnio, Polycarpo Lysero, ac Salomoni Gessnero Theologis Collega datus fuit. In qua statione non diu egerat, cùm spargere primùm, deinde publicè* 1595. *cœpit disceptare magna vehementia, contra Collegam Hunnium, de universale Prædestinatione, sive Electione propriè dicta ad salutem tam incredulorum, quàm credentium, inque fide perseverantium; quam promiscuã atq; indeterminatam appellavit. Tuitus autem est sententiam non modò ex dictis Scripturæ; sed etiam ex Lutheranorum quorumdam scriptis, qui universalem omnium hominum Electionem docuerunt, sed καταχρηστικῶς, de benefica Dei erga homines voluntate nomen Electionis intelligentes: Huberus verò sensu proprio idem asseruit. Tandem loco motus, per multos annos cõtinuavit controversiam Jenæ, Brunsuigæ, Hamburgi vagatus, donec nidum Dantisci invenit. Unde virulentissimè scripsit. Hunnius vicissim varia proposuit, & vulgavit contra ipsum, imprimis tractatum de Providentia & Prædestinatione filiorum DEI, ubi ita causam suorum egit, ut in multis ad sententiam Orthodoxorum accedere cogeretur.*

c. Ita enim *Abrahamus*
Rodolpho Stumpfio d. 23
Quod controversiam illam inter
exortam concernit, non arbitro
quicquam scribam, cùm omnia e
ro, & venerando fratre, D. St
intellecturi. Quàm impudenten
habuerim adversarium, & quàn
me quidem concernit, per Dei gr
sortita sit eventum. Meritò a
Viri, D. *Stukii in tam pia causa a*
um, & industriam, animíque fo
dare & prædicare debeo, Deúm
hoc summum, quod non in me sol
eam hanc nostram Ecclesiam cont
ipsi liberaliter in die Domini, no
expendat, ejúsque sanctis stu
magis magísque benedicat, &c
Beza ad eundem Bernâ d. 23
Mi summe observande frater
ctum, & quàm insigne providen
ris exemplum ediderit in hoc nost
minus ille Deus noster, optimè
D. Guilelmo Stukio nostro cogn
eximio organo sua beneficentia si
magnam partem hujus opera to
meritò acceptam ferat. Unde &
kio, tanquam acerrimo Ant
questus fuit Huberus. *Sam*

Tubingensis, ita ad *Stukium*, d. 27. Jul. 1588. Queritur Huberus, se patria pulsum, quòd novo Calvini dogmate sese opposuerit. Eam enim ob causam, se Bernæ custodiæ mandatum, & eò vocatum te, & D. Grynæum, & Jezlerum Schaphusianum: Inter quos Tu fueris longè acerrimus Antagonista. Unde iterum *Beza* d. 25. Mart. 1590. Bernæ quàm admirabilem sese Dominus noster præbuerit, vides. Et nos quidem certè vobis; secundum Deum; istud acceptum ferimus: Idem autem facit propter sanctum nomen suum, ut tam justè nunc deliberata & conclusa, sanctissimè deinceps, & quàm rectissimè administrentur.

XXXII. Satis videri hactenus queat de corio nostratium lusum: Ut verò in oceano unda trudit undam; sic motus motum in Abysso excepit Theologica. Vix sopitæ in Helvetiâ periculosæ de Prædestinatione erant lites, aliæ mox; sub doloso inde fere à * Reformatione latentes cinere in Belgio suscitabantur; quæ tractu temporis ita per Jacobum Arminium, ejúsque discipulos in flammam eruperunt, ut ne Ecclesiæ quidem Hel-

veticæ indemnes præstari p
enim domi satis nostri tra
rent ; foris tamen qui novas
bas, carum faces & authore
saltem, Theologos nostros
re ausi fuerunt. Hinc ad a
Periodo hac *quinta*, palæs
publica authoritate vocat
nō sine tot Ecclesiarū injuria
obtorto veluti collo Theo
tores libidini & novaturi
servire coacturi, experti su
pune toties lædi patiētiam. N
lari suo ante iter Belgicum
aliter, aliter foris sentire vid
cepto, & à [d] Theologis Basi
probato, & communi [e] T
rum judicio, Dordrechti ex
scula pro Bullingero [f] Apol
cavillandi rimam Arminian
sores nostri vel præclarâ su
modesto [g] consensu obthur

a. Neque enim vel celeber
negant Theologi, quòd, et
Ecclesiarum Gallicarum de

ne in Belgio etiam publice recepta fuerit doctrina, nunquam tamen à Reformationis principio defuerint, qui dogmata heterodoxa Pelagianorum & Semipelagianorum de Prædestinatione retinerent; idque tum alias ob causas, tum quòd Erasmo multum deferretur. Erasmus enim Roterodamus, ut proprius Belgarum, præcipuè Batavorum fuit Propheta; ita scripta ejus de religione & alia, in maximo semper pretio erant: Unde *Erasmici* cognominari solent, qui moderationis Erasmicæ æmuli haberi voluerunt. Cui paulò pòst successit Castellio, ejusdem genii, qui & ipse in Belgio applausum obtinuit. Præcipui verò, qui ante Schisma Arminianum à publico Ecclesiæ consensu in doctrina Prædestinationis recesserunt, memorantur Anastasius Veluanus, Hermanns Herbertus, Cornelius Wiggerus, Casparus Colhasius, & Gellius Snecanus, de quibus *Alting.* Theol. Hist. Loc. IV. p. 307.

b. Idquod hinc manifestum est, 1. Judicium Theologorum Helveticorum, inter rationes Synodi visendæ primo statim loco refert, quid Arminiani etiam ad Theologos Helvetiæ, Bullingerum nominatim & Helveticam Confessionem provocent. Eodem argumento *Brederodius* etiam, Ordi-

num Legatus iter nostris suasit.
Theologi Tigurini, *Joh. Jacobi*
Dordrechto ad Amplissimum
tum Tigurinum missæ, id ipsum
monstrant. Ita enim d. 4. Dece
Weil die Arminianer diser Landē be
Eidgnössischen Alten Gelehrten/H
ger aber loblicher gedächtnuß fürau
nung zugethan seyen : Ist ihnen/
disen Synodum protestiert den 1
von Churpfältzischen Theologis, i
samlung fürgeworffen; ob sie glei
sen wolten die gegenwirtige alle/
doch nicht verwerffen die jenigen / w
ges tags in loblicher Eidgnoschaft
nen orten predigen / in welchem no
im leben / die Herren Bullinger, s
und gehört / und erkennen / daß H
ger / und seine nachfolger / ein g
Lehr führind. Ist also unser gege
den Arminianeren nicht gar erwi
dem übrigen gantzen Synodo,
Deputierten Staden gar lieb un
Paulò prolixiùs d. 16. Jan. 161
dem Magistratum : Demnach d
ner männiglich in disen landen zu
underfangen / alß wann Herr He
linger loblicher gedächtnuß auch ih
gewesen seye / und erst newlich s

meinem Schreiben ein Tractat in Truck in Niderländischen spraach außgegangen/ darin sie dises herzlichen Mañs Ehren-namen nachmalen mißbrauchen/ und dann dardurch unberichtete Leuht desto mehr auf ihrer seiten zubehalten understehen; hab ich vermeint/ mir wolle gebühren/ und seye vonnöhten/ von der verrümten Kirchē und ihrer so trewen vorsteheren wegen zu diser sach in kein weg zu schweigen.

Alß ANNO 1561. in eben diser gattung puncten ein gespan sich erhebt under den gelehrten zu Straßburg / und etlich derselben sich bescheidts erhollet bey den Gelehrten zu Zürich / haben unsere Fromme Voreltereren ihre meinung eröffnet in einer gestelten Schrift / selbige Schrift hat H. Bullinger seel. mit eigner hand underschriben / und hiemit bezeuget/ welchem theil zu Straßburg er recht oder unrecht gebe. Mit disem grund unsere beständige Religions Verwandte in Niderlanden beweisend/ daß H. Bullinger den anderen nicht zugethan gewesen sey. Diß Underschreiben kõnen zwahr die Arminianer nicht längnen; schreiben aber dargegen in offenen ihren Bücheren / daß H. Bullinger seel. von seinen Mitbrüderen durch unabläßliches bitten und anhalten / so vil alß abgezwungen worden; und hiemit einanders behalten habe im hertzen / einanders aber geschriben. Sie wüssend auch diß ihr gedicht gar

gläublich und scheinbahr fürzutrag
mühtige Leuht dardurch in zweifel
doch die sach im grund möchte bes
Weil nun ich auß Ewer / Meine
Herzen Pfarrhauß etwas Schrifte
men / welche ich zu disen vorhaben
keiten dienstlich seyn erachtet / und
nicht ohne Gottes sonderbare Für
den / von Herzen Bullingers seel.
geschribne Copey an etlichen zedle
fen / mit nammen an den damal
Rectorem zu Straßburg / deßgle
Hertzog Friderichen Churfürsten
graffen am Rhein / und Herzen
zu Hessen / darinnen alles das wid
daß die Arminianer von Herzen
außgeben / gar scheinbarlich / und
lich zufinden ; so hab ich auß der Ar
bücheren ihre grund / damit sie H.
seel. verkleinerten / zusammen ge
selbigen ein Antwort auß gedacht
linger eignen Schriften / gleich als
eignen Mund / auf das bescheide
kürtzist entgegen gesezt / dieselbe geze
ren delegirierten von Staden
und des Synodi præsidenten, ob
daß ihnen hierinnen gedient seyn m
auf ich zur stund schriftlich und mi
ihnen und anderen zum freündtlich

ten worden / daß ich gestelte Schrift ohne verzug lasse in den Truck kommen / alß ein sach / die zur rettung der warheit überauß fürderlich / und der Arminianeren falsches freffnes fürgeben zustürtzen aller dienstlichist seyn wurde. Andere aber meinten thunlicher seyn / daß es den Arminianeren selbs under augen / erstlich in offnem Synodo vor jedermänniglich vorgelessen / und folgends mit anderen Handlungen durch den Truck außgebreitet werde / *&c.* Idem ad Sess. 20. *Notata,* inquit, *haud indignũ est, quòd Remonstrantes Ultrajectini, qui ex Remonstrantibus hactenus soli aderant, sententiam Helvetiorum de infantibus Gentilium, ante Catechizationem non baptizandis, simpliciter approbâsse. Fortè ut confirmarent rumorem, qui per omnes provincias Belgicas jam ante percrebuerat, Helvetios Arminianorum errores fovere.*

c. Hoc verò ex Actis MSS. tale est: *Ecclesiarum Helveticarum reformatarum circa V. articulos in Ecclesiis Belgicis controversos sententia.* I. De *Prædestinatione* Deus ab æterno & immutabili decreto, liberè tamen, ex tota generis humani massa condenda; sed misera illa, & perditioni futuræ obnoxia, alios quidem, quos vult salvos facere in Christo, ad vitam æternam ex mera gratia elegit; alios autem in exitio relinquere, & justo judicio condemnare statuit.

Profi-

Profitemur ergo cum S. Sc
ſam Prædeſtinationis προηγȣμ
ram, abſolutam, ac juſtiſſima
tatem, antegredientem cauſas
cui nemo objicere poteſt, c
non aliter; cur placuerit huic
re fidem, alium in cæcitate na
te attracta relinquere. Unde
ties mentionem facit τῆς προθ
ματ@, τῆς ἐυδοκιάς, τῆς χάρι

Profitemur *objectum* Præde
ſe homines; non tamen hom
ter conſideratos, ut creatura
bus numeris integram; ſed
lapſos, miſeros & culpâ prop
næ mortis.

Hanc quoque phraſin, dext
admittimus: *Electionis gratu*
homines craduros in Christum
perſeveraturos in fide & conver
Deum eligentem decreviſſ
(loquimur autem de adultis,
ſium ex mera ſua gratia don
per Chriſtum juſtificare, &
per Spiritum ſanctum ad fine

Profitemur, Deum in Ele-
dorum *reſpexiſſe fidem, non ta*
conditionem & qualitatem, p

alio salute æterna esset dignior vel indignior; sed quâ fides Electionis gratuitæ futura erat effectus seu fructus. Quo sensu Electorum fidem adeò non ignoravit aut despexit Deus, ut non aliter illos elegerit, quàm ut per fidem tanquam per medium subordinatum Electi ad salutem æternam perducantur, nec quisquam cogitare aut dicere potest, Deum elegisse homines non credituros.

II. De *morte Christi*: Christus obedientia & morte sua reconciliationem cum DEO, restitutionem in gratiam, peccatorum remissionem, justitiam coram Deo, salutem æternam; sive quocunque nomine alio cœlestis illa beatitas, ejúsque partes venire soleant, impetratam re ipsa veréque applicat omnibus & solis Electis, totiusq; Mundi fidelibus.

Non tamen hîc excluduntur infideles, defectu aut imbecillitate τῦ λύτρυ, cujus sufficientiam omni omnium delictorum enormitate infinitè abundantiorem esse profitemur & credimus: Sed quia Dei Patris electio, Filij redemtio, & Sp. S. salutaris operatio sive regeneratio æquè latè pateat; Pater solos electos Filio dedit redimendos: Filius solos sibi à Patre datos redemit & Patri conciliat: Spiritus S. solos redem-

redemtos regenerat. Nec
adverſus Apoſtolum, imò
ſtum ipſum, ſalutem à Ch
ſignare ullis, conſtitutis ext
cujus Chriſtus eſt Salvato
tra populum illum, quem ſ
vendicat; extra oves illos &
quem ſanguine ſuo acquiſiv

III. De *cauſa & origine fi*
donum merè gratuitum, qu
ſecundum menſuram, & qu
tum ipſe vult, donat & con

Hanc fidem effici in hom
credimus, ordinariè per De
que auditum, extrinſecus q
ſtratum, intrinſecus verò p
citer non tantùm intellectu
gnitione illuſtrantem; ſed e
tem ita renovantem ac flec
ſentiri, vel non aſſentiri; cr
credere, converti, vel non c
ro Electorum arbitrio relin
quam. Neque tamen ſequit
ipſum in homine credere, n
Deum ipſum converti, non h
hoc ſequitur, credendi, con
exordium, quin & progreſ
Gratiæ deberi in ſolidum. Ub

quoque docemus, regeneratos in boni electione & operatione non tantùm agere passivè; sed etiam activè. Aguntur enim à DEO, ut agant ipsi quod agunt.

IV. De *modo efficiendæ in homine fidei & conversionis.* Gratia DEI cùm operatur fidem & resipiscentiam ita operatur in homine peccatore Electo, ut hic illi resistere per naturam corruptam, & ad omne malum proclivem, possit quidem vel maximè, maximéque velit: attamen ubi Sp. S. jam inhabitat & dominatur, ibi operationi ejus electus, secundum carnis reliquias resistere quidem & vult, & potest; ita tamen resistat, ut Spiritus omni resistendi sive voluntate sive conatu crebriùs existat superior, tandem etiam ipse electus de carne contumaciter & assiduè reluctante, gloriosè triumphet.

Sic igitur resistentiam in homine regenito admittimus, ut certissimæ victoriæ gloria Sp. S. non defraudemus: Sic Spiritui S. victoriæ gloriam deferimus, ut luctam assiduam, & in lucta illa resistendi malignitatem non negemus. Cor lapideum aufertur, confertur cor carneum. Sed quamdiu in hoc mortali domicilio peregrinamur,

namur, cor lapideum atteri
sus conteritur.

Quia etiam hominem ja
dum virtuti Sp. S. reluctar
posse asserimus; ita scilicet
finem suum non consequi.
nim ita valide trahit, ut t
Fugientem ita sequitur, u
Pastor reducat certo, etiam
cillitas perpetuo adhærescat

V. De *perseverantia Sa*
salvifica & gratia regenera
Sancti graviter & contra co
buntur, infirmatur quidem
que tamen finaliter aut tot
vel interit. Imò regeniti nu
tur tam enormiter, nunquar
nerationis gratia ita hebesc
quin rursus excitetur & rev
enim præsidio virtutis Dei pe
lutem æternam custodiuntu
quo Deus hominem gratiosè
conversionem, fidem & p
promittit & confert, immuta
te & intercessione Christi c
adeò, ut semen verbi & Sp
Electis etiam peccantibus m
vitæ suæ finem ad resipiscent
ficienterque renoventur, no

d. Quod ipsum, ut subjiciatur, dignum censemus: *Quandoquidem temporis obstitit angustia, quò minus inter nos Arovij de re inter Belgicos Ministros controversis articulis, certi quidpiam statutum fuerit, vósque pro vestro erga nos fraterno & benevolo affectu judicium vestrum aphorismis quibusdam comprehensum exhibere dignati estis, simúlque ut idem faceremus, nobis hortatores fuistis: Satis facere pijs vestris monitis, quantum occupationes nostræ tam exiguo temporis spatio tulerant, sategimus. Etsi autem vestras meditationes nequaquam improbemus; sed quo par est loco, habeamus; quia tamen etiam Dominorum delegatorum nonnulli specialius quædam attingenda censuerunt, ut non solùm nobis inter nos; sed & cum Orthodoxis Ecclesiarum Belgicarum Ministris facilius conveniat, secuti sumus eam ipsam capitum & Porismatum seriem, quæ in Epistola VValachriorum cernitur, &c. Quæ omnia vobis, Domini Fratres, non alio animo transmittimus, quàm ut collatis nostris judiciis dulcissimo, & omni Musico concentu suavior πανα̕ρμονία exoriatur, sicque totum hoc negotium facilius ad Dei gloriam, Ecclesiarúmque afflictarum emolumentum dirigatur.* Basileæ 22. Septemb. 1618. Pastores & Professores Ecclesiæ & Scholæ Theologicæ Basileensis.

e. Quod quidem in ipsis ext
blicis, *Part. de Judiciis* p. 35. Q
publica illa acta nec in omniun
bus, nec momentum rei ullum
prætextum admittit, ordine e
niorem præsentis materiæ tra
aphorismos Theologorum H
ex Actis MSS. quæ Scripturæ
ta sunt, exhibebimus.

1. De *Prædestinatione.* Deu
immutabili decreto secundùm
merum & gratuitum voluntat
tum, certos quosdam homines
miseria per Christum liberand
æternam elegit; reliquos in e
attracto relinquere, & justo j
pter peccata damnare statuit,
ceret supereminentes illas ope
erga vasa misericordiæ suæ, q
vit ad gloriam, potentiæ item
iræ suæ erga vasa iræ, quæ c
sunt ad interitum, *Eph.* 2. 5. *R*

2. Tametsi verissimum sit,
les perseverantes salvare, infi
& converti nescios in peccat
velle, tamen his verbis expri
nationis decretum totum &
mus. Omittitur enim causa Pr

nis suprema & unica, εὐδοκία videlicet, sive Dei liberrima illa voluntas. Personas item electas certas & per fidem certò salvandas non attingit. Denique, quia verba hæc; fideles & infideles, credentes & non credentes, sunt ambigua. Etenim modò de fide prævisa, ut conditione Electionis antecedanea, modò de fide ut fructu Electionem consequente, explicantur.

3. Præter εὐδοκίαν sive *liberrimam & in intima Dei erga nos dilectione fundatam voluntatem illam, causam Electionis aliam agnoscimus nullam; sed hanc humillimè veneramur ceu unicam, supremam, causas alias omnes ita antegredientem, ut nemo dicere possit, cur sic agat Deus, & non aliter, cur placuerit huic gratis donare fidem, alium in cæcitate nativa sponte attracta relinquere.* De Electis enim, quòd Deus eos prædestinaverit, quos adoptaret in filios per Jesum Christum in sese pro benevolo affectu volūtatis suæ testatur Paulus. De reprobis & occultandis ab ipsorum notitia regni mysteriis, quòd Patri ita placuerit, ita pronunciat Dominus. De utrisque tandem dicitur: Cujus vult, miseretur, & quem vult, indurat, *Eph. 1. 5. Matth.* 11.26. *Rom.* 9. 18.

4. Christum Mediatorem, quem ex su-

prema ſua ineffabili dilectione
do dare decrevit, Electionis
fundamentum ſic eſſe credim
dictiones ſpirituales, cujusm
ptio, efficax vocatio, juſtifica
catio, glorificatio ad Electos
nullæ niſi per Chriſtum & p
ſtum, extra quem nulla eſt ſ
nulla damnatio. Atque hoc ſ
ſto dicimur electi, quòd Chri
rit Pater per Chriſtum redime
dem Jeſu juſtificandos, tande
ſtum & cum Chriſto glorifica
autem Electio reſpectũ habeat
Mediatorem, in quo omnes a
gratiam eligimur, tamen eleg
non velut exiſtentes in illo pr
geremur, ſed elegit ut eſſemu
que eum ſervaremur, *Eph.* 1. *v.*

5. Fidem, fidei obedientiam
que perſeverantiam, tanquam
conditionem poſtulatam à De
præſtitam in mente Dei eligen
ſe: Deúmque ad Electionis de
viſſe, aut propter hanc fiden
hunc illo electione digniorem
rem fuiſſe negamus. *Contrà ve*
piſcentiam, juſtificationem, ſan

quæ homini ante finem vitæ obveniunt, electionis gratuitæ & liberæ fructus esse docemus, ita quidem, ut non aliter Deus quenquam elegerit, quàm ut eundem per fidem Jesu Christi veluti per medium subordinatum ad gloriam commutabiliter atque infallibiliter perduceret. Neque enim Deus elegit, quòd sciret credituros, sed elegit ut crederēt. Nec quicquam boni in homine Deus prævidit; nisi quod bonus ipse misero dare decrevit. Consequitur perseverans & viva fides Electionem, infidelitas reprobationem: Illa misericorditer & efficienter; hæc justè & permittenter; utraque ineffabiliter & sapienter, *Rom.* 8. 30. *Eph.* 1. 4.

6. Tametsi in homine aliquo, aut in integra aliqua gente, mala latere multa nimis, Deóque judiciorum suorum omnium cùm universalium, tum singularium causas & justas & certas in homine etiam ipso, aut gente ipsa patere plurimas, nō inficiamur; cur tamen hunc hominem præ illo homine, aut hanc gentem præ illa per Evangelicum vocet, vel non vocet; cur indicaverit verbum suum Jacobo; statuta & jura sua Israëli; nec ita fecerit ulli Genti; quin etiam ætatibus præteritis, suis ipsarum viis incedere siverit omnes gentes; id verò latenti alicui malitiæ ceu causæ propter quam ali-

us præ alio Evangelii prædicat
gnus vel indignus, tribuere non
Neque meliorem communis gr
nisi eum, qui fluit ex ipsa grati
mus Sumus enim naturâ filii ir
liqui, & sola nos distinguit inde
Et verò, quæ nam erit, aut est
homine vel gente durities tant
malignitas, quæ ab incompre
exundantissima gratia illa tegi
non possit, si velit misereri Deus
que, qui misericordia dives est, v
quorum guttur, lingua, labium
via, omnia denique erant longè
quemadmodum Paulus crimina
& Græcos. Vocavit Deus, ab
cavit, sanctificavit flagitiosissim
Corinthiorum nonnullos fuisse
idem testatur. Verissimum en
Pauli: Ubi est amplificatum pe
superabundavit gratia, *Rom.* 2.
Rom. 5.20. *Rom.* 10.20.

6. Quemadmodum fuit p
ante jacta Mundi fundament
non indefinitus aliquis, qui fo
occurreret; sed singularis & c
minus noster Jesus Christus, ita
tos & singulares homines, hu
& illum elegisse credimus. Di

nominatim Jacobum, ſegregavit ab utero Paulum. Et ut quisque fidelium verè dicere poteſt, vivo ego per fidem filii Dei, qui dilexit me, & ſemetipſum tradidit pro me, ſic quoque verè dicere poteſt, Deus elegit me, 1. *Pet.* .20. *Gal.*2.20.

8. Infantium non minùs quàm adultorum Electionem & Reprobationem eſſe, adverſus Deum, qui nondum natos amat miſericorditer, & odit inculpabiliter, negare non poſſumus. Ad infantes autem fidelium quod attinet, cùm Deus vi fœderis gratuiti ipſorum ſit Deus, illóſque ex parente fideli, altero ſaltem, ſanctos appellet Paulus; & eosdem renunciet regni cœleſtis hæredes cœlorum Dominus; ſi moriantur in infantia ante annos diſcretionis, optimè de illis ſperamus: nec dubitamus, infantium talium Angelos miniſtrationis illos, & tenellæ ætatis illius amantiſſimos Spiritus, quibus faciem ſuam DEUS nunquam non exhibet, propter hos ipſos emitti vel maximè, ſuóque officio, promtiſſimè fungi.

9. Electionem *aliam generalem, univerſalem, indefinitam: Similiter completam & incompletam; peremtoriam & non peremtoriam, revocabilem & irrevocabilem, velut temerarie*

curiositatis audax inventum, *dicimus Deo ignominiosum*, *& inimicum consolationi fidelium esse*. Illud quidem, quia DEI præstitutum, quod secundum electionem est, manet firmum, neque Deum vocationis, donorumque pœnitet, hoc verò, quia prædestinatos nos esse lætamur secundùm propositum ejus, qui agit omnia ex consilio voluntatis suæ potentis, *Rom*. 9: *v*. 11. c. 11. *v*. 29. *Eph*. 1. *v*. 11.

10. Electorum *definitus est*, *certúsque numerus*, qui nec augeri, nec minui, neque ex Electo reprobus, aut ex reprobo electus fieri potest. Stat enim, teste Paulo, solidum Dei fundamentum, habens sigillum hoc: Novit DEUS, qui sunt sui. Cúmque absurdum sit existimare divina consilia moveri casu, aut pilorum, passerúmve curam Deo majorem esse, quàm hominum, temerarium quoque est Electorum certum numerum negare, 2. *Tim*. 2. 19. *Matth*. 10.

11. DEUS, qui Electis suis benedicit benedictione spirituali omni, quos dilexit ante jacta Mundi fundamenta inimicos, diligitque reconciliatos per Christum magis, *profectò filiis suis jam vocatis*, *conversis*, *justificatis*, *& sanctificatis*, *Electionis ipsorum atque futuræ gloriæ sensum*, *gustumque in mortali hac vita*

vita non invidet; sed charitatem suam in corda ipsorum largè effundit; Spiritus adoptionis, ipsos de peccatorum remissione & parta per Christum salute ita certos reddit, ut in hujus vitæ miseriis firmam & inconcussam consolationem habere, imò in afflictionibus etiam sub spe gloriæ Dei gloriari possint. Quia tamen Electorum officium est, non efferri, aut carnali securitate diffluere; contra potius studere, ut vocationem suam & electionem firmam reddant, suámque operentur cum timore & tremore salutem, sensus illius ac certitudinis mensuram Deus largitur tantam, quantam & quomodo cùm gloriæ suæ, tum ipsis quoque Electis expedire optimè unus omnium novit.

12. Quis decretorum divinorum sit ordo & numerus, quandoquidem viæ DEI non sunt sicut viæ nostræ, & cogitationes DEI non sunt sicut cogitationes nostræ, nec quisquam ipsi à consilio fuit, nos ista ei uni & soli permittimus, cujus intelligentiæ, teste Psalmista, non est numerus. *Quia tamen prædestinare includit & finem, & media ad finem, nos hominem uno eodémque actu primùm ad gloriam, deinde ad gratiam, ad salutem nempe & ad vocationem, fidem, justificationem, & sanctificationem esse destinatum, credimus*: Crediderunt

diderunt enim quotquot ordinati erant ad vitam æternam, *Act.* 13. *v.* 48.

13. Reprobationem & damnationem ipsi quoque distinguimus. Cur hunc præ illo, Deus reprobaverit, extra Dei *εὐδοκίαν* illam, causam nullam admittimus. Quem enim vult, indurat. Cur verò hunc, illum, damnet propter peccatum fieri, & per offensas reatum in hominem ad damnationem venisse, Magistro Paulo, Apostolo, didicimus. Et revera, ut Deus nō damnat nisi propter peccatum, sic damnare non decrevit, nisi propter peccatum, *Rom.* 5. 8.

14 Damnationis causam propriam igitur & proximam intra impios ipsos quærere, Ecclesias nostræ fidei commissas docemus, peccatum videlicet, sive hæreditarium illud, sive adversus Legem aut Evangelium, prævaricatio sit. *Quoties item de causis damnationis facienda est mentio, non tam ad causam supremam, & arcanam justámque Dei voluntatem, quàm ad hominis impij peccatum & culpam attendendum esse monemus, ut palàm constet, nihil damnatis propter meritum evenire. Deum autem quempiam cogere, vel peccati authorem esse, planè horremus.* Nam Deus noster non delectatur ullâ injustitiâ, & odit omnes, qui operam dant iniquitati. *Psalm.* 5.

Rupis

Rupis illius opus est perfectum; omnes enim viæ ejus sunt jus, Deus fortis, fidelis & expers iniquitatis, justus & verax est, *Deut. 32. v. 4. Sententia hæc Præsidi Synodi fuit exhibita, d. 19. Januar. 1619.*

II. De *morte Domini nostri Jesu Christi.* 1. Dominus noster Jesus Christus, quemadmodum ex æterna Dei Patris voluntate, intentione atque consilio, obedientia & morte sua remissionem peccatorum, reconciliationem cum Deo, restitutionem in gratiam, adoptionem, justitiam coram Deo, salutem seu gloriam æternam, sive quocunque nomine alio beatitas illa cœlestis, ejúsque partes venire soleant, omnibus & solis Electis, atque totius Mundi, cùm Veteris, tum N. Testamenti fidelibus impetravit; ita eandem prorsus iisdem omnibus & solis, ceu propriam, applicat.

2. Neque hîc excluduntur, qui pereunt, defectu aut imbecillitate τῦ λύτρυ à Christo soluti, cujus dignitatem & sufficientiam omni omnium delictorum enormitate infinitè abundantiorem esse profitemur & credimus. Verùm enim verò quia Dei Patris voluntas atque salvandorum Electio: Filii obedientia atque oblatio; nec non Spiritus Sanctus salutaris operatio, sive vocatio efficax

ficax & sanctificatio æquè latè patent, easdémque personas respiciunt: quia item Pater Electos suos, quos solos dilexit, solos redimendos Filio dedit; Filius sibi à Patre datos, quos solos dilexit, solos redemit; Spiritus S. Patris & Filii amore Electos & redemtos solos sanctificat: nostrum utique non est liberalitate præposterâ adversus Apostolum, imò adversus Christum ipsum, partam à Christo salutem assignare ullis constitutis extra cætum eorum, quos Pater dilexit, elegit & trahit; extra Ecclesiam illam, quam dilexit Filius, seque pro ea exposuit; extra corpus illud, cui Christus est Salvator & caput, ex hæredes illos, in quorum cordibus Sp. S. est arrhabo, eósque credentes obsignat.

3. Negamus, *Dominum nostrum Jesum Christum ex absoluta voluntate vel intentione vel Patris, vel sua, omnibus & singulis hominibus in communi lapsus & peccati sorte indiscriminatim cõsideratis, sive, tam pereuntibus, quàm salvandis peccatorum remissionem & reconciliationem cum Deo ita impetravisse, ut etiam pereuntium, nominatim Caini & Judæ proditoris peccata morte suâ luerit & expiârit.* Finis enim ignominiosissimæ illius, preciosissimæ tamen atque vivificæ mortis, in quam Pater Filium definito consilio tradidit, & quam

Filius

Filius obediens Patri sustinuit, non est reconciliationis & gloriæ acquisitio tantùm vel impetratio; verùm etiam rei impetratæ applicatio. Imò quid quibus impetraverit Christus, applicatio ipsa demum patefacit atque obsignat. Neque impetrationem applicatio sequi non potest, cùm hæc illius sit finis, cùmque utraque iisdem hominibus ante jacta Mundi fundamenta sit destinata, ac indissolubili nexu ambæ cohæreant. *Aut, quis quæso, sciens prudénsque λύτρον pro captivo exsolvat, cujus beneficium à misero perceptum non iri certò nôrit?* Nempe dedit semetipsum Filius pro Ecclesia, ut eam, non alios, sanctificaret, eámque sibi non alios, gloriosam sisteret. Dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eximeret nos ex præsenti Seculo malo, idque secundùm voluntatem Dei & Patris nostri. Dedit, inquam, semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi ipsi populum peculiarem, studio operum bonorum accensum. Sunt hæc revera occulta fidei bona, quæ Electis, quæ redemtis, quæ Sanctis solis, non aliis ullis conveniunt; adeò ut à credentibus ista aut omnia simul, aut à non-credentibus prorsus nulla percipiantur.

4. Negamus, *Christum bono seu loco & vice homi-*

hominum nunquam convertendorum ita mortem sustinuisse, ut eorum victima fuerit sive sacerdos & propitiator talis, qui loco illorum pœnam debitam peccatis ipsorum justo Judici Deo exsolverit. Christus enim Dominus noster sursum tulit in corpore suo super lignum illud, peccata nostra. Peccata, inquam, nostra, qui credimus, non eorum, qui non assentientes ad sermonem impingunt, ad quod etiam positi sunt. Consummavitque oblatione unicâ in perpetuum non omnes, sed eos, qui sanctificantur.

5. *Christum, secundùm Patris decretum atque consilium, mortuum esse pro iis, quos nunquam servat, tam est alienum à vero, quàm servari eos, pro quibus Christus ex Patris consilio mortuus non est.* Et verò si non omnes vocati electi sunt, quid dicemus de iis, qui ne quidem unquam vocati sunt? Utique ad Gentes plurimas Christi ejúsque mortis pervenit ne mentio quidem, ne dum justa notitia ejus, assensus, aut cordis fiducia. Testatur Scriptura quippe passim, fuisse Gentes ætatibus suis desolatas, vinctas; immersas tenebris; Deo incognitas; Dei ignaras; Deum non quærentes; de Deo non interrogantes; Deum Israëlis non invocantes; relictas sibi, absque Christo, à conversatione Israëlis nova abalienatas; à promissionibus

nibus pactorum extraneas; ſpem non habentes; abſque Deo; non populum DEI, non dilectas; non conſequutas miſericordiam; oraculis, Prophetis, apparitionibus, fœdere, fœderis ſignis, typis, cultu denique vero univerſo carentes. His Chriſtum quicquam impetrâſſe, opinio ejusmodi eſt, quæ abſurditate ſuâ ipſius facilè neceſſarióque corruit.

6. *Negamus, Dominicæ mortis reſurrectionis, intercesſionis fructum ita poſſe disjungi, ut mors pluribus, reſurrectio & intercesſio paucioribus proſit.* Quin potiùs Deum iis omnibus, pro quibus Filium tradidit, cum Filio omnia gratificari: Et propter quorum Chriſtus traditus fuit offenſas, ad eorundem juſtificationem ſuſcitatam quoque fuiſſe, & in ſanctuarium cœleſte ingreſſum interpellare pro iis, non item pro aliis, ex S. S. didicimus.

7. Deum prædeſtinâſſe Chriſtum in Mediatorem ante omnem voluntatem atque intentionem quenquam nominatim ſervandi; Mediationi illi in Chriſto peractæ & præſtitæ dignitatem, neceſſitatem & utilitatem ſuam conſtare abundè, tametſi ea nemini unquam applicaretur; aut fieri potuiſſe, ut propter incredulitatem omnium omnes perirent; denique Jeſum Chriſtum

stum, Salvatorem nostrum cum beneficiis suis, nobis partis, novi fœderis primarium non esse promissum, & quæ ad detrimentum Ecclesiæ excogitata sunt alia, seriò veréque detestando horremus. *Exhibita Præsidi d. 27. Ian. 1616.*

III. De *libero hominis arbitrio, & modo, quo gratia divina fidem & conversionem in homine operatur.* 1. Homo ante lapsum integer fuit, liber ac bonus, ut intellectu suo cum cæteras res omnes, tum Creatoris sui præcepta rectissimè nôsse, voluntate sua bonum ab intellectu monstratum apprehendere, & affectus reliquos sibi, si vellet, subjectos habere posset. Per lapsum verò his omnibus excidit, & qualis à lapsu factus est ipse, tales ex ipso sunt posteri omnino omnes. Intellectus humanus Dei salutari cognitione orbatus; arbitrium sua ad bonum supernaturale apprehendendum libertate spoliatum; affectus reliqui cum Dei Lege & certa ratione conformitate privati; denique omnia corrupta, ac depravata sunt, adeò ut homo miser nihil salutaris, veréque boni agitare vel velle, Deum non verò nôsse, nec Deum, aut proximum diligere, aut quicquam aliud, quod scitu, creditu, factu speratu ad salutem est necessarium, viribus natura

naturalibus capere, aut efficere vel velit, vel possit.

2. Profitemur ergo, fidem veram atque salvificam Dei donum esse merè gratuitum, quod Electis suis secundum mensurum, & quando, & quantum vult, ipse donat, infundit, auget, custodit. Hanc fidem ordinariè effici credimus per DEI verbum, extrinsecus quidem administratum atque auditum, intrinsecus verò per Sp. S. mentem non tantùm salutari cognitione illuminantem, verùm etiam voluntatem ita efficaciter renovantem & flectentem, ut assentiri vel non assentiri, credere vel non credere, converti vel non converti hominis Electi arbitrio acceptum ferri nequaquam possit.

3. *Hominem tamen neque ante conversionem, neque in conversione vel saxum, truncum, aut stipitem facimus, nec voluntati humanæ, etsi conversionis concausa non sit, neque ut causa: sed tanquam subjectum concurrat, actionem in universum omnem adimimus.* Homini, inquam, etiam irregenito, non intellectum modò & voluntatem; sed opus Legis quoque in cordibus omnium scriptum, conscientiam se accusantem, vel excusantem, aliásque imaginis divinæ collapsæ scintil-

 las,

las, & Dei notitiam aliquam sensumque tribuimus. Verum, si vel hæc ipsa, vel his accepta majora homo in injustitia detinet, eum inexcusabilem fieri, & judicium sibi accersere gravius, ex Scripturis non ignoramus. Contrà quoque si donis his recte utitur, si miseriam suam verè agnoscit, & mortem spiritualem ita sentiscit, ut liberationem, vitámque verè & salutariter esuriat, sitiátque, si Domino pulsanti cor aperit, & corde aperto porrò attendit, si facit alia id genus plura, quæ conversionem vel inchoando præcedant, vel progrediendo constituant, omnia illa nec libero arbitrio, nec lumini naturali, neque viribus aut meritis humanis ullis; sed soli Deo, à quo bona donatio omnis, & donum perfectum omne supernè descendit, grati humilésque adscribimus.

4. *Non hominis solùm mentem in boni supernaturalis cognitione cæcam, imò tenebras ipsas esse; sed voluntatem quoque ad bonum, quantumvis ab intellectu monstratum, mortuam, ad malum propensam & pravam esse asserimus*, nisi & ipsa quoque à Sp. S. sanetur & vivificetur. Ideóque voluntatem humanam mandatis Evangelicis, moralibus exhortationibus, suasionibus, amplissimis summorum bonorum promissis; sive contrà dehortationibus

tionibus & minis ſalutariter affici, aut efficaciter impelli; niſi Sp. S. eum vel ordinariè vel extraordinariè gratioſa ſua & efficaci operatione regeneret, planè negamus. Præterea, quandoquidem promiſſionibus aut comminationibus eisdem diverſi afficiuntur diversè, Spiritum S. auditoribus omnibus gratiam parem largiri haud quaquam agnoſcimus. Eſt enim Evangelii vox aliis odor vitæ ad vitam, aliis odor mortis ad mortem.

5. Voluntas *humana in Converſionis initio habet ſe merè paſſivè, neque in cenſum cauſæ, quando de Converſione eſt quæſtio, ratione ulla admittitur.* Ut enim nec intellectus ſuæ cauſa eſt illuminationis, neque vitioſi affectus cauſa ſunt ſuæ correctionis, ita neque humana voluntas eſt cauſa ſuæ converſionis: Et quantum Lazarus contulit ad ſuſcitationem ſui in vitam corporalem, tantumdem contulit homo regenitus ad reſtitutionem ſui in vitam ſpiritualem. Eſtque revera Deo tam proprium opus creationis ſecundæ, atque ipſi eſt proprium opus creationis primæ. Niſi aſſerere libeat, arborem malam bonos proferre fructus; Æthiopem ſuam poſſe mutare pellem; tenebras ſuapte ſeu propriis viribus in lucem aut mortuis ab ipſa morte reſtitui vitam.

Voluntatem enim hominis miserrimam, non solum languescentem; sed mortuam prorsus gratia Dei invenit, surgere nunquam volentem, neque valentem, gratia Dei miserentis prævenit; quam erigit sola, eidem sola ad progrediendum vires infundit. Et hoc sensu suæ Conversionis initium, progressum & finem mens verè pia Deo uni & soli in solidum tribuit.

6. *Voluntas etiam nondum conversa, tamen vivit: sed quia est mala & prava, non vult nisi mala aut malè.* Voluntas à Deo conversa, atque ex mala facta jam bona, vult & bona & benè: Sed Deus est, qui operatur utrumque. Hinc est, quòd hominem regeneratum in Electione & operatione boni, non passivè tantùm; sed activè quoque se habere omnino agnoscimus. Agitur enim à Deo ut agat ipse, quod agit. Voluntas mutata est prius per Sp. S. & facultatibus ita instructa, ut bonum sponte revera possit & velit. Regenitus operatur; sed operatur in illo Deus, ut operetur. Post conversionem operatur, & cooperatur voluntas hominis conversi, quæ potuit à solo Deo converti. Et revera sic est: Fit à Deo, quod volumus, qui solus efficit, ut velimus. Esse enim nos opus Dei, ad opera bona in Christo

ſto conditos, non conconditores, ex Paulo didicimus.

7. *Deo in ſuis fidem & regenerationem arcanè & ineffabiliter; ſed efficaciter & infallibiliter operanti quantum reſiſtatur, novit optimè omnium is, cui ſoli reſiſtitur.* De homine vel reprobo vel nondum regenito veriſſimum eſt, ipſum ſermoni gratiæ, & ſalutaribus monitis naturâ reſiſtere, neque aliud quicquam quàm reſiſtere poſſe, nec unquam ea percipere, quæ ſunt Spiritus Dei. Cæterùm, ad eos quod attinet, quos DEUS pro benevolo ſuæ voluntatis affectu ſalvare, ac proinde convertere decrevit; hos ut ſolos Deus convertendo reſtituit; ſic ex his nullus operationem divinam impediendo, reſiſtit. Equidem in omni homine regenito, quandiu in carne mortali hac vivit, duo ſemper manent oppoſita: Caro videlicet ſeu homo vetus; Spiritus item, ſeu homo novus: Unde carnis & Spiritus lucta perpetua, & quidem nonnunquam pugna ardua, adeò ut caro regenerationis progreſſum non rarò ſiſtat; Spiritúmque triſtitia afficiat gravi. DEO autem ſalvare volenti tandem humanum omne ſuccumbit arbitrium, qui ſuos tam validè trahit, ut ſpontè, ſua quisque hora, ſequantur; non actum reſiſtendi tantùm; ſed ipſam δύναμιν

in iisdem debellat, tandémque tollit, voluntatem non violento impulsu, sed efficaci blandóque motu ex nolente volentem, ex prava ingenuam, promtámque efficit. Ovem fugientem & reluctantem, Pastor bonus ac potens vel in humeros ipsos attollit. Spiritus S. mentem voluntatémque sic renovat, ut corruptionem agnatam cognoscant, de ea ex corde doleant, membra terrestria sua crucifigi & mortificari subinde, operationémque Sp. sancti magis & magis intendi exoptent.

8. *Quare resistendi malignitatem in homine Electo cùm ante, tum post conversionem, omnino agnoscimus, ut tamen indubia sit certa victoria gloria, nec Sp. S. desit debellandi jugis materia.* Cor tollit lapideum, qui promisit cor carneum. Verum, quamdiu in mortali domicilio hoc peregrinamur, cor lapideum atteri, non prorsus conteri, donec tandem Electus per Christum de morte victoriam atque triumphum reportet, nolentes volentes sentimus.

9. Denique, quæ hominem invitant, ut Deum quærat atque glorificet, ea omni homini manifestari Paulo docente credimus. Attamen propterea dicere, hominem omnem ad salutem æternam vocari, aut media

ad

ad ſalutem neceſſaria ſufficienter & efficaciter omni homini adminiſtrari, id verò non modo contrarium S. Scripturæ, verùm etiam experientiæ ipſi aſſerimus. Deus enim ut Gentes ire viam ſuam olim permiſit, ſic in Fœderi novo ad populos plures Evangelii vocem non miſit. *Exhibita d. 9. Feb. 1619.*

IV. De *Sanctorum perſeverantia, & ſalutis fidelium certitudine.* 1. Credimus & profitemur, omnes verè credentes, qui fide viva & vera Jeſu Chriſto tanquam palmites viti, & membra capiti ſunt inſiti; *Spiritus item ſanctificationis ac regenerationis ſunt facti participes in hac vera in Chriſtum Redemtorem fide & ſanctè vivendi propoſito ad vitæ finem usque perſeveraturos*, & ita ſalutem illam æternam, ad quam ab æterno ex mera gratia Electi ſunt, & per Chriſtum redemti, certiſſimè aſſecuturos eſſe.

2. Eſt *nempe Patris eligentis voluntas*, ut quoscunque dedit Filio, non pereant; ſed noviſſimo die ad vitam æternam reſuſcitentur. *Eſt Filij Redemtoris voluntas*, ut à Patre dati ſint ſecum, & ſecum vivant, ſpecténtque gloriam ſuam in æternam. *Spiritus S. quoque Paracletus cum Electis manet in æternum.* Et revera, quos Deus Pater pro

 libera

libera voluntate suâ elegit misericorditer, quos Dei Filius sanguine pretioso suo redemit, quos Sp. S. illuminavit & sanctificavit, ij gratiosè certóque servantur, & perducuntur ad finem destinatum potenter.

3. *Hanc autem verè fidelium in fide vera & sanctitate perseverantiam non ullis adscribimus voluntatis humanæ, aut liberi arbitrij viribus; sed Dei Patris omnipotenti virtuti, Filij ipsius unigeniti, Pastoris nostri summi & vigilantissimi omnipotenti custodiæ, nec non infallibili Sp. S. obsignationi eam in solidum tutéque tribuimus:* Nam quia fideles præsidio divinæ virtutis per fidem ad hæreditatem æternam custodiuntur; quia ex semine incorruptibili renati sunt, quia Sp. S. ductu reguntur; quia Christi Pastoris fidissimi tenentur manû; totaliter vel finaliter à vera fide deficere, aut salute æterna excidere non possunt. Contra tamen; si fidelium perseverantia viribus humanis & propriis starent aut caderent: Si fideles permitterentur sibi; si virtute propria ipsis esset pugnandum, sanè eos ne ad momentum quidem contra leonis rugientis insultus, Mundi & carnis tentationes, quæ ipsorum in carne est imbecillitas consistere; sed in peccata & Apostasiam labi, in lapsu perseverare & mori, & ita

& ita æternùm perire posse, non diffitemur. Propterea, quòd Sanctorum perseverantia opus est non carnis & sanguinis, non liberi nostri arbitrii, non habitus alicujus per crebros credendi & obediendi actus acquisiti: Sed donum Dei merè gratuitum; Sp. S. effectum proprium; Electionis DEI Patris & consecutæ Filii Redemtionis, nec non intercessionis perpetuæ fructus.

4. *Etsi autem vere fideles & Electos, neque totaliter, neque finaliter à vera fide deficere, saluteque æterna excidere posse credamus; tamen non negamus, verè fideles & Electos propter inhabitantem Legem peccati & veteris Adami reliquias interdum in gravia & enormia peccata, Mundi exemplo, & Satanæ tentationibus deceptos incidere*, ita ut conscientiã gravissimè lædant, Sp. S. contristent, ejus charismata amittant, fides reddatur infirma, & consolatio plane languescat. Si tamen hi cadunt, Deus illorum manus, ne prosternantur, sustentat; nunquam, ut tentatio major sit, quàm possint ferre, permittit, cumq; tentatione exitum felicem præstat; opus bonum quod cœpit, etiam perficit; lychnum fumigantem afflatu Sp. S. rursus accendit, ad veram resipiscentiam certò revocati & tandem ad metam beatam perducit.

5. Atque *de hac perseverantia sua verè fideles possunt certi esse non tantùm pro tempore præsenti; sed etiam pro futuro*, idque tum ad Dei gloriam, qui eos gratiosè & potenter contra Apostasiam finalem conservat, tum ad eorum in hac miseriarum & tentationum valle consolationem eximiam. *Habent enim fideles de hac sua Perseverantia & fideli custodia Dei & Salvatoris nostri non tantùm promissiones certissimas, Verbo Dei luculenter expressas, verùm etiam Sp. S. internum testimonium, qui cum Spiritu nostro testatur*, quòd Filii Dei simus, *quo etiam in diem plena redemtionis obsignamur*, quique hæreditatis cœlestis est infallibilis arrhabo.

6. Non tamen Electi, propterea, quòd Perseverantiæ suæ certi sunt, *ad omne genus peccata, flagitia, scelera, maximámque carnis securitatem, fenestram sibi aut portam aperiunt*; sed per inhabitantem Spiritum DEI in veritatis, pietatis, charitatis & gratitudinis via omni collato studio incedunt; opera carnis & membra terrestria sua mortificant ad novam vitam subinde resurgunt; student pietati & bonis operibus; DEUM timent; à peccatis sibi cavent; denique operantur cum timore & tremore salutem.

7. Dat enim illis Deus *cor novum, & Spiritum*

ritum novum, efficitque, ut in statutis suis ambulent, & jura sua faciant; fiántque tanquam arbor plantata ad rivos aquarum, quæ fructum edit in tempore suo. Revera enim, qui ex Deo natus est, peccatum non facit, quoniam semen ejus manet in ipso, nec potest peccare, quia ex Deo natus est.

8. Neque hinc sequitur, *omnes admonitiones, adhortationes, præmonitiones, præceptiones, minas, consilia, obsecrationes, &c. propterea esse inutiles, inanes, aut irritas*; sed sunt potiùs hæc omnia salutaria media, quibus DEUS perseverationis consilium donúmque expolit; & suos, quibus, ut hortationibus concedant locum, potenter largitur vires, ad finem destinatum perducit.

9. *Multò minus certitudo salutis, aut perseverandi spes certa, preces fidelium tollit.* Caput utique fidelium, Redemtor noster, Jesus Christus, qui de gloria sua & patris favore perpetuo non certus esse potuit, in precibus dies noctésque fuit assiduus: Neque beato Paulo mortalium quisquam in precibus fuit ardentior, in commendando sese precibus aliorum frequentior; quo tamen de salute atque corona sua vix alius extiterat certior. Quemadmodum enim nihilo segniùs agebant Moses, Josua, Gedeon, David,

David, alii, populi sancti; Duces, Judices, Reges; propterea quòd divinis oraculi certi fuerunt, traditum iri hostem in manus suas: Sic verè fideles de consequenda salute non dubii, alacrius etiam suam salutem operari, & adversus omnes tentationes pugnare non dubitant. Unde hanc de certitudine salutis doctrinam; non solida consolationis solùm: verùm etiam filialis spontaneæ atque ingenuæ pietatis Magistram esse profitemur & credimus.

10. *Si, qui verò à fide defecisse dicuntur, aut ij fuerunt hypocritæ, fidem professi ore, quam nunquam habuerunt in corde*, qualis fuit Simon Magus: *aut temporarij sunt*, qui fidei veræ & salvificæ radices in corde non habuerunt, de quibus in Parabola Christus; *Aut tales ex charitatis judicio propter professionem externam ab alijs pro verè fidelibus sua habiti*, cùm intus revera sanctificati non essent.

Concludimus ergo verbis Apostoli, *neque mortem, neque vitam, neque Angelos, neque Principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque sublimitatem, neque profunditatem, neque creatam rem aliam ullam fideles separare posse à Charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.*

Est qui

Estque hæc nostra fides, nostra spes, nostra de quinque articulis controversis sententia, quam in Scriptura S. revelatam; justitiæ, misericordiæ, sapientiæ divinæ omnino congruam & honorificam; consolationi & ædificationi apprimè servientem; pietati verò & bonis moribus inimicam nequaquam; à *Majoribus* (NB) *nostris ex verbo divino haustam, ac religiosissimè traditam, totis animis & conscientiis inoffensis amplectimur. In Ecclesiis & Academiis reformatæ Helvetiæ fidei nostræ commissis constanter etiamnum docemus.* Hanc doctrinam atque adeò veritatem salvificam totam Illustrissimis & Præpotentibus D. D. Ordinibus Generalibus, nec non Provinciarum Belgicarum reformatarum Magistratibus Orthodoxis reliquis omnibus, Ecclesiæ Christianæ nutritiis celebratissimis, commendatissimam esse ex animo cupimus. Academiarum & Ecclesiarum Belgicarum Professoribus & Pastoribus: Fratribus in Domino Jesu Christo dilectissimis, in doctrina hac ardua atque sublimi proponenda prudentiam, in propugnanda constantiam, in utroque Dei incrementum benignum, quâ possumus animorum sinceritate precamur. Deum quoque Patrem miserationum supplices humilésque oremus, atque ἀδιαλείπτως orabimus, ut sentien-

sentientes contrarium, *& gregi quem acquisivit sibi sanguine suo Deus non* (NB.) *parcentes, aut gratiosè emendet, aut manu potente sua coërceat*: denique ut Ecclesias Belgicas, & Rempublicam hanc illustrissimam universam, adversus tyrannos, adversus hæreticos, adversus omnes omnium fraudulentorum insidias clementer custodiat, protegat, conservet ad sacro-sancti nominis sui gloriam, ad Ecclesiæ & Reipublicæ Christianæ totius salutem, per Dominum nostrum Jesum Christum, cui cum Patre & Spiritu sancto sit laus, honor & gloria in secula, Amen.

f. Cujusmodi illa fuit, cujus Theologus Tigurinus, *Joh. Jacobus Breitingerus*, his verbis, suâ manu, ad Acta exaratis, meminit: *Apologeticum scriptum hoc Breitingerus in Belgio adornavit, & fratribus Belgis enixissimè id flagitantibus gratificatus fuit: qui illud asservant eum in finem, ut Remonstrantium impudentem calumniandi libidinem aliquando publicè, commodéque confundant. Quantopere autem officium hocce Theologi Belgæ probaverint, videre est ex Schedulis virorum duorum præstantissimorum, quorum apographa ad calcem hujus Apologiæ adjecta sunt.* Sed ipsam in publicam protrahamus lucem *Breitingeri*, quâ Clarissimi Viri, *Henrici Bullingeri, beatæ memoriæ,*

moriæ, Ecclesiæ Tigurinæ Antistitis fidelissimi, subscriptio Zanchiana, à sinistra suspicione quorundam modestè, solideque vindicatur. Anno; ita Breitingerus ad Patres Dordracenos; *supra millesimum quingentesimum, sexagesimo primo & secundo circiter, Hieronymus Zanchius, SS. Theologiæ Doctor, Vir nobilissimo genere natus, pietate singulari, & excellenti eruditione Clarissimus, Argentinæ, in Academia haud ignobili Theologiam professus, à Collegis nonnullis, Professoribus & Concionatoribus, non erroris tantùm, verùm etiam hæreseos atrocis accusatus fuit.* Capita accusationis primaria de doctrina Prædestinationis erant, circa quam dicebatur docere blasphema, quæ adversarii ejus commenta, Diaboli artificia, in Deum & homines contumeliosa, detestanda dogmata Satanica, Sophisticè, putida horrenda, tam publicè, quàm privatim criminabantur. Contulit se Vir optimus, præter Academias & Ecclesias celeberrimas alias, ad Tigurinas quoque, cujus Ecclesiæ, & Scholæ Pastoribus Theses suas de ea re conscriptas, exhibuit, eósque rogavit, ut dogmata illa sua, quæ tam atrociter ab Adversariis impetebantur, ad libram & normam literarum divinarum, diligenter, accuratéque perpenderent, suóque judicio tandem, & censurâ decernerent, an ea, quæ

quæ docuit vel probanda, vel improbanda viderentur.

Tigurini justæ petitioni annuendum censentes, capita ejusdem doctrinæ attentè & dextrè perpendunt atque excutiunt: Nihil aut impium, aut pugnans cum S. Scriptura, deprehendunt: dogmata, de quibus, inter Zanchium & Adversarios orta controversia fuit, modò piâ, commodáque interpretatione accipiantur, approbant, commendant, amplectuntur: Zanchium non pœna ulla, sed laude, nec ea vulgari, dignum existimant: Judicium suum scripto comprehensum, locis sacræ Scripturæ, & rationibus idoneis aliis nunciant. Heinricus Bullingerus b. m. Tigurinæ Ecclesiæ Antistes, judicio huic à Petro Martyre, in Schola Tigurina, Theologo, nomine Collegarum conscripto, manû suâ subscripsit, *Decemb.* 29. a. D. 1561.

Hæc est subscriptio illa, de qua, non ita pridem exorta est, ad vulgus, contentio diuturna & acris. Est in Belgii reformati Orthodoxis Ecclesiis Bullingeri nomen & gratum, & celebre, cùm ob libros ipsius alios, tum ob eum maximè, cui titulum fecit *Decades*(Belgæ vocant het Huysboeck) *Qui liber ab initio Reformationis semper, in Belgio, quàm ullus alius, exceptis Biblitis, lectus, & Ecclesiis, ut in cœtibus, in quibus, propter Ministr*

Secunda Remonstrantia: f. 4.

nistri defectum, viva vox audiri non potuit, legeretur, publicè commendatus fuit. Posteaquam verò in regionibus hisce, de quibusdam doctrinæ capitibus, jam per aliquot annos, vehementiùs disputari, atque multorum animi, in partium studia abrepti, hæsitare cœperant, de Bullingero quoque, cui sententiæ ipse faveret, dimicatum est, atque eum, hi esse suum; suum isti contenderunt. Contra-Remonstrantes (quos vocant) eùm sententiæ suæ planè addictum, illorum adversarium esse affirmant: *Utque manifestè de eo constet, præter Ecclesiæ Genevensis, & D. Josiæ Simleri, clarissimi, integerrimique Viri testimonium, imprimis Academiæ & Ecclesiæ Tigurinæ, de Thesibus Zanchij conscriptum judicium urgent, propterea quòd Bullingerus, ut dictum suprà, manu suâ ipsum signavit primus, atque hoc ipso ostenderit, se, unà cum* suis Collegis, sententiam Contra-Remonstrantium, velut Orthodoxam probare, Remonstrantium contrà rejicere. Remonstrantes, ex scriptis Bullingeri, omni tempore probari posse confidunt, eum à partibus stetisse suis. Cumprimis verò, ad subscriptionem hanc quod attinet; Authores libri, cui titulus est Responsio necessaria, ad Contra-Remonstrantium contrariam Declarationem, habere eam in hacce cau-

Libri hujus fol. 127. & seqq.

 sa

sa adversum se speciem probationis vel maximam, fatentur quidem, mox tamen fidem ei, authoritatémque omnem prolixè adimunt, tanquam id instanter flagitante Zanchio, fecerit, adhibita clandestina cautione: Facere enim id aliquando eos, qui, cùm naturâ sint faciliore, ægrè precibus amicorum abnuunt; aliud nonnunquam scribi; aliud scribentes servare sibi. Non quidem se hoc probare, nec tamen rarò fieri Exemplo D. Buceri, Viri celeberrimi, qui & ipse cum suis, concordiæ cum Luthero ineundæ causâ, olim tale quid fecerit, ostendunt. In tali casu, cùm apud animum aliquam cautionem & exceptionem servari oporteat, inde ostendi, quàm argumentum sit debile, quod Contra-Remonstrantes à subscriptione illa dederunt. *Tot documenta & loca alia, è scriptis Bullingerianis, numero magno collecta unica tali subsignatione eludere velle, in re seria, ineptire posse.* Quid Bullingerum ad scribendum commoverit, nec sciri à quoquam, neque expediri posse, sic enim loquuntur. Quæ ergo eum res ad istam obsignationem permovit? Quis id novit? uis expediet? Zanchium Ecclesias & Scholas peragrâsse, quò undique tales subsignationes conquireret, quarum beneficio se Argentorati tueri posset:

Cum

Cùm, ne ibi, cum ob ipsum caput, tum ol doctrinam de Cœna munere suo abdicare tur, metus erat. Venisse etiam tum Tigurum, ubi Martyrem, Virum doctissimum, amicum suum intimum offenderit, utpote qui conterraneus ipsius esset, & qui cum olim in eodem Collegio, vixerat. *Praterea Martyris authoritatem apud Bullingerum magnam, Bullingerum autem fuisse Virum mansuetum, mitem, facilem, qui ut maximè aliquid observaverit, fortè non tam facilè expedire se potuit argumentis à Martyre, in difficili hoc argumento, si quando super hoc loquerentur, in medium allatis.* Fortè etiam scriptionis interpretationem sibi reservâsse, &c. Summa huc redit, *non posse de Bullingeri sententia & mente ex hac subscriptione judicium ferri: Sed id quod passim, & perpetuò in scriptis suis inculcet, unica toti subscriptioni praferri debere.*

Hîc ego non possum, nec debeo veritatem celare eos, quos esse veritatis ignaros apparet, quicunque illi demū fuerint. Omnibus sanè, hoc pietatis officiū, à me deberi agnosco, ut, quæ res Bullingerum ad scribendum permoverit, ne circa Historiam istam quicquam hallucinetur, modestè solidéque expediam. Mihi certè, qui Bullingeri memoriam, prædecessoris mei sanctissimi, velut Patris mei charissimi, de Eccle

ſia Chriſti præclarè, de patria optimè meriti, inſtituto peculiari quodam, & filiali affectus, veneratus ſum ſemper, religio eſſet, documenta hæc premere, quæ providentia quædam Dei ſingularis, pridie quàm Tiguro eſſem profectus, in archivis Eccleſiæ Tigurinæ agenti aliud, obtuliſſe videtur.

Sic autem a. 1561. Decemb. 23. ante judicium illud ſcriptum Bullingerus ad Martyrem: *Valde oro, ut omnium noſtrûm nomine, judicium breve conſcribas, quod judicibus deputatis, Zanchius offerre poſſit.* Sub ſchedæ calcem: *Proinde, quod initio dixi repeto, & oro.*

Martyris deinde authoritati, Viri virtute ſanè & merito, cùm apud Bullingerum, túm apud omnes doctos, piósque longè maximis, in hoc negotio quicquam tributum à Bullingero fuiſſe, in literis illis nec mentio, nec veſtigium ullum. De cauſis moventibus Bullingerus ipſe ſic ajt: *Judico, Zanchium non deſerendum eſſe, quia eſt vir doctus: quia eſt Miniſter fidelis: quia periclitatur propter veritatem: denique in quo eſt eximia ſpes, plurimum juvare poſſe Eccleſiam, ſi in hac cauſa, non ſuccumbat, & per æmulos ejiciatur: Si enim ejiciatur, corrumpent & ſubvertent Scholam & Eccleſiam afflictam ſatis.*

De

De thesi Prædestinationis primaria Bullingerus quid senserit, quid probaverit, aut improbaverit, antequam Martyr judicium illud commune conscripsisset, fatetur ibidem, per quàm ingenuè. *Propositio,* inquit, *de necessariò damnandis & servandis clara videtur. Et si ita nuda proponeretur populo, majore cum offensione quàm ædificatione proponeretur.* Hoc Bullingeri judicium liberum, & ad Martyrem ingenua atque rotunda Confessio, profectò simulationis, æquivocationis, clandestinæ cautionis, seu mentis reservationis, suspicionem omnem vel sola diluit: Idque hoc etiam magis, quòd Zanchii propositio illa, quanquam Bullingero visa sit dura, &, nisi vestiretur, plus habitura ostensionis, quàm ædificationis, non statim tamen blasphema quoque, impia, falsa, aut Sacræ Scripturæ contraria visa est. Sic enim ibidem: *Etsi dura videtur, &c. quia tamen legimus, Joh.* 12. Propterea credere non potuerunt, quia scriptum est; Excæcavit, &c. Joh. 10. Vos non creditis, quia non estis ex ovibus. *Et iterum:* Nemo rapiet, &c. *Item:* Seducerentur electi, si fieri posset, Rom. 8. Quis separabit, &c. *Propositio sano sensu recipienda est. Reliqua theses, de Prædestinatione Sanctorũ, & fide & perseverantia, &c. Cum legamus in Augustino, Doctore*

Catholica, qui & sua firmavit Scripturis, ea approbare non est difficile.

Quare, si de judicio Bullingeri privato & proprio quæritur, de eo jam constat. Si de precibus quæstio est, non ipsum Martyr; sed Martyrem ipse, & quidem valde oravit. Si causas quærimus ipsum moventes, non tam discrimen, quod Zanchio ab adversariis imminere, Vir optimus doluit, quàm Zanchii eruditionem, pietatem, imò Ecclesiæ & Scholæ Argentinensis, ipsius afflictionem, calamitatémque futuram inveniemus. Si quæ ipsum præterea movit authoritas, ea non Martyris, sed Augustini fuit, imò sacrarum literarum ipsarum, quibus Augustinus sua firmavit,

Scripsit hæc Bullingerus ad Martyrem Collegam suum, sed eodem tempore de re eadem scripsit, ad D. Johannem Sturmium, Academiæ Argentinensis Rectorem. Acceperat Bullingerus jam ante, capita quædam de Prædestinationis doctrina, extracta ex libris Concionatorum Argentinensium, & ad ipsum transmissa. Ex quibus videre est harum controversiarum, neque ignarum, neque in pronunciando fuisse præcipitem. Perstringam ex plurimis pauca. Distinctionem voluntatis Dei in revelatam & non revelatam; in efficacem & no[n]

Extract. ex lib. Concion. Argētin Msc.

non efficacem, quam Augustino tribuunt, concionatores figmentum sacrilegum, callidum, fraudulentum, à Diabolo inspiratum, Diaboli mendacium vocant. Decreta Dei mutabilia esse, Deum æterno amore amplecti omnes, æterno odio odisse neminem: necessitate Prædestinationis tolli liberum arbitrium; Electos à sua electione excidere, & ex electis reprobos fieri posse. Certum numerum Electorum asserere, diabolicum esse, & doctrinam diabolicam. Etiam reprobos Christo à Patre datos affirmant. Causam electionis & reprobationis non esse necessariam, & immutabilem propter Dei præscientiam, & prædestinationem. Dicere, Christum non orâsse pro omnibus, neque pro reprobis etiam, Christo contumeliosum esse. Christum pro omnibus sufficienter, non etiam efficaciter satisfecisse, blasphemiam esse. Patris tractionem nihil esse aliud, quàm prædicationem Evangelii. Deum omnes æquè efficaciter & vocare, & eligere, & omnes donari Spiritu sancto, qui vocentur. In voluntate humana positum esse, Dei munera, quæ ex æquo omnibus proponuntur, dum offeruntur per Ministerium, in quo Spiritus S. est efficax, aut accipere, aut spernere. Fidem non dari tantùm semel; & probari

non posse, fidem semel datam, nunquam prorsus amitti. Augustinum in libro de Gratia & Libero arbitrio blasphemum esse, & depravare Scripturas, &c.

Remonstrantes hos Zanchii adversarios, agnoscunt pro suis, eósque viros sententiæ suæ appellant. Sic autem Bullingerus ad Sturmium, Decemb. 30. anni ejusdem: *Etsi nunquam scripserim ad tuam humanitatem, Sturmi doctissime: Semper tamen amavi te, propter dona illa, tibi à Deo concessa, sanè præstantissima. Semper oravi Dominum, ut tibi dona augeat, illa & à malo conservet: atque in præsentia te vehementius amo, quem audio summa fide, & diligentia exquisita juvare causam religionis, alioquin afflictam, ab ijs maximè, qui Antistites religionis sincerissimi videri volunt.* Dominum oro, ut eos illuminare dignetur Spiritu suo, & pectora ipsorum à noxiis expurgare affectibus. Rectè autem facis, qui causam religionis suscipis defendendam: Fecerunt hoc ante te in Ecclesia Christi Rhetores, & Philosophi præstantissimi, quod ipsum testatur Historia Ecclesiastica. proinde te oro, Vir præstantissime, ut quod facis, facere pergas. Dominum oro, ut tibi adsit. Odii causam, quo Zanchius tum vexabatur, non esse Zanchii monstrosam aliquam, impiamve de

Præ-

Prædestinatione doctrinam, sed quidpiam aliud, & sentit & tangit. Causam Eucharisticam, inquit, quam defendimus adjuvante nos Domino, jam multis annis scis esse optimam, expeditam, invictam: *Propter hanc odium sustinet D. Zanchius, Vir præstantissimus, qui sanè propter theses de Prædestinatione, & perseverantia sanctorum minimè vexaretur, si quorundam Doctorum crassam & minimè sibi constantem doctrinam de Eucharistia probaret atque doceret.*

Augustinum porrò, & Zanchium in doctrina de Prædestinatione, & S. Cœna, Orthodoxos, & quidem adeò conjunctos agnoscit, ut útriusque de utraque sententiam aut simul damnari, aut simul admitti necesse sit. Ita enim inquit: *Sicut autem illi doctrinam Augustini, Doctoris in Ecclesia Catholici, de Cœna despiciunt; ita & ejusdem de Prædestinatione sanctorum damnabunt, si Zanchij reprobant. Horrendum autem esset in tam celebri Urbe, tanti Doctoris (Augustinum intelligo,) doctrinam condemnari. Proinde honestissimè Zanchij causam tuendam sumis, piè, vetus Ecclesiæ dogma defendis, ut jam non commemorem, te pariter præcipuorum nostræ Ecclesiæ Doctorum authoritatem tueri.*

In primas nuper Bullingeri incidi curas αὐτογράφυς, quibus postrema hæc pe-

 riodus

riodus ita concepta legitur: *Sicut autem il doctrinam eandem de Cœna Augustini despiciunt; ita & ejusdem doctrinam de Prædestinatione non possunt non damnare, si Zanchij reprobant. Cæterùm, horrendum hoc esset, si tanti in Ecclesia Doctoris, tanta felicitate contra Pelagianos triumphantis authoritatem convellere pergerent, &c.*

Ergò, si quos Zanchius habuit adversarios, Remonstrantes eosdem habent Patronos, & eosdem appellant viros sententiæ suæ. Bullingerus autem de eisdem pronunciat, ab illis damnari doctrinam Doctoris Catholici: Oppugnari vetus Ecclesiæ dogma. Esse hoc ipsum horrendum, affligi Ecclesiam ab ipsis, eorum pectora noxiis laborare affectibus: orátque pro illis Dominum, tanquam pro errantibus. Sturmium adversus ipsos certantem, & Zanchium defendentem collaudat; sponte currenti calcar addit, & ut ejus conatibus Dominus adsit, precatur: nec, Bullingerum sententiæ suæ addictum, Remonstrantes commodè, tutòque haud dicunt. Cæterùm, ne sic quidem Bullingerus defunctus suo sibi visus est munere; sed Mense Aprili, anni sequentis, ad Illustriss. Principem Fridericum Palatinum Rheni, Electorem quoque

scripsit

ſcripſit de re eadem. *Non ignorat, &c.* Vid. *ſup.* p. 830. totam Epiſtolam.

Sunt hæc documenta, numero pauca quidem; attamen ejusmodi documenta, quæ Bullingerus ſuâ manu vel ſcripſit integrè, vel ſignavit, atque in unum à ſemetipſo conjecta faſciculum in Eccleſiæ Tigurinæ Archivis depoſita, ſtudiosè ſervari, & transmitti ad poſteros voluit. *In his ergo ea inveniri exiſtimo, quæ omnem de tanto Viro ſuſpicionem ſiniſtram non modò obliterare; ſed prorſus eradicare poſſint animis illorum, qui ſinunt quemque optimum ſuæ ſententiæ eſſe interpretem, & cuique de ſua mente ſanctè coram Deo teſtanti, fidem maximè adhibendam eſſe:* Bullingerus ſanè, Vir religioſiſſimus, in dictis & factis & prudens & conſtans, rerum uſu & ſenio venerandus, tantos Germaniæ Principes, ut rem iſtam apud ſe ſe diligenter expendant, viróſq; rerum tantarum gnaros, Verbi Miniſtros, Profeſſores, Conſiliarios, Jurisperitos adhibeant ſeriò monet, ut laboranti ſanæ doctrinæ, & innocentiæ Zanchii, maturè auxilium ferant, ſupplex orat: Si id fecerint, facturos Chriſtianis Principibus rem præcipuè dignam. Conatibus piis Chriſtum non defuturum, Eccleſiam Dei afflictam, beneficium inæſtimabile, ipſorum Celſitudinibus acceptam laturam: laudes

Armin. Epiſt. ad Hippolytum.

laudes denique immortales à posteris, præmium amplissimum à Deo, illis promitti. Quare quam Builingerus Zanchii doctrinam tam solicitè, tempore diverso, notis ignotis, domesticis, exteris, privatis, Magistratibus, denique ipsi Deo commendat, seriò quoque eam ceu Orthodoxam fuisse amplexum, neminem dubitaturum confido. *Mirabuntur, scio, tum Ecclesiæ Scholæque Tigurinæ Pastores ac Professores, ad Bullingeri pedes non educati tantùm; verùm etiam ipsius doctrinæ, veluti sacris literis examussim conformis, religiosi custodes, tum alij plurimi, qui Bullingerum audivere docentem, mirabuntur, inquam, quempiam de Bullingero suo suspiciones movere, quasi in tanti momenti rebus aliud scripserit, aliud in mente servaverit sibi:* Quæ fuerit Viri sinceritas, quæ Orthodoxiæ tenacitas, qui candor ingenii, cùm animi generositate conjunctus, quod, judicii exquisiti rerum, dexterrimúmque acumen, nôrunt tum alii plurimi, tum Bucerus præ cæteris, qui & ipse quoque Tigurum venit, temporibus difficillimis illis, quibus inter Orthodoxos & Lutheranos quæsita concordia fuit, studio, contentionéque omnium maxima. Bullingerus autem moderatissimus aliâs, Schismatis ubique & scandali, sive curandi sive tollendi causa paratus

tus omnia & pati, & facere; tamen neque abſentis Buceri literis, neque præſentis urgentiſſimis precibus adduci potuit, ut voce unica vel ſpecietenus de ambiguitate ſuſpecta, pacem incertam & lubricam redimeret. Manſuetus fuit Bullingerus, mitis fuit & facilis, manſuetudinis ac charitatis prorſus ſingulare exemplum: Simulator tamen, aut in horas mutabilis non fuit, æquivocatores certè, & ſermonis interpretationem mentalem ſervantes ſibi, ſancta anima ejus non probavit. De tremendo Prædeſtinationis, & in ſcrutabili myſterio ſenſit, docuit, ſcripſit orthodoxè, parcè, prudenter. Cumprimis ad gratiam Dei, cujus fuit præco eximius, quicquid homo aut boni haberet, aut eſſet, liberaliſſimè retulit. Prædeſtinationem Dei nulla niti, aut mereri vel dignitate, vel indignitate noſtra; ſed ex mera gratia, & miſericordia Dei Patris in ſolum reſpicere Chriſtum: Chriſtum eſſe juſtitiam noſtram, vitam & Reſurrectionem, denique plenitudinem, & abſolutionem fidelium omnium, ſalutémque & ſufficientiam abundantiſſimam. Promiſſiones Dei, quoad gratuitam ejus miſericordiam, certam & æternam ſalutem ad Electos ſolum pertinere, eásque non aliter, quàm fide percipi poſſe. Hallucinari eos

eos, qui exiſtimant prædeſtinari à Deo ad vitam ſalvandos, propter merita, vel bona opera, quæ in ipſis prævidet Deus, ſecundum Apoſtolum dicentem: Elegit nos in Chriſto in ſe ſe, juxta beneplacitum voluntatis ſuæ, ut laudaretur gloria gratiæ ſuæ: Cauſam & originem fidei deduci non ex homine ullo, vel ex ullis hominum viribus; ſed ex ipſo Deo, qui per Spiritum S. infundat in corda noſtra, fidem, per verbum ſcilicet, medium, & ordinem hominibus congruum. Salutem verò credentium non poſſe non eſſe certiſſimam, modisque omnibus indubitatam, præſertim cùm ipſe Dominus in Evangelio dicat: Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quiſquam de manu mea, &c. Quotquot ſalvantur, eos fidem ſuam, perſeverantiam ſuam, ſalutem ſuam, ſoli in Chriſto gratiæ atque miſericordiæ Dei: quotquot damnantur, eos incredulitatem ſuam, perfidiam ſuam, ſibi debere. A vocationis, à fidei, à regenerationis & ſanctificationis, gratuito dono, ad Dei conſilium de Electione, æternam, evexit ſalubriter in Evangelio tamen, ceu voluntate DEI revelata, acquieſcendum eſſe tuto atque humi

humiliter : nec Dei ſcrutanda arcana docuit & pulchrè & ſuaviter. Ut dona à Deo accepta quæ cuſtodiat & exuſcitet; vocationem & Electionem firmam efficere ſtudeat; cum timore & tremore ſuam operetur ſalutem; inertiâ ſuâ, malitiâve illa neque extinguat, aut perdat : neque, quantumvis graviter lapſus, de Dei in Chriſto bonitate reſipiſcens deſperet ſecundùm tenorem S. Scripturarum, magno cum zelo & fructu prudentiſſimus juxta, & fideliſſimus myſteriorum Dei œconomus, tradidit. Ab omni phraſi duriori abſtinuit lubens, aut eam piâ & commoda interpretatione ad Dei gloriam & Eccleſiæ ædificationem ſtudiosè, religioséque traduxit. *Quæ tractavit pro concione ad fidelem plebem, ea tractavit parcius, cautius, & ad auditoris promiſcui captum, id quod prudentis, & fidi paſtoris eſt. Rurſus hæc ipſa eodem inter eruditos & horum capaces tractavit plenius, liberius & rei ipſius naturæ convenienter:* Id quod Doctoris verè docti, ingenui & gravis eſt. Unde Bullingeri perpetuum modum docendi, Zanchianæ ſubſcriptioni, aut ſubſcriptionem perpetuo docendi modo, nemo niſi malignus interpres opponet. *Si quis tamen omnino velit contendere, in ſcriptis Bullingerianis, inveniri diverſa de Prædeſtinatione, & quæ ab*

ea

eà dependent. ipsum meminisse velim hoc unum quod olim dixit vir magnus: Augustini libros dogmaticos tantò præstantiores esse homiliis, quantò superat imperitum peritus! Hæc est mascula illa pro *Bullingero* Apologia, quam Synodum magnifecisse, ne *Heinsius* quidem suo judicio dissimulare potuit. Reverende (ita *Daniel Heinsius*, Synodi Secretarius ad Breitingerum) & Clarissime Vir: Legi, quantum in Conventu Politicorum, licuit, Apologiam R. T. *Cujus nomine, dicam ex animo, omnes boni, omnes verè pii, multum R. T. debent. Neque possum dubitare, quin brevi eam publici juris sis facturus. Hoc revera suaserim: Novi enim, quàm hoc gratum multis futurum sit.* Et *Jacobus Rolandus*, Pastor Amsterodamensis, & Synodi Nationalis Assessor primarius: Reverende Vir, clarissime, & doctissime Dn. Breitingere: Hesterno vesperi, domum reversus, cœpi legere T. R. Apologiam: Legi autem & absolvi uno quasi spiritu: Usque adeò ejus cognoscendæ desiderio tenebar. *Ejus nomine multum nos T. R. debere profiteor: In ea enim T. R. non minus solidè, quàm modestè demonstrat, quæ fuerit summi illius Theologi, ac celeberrimi olim Ecclesiæ vestræ Tigurinæ Antistitis, D. Bullingeri, p. m. de Prædestinatione Orthodoxa sententia, idque ex ipsiusmet manu scriptis, actis & literis,*

literis, ut depuduisse omnino oporteat nostros Remonstrantes, qui tantum Theologum à suis partibus stetisse, ubique ferè asserere, & ejusdem authoritate ad suæ de Prædestinatione hæreticâ sententiæ suffragium abuti audeant. Judico igitur T. R. in ea adornanda Ecclesiis nostris utilissimam simul ac gratissimam operam navâsse.

g. Rata enim & grata omnia fuisse, quæ nomine Ecclesiæ Tigurinæ Dordrechti per *Breitingerum* gesta sunt, probavit, 1. *Amplissimi Magistratus, & Venerandi Ministerij liberale* in rei feliciter tractatæ μνημόσυνον, publicè ei destinatum, de quo Celeberrimus Scholæ nostræ Theologus, *Joh. Rodolph. Stukius*, in sermone funebri. *Belgicæ*, inquit, *Ecclesiæ Breitingerum inter illustria Synodi illius celeberrimæ, adversus Arminianos celebratæ, sidera suspiciunt, venerantur. Hoc in virorum summorum consessu, non fuit otiosus spectator, aut κωφὸν πρόσωπον; sed & optimorum consiliorum author vel fautor, & metuendus Heterodoxis veritatis assertor. Heic Clarissimum illud Ecclesiæ nostræ lumen, ab Adversariorum contumeliis in partes suas illum trahentium, cæteros nostros Majores à virgula zelotarum quorundam censoria vindicavit. Bogermanus, Synodi Præses, Rolandus, primarius Assessor, & Heinsius Secretarius, Apologiam Breitingeri pro Bullin-*

gero mirificè probârunt, & pro extorto hoc Arminianis zelo gratias illi egerunt. Reduci igitur ob res præclarè in Belgio gestas, Amplissimo favente Magistratu, Collegæ, & Fratres meritò acclamârunt.

Breitingere venis Batavis gratissimus
 hospes
Ut grave dissidium, docta pietate ju-
 vares,
Tollere. Re gesta quia tam feliciter
 oris
Expectate redis patriis, tibi munere
 parvo,
Ingenti voto, fratres gratantur ovan-
 tes.

Aureum ἔπος, auro etiam incisum, probat satis, non improbâsse universum domi Collegium, quæ foris doctissimus, & Belgis honoratissimus; de quo mihi non obscurè ex magnorum Theologorum judiciis, αὐτηκόῳ constat; solidè, doctè, & cumprimis perspicuè, asseruit Collega.

2. *Publica oratio*, Ecclesiæ Scholæque Tigurinæ *nomine* à Johanne Rodolpho Lavatero Tigurino habita; quæ Fœderati Belgii παλιγγενεσία, hoc est, solennis gratiarum actio, pro admirabili inauditæ conspiratio-

rationis, patefactione & memorabili statu totius, ut & Serenissimorum Principum Auriacorum conservatione, inscribitur, ubi sub finem:

At tu nunc, tu procul, ô scelesta
Arminiana, cunctis
Pridem assueta malis, cohors, facesse.
Dicite, dicite, & vovete cuncti ô Arminiani
Excidat illa dies ævo, ne postera credant
Sæcula: Nos certè taceamus, & obruta multa
Nocte tegi propriæ patiamur, crimina gentis.

3. Ipsa *Acta*, à Breitingero studiosè collecta, in quæ ita prodemiatus est: *Habes*, Lector, *Acta celeberrima illius Synodi Belgica ab Orthodoxis celebrata Dordraci Batavorum, adversus errores Jacobi Arminij, Theologi Lugdunensis. Ortum controversiarum, & progressuum oratione eleganti & brevitate felicissima complexus est Clariss. Vir, D. Rodolphus Lavaterus. Mea hec acta collegi cùm in usum privatum, tum ut gratificarer Ecclesia Tigurina, ejúsque*(NB) *futuris Ministris*. Hunc veritatis triumphum quâti fecerit, *Breitingerus* ejusdem, μακαρίτης

 jam

jam proferemus verbis: Jhne hat über allei Gold und Geldt gefrewt / daß diß grosse / uni gar weit aussehende Werck / durch Gottes gant besondere Gnad und Güte so glücklich abgegangen: Die bösen Secten der Arminianeren, und Socinianeren getüschet / und die herzlichen Länder Holland / Gelderland / Seeland / Frießland / und andere wider zu Einigkeit / Frid / und Ruh gebracht worden.

XXXIII. Vidimus Prædestinationis Historiam inde à Reformatione ad nostra usque tempora deductam, & paulò operosiùs erutam; superest, ut promissa usui nostro inserviant in sequentibus theorematibus. Notandam igitur

א *Vel temerarios esse, vel ignaros, qui scripta in dias auras extrudere non erubescunt, quibus hodiernam Ecclesiam Helveticam, Tigurinam cumprimis, aliud jam docere, aliud docuisse olim, ac proinde Majorum successores potius esse, quàm discipulos, apertè traducunt.* Nihil enim Theologi Helvetii Dordrechti admiserunt, vel subscripserunt, quod vel Confessioni Helveticæ repugnaret, vel Collegarum menti, vel Majorum scriptis. *Breitingerus* ad Collegium Tigurinum *d.* 4. Mart. 1619. Dordrecht. *Judicium nostrum de articulis*

culis singulis ita confecimus, ut præter verba S. Scripturæ, Confessionis, Declarationis item tum Tigurinæ, tum Basileensis, quas veluti cynosuram secuti sumus, alia accesserint propemodum nulla: Saltem à vestra mente ne tantillum quidem discessum esse, aliquando spero, videbitis. Quin & expressis Instructionis verbis cautum erat, ne vel à Confessione, vel recepta Majorum doctrina latum unguem recederent, aut ad emendationes vel hujus vel illius consentirent. Memini, ab ipso Breitingero me nostro aliquando audire, quòd, cùm quidam existimarent, duriores saltem quasdam Majorum loquendi formulas castigari posse & mitigari, modestè se juxta ac graviter excusârint, non se missos ut in Præceptores sua virga censoria animadverterent. Nec exemplo cariturum conatum, si hæc talia in Scriptoribus Ecclesiasticis tententur: non defuturos, qui in S. Scripturas eandem sint falcem missuri. Et certè, quid de verbis necesse fuisset adeò scrupulosè torqueri, cùm de re ipsa & mente authorum orthodoxa, ex aliis satis constaret locis? Sed ad ipsam materiam. De *Zuinglio* res clara est. Cur *Bullingerus aliquandiu* moderatior fuerit, & sententiæ *Bibliandri* addictior, prolixè suprà ostendimus. *Aliquandiu* dico, & in primis Ministerii

rii annis. Paulatim enim, tot occasione certaminum, apertiùs sentire & loqui assuevisse illum, tum Ecclesiæ Argentinensis, tum Lugdunensis cumprimis, tristissimi conflictus palàm faciunt. Et in hoc quidem, ut diximus, nihil planè adversariis reliquit, quod in suum trahere possent commodum: Vide p. 874. *Gualtherus*, quàm doctè, sobriè & solidè de his capitibus instruxit Ecclesias Rheticas? *Stumpfius* successor in causa Huberiana, cum Collega Stukio, Pauli & Augustini zelo, in hoc capite, penè fervebat. Cúmque D. *Nicolai*, paulò pòst, horrendo, & Theologo prorsus indigno abortu, de *Deo Calvinistarum*, Zuinglium cumprimis, ejúsque de Providentia sententiam exagitaret, non deerant ex nostris, qui duro huic nodo commodum adhiberent cuneum. Mitto, quæ in luce publica, omniúmque manibus sunt: obtulit non ita pridem Clarissimus, idemque conjunctissimus Collega, D *Joh. Conradus VVirzius*, Ecclesiæ Tigurinæ Minister ad Sp. S. meritissimus, Apologiam *Burkhardi Lemanni*, Stumpfii in Antistitio successoris, viri solidè eruditi, contra horribilem Nicolai vomitum, ἀνέκδοτον, qua tetras planéque ἀθεελέγχους de *DEO Calvinistico* calumnias ita abstersit, ut & Zuinglii de Providentia Dei, salute Aristidis,

dis, Numæ, Herculis, &c. mentem pleniùs explicuerit, illustrârit, vindicârit; usitato Scriptoribus Tropo (quæ postea cóciliandi ratio *Marco Beumlero* in Apol. contra Jac. Andreæ etiam non displicuit) ut suam quoque nomine Ecclesiæ Tigurinæ, p. m. 75. his verbis expresserit: Was geredet wird von Gottes fürsichtigkeit / nach dero er alle ding verwaltet und regieret / die bösen alßwol alß die guten / und die guten alßwol alß die bösen / das mag auch verstanden werden von der freyen-wahl der Außerwehlten / da sagen und bekennen wir mit der H. Schrift: Die da selig werden / daß sie selig werden auß Gnaden / durch den glauben in Jesum Christum: Dargegen die da verlohren werden (deren wir uns doch nicht mit hauffen annemmen) daß sie verlohren werden auß eigner hertigkeit jhres Hertzens / und unglaubens durch den gerechten willen und urtheil Gottes. Es ist nicht minder / es stoßt sich fleischliche vernunft nicht wenig an disem Artikel: Wann wir aber unseren armen verstand da gefangen nemmen / und gedenken / daß der ewig Gott (wie zum oftermal vermeldet /) in allen seinen Wercken heilig und gerecht ist / und uns mehr mit Gottsforcht und glauben in die ding richten / alß mit unnöhtigen und spitzfündigen fragen / sind es trostliche ding. Dann / was kan je grössers / und trostli-

chers seyn / dann wann der Mensch versteh und weißt / daß all sein heil und seligkeit her langet nicht auß und von jhme selber / dan wann das were / wurden wir es verschüten / un drum komen alle stund und augenblick / sonder daß es gründet ist in dem ewigen und mehr dan Vätterlichen willen Gottes unsers himlischen Vatters / von dessen hand und gewalt uns niemand wird mögen reissen. Wie / demnach / das des Menschen gröste trost in allem Creutz und leiden ist / insonders wann er sol auß diser zeit abscheiden: Also ist es auch das rechte fundament Christenlicher Demuht / lob und dancksagung / und daß wir den getrewen Gott / der uns geliebet hat in Christo Jesu seinem fürgeliebten Sohn / da wir nichts und nirgends waren / widerumb werden lieben / und uns befleissen seines heiligen willens und wolgefallens.

Hactenus *Lemannus*, Breitingeri Antecessor: Qui in Ecclesia & Schola Tigurina, ad hanc nostram secuti sunt ætatem, clarius ad mentem Synodi Dordracenæ, de his locuti sunt capitibus, quàm qui lucem à nobis expectent.

ב *Curas primas, omnium saniorum consensu, cedere secundis.* Sunt enim, ut habet πολυθρύλλητον, secundæ curæ accuratiores. Idque meritò. Certius enim est, & tutius, quod secundis expensum curis, veluti ru-

mina


minatur, quàm quod primis rudi quasi pe-
cillo depingitur. Solidius est, quod, invi-
tante acri adversario, in utramque venti-
latum partem, tandē determinatur, quàm
quod extra disputationis æstum, & insidio-
sas contra dicentium latebras, securius as-
seritur. Indignum proinde est, in malæ
causæ subsidium, pessimè conferruminata
magnorum Virorum ea etiam judicia soli-
citari, quæ secundis curis vel emendata,
vel illustrata esse, ipso jubare meridiano
clarius apparet. Aliquid *Bullingerus*, initio
Ministerii, Vir admodum juvenis, Præce-
ptori suo in doctrina Prædestinatiaria de-
tulerit: Venientibus tamen annis, & variis
ex malè intellecto profundo illo mysterio,
observatis absurditatibus, non modò men-
tem suam *Petro Martyri* per omnia confor-
mem esse voluit; sed & expresse omnibus
illis, qui scripta ejus sinistrè percepta, vel
Paulo vel Augustino opponerent, crimen
fallaciæ divisionis manifestum impegit;
Vid. sup. 872. Quæ igitur temeritas est,
invito Bullingero, quem ipse adeò disertis
vel deprecatus, vel detestatus est verbis,
sensus commentitii affingere consensum?
Persuasissimum habeo, Bullingerum tan-
dem per δευτέρας φροντίδας, non aliorum pre-
cibus, vel authoritate; sed scientiæ & con-

fcientiæ fuæ motu fpontaneo, didiciffe, pe riculofam effe de Prædeftinatione doctri nam, quæ vel quicquam libertati Dei; fiv gratiæ in eligendis, five juftitiæ in repro bandis derogaret; vel hominem falutis fua arbitrum & fabrum conftitueret.

3 *Certitudinem dogmatis afferti, à modo afferendi, diligenter diftinguendam.* De dogmatis certitudine, ad exemplum Auguftini, ex facris literis apud nos recepti, nihil fcrupuli relictum effe exiftimo. In tradendi tamen modo ita noftri verfati femper funt, ut ad ædificationem omnia facerent. 1. Ex *jure* Dei *abfoluto*, Zuinglius fuam Prædeftinatiōis doctrinam potiffimum accerfivit, quam negare, eft ipfam Dei in dubium vocare Majeftatem: Cæteri omnes ex *jure ordinato*. Unde, qui Zuingliū ordine fecuti funt, Objectum Prædeftinationis conftanter hominem lapfum conftituerunt, &, per lapfum, miferum, reprobabilem. In cujus fententiæ explicatione *Myconium* præclaram fuo jam tempore navâffe oftendimus operam. 2. In *Electione* proponenda, & explicanda, quàm reprobatione inculcanda, noftri femper fuerunt ardentiores. Non ut hanc negarent; fed quòd de illa fideles ex verbo Dei; ut, cui falutem fuam acceptam ferre deberent, non ignorarent; inftrui plus refer-

referret. Unde & *Confessio* nostra in illa potissimúm fuit occupata, & Theologi etiam in scriptis suis de hao parciores sunt. *Lemannus* in Apolog. cit. meritò hoc in D. Nicolai pag. 78. & 81. reprehendit, quòd de reprobis libentiùs disserat, quàm electis, illorum potiùs, quàm horum patrocinium suscipiat. Et deplorandum profectò est, pleràsque, quæ Ecclesias distrahunt, lites, reprobos concernere. Da wir doch (ita verba authoris habent,) von denen (verworffenen) nicht alß gern vil reden und fragen/ alß diser Doctor: dann was gehen uns die voraussen an/ spricht Paulus 1. Cor. 5. 12. Hac Methodo noster *Bullingerus* cum primis delectabatur, ut ex *Confess. Helvetic.* C. 10. Tract. *de solide fundamẽto*, c. 10. & aliũde: patet, ita tamen, ut etiam cùm ægrè de Reprobatione videatur locutus, locutus tamen fuerit vel expresse, vel tacitè, eámq; κατ' ἀνΐθεσιν subintellexerit. Unum liceat addere: Adeò Amplissimum nostrum Magistratum de hujus dogmatis sana doctrina semper fuisse solicitum, ut sub finem Seculi superioris 1596. amicè & familiariter; quod in hac Ecclesia singulare est κειμήλιον; duo Ministerio suo curæ, circa hoc caput, porrò esse voluerit, *sobrietatem*, & *concordiam*: Non tam

tam quòd alterutra deesset, quàm ut utra que perennaret. Sed manum tandem d hac tabula.



CAPUT VII.

Defectum Vocationis Romanæ Reformatoribus non obstare.

Frustra humanam urgeri Vocationem ordinariam; ubi divina occurrit extraordinaria. Ecclesiam Tigurinam in prima, à Gentilismo, Reformatione Romæ parùm debere. In ipso Papatu Papæ tribunal non ἀνυπεύθυνον agnovisse. Compendium totius Historiæ Ecclesiasticæ Tigurinæ oratione exhibetur.

1. Hæc de *Vocatione* Reformatorum Zuinglii præsertim, ordinaria & extraordinaria; divina & humana; Romanam non accessisse nihil incommodat, tum quòd tantò sit dignior vocatio, quantò ipsa vocantis major est authoritas, nec de homine soliciti esse debeamus, ubi ipso immediatè Deus aurem vellicat, & in mes-

messem suam operarios extrudit; tum etiam, quòd Ecclesiæ Tigurinæ ne prima quidem sparsi Evangelii semina vocationi ordinariæ Romanæ accepta ferri debeant; tum *denique*, quòd ne florentissimis quidem, in orbe Europæo, Pontificis rebus, Ecclesia nostra vel mandata Pontificia, citra limitationem, admiserit, vel judicium ejus *ἀνυπεύθυνον* agnoverit.

Prolixè ostendimus, Zwinglium vocatum esse *οὐρανόθεν, extraordinariè*: vocatum *ordinariè*, à superiori etiam Episcopo Constantiensi, ad eversionem mensarum Trapeziticarum Samsonii; vocatum â Capitulo Tigurino; vocatum à Magistratu, vocatum à plebe. Nihil superesse video, ad vocationem Zwinglii, vel ex adversariorum etiam saniorum hypothesibus; nisi quòd Romanam defuisse, Pontificis authoritatem, rigidiores clament: Sed frustra. Accepit Ecclesia Tigurina prima Evangelii semina non per Romanos vel Episcopos, vel missarios. Alexandrinis & Hierosolymitanis Episcopis primam ex Gentilismo reformationem debemus, non Romanis, quibus nonnulli confirmationem tantùm in recepta

cepta religione tradunt. Neque, qui in his oris initio præconiare cœperunt Evangelium, ad id ordinati erant, milites quippe Legionis Thebææ, &, præter primam inſtitutionem aut ordinationem Pontificis, πρωτοκήρυκες Helvetiæ. Tum enim demum, cùm ſacris renuntiare, Diis offerre juberentur, Martyres conſtantiſſimi, occaſionem nacti ſunt, exauctorati, ejecti, pulſi, ut in has delati regiones Chriſtum prædicarent, Felix, Regula, Exuperantius. An verò propterea, quòd Romani Epiſcopi juſſu & authoritate, prædicandi vocationem non haberent, irrita illorum fuerit opera? Primordia hæc erant Chriſtianiſmi apud Tigurinos. Poſtea, cùm per Rupertum Seculo VII. & Carolum M. Seculo IX. Miniſterii publici ratio haberetur major, & certus Fratrum, ſive Canonicorum, qui divinis operarentur, conſtitueretur numerus, non illud Pontifici; ſed Carolo Mag. ceu Collegii Fundatori tribuitur. Pontificis Romani in Vocatione adeò non habebatur ratio, ut pleraque juris Epiſcopalis, Inveſtituræ, &c. pluráque alia privilegia ab Imperatoribus noſtri acceperint. Libera facultas eligendi Præpoſitum, Henrici IV. & Anteceſſorum fuit privilegium. Hoc Privilegium ne à Pontifice quidem eripi

eripi sibi voluit capitulum. Unde unanimi Collegii consensu a. Ch. 1243. fuit sancitum, ne quid in præjudicium capituli à Pontifice extorqueretur: *Quòd si* (sunt verba ex autographo) *forsan prabenda vacante vel non vacante, ubi quis gratia sedis Apostolica, vel ejusdem authore rescripto ad nos obtento, se admitti petiverit, volumus & statuimus, ut nullus tali mandato obediat, vel eundem recipiat, nisi, visis literis & inspectis, Capitulum, vel major pars ipsius (quam ad minus numero 14. volumus comprehendi,) conveniant & concordent, quod magis Ecclesia expediat, & hujusmodi mandato meritò debeat obediri.* Unde cùm anno Christi 1427. *Felix Malleolus*, à Pontifice Collegii Præpositus designatus esset, Collegium assensum præbere noluit; sed Henricum Anensteter elegit: cui postea Malleolus, pacis & concordiæ studio, libenter cessit. Et quanquam, quæ Seculorum illorum consuetudo fuit, Pontificis authoritatem in aliis contemnere non potuerint Ecclesiæ Tigurinæ Ministri, ab eo præsertim tempore, quo ordines Mendicantes, qui manus rapaces ubique immiserant, ordinariis Curatis & Plebanis insidiati, frænandi erant, observo tamen, Ecclesiam Tigurinam nec jus vocandi, quod capitulum tot Seculorum fluxu sartum retinet,

net, eripi sibi voluisse, nec cum illis fecisse, qui Pontificem Ecclesiæ vel Concilio præferunt. In statutorum Collegii MSS. Articulis, quos jurabant *servare inviolabiliter, qui modò recipiuntur per capitulum Ecclesiæ Thuricensis, &c.* præter cæteros extat: *Item, quòd Dominum nostrum. N. Papam, pro vero Apostolico teneat, & sibi obediat, nisi aliud per Ecclesiam, aut Concilium determinaretur.*

II. Ut verò, quibus initiis & progressibus puriori Christianismo Romanæ artəs insidias struxerint, quàm ægro animo insolitum ceremoniarum jugum ab Ecclesiis Christianis fuerit admissum, evidentiùs patescat, uno illud Ecclesiæ Tigurinæ exemplo palàm faciemus.

III. Gemina verò tractationis nostræ erit Methodus, altera *contracta, explicata* altera.

IV. *Illa* oratione, compendio Ecclesiæ Tigurinæ statum, faciem, & conditionem enarrabit: *hæc* verò distinctè, distinctis eam exhibebit Periodis.

V. *Illa* ita habet:

Anni-

Annalium Judaicorum monumentis, non sine causa gravi, celebratum est; ipsi, quod stupor erat, & Orbis miraculum, Templo Hierosolymitano, Synagogam; locum & exercendis liberalibus ingeniis, & enucleandis intricatioribus Scripturæ textibus destinatum; affinem fuisse, planéque contiguum. Ingeniosè profectò non minus, quàm compendiosè! Ecquæ, amabo, Ædi sacratissimæ alia, vel honorifica magis, vel amica; sive optatò, sive sortitò; obtingere potuisset vicinia, quàm Gymnasiorum Phrontisteriorum, Synagogarum, Scholarum, quæ locupletissima sunt armamentaia, quibus inermes contra mille Diaboli artes insidiosas, Mundi technas, periculosas domesticorum hostium machinas felicissimè instruuntur? Officinæ sunt, quæ non truncatas, non mutilas, aut mutas Mercurio fabricant statuas; sed vivos ad Templi Dominici structuram expoliunt lapides: Palæstræ sunt, in quibus juventus Deo & Patriæ consecrata, ad fervidos adversariorum ictus vel artificiosè declinandos, vel fortiter retundendos apta redditur & nata. Unde Sacro-sanctum hoc viciniæ jus integrum semper erat & illibatum, non in Judaismo tantùm; sed & paulatim in Christianismo. Hodiernâ certè decemu-

Exordium ab affinitate Scholarum & Ecclesiarum.

mur experientiâ, vel ipſa Templa, Eccleſiaſtica ædificia in Scholaſtica Auditoria converti; vel iisdem, ceu appendices annecti; tum ut vel vicinorum lapidum intuitu, quibus ſtudia noſtra debeantur, attentiùs cogitemus, tum etiam ut limina illa tantò religioſiùs, procul à ſtrepitu, procul à foro, ſalutemus; tum denique, ut eò majori devotione & reverentia, ea quæ ex cathedra proferuntur publica, ab Auditoribus excipiantur, avidiùs imbibantur. Quæ quidem cauſa eſt, quòd, cùm diu animus meus huc diſtraheretur atque illuc, vix tandem invenerit, quo rite rectéque ſolennia Carolina, ſuperiorum authoritate imperata, exolverentur, quàm fuſa atque diffuſa de vario Eccleſiæ Tigurinæ ſtatu materia occurreret. Diu, ut quòd res eſt, fatear, ſeria illa, & noſtro hoc Seculo minimè otioſa aut ſupervacanea inſederat quæſtio, unde, malum! contigiſſet, ut Chriſtianorum contra Turcas non feliciora hactenus fuerint arma, & cur ſanguine, non modò proſtratorum, generoſo; ſed magno ſuperſtitum diſpendio, veluti nobis vita eſſet precaria ærumnoſa lucis uſura fuerit redimenda? Lætamur, pacem tandem orbi Chriſtiano, etſi dubiam & incertam, reſtitutam. Gaudemus, cladem Ottomani-

cæ

cæ militiæ paulò ante inducias illatam. Inducias, inquam: Quî enim solidam & fixam appellare libeat conciliationem, quæ ab adversarii tantùm pendet libidine, & qui versuram nos fecisse, Serenissimæ Reipublicæ Venetæ vel metu, vel motu (rem certè magnam esse in motu, haud obscure noster nobis præsagit animus,) votis & opinione citiùs, probabit. Vix tamen attendimus satis, quanto rei Christianæ detrimento indultum, paucis sit, quo diutiùs frui non licebit, quàm Portæ Ottomanicæ res tulerint. Paulò igitur prolixiùs, idque aliorum exemplo (tum ut portentosam, qua Reformati, quasi altum hic stertèrent, fidis atque providentibus consiliis malitiosè intercederent abstergerem calumniam; tum ut solicita mens de futuro fortiùs averruncando malo meditationes suggererem), difficilimam & involutam evolvere quæstionem, illudq;, omnino vadum, quod veluti undosum & torvum nimis multi desperârunt, tentare volui, bona enarraturus fide, tam diu vel nihil, vel parùm contrà Barbaras illas & Scythicas nos profecturos gentes, donec & justitiâ, pietate, religionis studio, charitatis fervore eas vincamus; & disciplina militari paria cum illis faciamus. Neque verò de confusione

 tan-

tantùm, & hostili expugnatione; sed & conversione miseræ illius, & Muhammedicis deliriis incoctæ conflugis ea verba facere, quæ & Christiana ζυμπαθείᾳ digna sunt, & à nostro cumprimis ordine expectanda, constitui. Sed sancta illa & eximia inter Ecclesiam & Scholam affinitas, arctissimum, quo colligatæ propemodum sunt, viciniæ vinculum, facilè obtinuit, ut quæ ars, quæ consuetudo, quæ studiorum γειτνίασις, quæ prudentum conjunxit provida cura, à nobis temerè non separarentur. De Ecclesia igitur, bono cum DEO, nostra, qui ante hac de Schola Tigurina, ejúsque origine, progressu, incrementis, variis denique inde à Carolo Magno ad nostra tempora mutationibus, disserui; breviter & succinctè agere jam fert animus.

Id verò vestra, uotquot adestis, Auditores honoratissimi, eáque, optima cum venia futurum non dubito, tum quòd ipsi mihi hanc imposuistis provinciam (cur enim veluti umbra huc accessissem, vel usurpatione locum hunc augustum conscendissem, sic satis aliâs, quod non ignoratis, si non distractus, districtus certè?) tum quòd humanissimæ meæ invitationi locum daturi, huc potiùs confluere, quàm gravissimis vestris occupatio.

pationibus vacare voluistis. Neque verò si tam delinificis & gravibus, quàm perspicuis & Historica fide suffultis vestras demulcere possemus aures, scrupulus hæreret, vel absque fructu vos hinc discessuros, vel novo obsequii, cultus, & affectus testimonio? Sed ad rem! Ut verò & ordine, & aliqua animi recreatione (sales *&* aurium lenocinium aliis non invidebo,) pensum absolvamus Carolinum, quinque potissimum Periodis, totam de statu Ecclesiæ Tigurinæ inde à Christo in carnem misso, deductam, includemus orationem.

I. Primâ trepido depingam penicillo *Tohu vabohu*, eam rei Ecclesiasticæ apud Tigurinos conditionem, quâ Gentilismi tenebris immersi absque Deo illi vixerunt, & Christo.

II. Secundâ, Christianismi ostendam incunabula, per sanctas Legionis Thebææ reliquias nobis parata.

III. Tertiâ tum augmenta Carolina, honorum, Ecclesiæ nostræ assertorum, levi brachio attingam, tum luculentum Caroli Magni cum Theologia reformata in apricum proferam consensum.

IV. Quartâ negare vix audebit, tristem deinceps sub Antichristiana tyrannide, primæ, adeòque vernantis & florentis venu-

statis successisse mutationem, marcorem & funestam tabem, adeò ut piæ simplicitatis, simplicísque pietatis vestigia superstitionum, novitatum, tyrannicæ Hierarchiæ squalore & pallore obliterata propemodum fuissent, nisi, quod paulò distinctiùs probabitur, masculo semper & intrepido animo, libertati assueta gens, intolerabile Romanæ servitutis jugum, pro virili, excutere allaborâsset.

V. Optatissima denique, quæ & colophonem imponit, catastrophe, corruptam & defædatam tot Seculis Ecclesiæ faciem, avitæ origini, & pristino splendori, per divinum Reformationis beneficium, digito velut intento restitutam indicabit, frontémque rugosam & turbidam, in lætam serenámque conversam.

1. Tigurini Gentiles.

Primas, veterum Tigurinorum (ut Gentile in frontispicio sistamus Tigurum) quorum antiquissimi quique quà Græci, quà Latini scriptores, Cicero, Julius Cæsar, Florus, Plutarchus, subinde meminerunt, res Theologicas, per aliquot, etiam à nato Christo Secula, profligatas fuisse, planéque desperatas, cur vel diffiteamur, vel dissimulemus? Et quia rudior longè nostra est Minerva, quàm quæ abyssum absurditatum, torrentem impietatum, superstitionum

num voraginem, cui ad ambas uſque aures veteres Helvetiæ, Pagique Tigurini incolæ erant ingurgitati, vivis ſuis exprimere poſſit coloribus, alium audiamus, qui ipſo artificioſior Apelle, diſertior Demoſthene, hanc nobis libenter mutuabit operam. Paulus is eſt, magnus ille Gentium Apoſtolus, qui omnem elabendi aut tergiverſandi obſtruit rimam. Purga, patriæ amore & reverentia, Helvetiam à craſſo & abominabili, ſive Scythiſmo, ſive Barbariſmo; incides in ſcyllam, qui curioſè nimis vitare voluiſti charybdin. Quam enimcunque aliam veteribus Tigurinis ſacrorum tribues communionem, reatu eos horrendæ Idololatriæ, vel Pauli ſententia, nunquam abſolves. Tigurinos priſcos, iis in religione, adjunges ſocios, quorum æmulati diu erant fortitudinem, triumphantium utique Romanorum; quantam, Optime, Maxime Deus, vel neſcius blaſphemiarum largieris lernam & ſentinam? De his enim diſertè Apoſtolus ſcripſit, *quòd, cùm DEUM ex operum intuitu cognoverint, eundem tamen, ut Deum non glorificârint, neque gratias ei egerint; vani facti ſint in ratiocinijs ſuis, obtenebrato deſipiente corde eorum, adeò ut cùm ſe profiterentur ſapientes, ſtulti facti ſint, gloriam mutantes incorruptibilis Dei in efformatam imaginem.*

nem mortalis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & reptilium : Vnde & Deus illos cupiditatibus cordium ipsorum ad impuritatem tradiderit. Hæc Apostolica victima, latéque dominantium Romanorum est ζωογραφία. En pomum asphalticum aspectu quidem speciosum, sed intus favilla & cinere perspersum! Græcorum subtilitas magis nostris placuerit Antecessoribus? Et hic quam horrenda ἰλιὰς κακῶν. *Erant illi*, eodem teste Paulo, *absque Christo, alieni à Republica Israëlis, & extranei à pactis promissionis, spem non habentes, & Dei expertes in mundo.*

Ægyptiorum Theologia Hieroglyphica Tigurinorum olim præstrinxerit oculos? Et hîc vel ipsis Ethnicis, qui falsè Ægyptios, quòd numina sibi nasci in hortis crederent, riserunt, ludibrium debuissent. Sed his limitibus Tigurinorum Gentilium superstitio non stetit: Non satis erat, aut in eadem illos cum Romanis corrupta massa sordere, *aut levi Græcorum oberrare nassa*, aut denique in udo & molli Ægyptiorum luto hærere; longiùs Gentis vel superstitio, vel simplicitas progressa, ambabus ubique ulnis, quicquid reverentiam præ se numinis ferebat, amplectebatur. Nam, quod vel Polytheis Romanis, vel subtilioribus Græcis, vel superstitiosis in veneratione Ægyptiis

ptiis numen erat, quod delira imitatione suum, antequam Evangelii jubar, pariete intergerino sublato, exortû esset, Helvetii non fecerint? Non necesse est, nos κοσκίνῳ μαντεύεσθαι, aut in certis duci conjecturis. Et gravissimorum Authorum documenta, & indubitata, sensibúsque etiamnum nostris obvia ambigere nos non sinunt monumenta, idem Tigurinos cum infidelibus olim traxisse jugum, eandémque sub aliis atque aliis personis egisse fabulam.

Possemus equidem, si omnia Mythologiæ Gentilis, fabulosæ θεογονίας scruta excutere placeret, facilè Helvetiam nostram κατείδωλον fuisse demonstrare. Helvetiam Jovem coluisse, Apollinem, Isidem, Fortunam, Deos manes: Eponam, Deum Aventicum, Locorum Genios sive Præsides, Numina Augustorum. Helvetiam tot Deastros habuisse, tot simulachra, quot sive urbes, sive morbos, sive officia. Helvetiam eandem de Diis suis, cum reliquis gentibus fovisse opinionem. Apollinem (*ipsa hæc Julij Cæsaris verba sunt*,) morbos depellere, Minervam operum atque ædificiorum initia transdere, Jovem imperium cœlestium tenere, Martem bella gerere, &c. Sed comentariorum hæc seges est, non orationis spicilegium. Uno tantùm alteróve palàm fa- *Cultus A. Mercurii.*

 ciemus

ciemus ſpecimine, nihil in veteris Paganiſmi; ſive Latinorum, ſive Græcorum, ſive Ægyptiorum; μύθοις verius, quàm myſteriis adeò fuiſſe vel impium, vel abſurdum, quod in ipſo etiam Tigurinorum Pago ſedem & locum non habuerit honoratiſſimum. Unicum, utriusque ſexus, Mercurii & Iſidis in ſcenam productum connubium fidem aſſertioni noſtræ abundè faciet.

Act. 14. 9. Cùm Lyſtrenſes olim Paulo, veluti Mercurio divinos decreviſſent honores, Apoſtolus, cum comite Barnaba, dirupto pallio in turbam inſiliens clamavit: *Viri cur iſta facitis!* Quam Tigurinos ἐπίπληξιν olim meritos exiſtimemus, qui & ipſi Mercurium non Paulum, non Apoſtolum; ſed ſtellam erraticam, hominum libidine in Deorum numerum relatam, ſunt venerati. Sceleratæ hujus culpæ, idololatriæ affines fuiſſe Helvetios, num vel dubitabimus? *De-* *Commēt bell. Gall, VI.* *ûm, Galli*, (quibus annumerabantur Helvetii,) *maximè Mercurium colunt. Hujus ſunt plurima ſimulachra: Hunc omnium inventorem artium faciunt: Huic viarum & itinerum Ducem: Hunc ad quæſtum pecuniæ, mercaturásque habere vim maximam arbitrantur.* Scriptoris graviſſima hæc verba ſunt. Quid verò opus eſt verbis, ubi rerum teſtimonia *Voſs. L. II. p. 476 De Idol.* adſunt? Non Gandavum migrandum, ubi Mercu-

Mercurii aliquando ara monstrabatur: non in Walachriam, quæ & ipsa Mercurii simulachro superbiebat, abeundum, proxima nobis Vindonissa, in ipso cæmiterii vestibulo, Ερμολατρείας præsentissima præbet indicia. Siste viator gradum; ubi posthac, triste in transitu videris servitutis hæreditariæ monumentum, & an infantis statuæ fronte tot profanæ dicam? an insanæ, religionis purgamentorum receptaculum fuisse & cloacam, hactenus, vel per febrim cogitâris, ipse deinceps præsenti animo judica. Aut (ne injuria quemquam oneremus,) ubi in lapidem illum, vel fugitivum conjicis oculum, an honoribus olim Majores nostros eum affecisse divinis credas? Affectus tamen erat.

Alas intueris pedibus appictos, & vel somnies, eò usque sensum Tigurinos exuisse omnem, ut viarum regimini, itinerúmque felici successui non alium Ducem, quàm alatum hunc elegerint Mercurium? Elegerunt.

Humeros aspicis, & ipsos alis instructos, & vel per tumultuarium fingas somnium, Helvetios in eo nostros τὸν λόγιον, τὸν Ερμῆν Interpretem divinum, artiúmque omnium, præsertim λογικῶν authorem, qui

τὰ ἔπεα πτερόεντα, expedita, velocia verba, suppeditâsset, adorâsse? Adorârunt.

Ad talaria te convertis aurea, & mysterio, Antecessores tuos, Mercuriū Deorum nuncium agnovisse, non stupeas? Totam expendas mœstam & vanam imaginem, & in his oris vixisse vel suspiceris, qui penès Mercurium rationem fuisse, & ordinem & scientiam, ut Seneca loqui amat, crediderint? Vixerunt tamen; & ut verisimile est, vixerunt δεισιδαιμονέστεροι.

Lib. IV. de benefic. c. 7.

Quid, quòd ne ridiculus, & puerilis planè Mercurii cultus, qui in lapidum consistebat jactu, à veteribus Helvetiis neglectus fuerit & contemtus? Memoriam ejus, locus adhuc occupat propè Solodorum, porta Occidentali, qui etiamnum Collis Hermetis, sive Mercurii, appellari solet. Neque enim Hermeticæ tantùm statuæ in biviis, triviis, quadriviis, ponebantur; sed & viatores, ut via faciliùs monstrari posset, singuli in acervum mittebant lapidem; quæ lapidum congeries Græcis ἑρμαῖοι λόφοι, & ἕρμακες vocabantur; quod ipsum Solodurensium est Hermesbühel; reliquorum Germanorum Irmins säul: Quanquam de posteriori à Carolo magno diruto monumento; in diversum abeatur, aliis Arminium, aliis Martem inde sculpentibus.

Hanc

Hanc consuetudinem, toto propemodum terrarum orbe inter Græcos, Romanos, Saracenos, Indos & Judæos obtinuisse, nō certum minùs, quàm deplorandum est. Et hujuscemodi nugarum, puerilium que næniarum, quibus Ducem suum, quem ὅδιον ἐνόδιον, ἡγεμόνιον Græcè propterea vocitatum, Helvetii prisci, coluerunt, in ipsa Idoli nomenclatura, relicta meritò observamus rudera: Nisi fortè; certissimo itidem tenebricosæ noctis indicio; Hermetem, statuam Mercurii, formâ capitis humani, lapide quadrato impositâ, cui, quo via duceret, inscribebatur, colli nomen dedisse malimus. Execrabiles magis & crudeles victimæ erant humanæ, de quibus sententiosus ille Annalium scriptor, Tacitus, *quòd Germani Deorum maximè Mercurium colant, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habeant*, adeóque Molochi, quem Theutatem veteres Galli (quasi occisorem dicas & carnificem,) cruentam revocârunt ἀνθρωποθυσίαν ut more suo, Lucanus, non festivè minùs, quàm verè de Gallorum immolationibus:

> Et quibus immitis placatur sanguine diro,
> Theutates, &c.

Hæc, ô Tigurini, Majorum vestrorum sacra fuerunt, hæ ceremoniæ, hæ expiationes!

B. Isidis. tiones! Nonne sordium affatim & quisquiliarum? Imò nec dum satis. Cimmeriis tenebris densiora erant, tot portentosorum errorum φάσματα καὶ φαντάσματα, Ægyptiacæ tamen supererat, quæ Helvetiæ antiqua limites involveret caligo. Mallemus, tot priscorum Tigurinorum, tegere non nævos; sed exitiales morbos, nisi montes loquerentur & lapides. Loquitur Isenbergius (mons Isidis est inter Albim & Ursam,) non usque adeò multis ab hinc stadiis, dissitus.

Loquitur statua, quæ propè Aquas Helveticas, Templum Isidi dedicatum ab Helvetiis fuisse, ne nostro quidem tempore negat.

Loquitur vicinia, quæ Isidem, Numen Ægyptiacum ab extimo Nili ostio, ad horrisonos Rheni catarrhactas penetrâsse, diffiteri non audet: Partem enim Suevorum Isidi sacrificasse, ingenua probatissimi Analistæ confessio est. Ecquid miremur, famam Ægyptiacæ Isidis nostras etiam, Suevorum cum primis pulsâsse fores, cùm agriculturæ studium; cui Isidem veluti τιθήνην seu nutricem, & πανδεχῆ, almam susceptricem; ut à Plutarcho ex Platone illa nominatur; propitiam paulatim superstitio fecit, ne nunc segnius tractet vicina Suevorum natio

natio? Quid miremur, Helvetiis illius quoque Idoli placuisse cultum, quod totum dementare poterat orbem? Quanto enim in pretio Isis (cujus nomine Lunam potissimum, unde &, quia corniculata est, cornibus depingebatur; & tellurem, à Nilo fæcũdatam, intelligebant,) habita fuerit olim, non modò ex scriptoribus vetustissimis, sed & variis inscriptionibus manifestum est. Nam & reginæ, & Dominæ, fructiferæ, Pelagiæ, invictæ, victricis, triumphalis; imò Myrionymæ, quasi infinitis præditæ nominibus, innotuerat Epithetis. Ipsum Isidis vocabulum, παλαιὸν antiquum Ægyptiis sonare, noménque ἀπὸ τῆς ἀιδίȣ καὶ παλαιᾶς γενέσεως, ab æterna & antiqua generatione, Isidem sortitam, Diodorus observat: Quin & eandem Ægypti Isidem, cum Cerere fuisse, suo jam tempore Herodotus monuit. Et tamen hanc etiam Helenam, triste dictu! Majores nostri, impotente amore deperierunt. Quantam vero hæ Isidis, hæ Cereris insanæ τελεταὶ, execrabilium, ridicularum etiam nonnunquam in Helvetiam invexerit ceremoniarum saburram, quousquisque est, qui ad animum hactenus, seriò revocârit? Quid animi, quæso, Christianis posteris fuisse existimes, si ipsi eminus, & velut è specula Isidis sacra suis usurpare

usurpare potuissent oculis? Vidissent, Flamines illos, veluti redivivos Baalitas sacra sua obituros, cymbalis & tympanis, imò & sistris cornutos illos truncos, & stipites excitare!

Vidissent in ipsa mendicitate quæsitam pietatem: Mendicando enim, in sacris Isidis, Ovidio teste, stipem quæsiverunt. Imò vidissent, (ut ex *Materno* Firmico summam Isiaci sacri exhibeamus,) Helvetios, cæteroquin fortes Heroes, *in adytis habere Idolum Osiridis sepultum: hoc annuis luctibus plangere, radere capita, ut miserandum casum Regis sui, turpitudine dehonestati defleant capitis: tundere pectus, lacerare lacertos, veterum vulnerum resecare cicatrices:* & si quæ sunt alia, risu magis an lachrymis digna, incertum: certissimum, à Numinis Majestate alienissima, prolixiùs ab Apuleio & aliis, recentioribus etiam, descripta.

Sed quid profanis Idolorum fanis diutius immoremur? Cur in obscuris Gentilismi antris, vel aures vel oculos molestè occupemus? Eam Veterum Tigurinorum lustravimus ætatem, qua illi in offensis & peccatis mortui naturâ iræ filii fuerunt, ut & reliquæ Gentes: Ad aliam nunc properemus Ecclesiasticæ Historiæ periodum quæ, atra nocte Gentilismi præterita, pulli

Ægy

Ægyptiacis tenebris Tigurum, ex quo candida Evangelii lux his etiam affulsit oris, dabit Christianis sacris initiatum. *Idem enim Deus*, ut Apostoli utamur verbis, *qui dixit, ut è tenebris lux splendesceret, splenduit etiam in cordibus Veterum Tigurinorum, ad præbendum lumen cognitionis in facie Jesu Christi.* Quâ verò occasione, quorumve prima opera, veritati cesserit mendacium, pietati superstitio, seculorum laxis, quàm arctis annorum limitibus metiri commodiùs possumus. Quæ enim de S. Beato, Petri discipulo, primo Helvetiorum Apostolo jactari solent, traditionis potiùs sunt sublestæ, quàm veritatis solidæ: unde; quòd certioribus illa non nitantur fulcris, ne apud Pontificios fidem merentur indubitatam. Illud & tutissimum, & cordatiorum etiam suffragio exploratissimum est, quod de Legione Thebæa, ejúsque reliquiis, ex annalibus domesticis, antiquissimis documentis, extraneorum etiam Commentariis alibi exposuimus; Thebæos nempe, adeóque Ægyptios, quorum antea impiis imbuti nostri erant dogmatibus, Evangelii facem in has intulisse oras. Utinam iniquum horulæ spatium paulò prolixiora de ProtoMartyribus nobis non invideret μελετήματα. Utinam iis, quæ de Legionis Thebææ

origine, Sacramento, fortitudine, pietate, constantia, fervore in denunciando Evangelio, non obscuris nostræ ætati relicta sunt monumentis, ad majorem provocare possemus Numinis reverentiam. Utinam in oculos dextrè satis nostros admirandi consiliorum divinorum meatus & exitus, incurrerent; quibus solis ferendum acceptum, quòd cùm nomen Christi & Christianorum immanes & truculentæ belluæ, Diocletianus & Maximinainus, funditus voluerunt extirpatum; semen tantùm, prodiga sanguinis innocentis fusione, sparserint; quod per Helvetiam, Rhætiam, Germaniam inferiorem varios pietatis & veræ religionis protulit fructus. Utinam denique faciem illius Ecclesiæ, quâ Protomartyres, & Apostoli Tigurinorum, exeunte Seculo tertio, in montana nostra concesserunt, distinctiùs paulò exprimere liceret! Sole utique meridiano clariùs appareret, & antiquissimam esse Ecclesiam Tigurinam, & eo tempore, quo veluti virgo, rugis minùs adhuc & maculis fuit, notata a Christo auctoratam: Nihilque, quod quidem fundamenti nomine venire queat, vel in Cathedris Ecclesiasticis, vel pulpitis Scholasticis hodie Tiguri doceri, quod a prima puráque Doctorum suorum mente esset alienum. Quàm luculenter & Patres

ipsi etiam Scriptores Gentiles, Plinius, Lucianus, &c. aliud olim Romam instillasse, aliud nunc obtrudere, testatum reddunt? Illud, quod & præstare confidenter magis, quàm audacter possumus, extra controversiæ aleam positum est, non pro Tridentinis; Neo-Romanis, Pontificiis; sed paucis Christianæ religionis capitibus, cervices suas, Evangelistas nostros objecisse. Aut quis unquam hactenus, sive ex veterum inscriptionum marmoribus, sive gravissimorum auctorum assertionibus, vel recentiorum etiam; qualis ad manum est *Henrici Glareani*, ad *Felicem Frey*, ἀνέκδοτ☉; lucubrationibus, defendere sustineat, Felicem, Regulam, Exuperantium, (trigam enim hanc nostri indivulso, & ferè sororio nexu conjungunt,) propterea tam miserè tractatos, tormentis vexatos, suppliciis diversis affectos, quòd pro authoritate traditionum humanarum, Ecclesiæ Romanæ impeccantia, reali & expiatorio Missæ sacrificio, cultu imaginum, Sanctorum invocatiõe, purgatorii pœnis, Simoniaca Indulgentiarum mercatura pugnarent? Altum de his silentium, & nomina ista pleraque sono tum adhuc erant tremenda. Ne ille quidem, qui ubi famam semel decoxit, frontem perfricuit, veritatem deseruit

 aversus

aversus & adversus impudicus arietari in nostros fuit ausus, alios quàm Christi, non mendacii; pietatis non superstitionis, calamo erudito, nobis descripsit testes.

3. Progressus sub Carolo M.

Tertio ergo seculo, eoque labente, patria nostra Christo nomen dedit, à quo tempore, ad Caroli usque magni ætatem, *per quatuor propemodum Secula*, status Tigurinorum Ecclesiasticus ἄδηλος est; sive quòd inter spinas rosa hæc incremēta sumserit, sub cruce Ecclesia militârit, cruentis Romanorum persecutionibus, Alemannorum & Francorum horrendis depopulationibus miserè attrita; sive quòd de pietatis exercitiis, quàm æternitatis compendiis solicita magis fuerit. Quid verò vel splendoris, vel commodi Ecclesiæ huic nostræ Carolus Magnus attulerit, alibi jam ex fide dignissimis Instrumentis relatum à nobis est. Et quamvis larga dandum sit manu, Carolum nomine & re Magnum, sua nimio in Pontificem cultu, habuisse ἡττήματα, nihilque tale cogitantem Hierarchiæ Romanæ fastigium propemodum imposuisse; fixum tamen ratúmque est, nihil hodiernam Tigurinorū Ecclesiam vel in primariis tradere doctrinæ capitibus, vel sobrie retinere ceremoniarum usu, quod liberalissimus Collegii nostri Mœcenas calculo

su

ſuo non probârit. Oceanus hic pateret, quibus oram vix legere integrum eſt. Experiamur interim uno alterove capite, quid de univerſo Theologiæ ſyſtemate ſperandum nobis eſſet.

Novatores audimus, quòd religioſum imaginum uſum & cultum è templis noſtris proſcripſimus: Novator ergo & Carolus fuit, qui ut periculoſos Græcorum pro imaginibus Canones aboleret, Concilium Francofurti indixit.

Apoſtaſiæ inſimulamur, & conculcatæ authoritatis Eccleſiaſticæ, quòd adorationis honorem ſoli, cui debetur, reſervemus Deo. Quid de te, Magne fiet Imperator, cujus aureum nec poteſt, nec debet nos latere lemma Theologicum: *Non adorandum quicquam præter Deum legimus; quia ſcriptum eſt: Dominum Deum tuum adorabis?*

Tropiſtæ, Figuriſtæ, Sacramentorum contemptores damnamur & traducimur, quòd Capernaitaica σαρκοφαγία diſpliceat. Cur verò, qui ita nobis moleſti ſunt, non vident per noſtrum latus, ipſum etiam vulnerari Carolum Mag. cujus diſerta ad Alcuinum Præceptorem extant verba: *Cœnando cũ diſcipulis ſuis Chriſtus panem fregit, & calicem pariter dedit eis in figuram corporis &*

 ſan-

sanguinis Dei. Non mirum, insignem Heroem, veluti candidum nimis Zwinglianum Inquisitorum & Expurgatorum impudentiâ flagellari.

Salutem denique Carolus Imperator & justificationis beneficium non vel in Legalibus, vel Evangelicis præceptis; sed in sola Servatoris misericordia quæsivit; Quærimus & nos. Qua ergo frõte, qua mente ad ollas nos Ægyptiacas, ad veteris servitutis pistrinum Caroli exemplo revocatos nos cupiunt, qui ipsi ab avitis Carolinæ ætatis vestigiis longissimè recesserunt?

4. Eclipsis sub Papatu.

Strictim hæc & compendiosè de Caroli M. doctrina, potiùs quàm eximiis in Ecclesiam Tigurinam beneficiis. Reliqua, quæ ad Reformationẽ supersunt Secula per transennam inspicienda nobis erunt. Neque enim si de humanitate vestra & *ἐπιεικείᾳ* quicquam polliceri mihi possum, ingratum vobis opinor futurum, si non, quamdiu, quàm miserè, quàm sordidè; sed quàm libenter scilicet! Majores nostri in captivitate sive Ægyptiaca, sive Babylonica, sive Romana fuerint detenti, breviter expediero. Quemadmodum enim, vicinam Romam Majoribus nostris aliquid affricuisse contagionis inficiari, ab ingenuitate Christiani censerem alienissimum; ita meliora semper

in ipso Papatu Majores nostros non sperâsse, & optâsse ignorare; pudendæ esset vel ingratitudinis vel ignaviæ. Non quòd sic vellent; sed quòd aliter sæpe non possent, cum lupis aliquandiu ululâsse; emendatiori & castigationi, imò aureo ævo dignissimos ostendam Tigurinos. Vix quicquam Roma Antecessoribus nostris obtrusit, quod non tristi illi animo admiserint: Adeò ut si per illos stetisset Ecclesiam pridem puriorem, dogmata sanctiora, ritus simpliciores, regimē tolerabiliùs vicini etiam habuissēt. Quia verò terminos captivitati divinitus decretos mutare optionis humanæ non erat; suam semper generoso pectore testari perrexerunt nauseam & displicentiam. Agite, periculum faciamus, quàm soleniter pullulantem Majores nostri zizaniam runcârint; quàm ægrè sequaci collo Romano jugo se subdiderint, adeò ut quicquid vel propter novitatem, vel pietatis prætextū, vel Pontificis authoritatem toti propemodum placuit Orbi Europæo, Tigurinis ferè nostris suspectum fuerit & exosum.

Cui tamen Tigurinos restitisse probatur

Quid larvæ monstrosæ, quantum terrificæ noctis sub specioso (sordidum enim vocare piaculum, procul omni dubio, fuisset,) & ad humilitatem composito cucullo olim latuerit, dici vix potest. Quicquid

A. exemplo Monachatus.

quid enim vel Papistica parturiit superstitio, vel manifesta produxit impietas, vel tyrannica invexit crudelitas, obstetricantibus novis ordinibus, in lucem editum esse querebatur orbis. Unde nihil prius Pontificiæ Curiæ fuit, nihilque antiquius, quàm ut Gnathones illi Romani sedem ubique figerent. Et erat quidem Reformationis tempore Tigurum nostrum omnium propemodum ordinum, tam Regularium, quàm Secularium; Mendicantium, proprietariorum; (ita enim ἰδιοκτήμονες dicebantur) hospitium quoddam & receptaculum liberalissimum. Benedictini, Dominicani, Franciscani, Cistercienses, Augustiniani, Canonici, Lazaritæ & qui non? tantò libentius in Pagi Tigurini nidulabantur angulo, quantò majora, cum amænitate Monasteriorum, redituum conjungere poterant augmenta. Vix casa est, vix latum pedem hara, cujus odore lucroso Hæredipetæ isti non & horrea impleverint, & marsupia. Nihilque restare videbatur, quàm ut reliqui, qui paulò pòst profundiùs aculeos suos figere cœperunt, Jesuitarum & Capucinorum supervenirent ordines, à quibus Majores nostri suis porrò facultatibus exuerentur. Quàm verò ingrati illi fuerint hospites, quàm difficulter

culter Tigurini, ut vel Dominicanos reciperent, exorari voluerint, quàm providé, ne Harpyiæ istæ, publica ad se omnia rapperent ædificia, peremtoriis eis decretis fuerit cautum, adeóq; frænum insatiabiil eorum argentanginæ injectum, sancta annalium nostrorum fide, sine negotio, probari à nobis posset. Sed quid vel Soli mutuemus lucem, vel Oceano suggeramus aquam? Jam circa annum 1139. Seculi sui princeps Poëta, Guntherus, in itinere suo Romano, Tigurinos velut nigros Arnoldi Brixiensis discipulos, notari voluit: Ille autem, ut cætera taceamus,

— Monachorum acerrimus hostis.
Pontifices, ipsúmque gravi corrodere Lingua
Audebat Papam —
Nil proprium Cleri, fundos & prædia nulla
Jure sequi Monachos.

Fuerunt ergo Tigurinorũ antehac Monachi hospites; sed ut pisces non recentes, potiùs invisi, quàm invitati. Ipse, mirùm creditu! in Papatu Clerus Tigurinus, acerbè in Monachorum luxum, vitam dissolutam, fastum superciliosum, incredibilem avaritiam, intolerabilem insolentiam, illiberales acquirendi modos; Histrionicas

 Prædi-

Prædicatorum declamationes, stentorum ventosorum ignorantiam, oscitantiam, Epicureismum, erat invectus. Felicis Malleoli nostri, Johannis Monachi Vitodurani in promtu essent verbera dicam an verba, nisi materiæ, quæ superest; ubertas, calentem quidem calamum, sed languentem & asperam ex pertinaci catarrho impediret linguam. Et sanè, quis non stantibus stupescat comis, tot Monasteria, non unius tantùm Seculi intervallo, vix unum dedisse & alterum, cujus nomen posteritati utcunque potuerit esse vel ab aliquo sive externæ pietatis, sive eruditionis mediocris studio commendatum? Canonicorum Collegium duos intra ducentos aluit annos, qui post funera vixerunt, Rodolphum de Muri, primum Ecclesiæ Carolinæ Cantorem, & D. Felicem Malleolum, Canonistam non ignobilem; fungi cæteri habebantur, & obscura in terris nomina. Ex conventualibus, & Dominicanis quidem unus ab interitu & oblivione se vindicavit Amandus Suzo, homo, siquid ex vita à Murero Carthusiano collecta judicare liceat, ad fascinandum & pelliciendum, quàm instruendum magis aptus: quem tamen, velut oraculum in Diœcesi Constantiensi, ab Oetenbacensibus cum primis & Tossensibus

bus Vestalibus habitum & consultum, cum admiratione nuper legi. Inter *Franciscanos* Johannes Vitoduranus, & eruditione, & ingenuitate reliquorum sortem superavit. Sed ad tormenta Romuleia, Excommunicationem, pergimus. Quid Præsuli Romano majorem ante hac, quàm frequentia illa anathemata ex Capitolio, in sacra, uncta, coronata etiam capita ejecta, conciliare potuit authoritatem? Sed quid ad ea Tigurini? Et ægre, & serò, imò ferè nunquam magis quàm Scarabæi umbram, hæc, ex pelvi, bruta æstimâssent fulmina, nisi in turbido vicini piscaturi, ansam, urbem vitæ subsidiis, mercaturâ cumprimis defraudandi, arripuissent. Negârunt populo Tigurino clerici aras? Focum hi illis subtraxerunt: Nec memini hactenus, Majores nostris Jovis Capitolini indignationem unquam tanti fecisse, ut etiam aqua & igni prohibiti, vel bonam causam propterea desererent, vel cleri sacra peragere tergiversantis morositatem impunitam dimitterent. Experiundum sæpiuscule rasæ erat catervæ, Imperatoribus, Regibus, liberis Civitatibus longas esse manus. Documento insigni sit Heroicum illud fidei & integritatis Tigurinæ exemplum, quando Seculo XIII. Papæ intrepidè S. P. Tigurinus excipere

B. Excommunicationum.

pere anathematismos, quàm datam Friderico II. frangere fidem maluit, temerarium Cleri vindictæ studium, quo per annos 18. usitatas Ecclesiæ ceremonias, in Pontificis gratiam, Tigurinis negabat, ita repressit, ut *tempore* illo (verba repeto Johannis Vitodurani) *Clerus & omnes religiosi de Civitate Thuricensi expulsi sint, præter Fratres Minores, qui*, ut Simlerus nöster observat, una portâ egressi, altera in urbem redierunt. Cum verò extorres duriùs cæteris jaceret, neque tamen, invito Pontifice, sacra vel offerre, vel peragere auderent, vix tandem (en ingens beneficium!) *ut vel clausis januis, non pulsatis campanis, excommunicatis & interdictis exclusis, submissa voce divina officia celebrarent*, Monasterii Abbatissani Præsules ab Innocentio IV. a. Ch. 1244. quadriennio verò post à Petro Cardinali, Præpositus & Clerus Thuricensis, *ut ejecti veniam obtinerent ad loca propria* (ipsa hæc Bullæ verba sunt,) *redeundi, semel quoque in hebdomada, iisdem conditionibus sacra obeundi*, velut ἀγλαὸν δῶρον impetrârunt. Et quia Constantiensis Episcopus, usque adeò in Tigurinos, propter juramentũ *tam super expulsis quam expellendis* (iterum Bullæ a. Ch. 1236. datæ retineo flores;) *quibusdam mulierculis in confusionem & ignominiam cleri, mutuò obligârunt*, exarsit

exarsit, ut *& baptismum parvulorum, & Eucharistiam, & pœnitentiam morientium* (proh sacrilegum clavium abusum!) *inhiberi voluerit*, tyrannicum Sacramentorum interdictum cardinalis quidem abolevit, ita tamen ut Episcopi dispositioni, & dispensationi omnia relinquerentur. Cúmque vertente postea integro Seculo, a. Ch. 1343. eadem pertinacia munus suum administrare clerus detrectâsset, solum iterum, Dominicani Tigurini & Vitodurani, vertentes, graves fastûs sui, & Pharisaici typhi luerunt pœnas. Adeò enim inertes illi ventres, quocunque venerunt, velut ἄχθος ἀρούρης, erant molesti, ut de repetenda priori sede seriò quidem, sed cum Phrygibus, seriùs cogitârint. Prætereo, masculam illam Tigurinorum Apologiam, quâ Alexandri anathema in Regem Galliarum, ejúsque fautores evibratum, a. Ch. 1496. feliciter non minùs, quàm fortiter, retorserunt.

Animadvertitis, Auditores, quantâ libentiâ Majores in sacra Romana venerint, quâ patientiâ Pontifices sibi compedes injici fuerint passi, quâ reverentiâ decreta, quæ, velut manica ignem, excussisset AntiChristiana, contra Dei verbum, & primitivæ Ecclesiæ praxin susceperit? Magna utique

que sunt, & ἀναντίῤῥητα, quæ in causæ nostræ hactenus subsidium, attulimus: neque verò minora per universam Theologiam reliquam se diffundunt, si tam promiscuè commemorari illa possunt, quam uberem sui copiam ubique faciunt.

C. Imaginum. Vespertiliones & talpas (hoc in sacris literis Idolorum, statuarum nomen est,) earúmq; paulatim cultum, per cuniculos, irrepsisse, quid negemus? Templa sacella, ædes privatæ, compita, bivia, trivia, vel tacentibus nobis clamant. Sed, quàm invito & reluctante animo, elingues hi laicorum Doctores; Vanitatis, non veritatis (nisi ubi asinæ soluta lingua, præter expectationem, scapham nonunquam appellavit Scapham: & dædala pinxit manus, quod ore prolatum igni expiandum fuisset,) imò impietatis Professores ab Helvetiis olim fuerint excepti, suo adhuc ævo Zwinglius Reformator, publico monuit scripto.

D. Cælibatus. Cælibatus, sive Calixtini, sive Gregoriani jugum, Clero Tigurino impositum ὁ μισογυνεῖς objectent; nobis profectò illud non semel ab eodem excussum fuisse persuasissimum est. Ipse Magistratus, contra Episcopi Constantiensis injustum patrocinium, concubinarios jam anno 1239 proscripsit

scripsit, clerus subinde uxoratus, tyrannicum de cœlibatu statutum, divinæ & naturali legi adversum, Paphnutii in Synodo Nicena suggesto consilio approbato, damnavit. Quæ omnia Malleoli, & Petri Numagen, Sacellani Leonhardini authoritate iterum confirmari à nobis luculentissime possent.

Dolui hactenus non semel, doleo etiamnum, veterem illam constitutionem, quâ *Presbyteris Præpositura Thuricensis Sanctorum Felicis & Regula uxores ducere fuit permissum, unde quaque velint, modò essent legitime nata*, à Viris præclaris fidéque dignis diligenter inspectam, arctiùs custodiri, quàm quæ ab aliquo tempore erui potuerit. Nisi me calculus fallat, Ottonis Constantiensis Episcopi authoritate illa prodiit. Hic enim, præ cæteris, Hildebrandino graviter resistens interdicto, & conjugium ex Scripturis piè asseruit, & vagas libidines seriò damnavit. Extat ejus, ut & plerorumque per Germaniam, Helvetiam, Galliam, &c. Archiepiscoporum, ad Gregorium VII. Epistola, blattis & tineis per *Stumpfium* nostrum erepta, ubi inter alia hæc de injuriis & contumeliis Pontificiis referuntur verba: *Episcoporum, quos fornicarios ac filios meretricum* (hæc enim vel uxoratorum, vel natorum

torum ab illis erant elogia Hildebrandina) *& cætera id genus indignissimè appellare, nullam querimoniam sufficere.* En Tigurum, Hildebrandinæ factionis malleum!

D. Indulgentiarum.

Indulgentiarum Simoniaca nundinatione, quid impudentiùs? Quid verò eadem, Reformationis cum primis tempore, usitatius? Nec tamen, vel unum sive Templis, sive Sacellis nostris (personalia enim diplomata admodùm sunt recentia,) indultum, quod mediocris saltem antiquitatis superbire queat præscriptione, eruderare hactenus potui exemplar. Sat citò quidem in hanc carbonariam Romanam Tigurini nostri sunt detrusi; sed & sat benè iterum quid differrent ἄνθρακες θησαυρῶν carbonibus thesauri, submonuerunt. Cùm enim effrontes & amentes illi Institores, omnibus pudoris ruptis repagulis, prodigè nimis merces suas extruderent, magno, ex Helvetiis, Tigurini animo, primi mercatores illos sua sibi habere, & Romam, veluti γλαῦκας Ἀθήναζε reportare jusserunt. Adeò non placuit, vel afflictas, vel solutas & opinione saltem, sive Purgatorii flammis ustas, sive gelido in gurgite nantes animas nō tutiorem eluctandi, aut enatandi habere tabulam. Quid pro Cleri ab omnibus oneribus exemtione tentatum olim non fuit?

fuit? Acheronta moverunt; qui superos flectere non poterant. Et Imperatores, & Pontifices, & Episcopi suam interposuerunt authoritatem: Minis, promissionibus; blanditiis, convitiis, fuit actum, ut cum reliquis glebæ Romanæ adscriptitiis nostri etiam crederent Tigurini, falsum esse illud Apostoli: *Omnem animam potestatibus supereminentibus esse subjectam.* Nihil hic clero, Seraphico ordini vel seri, vel meti, Laicorum hanc esse miseriam, à qua pridem se exemissent. Sed quàm irrito conatu hanc nostris Monachorum hyperaspistæ cantilenam cecinerint, vel quatuor integrorum Seculorum praxi demonstratu esset proclive. Non illud tantùm, quod jam anno 1370. in Helvetia toti Clero nomine Pfaffen brieff / notissimum; sed & alterum, paucis hactenus observatum, ad manus instrumentum, vel ad invidiam superstitiosæ posteritatis, testatum facit, verè superiores in Helvetia, Pontificia etiam, fuisse Magistratus.

F. Pontificis authoritate inferire conciliis.

Verbis ubique sesquipedalibus Pontificis jactabatur auctoritas; qui Conciliorum susceperunt patrocinium, pessimam à reliquis, ceu ordinis desertores inierunt gratiam. At ἐτόλμησαν ausi sunt Tigurini, cæterique ferè Helvetii omnes, qui unitatis

potiorem, quàm unius habendam rationem, præfiscinè, absque præstigiis, conjecerunt.

G. Iustificationis. Impedire quidem optimi majores non poterant, quo minùs clara & expedita Pauli de justificatione doctrina tum, contentiosorum Scholasticorum volubili laceraretur lingua, tum etiam in Templis vel Indulgentiarum, vel votorum Monasticorum, vel operum supererogationis velo obscuraretur. Adeò enim deploranda superiorum Seculorum fuit calamitas, ut momentosum, in quo uno salutis nostræ cardo potissimum vertitur, articulum, nonnisi cum densissimis obscurarum distinctionum involucris, vel Dialecticè in Scholis, vel exegeticè in Templis (Catechesis prorsus tunc jacuit) fuerit proposita. At, quod Roma negavit, quod Schola recusavit patria, nugis ferè & tricis occupata; remotior Vienna suppeditavit. Prodierunt enim jam antehac à facultate Viennensi Theologica Conciones Passionales, quæ vernaculè conceptæ, usibus rudiorum & illiteratorum etiam poterant inservire. Sermones autem istos Tigurini Oetenbacensi cumprimis cœnobio prælectos fuisse, ipsum, quod ceu, pretiosa è naufragio tabula, adhuc intra privatos nostros asservatur

tur forulos; satis evidenter condocefacit exemplar. Qua verò (pro rudis & inficeti illius Seculi ratione.) verborum gravitate, elegantia, suadæque medulla Viennenses illi & acerbam Christi passionem, & gratuitam per ejusdem merita justificationem asseruerint, jam luci publicæ ante hac nos dedisse, fortè non ignoratis.

Missa & *Transsubstantiatio* ita ab Ecclesia recepta fuit Tigurina, ut tamen non deessent, qui & spiritualem manducationem urgerent; & *creandi* virtutem Sacerdoti communicatam negarent. Verbo, passa est suas hac, tot Seculorum ætate, obscuras Ecclesia Tigurina Eclipses, Lunares tamen plures, quàm Solares, Sole justitiæ in cordibus electorum in ipso etiam Papatu radiante: Adnata Ecclesiastico corpori extuberās struma, inspersæ per generis humani hostem, alta nocte gregis Christiani pascuo herbæ venenatæ: Sed & Medicus erat, qui reliquum conservaret corpus; Pastor erat, qui cicutam à Panacea distingueret, & ab illa nos præmuniret. *II. Manducatione spirituali.*

Quinta tandem, adeóque ultima luculentissimo nos jam meritò occuparet animo Periodus; Tigurum reformatum: quando verò neque exacti ratio temporis, neque patientia vestra, necque denique brevitatis *V. Tigurum reformatum.*

tis data fides prolixiorem flagitant oratorem, vix digitum ad ea, quæ aliquot jam σὺν Θεῷ, meditamur voluminibus, intendere nobis reliquum est. Paucis: Venit Christus, recessit Antichristus: Pulsæ sunt tenebræ; exorta est lux. Transiit septennis fames Ægyptiaca; soluta est captivitas Babylonica; rediit annus gratiosus, jubilæus Evangelicus: Draco Apocalypticus: Homo perditionis succubuit, prævaluit Leo de tribu Juda. Aridis fame sitique pressis Tigurinis promtuarium gratiæ divinæ iterum fuit apertum, fontes traditionum limo obthurati, denuo retecti, arbo vitæ squalida emuscata, illique, qui di satis cæcis se mortis condiderunt umbri in amænissimæ lucis communionem sur pertracti. Hæc strictim monere, quàm n gligere maluimus: Pleniorem tractati nem privatis reservantes pensis. Una resta quæ hactenus sub pectore fixa, non sen nos coxit cura, ut ne, veluti bruta anima tia, quales nos, gratiâ suâ misericors De per reformationis miraculum, superi jam Seculo constituerit, nesciamus: aliud nomen præferat Reformatorum, ud nostra mentiatur vita: Quàm vere ne exitiosum multi & virulentum in foveant serpentem, qui erupturus aliqu

do læthales nobis infixurus sit morbus. Vereor, ne specioso reformatorum titulo, testem aliquando & judicem in capita nostra accersamus, non Catonianum tantùm, aut gratiæ obnoxium, sed vindictæ flammis circumdatum. *Filioli mei* (ita Galatas suos Apostolus compellat,) *quos iterum parturio, usque quo formetur Christus in vobis*: Ah! quibus optandum esset votis, ut nostri etiam Doctores, nostri Reformatores, qui semel atque iterum nos parturierunt, id tandem essēt consecuti, ut Christus in nobis formaretur! Id quod optare quidem deberemus, anniti etiam σὺν Θεῷ, possemus sperare tamen, quæ hominum, hac ultima mundi senecta, profligatorum nequitia est, vix audemus. Mitto vel propudiosam ignorantiam, vel turpem ingratitudinem eorum, qui Dei dona per Reformationem in nos effusa, pro dignitate ne quidem agnoscunt: Quibus religio versatilis, & utrique pedi aptus cothurnus est: quibus quod Heroico susceptum fuit zelo, tanquam cerebrosum & præcipitatum rejicitur. Illud dolendum, ne illos quidem, qui & meliores sunt, & candidiores, nondum didicisse, quid vel bis bina sint, prima professionis elementa, & cur Reformatorum præ aliis Ecclesia nostra ambiverit axioma. Quàm

παιδεία ἐπανορθωτική.

se turpiter dant, qui nostram felicitatem ex eo potissimum æstimant, quòd Templa Idolis sint purgata; Numulariorum Trapeziticæ mensæ eversæ, fictæ Purgatorii flammæ extinctæ, Papalis Monarchia de ponte præcipitata, carnificina Confessionis auricularis sublata, Scholasticorum παραδιατριβαὶ publicè explosæ! Magna hæc & ingentia Dei beneficia esse, cur pleno ore non enunciemus? Ita enim nos videmus, quibus majores nostri intensis suis votis & desideriis potiri non poterant. Dagonem videmus truncatum, è templis nostris eliminatum; vitulum aureum in cineres contusum, & aquis submersum: Serpentem æneum, Idololatricè cultum, confractum. Sed hæc omnia parturientium tantùm dolores; labores, quos nomine & bono nostro Reformatores susceperunt, indicant officium nostrum, Reformationem nostri emendatam nondum arguunt. Non satis est, viam, sublatis sentibus, lapidibus sterni, & itioni aptam reddi; motus requiritur & labor ejus, qui cupit optatam cursu contingere metam. Eja igitur, si, quod libenter, imò ambitiosè audimus, & esse & haberi velimus, operam, quæso, demus, ut ἀξίως Ἐυαγγελίυ, *dignè Evangelio* vivamus; digni ea vocatione, qua nos in suam libertatem

tatem asseruit Christus. Videant adversarii lumen nostrum, & sponte suas deserent tenebras. Videant, non novitatis pruritu, sed necessitatis impulsu, tot è medio tollenda fuisse repagula, tot removēda impedimenta, ut Christus in nobis formari posset; & Christo dabunt, quod nobis hactenus fuit negatum.

Ne, amabò, blandiamur nobis, quasi ita aliorum omnia industriâ occupata fuissent, ut ne linea nobis restet ducenda; sublatæ quidem sunt statuæ, imagines, Idola aurea, argentea, lapidea ex Templis, ædificiis publicis. Nobis relinquitur, ut ne erigantur aliæ privatæ. Ne ejecto Paulo, Felici, Regulæ, vel injustum substituamus Mamonem, vel impudicam Venerem, impostorem Mercurium, truculentum Saturnum. Ne Simon Magus, Simonis Petri invadat locum. Abrogata est tot Deorum & Deastrorum adoratio. Bene est: Creatori ergo jam religiosiùs redde, quod in hominem antè, vel Angelum creatum sacrilegè transtulisti. Non periit invocationis debitum, sed restrictum tantùm pietatis officium. Tantò ergo jam tua in eum, qui tempore tribulationis invocari vult, intensior esse potest devotio; quantò minor deinceps pro reliquorum nominum potiùs quàm Numi-

num cultu & reverentia, exigitur cura. Desuevisti Deo per sphærulas numerare & admetiri preces; indesinenter orare assuesce; adorare S. S. Trinitatem in Spiritu & veritate.

Solutus es tot laqueorum humanorum contortis nexibus; Christi jugum, quod suave est, tantò lubentiùs admitte.

Grave ἐθελοθρησκειῶν, Jejuniorum, peregrinationum, votorum, Confessionis auricularis, humilternii, cilicii aliorúmque vel Romæ, vel à Romanis injectorum onerum sarcina non amplius premit; Christi servus esto, ejus voluntatem facito, sicque ipso opere, Christianum te esse, monstrato. O quàm periculosa hinc inde nata scandala, quòd contra Cypriani regulam; humana traditio Divinæ dispositioni est ante posita! *Quæ enim est ista obstinatio,* (ita facundus Doctor,) *quæve præsumtio? humanam traditionem divinæ dispositioni anteponere: Nec animadvertere, indignari & irasci Deum, quoties divina præcepta solvit & præterit humana traditio?*

Summa, quicquid agis, reformatum te, à superstitionibus purgatum, ab impietatibus defæcatum agere proba. Quàm enim esset inglorium, unum expulisse dæmonem & decem aliis pejoribus parâsse locum? Usum

Usum imaginum è Templis, ædificiis publicis tollere Idololatricum & eodem vel privatas polluere ædes, vel ipsum etiam intimum pectoris scrinium?

Facessere jubere Sanctorum cœlitum invocationem, & terrigenas, ventrem, vel Deos ollares, vel injustam auri massam appellare Deum?

Angue cumprimis & cane pejus execrabilem ἀμετρίαν τῆς ἀνθολκῆς, fugiamus.

Cur enim, quia adulterina displicet auricularis Confessionis clavis, legitimam clavium potestatem, irreparabili animarum damno, contemnamus?

Cur, quòd Papam non amplius veluti Numen venerari jubemur in terris? Christi Ministros ignominiosè tractemus?

Cur, quia Clerus in ordinem paulatim fuit redactus, & à supercilioso creationis privilegio detrusus, ne intra sphæram quidem amplius Dei servos toleremus, aut Aharonem à Mosis societate; cujus ipse Deus author est; temerè excludamus?

Transsubstantiationis monstrum profligatum! Bene. An propterea minor aut inferior à nobis legitimo Cœnæ usui adhibeatur reverentia?

Purgatorii metus evanuit? Rectè. Nugæ enim erant pueriles, & Monachorum

febricitantium somnia, quæcunque in alimentum hujus ignis Schola Pontificia dictaret. An verò vel Ministerii laborantis, vel pauperis palmas extendentis; abjicienda propterea cura?

Horis Canonicis, ob superstitionem, valediximus. Absit tamen, nisi & Judæos, & Muhammedanos multos nos parasangis præcurrere velimus: nulla prorsus nobis precum pia superesse pensa.

Cur, qui vides, nec meritorium esse jejunium, nec in discrimine saltem consistere ciborum; piaculum propterea esse putes vel uno die ὑπωπιάζειν τὸ σῶμα, & ut sacris rectius vaces, ab omni abstinere cibo?

Epilogus ἐπαινετικός.

Quod superest, exultet Zion, *lætetur* Jerusalem, triumphet Tigurum, quòd Christus Rex Regum, nostra, majorum nostrorum ætate, humilis ad nos ingressus est, & mansuetus; ut oves perditas revocaret, errantes in ovile compelleret, & ad verbi cœlestis pabulum reduceret.

Gaudeat Ecclesia, quòd, quæ invita ante hac Pontificiæ libidinis, inertiæ & ignorantiæ aluit mancipia; Christi jam Ministros, ad Apostolicas regulas exploratos & probatos, in messem Dominicam extrudit.

Gaudeat Respublica, quòd, quæ contempta diu satis jacuit, & tantùm non ex animis

animis decubuit, ignominioso laicorũ nomine onerata, conglobatis anathematismis territa, jure suo excussa, eluctari tandem & ad pristinos grassari potuerit honorem. Qui Dii erant, ipsius Dei eloquio, qui Ecclesiæ Nutritii esse debebant, magni Prophetæ judicio, tanquam ἀνδράποδα, & abjecti Mediastini ad servilia Pontificis cogebantur officia.

Gaudeat Schola, quòd, quæ spinosis Philosophorum placitis enecta penè erat, à Linguarum studio, veluti hæreseos suspecto, avulsa, à fontibus Israëlis abalienata, piis iterum veri Christianismi præceptis imbuatur.

Gaudeat Oeconomia, cui sua per Reformationem rediit libertas.

Gaudeamus omnes & benedicamus, ex imis cordium nostrorum penetralibus, Domino, Deo nostro, *qui indicavit verba sua Jacobo, statuta sua, & jura sua Israëli: Non fecit ita ulli genti, ideóque jura ista non noverant, Hallelujah!*



CAP. VIII.



CAP. VIII.

Plenior antiquitatum Tigurinarum Ecclesiasticarum enarratio:

SECTIO I.

De Tiguro Gentili, & Legione Thebæa.

Tigurini Gentilismo fuerunt immersi ad tempora usque Legionis Thebaa, ex qua Felix & Regula, prima Evangelij apud Tigurinos sparserunt semina. Authores, qui de Protomartyribus scripserunt. Florenicus, quis sit: Historia Florenici. 2. Ecclesia Tigurina. 3. Glareani: Observationes quadam.

I. Statum Ecclesiæ Tigurinæ exhibuimus ὡς ἐν τύπῳ, & contractè; paulò jam prolixiùs Ecclesiæ nostræ antiquitates & distinctis periodis exponemus.

II. *Prima* periodo, ante & post Christum natum, ad Seculum usque IV. Tigurini veteres, Gentiles erant, sine Christo, sine Evangelio.

Hac ergo ætate, Tigurum Idololatriæ Roma-

Romanorum, Græcorum & Ægyptiorum, exemplo reliquorum tum Gallorum, tum Alemannorum addictum. His verò nolumus immorari: *Vid. Method. Leg. Histor. Helvetic.* p. 528.

III. *Secunda* est ab initio Seculi IV. ad tempora Ludovici Regis, III. adeoque annum Christi 695. aut præter propter. In quam ætatem & prima Christianismi initia, per Legionem *a* Thebæam incidunt, & læti progressus.

a. Varia de primis in Helvetia sparsis Evangelii seminibus sunt scriptorum judicia, varii termini: Nihil tamen video certiùs haberi, quàm quæ de Legione Thebæa, ejúsque dispersione referuntur. Historiam varii variè descripserunt. *Eucherius* Episcopus Lugdunensis, Epistolâ ad Sylvium Episcopum, quæ & in vitis sanctorum à Laurentio Surio editis extat, Edit. Colon. 1618. ad d. 22. Septemb. *Florenicus*, de quo in MSc. Codice Bibliothecæ Basileensis ad calcem Historiæ Passionis Sanctorum Martyrum, Felicis & Regulæ: *Hæc passio antiquaria scripta manu, sancto Florentino, Monacho fuerat revelata; sed à nobis nunc paulò lepidius est exarata.* Qui ergo modò *Florenicus* erat,

erat, Florentinus jam cluet: Unde & magni viri existimârunt, Antoninum Episcopum Florentinum intelligi. Id verò minùs est probabile. Prolixior Florenici Historia est, quam *Florentini*, Tit. VIII. Cap. I. de persecutione Diocletiani & Maximiani S. I. fol. 197. exhibita; & ex speculo *Vincentij Beluacensis* Histor. lib. XIII. cap. 2. qui ex Gestis sua habet mutuata. Quis verò *Florenicus*? Nulla; quod sciam, & quod sciverint, qui Bibliothecas scripserunt; Florenici mentio Scriptoris Ecclesiastici. *Barron.* in Martyrol Rom. d. 20. Septemb. *Seduni,* inquit, *in Gallia Sancti Florentini Martyris, qui una cum B. Hilario post abscissionem Linguæ jussus est gladio feriri. In notis: Agunt de his Vsuardus, Ado, Petrus Catal. l. 8. c.* 124. *& alij recentiores: Passi sunt eo tempore, quo VVandali in Gallias irruperunt, a. D.* 407. Quid si ergo *Florenicus* ipse fuerit *Florentinus*? Nihil vero similius. Sanctum *Florentinum* Codex appellat Basileensis. Monachi nomen recentioris Scriptoris assumentum est. Quis enim de Legione hac in Vallesia decimata rectiùs scriberet, quàm Vallesiæ Episcopus? Eò magis, quo fuit usitatiùs, ut Episcopi hanc Martyribus impenderent operam. Habet, fateor, Historia inficeti Seculi vestigia, barbarismum, cumprimis, qui irrumpentium in Galliam

Gothorum, Vandalorum, &c, fructus fuit, Mediæ etiam ætatis vocabula irrepsisse videntur propria; quæ tamen omnia interpolatori accepta ferenda existimo. An *lepidius* Historiam ille dederit, ii, qui utramq; inter se contulerunt, judicent: Ego non dubito, multa accessisse, quæ tutiùs ex ipso fonte haurirentur. Sed hæc de Florenico, hactenus ferè obscuro. Eadem refertur Historia in statutis Collegii Carolini; in *Breviario Constantiensi*, d. 11. Septemb. Est & Codex MSc. Universitatis Basileensis, cujus titulus: *Legēda major S. Margarethæ, &c. ubi num 8. Passio Venerabilium Martyrum Felicis & Regulæ Tiguri (quod vulgares Duregum nominant,) quiescentium; sex lectionibus matutinalibus breviter comprehensa; prout legitur in Ecclesia Thuricensi.* Compendio eam exhibent Caroli Magni & Successorum, donationes. F. *Bartenstein* Augustinianus in monte Thuricensi, tractatu MSc. Germanico. *Stumpf.* Hist. Helvet. l. VI. p. 482. *Bullinger* de rebus Tigurin. *Simler* sub finem Valles. p. 136. ex Codice Bibliothecæ Carolinæ; *Glareanus*, ad Præpositum Collegii Fel. Freyum: *Guilliman.* de reb. Hel. p. 345. 358. *Grasserus* Herolog. Helvet p. 21. Canis. Martyrol. d. 11. Sept. *Murerus* Carthus. Helvet. Sanct. p. 55. Epitomen Histor.

stor. habet Hodeg. nost. P. 1. c. 1. Guilel. Gothardus in Magnific. Soloduren.

IV. Ut verò quæ de Legione Thebæa in genere referunt authores, compendii studio, prætermittamus, unum tantùm & alterum, qui de Martyrio πρωτοκηρύκων Tigurinorum scripserunt, audiemus.

V. Primus sit *Florenicus*, vel *Florentius*; aut *Florentinus*, cujus passio Sanctorū Martyrum, Felicis & Regulæ ita habet:

Passio sanctorum Martyrum Felicis & Regulæ.

Qui decem plagis Ægyptum legit attritam: decem æque persecutionibus noverit laborasse Ecclesiam. Sed per Ægyptum mundus in maligno tenebrarum positus, plebe verò Israelitica agente sub Synagoga, jam tunc gentium præfigurabatur Ecclesia. Illic Pharao cum Magis affligens Hebræos; hic Diabolus cum Principibus Romanis persequens Christianos. Illic Hebræi qui putabantur vexari, signis mirabilibus adeò decies liberati, vexatores æquè suos violentia malorum decies edomuerunt, & ad ultimum spoliatos marique enecandos: & ideo ad sese persequendos illexerunt.

xerunt. Hic Christiani decem ultionibus, vel potiùs fortuitis permutationibus affecti, impetitores suos decem è vestigio cladibus Dei auxilio calamitosos reliquerunt, tandémque religioni Christianæ cedere compulerunt, quia ut illic Ægyptus diuturnis crassisque ac penè palpabilibus tenebris cæcabatur, Israel autem à Deo mirabiliter irradiabatur: ita hic Romanæ Reipublicæ Principes, constantia Martyrum laudabili vincebantur, evertebantur, insaniebant, obtundebantur. Ecclesia autem super aurum igne tribulationis purgata stabiliebatur, exaudiebatur, resurgebat, glorificabatur. Namque, juxta Apostolum, maledicta benedicebat, persecutiones patiebatur & sustinebat: tribulabatur, sed non destituebatur.

§ Decimam itaque à Nerone persecutionem, quæ omnibus horribilior, diuturnior & immanior intonuit, Diocletianus rerum potitus concitavit, & per decem annos incendiis Ecclesiarũ, præscriptionibus innocentium, cædibus Martyrum, incessabiliter toto orbe bacchari mandavit.

Hic prima principatus sui auspicia Sanctorum Thebæorum Martyrum, sancti scilicet Mauritii & sociorum ejus, sed & beatorum Felicis & Regulæ, quorum trium-

phum aggredimur, sanguine fœdavit; sed eorum Christus agones, diademati suo, qui est caput Ecclesiæ corporis, competenter aptavit. Nam cum in Gallia rusticanorum manus, perniciosos tumultus concitavissent, & factioni suæ Bagaudarum nomen imponerent, duces autem Amandum & Elyanum haberent, Maximianum cognomento Herculium, olim sibi commilitonem, Cæsarem fecit, illucque direxit, qui & facilè agrestium hominum imperitiam, & confusam manum, militari virtute componeret, & pacem Galliis reformaret. Qui & Thebæam Legionem, cujus jam fecimus mentionem, ex Orientis partibus evocavit, eique suppetias misit. Quæ Legio sex millibus, sexcentis, sexaginta sex expeditissimis, & ad bella promtissimis lectissima, Viris antiquorum Græcorum militabat exemplo, sumtúsque necessarios, & donativum ex publico sumebat ærario. Hi Christianitatis titulum, Orientali more, à Patriarcha quidem susceperant Jerosolymitano, sed Romæ itinere attingentes, eandémque fidem sub Marcello Papa confirmantes, omni mortium genere malebant consummari, quàm ab eadem quoquo modo divelli.

Maximianum itaque Cæsarem perse-

cuti

cuti, qui ad uſus quidem bellorum ſtrenuus, ſed Idolorum erat præcipuus cultor: jam alpium juga, jam loca ſubibant anguſta pariter & iniqua; cùm ecce fama Sanctorum occupat aures, Maximianum præcipere, Idolorum templa omnes ſubire, ſolemnia Diis vota perſolvere, per aras dæmonibus ſacratas jurare, non ſolùm rebelles Regiæ Majeſtatis perſequendos: verùm etiam Chriſtianos velut Deorum ſuorum inimicos & inſidiatores Reipublicæ publicos in commune proculcandos. Quod edictum ubi promptam Sanctorum devotionem perculit, mox alius alii ſucceſſit, ut & neceſſitatem committendi ſacrilegii præterirent, & non modò non ſequendos, ſed etiam ſe eſſe Chriſtianos monſtrarent, omnèſque per contubernia, aut retrò acti, aut ante progreſſi, vel dextrâ vel levâ divertentes, Dei nutu ei loco ceſſerunt, & ad alia titulis Martyrii ſui ſublimanda ſe contulerunt. Sanctus Mauritius primicerius, & ſignifer Exuperius, cum ſociis ſuis Agaunum, beati Urſus & Victor petiverunt Solodorum, beatus Secundus æquè Dux Victimilium Italiæ caſtrum, Sanctus Alexander Bergamum, Placentiam autem civitatem Sanctus Antonius cum ſociis itidem ſuis, beatus quoque

 Domni-

Domninus haud procul secessit ab eis: qui autem littora Reni inferius insederunt Coloniam Agrippinam, Sanctus Gereon ejúsque contubernium: illuc quoque post paucum tempus Sanctorum Maurorum commigravit collegium. Sanctus Victor Xanctum, vel novam Trojam: Cassius & Florencius diverterunt novam Veronam. Martyr autem Christi, meritis & nomine Felix cum sorore sua æquè S. Regula, consultu beati Mauritii, hac non modo expeditione, sed & peregrinatione suscepta, loca Germaniæ, quæ incolunt Alemanni vel Suevi, felici auspicio sunt aggressi. Dicti autem Alemanni, à Lemanno Fluvio, cujus ripis insederunt. Suevi quoque à Suevo, Germaniæ monte, ad Aquilonem porrecto, quem prius incoluerunt. Unde Poëta Lucanus: Deseruere cavo tentoria fixa Lemanno. Idem: Fudit ab extremo flavos Aquilone Suevos. Huc beati Martyres Felix & Regula, ad Pagum qui dicitur Clarona, ad caput scil. laci, quem Fluvius Lindimagus efficit, & illic Vicũ Thurregium præterlabitur, substiterunt, vigiliisque jugibus, & crebris jejuniis insistentes, Deo placere contendebant, orationibus assiduis pernoctabant, lectioni frequenter incumbebant, verbo prædicatiõis insta-

bant, populum à simulachrorum errore revocabant, & quos sermonibus non poterant, miraculis evidentibus perterrebant: cæcos scilicet illuminantes, surdis auditum restituentes, mutis loquelam, mortuis vitam, gressum claudis, omnibus medelam infirmis: Dæmones effugabant: fana gentilium subvertebant. Quapropter incredulos convertebant: credentes autem ad fidem animabant. Et unde proficiebat fidelis, inde induratus deficiebat infidelis. Et quia Idolorum templa subruere videbant, Ecclesias autem Christi consurgere dolebant, suggesserunt Maximiano Principi: qui vi celeriter Decium vicarium Diaboli cum officio misit, qui famulos Dei tali instantes operi requisierunt, quos & in castro Thuregum post orationē consuetam, cibo corpora refocillantes meridie invenerunt, sed gratiam Dei, quæ & se in Sanctis suis mirabilem habebat, ostendere, & illos, cujus essent meriti, mirabiliter declarare, excæcavit impios, ne viderent Sanctos, quoniam, qui Deum fictè quærunt, nunquā merentur invenire: n. dum qui perniciter persequi moliuntur, possint aliquo modo prævalere. Et ad propalandum, quia non terrore passionis voluerit eos Dominus ad

 horam

horam occultari, sed ut eorum constantia, & ad Martyrium promta devotio omnibus fieret nota, jam prætergressis ministris Diaboli, Sanctus Felix dixit sorori: O soror charissima, & in Christi fide comes individua: ecce nunc tempus acceptabile ecce dies salutis oblatæ! Offeramus nos ultraneos, dum videmus hostes DEI virtute cæcatos, cum jam transierunt persecutores, proruamus, reclamantes ad Martyrium sponte, ut coronam perhennem vitæ nobis promissam mereamur accipere. Et extensis manibus ad cœlum orabant ad Dominum, ut liberaret animas eorum à potestate iniquorum. Orabant autem cum murmure, ut exaudiret hostis: & sic invenirentur à prætergressis. Tunc videns eos Decius, & Spiritu immundo repletus ajt: Christiani estis de collegio rebellium Mauritii & sociorum ejus, quos jam punivit Maximianus? Sancti dixerunt, Christiani sumus, & Christum Dominum adoramus, ipsumq; semper rogamus, ut exemplum beatorum fieri possimus, quos constat non punitos; sed æternæ vitæ Martyribus connumeratos. Decius dixit: Sacrificate Diis. Socii responderunt: Non adoramus Deos tuos, neque sacrificamus, quia tu in inferno es demergendus. Decius dixit, Deos magnos prote-

protestor, quia si contempseritis grata diis libamina offerre, magna & inexquisita habetis tormenta perferre. Sancti responderunt: Corpus quidem in tua est potestate, circa quod ad horam potes sævire, animas verò nostras ille custodit, qui eas rationabiles, & immortales corporibus infudit. Tyrannus dixit: Adhuc patientiæ meæ vobis prærogo tranquillitatem, expectans præsumtionis vestræ pœnitudinem. Sed à sacratissimo mihi Cæsare sententia progressa, quando commilitonum vestrorũ abrenunciantes consortia: ut aut jussa diis immoletis sacrificia, aut certè puniamini sine dilatione aliqua. Nunc igitur per clementiam Cæsaris juro, quia si Deos nostros omnipotentissimos dissimulaveritis adorare, in sartagines calentes, oleo & pice sine mora habebitis descendere. Beati Martyres responderunt: Dominus noster est, non timebimus, quid faciat nobis homo: Quantum libet ergo sævi judex nequissime, & toto malignitatis Spiritu debachare, certum te reddere volumus, quia Deos tuos non adoramus: Idola manufacta detestamur, templa Dæmonibus fabricata fortiter execramur. Tunc jussit eos Tyrannus ab officio comprehendi: & in rotas ferreas, igne candentes imponi. Tandem

inquit Diis nostris jam satisfacite, cùm videatis, nō posse Deum vestrum nobis prodesse: Sancti responderūt: Inimice, qui sunt Dii tui? Decius dixit: Jupiter & Mercurius. Sancta Regula respondit. Potiùs est Diabolus, qui te ad hos incitavit affectus, ut relicto Deo Creatore, subdas te creaturæ: non modo æquali, verum omnino inferiori. Nam & istos, quos, Diabolo instigante, Deos arbitraris, homines sunt: Sed jam mortui, & in nequitia consumati. Quorum vita vivere, actus imitari si velles, jamdudum legum censura puniri haberes. Adoras ergo castus impudicum, legum censor maleficum. Immò vivus mortuum, carneus luteum, & sensibilis omnino insensatum quinque corporeis sensibus vigens, non audientem non loquentem, non odorantem, nec omnino palpantem: & rogas me tibi in talibus fieri participem? Tu potiùs secundùm Psalmigraphi vocem, qui dicit, similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis, qui particeps eorum insensibilitati effectus, væsana mente Dei Creatoris ignarus, servos ejus persequeris, æterno cum eis incendio concremaberis. Tunc Præses nimium iratus jussit afferri & reliquari picem, & sic in eam Sanctam Regulam dimitti. Sed & plumbum calen-

calentissimum ori ejus infundi, quia voce publica se à fæmina confutari. Hoc, inquit, & pejora tibi parantur tormenta, si Deos non adorans justa persolveris sacrificia. Sancta Regula respondit: Tormenta, quæ ingeris, & intentas acriora, melle mihi & favo sunt dulciora. Decius autem dolens sic à fæmina insultari, jussit eos in carcerem recipi, fame, inquit & siti crucientur, qui minis & tormentis non deterrentur. Illic reclusi fœtore & tenebris desperati deficiant: qui ita procaci obstinatione nobis insultant. Ab officio completum, quod Judex impius edixerat. Sancti Martyres carceri mancipantur, & sub ferali custodia retruduntur: ubi humano solatio destituti, sed divino sunt adjutorio recreati. Nec atteruntur fame: qui cœlesti pascunt se invicem pane, pro tenebris splendor angelicus: pro fœtore odor commutatur suavissimus. Quamdiu illic reclusi sunt, Psalmis & orationibus & exhortationi mutuæ incubuerunt. Quos cum perendinatis diebus judex conspectui suo jussisset resisti, exhibebantur ab obscuris filii lucis, carcerem momentaneum passi, cœlo imperpetuum cum Domino post futuri. Ergastuli, inquit judex, fatigati obscuritate, famis inedia macerati pro pœnitudine: quid pro vestra

 salute

salute deliberâstis, edicite. Salus nostra, inquiunt, Christus est, pro ipso vitam finire, morte occumbere: stat sententia subinde deliberâsse. Tibi autem cruciatus æternos noveris imminere, & pro momentaneis nostris tenebris, perhennes te manere, carcerem autem tuum, ignis inextinguibilis esse barathrum: ubi vermis tuus non morietur, & tortor tuus non fatigabitur. His insectationibus consularis nimis iratus præcepit, omnia suppliciorum genera sanctis intentari: si quo modo possent ab hac intentione divelli. Sed Sancti omnes alacri animo omnia deridentes, & ipsis tortoribus fortiores, voce & animo unanimes glorificabant Deum, dicentes: Gratia tibi Jesu Christe. Si qua esse possunt nostra merita, quia inter hæc duramus tormenta, tibi Domine ascribitur, à quo nobis & posse & velle suggeritur. Tunc Decius ad beatum Felicem, quem mirabatur sic inter tormenta constantem, Deus, inquit, tuus quem adoras, quem laniatus & jam pene deficiens invocas, ubi est? Deus, ajt Martyr, meus est in cœlo, sedet paratus mihi in auxilio: Deus verò à quo deciperis, tuus est in inferno, expectans te nostro peracto Martyrio. Imitari ergo tantopere satagis illum, qui penè jam caput dimersit sub barathro tuum. Tyrannus di-

xit, verbositate hac proposita: melius facies, si Deos mecum meos adores. Ego enim illorum sermone fruor mutuo, & quod jubent implere satago. Dei autem vestri colloquio vos uti quomodo suadetur? quibus cœlestia penetrare impossibile, non dubitatur? S. Martyres responderunt, ô stulte & insensate, & Diis tuis, qui nec vident, nec audiunt meritò comparande: animalis homo non percipit, quæ sunt Sp. Dei: Deus noster cœlestis & invisibilis, cœlestia & invisibilia præcipit nos sperare: ideò tantopere terrena visibilia, & maximè Idola artibus hominum fabricata præsumimus nihili pendere. Aspice Solem & Lunam & astra, & cœlum continens ea, nisi rector Deus esset interior, qui ipse idem & immobilis manens omnia mobilia, nec tamen certos cursus habentia disponeret, cuncta jam dudum fluitantia sors omnia versans perverteret. Hunc Deum solum terra marique potentem colimus, huic vivere nostrum devovimus, quia in ipso morimur, movemur & sumus. Præses dixit: Patientia equidem mea & facilitas multa, dum adhuc sustinet, proterviores vos & multo sermone vacantes exhibet. Sancti Martyres responderunt: Deus noster multo magis patiens est, & misericors: qui & nostram confidentiam coronet, & tuam despe-

ratam protervitatem condemnet. Ad hæc Decius iracundior factus, jussit graviora eis inferri supplicia, famuli verò Christiani omnia hæc fortiores effecti, glorificabant & benedicebant Deum, qui fecit cœlum & terram, cujus verbo creata sunt omnia, cujus virtute cuncta invisibili prodiere potentia. Et constanter auxilium sibi petebant affore de cœlis, & gratiam Spiritus Sancti, per quam compotes fierent expectati diu triumphi. Confestim obumbravit eos nubes lucidissima, quam vox à supernis dilapsa, hæcque ingeminans est subsecuta: Confidite, confidite, ne timeatis, tortores vestros superaturi estis. Viriliter agite, & confortet cor vestrum, quia ecce ego vobiscum sum. Ecce venit vocatio vestra, alacriores effecti, manúsque cum mentibus ad cœlum subrigentes dicebant: Lævavimus oculos nostros ad cœlos, unde veniat auxilium nobis. Auxilium nostrum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Et iterum prosecuta est vox à supernis: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Sancti Martyres ad hæc iterum prætendentes manus ad cœlum ampliusque clamantes, benedicebant Deum dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra

ra pax, hominibus bonæ voluntatis. Tunc Decius ad omnia semper omni bellua crudelior redditus, ultimam in sanctis Dei prætulit sententiam sic præfatus: Felicem & Regulam edicti publici contemptores, & Majestatis Imperatoriæ sanctionibus reluctantes, sacrilegium visi sunt perpetrâsse, sacrisque ultro numinibus, cum nefariis vocibus, injurias irrogâsse, gladios jubemus subire: ut dum taliter profana piantur crimina, Deorum pariter & nostrorum ulciscatur injuria. Martyres Sancti hæc audientes, quod jam propinquaret ad palmam, gaudentes orabant, interim hæc dicentes: Dirige nos in veritate tua & doce nos, quia tu es Deus Salvator noster, & te sustinuimus tota die hac nostri Martyrii expectatione. Et hæc unanimiter perorantes, deinde educti, & à percussoribus prostrati, cervices flectentes, manúsque ad cœlum protendentes, capita percussoribus prodiderunt. Quibus amputatis, gloriosa morte occubuerunt. Et ecce vox Angelorum Sanctorum audita est clarè psallentium: In Paradisum deducant vos Angeli, & cum gloria suscipiant vos Martyres. Ad comprobandum verò quanti meriti essent in in cœlis, quos Dominus sic ab impiis patiebatur consumari in terris, eadem hora decollatio

collationis eorum magnum & ante inauditum ostensum est miraculum. Maximus quippe illic astantes horror invasit, ac lux ineffabilis cunctis resplenduit. Et dum hoc timore impii percellerentur, Sanctorum corpora exurgentia in pedes steterunt, & acceptis capitibus propriis altrinsecus positis, Angelico, ut credi datur, ductu gressus illorum regente, pendulis brachiis deportaverunt, & à ripa fluminis Lindimaci ubi decollationem acceperunt, contra montem dextris sexaginta reposuerunt Congruum namque erat divina dignationi Sanctos suos mirificatos in cœlis, sic apud homines glorificare in terris, ut & fideles robustius ad fidem animarentur, & infideles vel crederent conversi, vel deficerent indurati. Certè novum & hactenus invisum prodigium! Exanimes artus more viventium incedere, & homines mortuos rectos cursus dirigere. Illius profectò, illius mira potentia constat hoc esse factum miraculum, qui & cùm non essemus, de limo terræ compactos, in vitalem nos substantiam animavit, & in terræ pulverem resolutos ad Sanctam gloriam in resurrectione omnium iterum vivificabit. Illic igitur à fidelibus sepultura digna tumulati sunt, ubi & ammodo cum magno decore requiescunt. Qu

locu

locus requietionis eorum ducentis, distat à castro (NB) Thuregû, ubi & Domini Salvatoris potentiâ, per evidentia miraculorum insignia, per multa annorum curricula dignatur demonstrare, cujus meriti illic reconditæ habeantur reliquiæ, quia quocunque quisque laboret incom̃odo, si fides petentium exigat, remediatur continuo. Et quod quisque supplex fideliter probatus fuerit illic postulare, per gratiam Sanctorum confestim merebitur obtinere. Passi sunt autem Sancti Martyres tertio idus Septembris. Hæc denique passio, antiquaria scripta (NB) manû, sancto *Florentino* Monacho fuerat revelata, sed à nobis nunc paulò pidiùs est exarata. Quapropter misericordiam Dei mereatur, qui id fieri expostulavit, benedictionem autem perpetuam qui jussit, veniam quoque præteritorum malorum qui exaravit, emendationémque præsentium, cautelam etiam futurorum per gratiam istorum omniúmque Sanctorum, ad laudem & gloriam nominis Domini, quod est benedictum in Secula Seculorum, Amen.

VI. Secundus sit author legendæ triumphalis agonis Beatorum Martyrum Felicis & Regulæ, de Thebæa legione, Thuregi

gi quiescentium, quorum dies natalitius celebratur d. XI Septemb, & in Ecclesia Thuricensi sic legitur:

Multorum innumerabilium per orbem pretiosa extitit mors Sanctorum, qui pio cruore, fidéque integra plantaverunt Ecclesiam, è quibus non minima pars temporibus Maximiani crudelissimi persecutoris, eodem jubente cum sacratissimo Duce Mauritio occubuit, è quo consortio beatus Felix, cum felicissima germana sua Regula in partes Germaniæ per vasta loca heremi, quæ Clarona vocatur, venerunt. Est locus insignis, in fine cujusdam laci, ubi antiquissimum castrum, quod Thuregum vocatur, extitit. De quo etiam locus vocabulum trahit. Ex quo amœnissimo cursu Fluvius quidam Lindamacus decurrens, jucundissimum locum reddit. Ubi dum præfatus Felix, sorore sua comitante, Christo Duce pervenissent, fixis casulis, more peregrinantium, vigilijs sacris, precibúsque pijs vacare, verbúmque Dei advenientibus seminare constanter ceperunt.

I. Cúmque in eodem loco aliquandiu tam sancto támque præclaro operi insisterent, Impijssimus Maximianus, crudeles ministros direxit, qui ubicunque comprehenderent

derent Christianos, ut aut Idolis sacrificare compellerent, aut variis tormentis punire nō tardarent. Nec mora, cùm post completas orationes fessa corpuscula meridiano tempore prandio refocillare decrevissent, illico persecutores adesse senserunt, sed superna misericordia, quæ nunquam in se sperantes deserit, quousque mutuis confabulationibus consolarentur, ne eos carnifices agnoscerent; subitâ cæcitate ipsos percussit. Cúmque illos tali errore frustrati præterijssent, beatus Felix beatissimam sororem ita alloquitur, dicens: Charissima soror, ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis! Non nos quasi occultando celemus, non fugiendo vitam corruptibilem reservemus, sed publicè nosmetipsos persecutoribus manifestemus, ut per palmam Martyrii consortium electorum in cœlesti sede habere mereamur.

III. His dictis expansis manibus judicem piissimum, mundique rectorem ac redemtorem precibus invocabant, quatenus per immensam suam clementiam, ipsorum animas de inimicorum pietate eriperet, ut transitum habere mererentur ad regnum perpetuum. Oratione itaque peracta impijssimus persecutor, accedens ad illos dixit: Christianos vos esse fatemini, sociósque

 que

que Mauritii, Candidi, Exuperij & Victoris, annon? Tunc beatus Felix, sociiq; illius constanter dixerunt, Christianos nos esse, illorum socios, de quibus interrogas incunctanter fatemur, & non abnegamus, quia cum eis regni cœlestis participes fieri Christo propitio confidimus. Cumque crudelissimus Tyrannus eos Idolis sacrificare cogeret, hoc ab illis responsum accepit: Dijs mutis, Dæmonibus damnandis, cum quibus tu in tartarum demergeris, nunquam nos ulla tormenta sacrificare compellunt. At Decius judex juramento Deorum suorum se astrinxit, diversis tormentis eos esse plectendos, si ultra Diis suis sacrificare renuerent.

IV. At illi, non immemores Evangelici præcepti, dicentis, nolite metuere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, taliter terrenti responderunt Tyranno, etsi corruptibilium corporum tibi ad modicum & concessa potestas, animæ tamen in solius Dei manu consistunt. Decius ajt: Testor magnos Deos, Imperatorisque clementiam, si non illico JovemMercuriúmque venerando suppliciter adoraveritis, in candentes sartagines, sine mora faciam vos jactari. At illi pari voce decantabant, Dominus noster

adju

adjutor est, non timemus quid faciat nobis homo. Tunc impijssimus Tyrannus cultores Christi in candentes ferreásque rotas imponi jussit, & igne liquefactum plumbũ ipsis ad potandum dari. Martyres verò Christi Deum cœli, ac redemtorem mundi, gratias agendo, laudúmque præconia proferendo, invocabant, quod eos dignos esse Christi gratia fecit, tanta pati pro ejus nomine. Quod dum Tyrannus infelix audisset, ad beatum Felicem se convertens dixit: Deum tuum adoras, & ad illum clamas. Ubi est Deus tuus? En ego cum Dijs meis loquor, & juxta illud, quod mihi imperant, cuncta perago. Cui Felix respondit: Cur inimice tam stolidum pectus geris, ut per creaturas, cœlum dico, terram, solem & lunam, & omnia astra cœli, agnoscere creatorem non poteris? Ipse enim est Deus omnium conditor rerum, qui potest salvare animas nostras, Dij verò tui Dæmonia sunt, & tu ipse cum Diabolo, cujus imitator es in profundum inferni descendes, arsurus sine fine.

V. Cúmque diu, impio jubente Tyranno, feroces ministri vexarent tormentis Martyres Christi, omnium tormentorum genera quasi pro nihilo ducentes, totámque suam spem Domino comittentes, eum

 glo-

glorificabant, illiúsque adjutorium & gratiam totis viribus implorabant. Cúmque his, aliisque vocibus Dei Majestatem invocâssent, nubes lucida super eos effulsit, & vox emissa dicens: Ne timeatis quia ego vobiscum sum, confortetur cor vestrum, viriliter agite, quia jã venit vocatio vestra. Cúmque Martyres sancti hac voce audita oculos ad cœlos levâssent, iterum ad illos vox facta est, dicens: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Sancti viri Martyres eo amplius clamabant, Deúmque benedicentes dicebant: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis, laudamus te atque benedicimus in secula seculorum, Amen.

VI. Deinde crudelissimus Tyrannus imperavit ipsis cervices flecti, ut eorum capita amputarentur. Quo audito sancti Martyres Christi parili voce regem regum invocantes, dicebant: Vias tuas Domine demonstra nobis & semitas tuas doce nos, quia tu es Salvator noster, dirige nos in veritate tua. Cúmque unanimiter Christum Deum invocâssent, ac orâssent, atque creatori animas suas commendâssent, palmis in cœlum expansis, spiculatori cervices flectebant. At illis amputatis capitibus corru-

corruptibilem vitam pariter amputavit, & ttiumphatores Christi ad coronas sibi paratas morte gloriosa migraverunt. Et ecce vox Psallentium Angelorum audita est dicentium: In Paradisum Angeli deducant vos cum gloria, suscipiant vos Martyres, & perducant vos in civitatem sanctam Jerusalem. O mirum in modum ad magnam Christi gloriam est ostensum miraculum. Nam cadavera jam sua capita amputata suit manibus, de ripa fluminis, ubi decollari meruerunt, ad sinum vicini montis, cubitis quadraginta, portaverunt, ubi hodie cum magna gloria requiescunt.

VII. Tertius succedat, Henricus Glareanus, qui in gratiam Præpositi Ecclesiæ Tigurinæ, Felici Frey, Proto-martyrum Historiam ab adnatis fabulis emuscavit, talémque reliquiarum Legionis Thebææ descriptionem reliquit.

D. Felici Frey Tigurino, Viro Clarissimo, Ecclesiæ Tigurinæ Præposito, Glareanus, S.

Sed ecce tibi tuum, una cum comitibus illum Sanctum Felicem, suavissime Felix, restitutam Heroum vestrorum Historiam, urbis vestræ decus & eximium ornamen-

 tum,

tum, utcunque acceperis. Nam si multa in populum meritum esse jure dicitur, qui de eo benè sensit, illique bene consuluit, quid putandũ, de eo qui brevissimum illud ad æternam virtutem iter, velut digito demonstravit? Id quod nemo melius fecerit, quàm qui vitam humanam exemplo optimorum virorum ad summam illam Euthimiam ducere conatur. Quales inter Christianos haud dubie, post Christum, Apostolosque fuere Sancti Martyres & patientia & fide conspicui. Elaboravimus autẽ ut ex veteribus Scriptoribus, quantũ fieri potuit, Historia hæc initium sumeret. Deinde ut nusquam fidei documentis repugnaret, hoc est, ut Sanctos hos minimè cavillosos, minime subtiles secundùm mundum, minimè ultionis cupidos introduceremus. Postremò quoq; cavimus, ut loca, ut tempora, ut Imperatores lucidè referremus, non contenti vulgato jam abusu, quo sat habetur, si frigidè cœnobium, Abbatemve nominent, omissis prorsus omnibus qui ad veritatem Historiæ necessariò pertinent. Sed hæc tibi & universo Collegio, viris humanissimis, deinde & Huldrico Zwinglio propter summam in viris optimis eruditionem etiam insigni Theologo, offero, quæ si grata conspexero, velut primitias frugum

gum mearum, excitabor, ad majorem vestri laudem, tam opportunè ansa præbita, sic jam vale & me ama: Lutetiæ.

Divorum Felicis, Regulæ, & Exuperantij Agon.

De Thebæa Legione, sub Duce Mauritio, quam Maximianus cognomento Herculeus, ex Ægypto in Gallicam profectionem habuit, ac tandem in Veragris crudelissimè trucidavit, multa est in Historiis Sanctorum mentio. Verum enimverò, qui hujus fata certaménque descripserunt, ita in varias sententias abiere; quidam etiam in longissimas ambages lapsi, ne dicam in meram loquacitatem, totam Historiam defenderunt verius, quàm illustrârunt, ut necesse habuerimus eam rem è certis Authoribus, sed breviter, velut perstringendo, colligere. Principio igitur quomodo in Gallias venerint, dicendum. Ut sæpè vel ob regnum, dissidiorum fomitem, vel ob suspectionem inter Romanas acies acerrimè conflictatum est, ita vix unquam plures ubique tumultus orti, factionêsque pullulârunt, quam, posteaquam Carus Imperator cum filiis Carino & Numeriano interiit, Imperium Diocletiano Dalmatæ evenit. Erat etenim in Gallia, quod tum

Eusebius, tum Eutropius scribunt, Duce Amando & Aeliano, rusticorum collecta manus, quam factioni suæ Bugaridarum nomen imposuit. In Ægypto item Achilleus novas res moliebatur. Neque Africa interim, neque Britanniæ quietæ, & Orienti bellum inferebat Narseus. Hæc cùm videret Diocletianus, ut tantæ rerum moli sufficeret, Maximianum in Imperii consortem ascivit. Et se quidem Jovium, quòd perinde atque Jupiter rebus humanis succurreret, illum Heracleum nominat, quòd jussu ejus monstra domaret. Diviso itaque exercitu, magno animo ad componendas provincias aggressi sunt. Multis Principibus anteferendus uterque, si à Christianorum sanguine abstinuissent. Maximianus mira celeritate Galliis pacem restituit. Diocletianus in Ægypto Achilleum victum, atque raptum bestiis lacerandum obiecit. Evenit autem ex sorte hæc quoq; Legio Thebæorum Maximiano, cùm in Gallias exercitum duceret, cæterùm ignaro, quòd ea Christiana religione imbuta erat. Erant in ea ex omni Thebaide milites Christiani, fortuitè ne collecti, an, quòd similes similibus facilè conveniant, incertum. Addunt alii, ab Episcopo quodam Hierosolymitano primum edoctos ritus Christianos. Deinde Romæ

Romæ iterum ab Marcellino Episcopo confirmatos: Cæsaribus tamen militiam præstitisse, dum neque cædem piorum, neque ad Idolorum servitutem cogebantur. Libentiùs crediderim, divina Providentia in unum convenisse, ut sanguine suo in exteris nationibus, atque id non uno in loco, Christum testarentur verum Servatorem. Id quod brevi accidit. Nam post habitam in Galliis victoriam, cum Maximianus ad Africæ tumultus sedandos festinaret, Diis apud Octodorum (vicus est, ait Cæsar, Veragrorum) sacra facturus ob partam victoriam, simul ut futura prosperarent. Huic Legioni, quæ aliquot milaribus, ne ritus hos viderent, aberat, persuadere non poterat, ut iisdem sacris interessent. Iratus itaque, quòd dicto audientes non essent, decimum quemque jugulari jussit, quòd spes esset, metu cæteros ad Deorum cultus compelli. Verum hoc scelere parum profecit. Nam alii alio se conferebant, alios locos nobilitaturi, suo sanguine, simúlque quòd mentem Imperatoris in melius duci posse rati præsentem iram declinabant. Porrò Mauritius Dux Legionis, Innocentius, Candidus, & Exuperius signifer, cum non pœnitenda manu illic pro Christo fortissimè occubuere. Ursus verò

& Victor, cum non plena cohorte Solodorum concesserunt. Est Solodorum oppidum in Helvetiis egregiè munitum super Arolam fluvium, qui Rheno plus minus XXIIII. millibus supra Basileam conjungitur. Ubi gloriosè egregias animas pro Christo ipsi Christo obtulerunt. Geryon cum aliquot manipulis Coloniam Agrippinam venit, eadē passus cum suis quod Mauritius atque Ursus. Quidam in Italiam abiuere. Inter quos Secundus Antoninus, Alexander, Thominus, Cassius & Florentius. Cæterùm, quòd ubiq; Christianorũ cædes essent, nec innocentibus & imbellibus uspiam tutus locus, cum ea Legione etiam fæminæ quædam, Romæ omnia turbata conspicientes, quicunque nomen Christianum professi essent, in Gallias venire, ea ducti spe apud barbaros loca fore, ubi Deo servire faciliùs possent. Ita diva Verena Zurziacum venit; locus est in Helvetiis, nō longè à concursu Limagi & Rheni, emporium celeberrimum, quod multi à Ptolomæo forum Tiberii dictum putant, hic Deo suavissimè vixit. Nec longiorem profectionem nacti sancti illi quorum vitam atque Agonem hic describenda suscepimus, Felix, Regula & Exuperantius, nomina Romana, ut facilè persuadear, eos Romæ baptis-

baptismum sumpsisse, qui in Ægypto nati erant, Hierosolymis fortassè Christi sacris initiatis, ut antea diximus. Erat Regula soror Felicis, quæ in factione Ægyptiaca, cùm Achilleus à Romanis deficeret, futurum rata, quod postea accidit, ut Ægyptus multa mala pateretur, præsertim advenante jam cum exercitu Diocletiano, quòd Alexandriam obsidendam sibi constituerat, cum Fratre Romam venit. Cùm verò neque illic Christianis tutus esset locus, in Gallias rursus ad Felicem abiit, quærens solitudinem, aut locum, ubi Deo vivere daretur. Neque enim paulò turbatior Italia erat multis Barbaris nationibus. Posteaquam autem Ducem Legionis Mauritium occisum cognovere, quanquam dubii rerum suarum, quocunque tamen sors ferat, bona in Deum spe, ire constituerunt. Progressi itaque Felix, Regula & Exuperantius per Vallem Sedunorum (hanc mediam Rhodanus secat, totámque longitudine plus centum stadiis irrigat) ad Rhodani fontes, deinde per montem seu Furcæ nomen, in Vallem Ursulanam deveniunt, à qua divertentes difficilimè itineribus primùm Uriam, ubi pauca admodum tuguria tum erant, deinde Glareanam venerunt, loca sunt in Helvetiis, proxima Rhetis,

Rhetis, atq; ita proxima, ut multi putent olim Rhetorum linguâ eos incolas habuisse. Porrò apud Glareanos Limagus oritur, qui Tigurum, primam Helvetiorum urbem perluit. Paucos dies Glareanæ in scopulo quodam, qui & Limago & vico incumbit, ubi hodie sacellum sacrum habent, morati, Christi Evangelium primum ibi docere apud simplices homines, qui Dei verbum non ita multo tardiùs accipiunt, quam qui palàm mundo prudentiam jactitant. Cessit ea res non infeliciter, verum cùm jam videret, multos Christo lucrifecisse, fugiendámque esse non ignorarent inanem istam pompam, qua populus eos tanquam divos venerari cœperat; rectà Limagum secuti, Tigurum venerunt. Locus hic vetustus est, antiqua Tigurinorum gloria, qui L. Cassium Cos. Ro. L. Pisonem Legatum interfecerant, eiúsque exercitum subjugum miserant, ut auctor est Cæsar. Posterioribus item temporibus, non parùm nobilitavit eandem Carolus ille Magnus, qui Templum hoc & Canonicorum Collegium elegantissimum in horum Martyrum honorem ædificavit. Neque verò dormierunt Tigurini, cùm noviter Helvetiorum imperium tam felicibus auspiciis ortum est, primas enim tenent hodie

authoritate & potentia florentissimi. Hic sancti illi rursus docere veram pietatem cæpere, vigiliis, jejuniis, laboribus corpora macerantes; ita enim exemplo bono plurimos à mundi cupiditatibus avertebant. Temporibus verò iis Romani in Helvetiis, præter Aventicum, & Solodorum, & Tigurum habuerunt, quanquam ambiguo Imperio: Crebræ enim in Galliis, propter Germanorum vicinitatem, qui nuper defecerant, rebelliones erant. Satis autem constat, vetere fama, Tiguri arcem fuisse in minori urbe prope Limagum, ubi hodie campus est, muro inclusus atque arboribus ornatus, verosimile item est, plus negotii olim eo in loco fuisse, cùm plures audiam in ea opinione, ut unam duntaxat urbem fuisse putent. Carolum verò Magnum quod Templum Divorũ tam magnificum illis ædificaverit, & auctoritatem loco & occasionem deinde augendæ urbis dedisse credendum est, ut fieret altera minor, præsertim jam diruta arce. Quare non prorsus caret ratione, Carolum Mag. conditorem urbis Tigurinæ creditum vulgo, cùm tam magnificè auxerit locum, tametsi mille annis ante Tigurinorum fama & gloria clara apud Scriptores fuerit. Præerat tamen ei loco Decius quidam, hac crudelita-

delitate in sanguinem piorum non multo absimilis suis Imperatoribus, qui cùm præceptum haberet, Christianos plectendos, si numina Romana adorare nollent, inaudissétque esse quosdam, qui Tigurinis novos Deos annunciarent. Continuo lictores quæsitum mittit, arripiant, adducant, ante eum sistant. Verùm illi vel loco occulto defensi, ut tunc fermè erant Christianorum omnia, vel Christo ipso, abscondente, non ita cito inventi, rumorem tamen, quod Præses eos peteret, jam audierant. Tum inito Colloquio sese mutuò adhortabantur ad vitam ultro profundendam pro Christo, præcipuè verò Felix sororis suæ Regulæ multa Martyrum exempla enarrare, propterea, ut in homine multis procellis fortunæ jactato esse poterant, Christi documenta crebro inculcare, Virginem alioqui pro Christo ardentem facilè firmavit. Itaque Dei auxilio invocato lictoribus se ultro dederunt, cùm latere potuissent. Sistuntur Decio. Hic in Christianam religionem multa debacchatus, recitato Imperatorum suorum decreto. Deinde quibus modis Octoduri plures rebelles pœnas suæ superstitiõis dedissent, ut Deos Romanos adorarent; præcepit, alioquin lege plectendos. Tum Felix admodum

dum placidè ut vir multâ patiẽtiâ exercitatus, in hæc verba respõdisse dicitur Tyranno: Nil novi ex te audimus præses, nimium hæc nobis nova sunt. Scimus sanè quàm Imperatores tui piorum sanguinẽ sitiant, verùm non necesse est, relicto Deo, hominibus audientes simus. Scias itaque, nos esse Christianos, atque adeò de Legione hac, quam Maximianus ille tuus Imperator nõ ita pridem apud Veragros crudelissimè laceravit, speciménque suâ crudelitate spectandum dedit. Verùm tu disce, nullis nos tormentis ab hoc proposito divelli posse, in corpus potestatem habes, qualem in oves lupus, anima immortalis est, nec injuriæ obnoxia, lucrifacies nos Christo, cujus Evangelium annunciamus, verúmque Deum esse etiam nostro sanguine testabimur, proinde minari desine, major est virtus Christi, quàm quæ minis langueat, parati sumus omne pœnarum genus pati potiùs, quàm à Christo desistere. Poteramus arma sequi Imperatorum tuorum, & fecissemus utiq; , si ab innocentum sanguine, quo totum orbem aspergunt, manus abstinuissent, neque coëgissent ad cacodæmonum sacra eos, quibus jam verus Deus innotuit. His dictis animus Decii jamdudum irâ accensus, ergò

irritati

irrisui sunt vobis numina nostra, inquit, ibidem ibitis tentatum vires Dei vestri, immò verò quod Romana potentia Romanorumque Deorum numen valeat ociùs experiemini. Continuo allata ahena oleo picéque oppleta, in quæ fervescentia sancti conjiciunt. Cæterū hic tum Decius quid Christus esset expertus est, neque enim quicquā commoti sunt his tormentis, partim firmante propositum illorum, partim imminuente pœnam Christo. Porrò à Regula acriter increpatus Præses, qui in virginem exercere tam crudeles pœnas ausus fuerit, quique in ea constantiam videret, qualem in se desideraret. Sed credidit (tam cæca mente erat Tyrannus) arte magica id fieri, quare alios cruciatus apparat; jussit itaque in carcerem conjici, tum acri vigilia cavit, ne quid cibi illis præbeatur, homo stupidus, qui ciborum magistrum non noscebat Christum. At Sancti ipsi mutuo de rebus supernis Colloquio, tum auxilio divino firmati, nihil molestiæ inde cæperunt, adeò etiam in sævissimis tempestatibus nunquam Christus suos dereliquit. Post aliquot dies educuntur, tum rursus Præses, opinor nunc demum, inquit, vos resipiscere, fame macerati, squalores passi tantos. Num Deos nostros negatis adhuc?

Sub-

Subrident illi dementiam præsidis, porrò quòd propositum eorum tam mutabile crederet etiam increpant. Denique citius mori se decrevisse, quàm Diis sacra facere, respondent. Proinde desistat ab hujusmodi ineptiis, nil eum sic proficere, quin hortari potius, cùm manifesta Dei virtute sit commonitus, suæ animæ provideat, ne, cum momentaneam mortem aliis infert, ipse æternam non effugiat, moriendum enim nec ita multa pòst & ipsi. Hæc cum dixissent, ad solitam conversus iram præses, cum maximè commotus quòd mortem objecissent, nudari Sanctos, acritérque verberari jussit, causans, decere talia pati qui Præsidi Romano verba darent. Et in his pœnis, ubi, & quis Deus eorum, immò quid omninò esset cum rogaret, satis imperiosè insultans, non tulit Felix immensam hanc & illepidam arrogantiam, Tyrannóque qui stolidè iste rogasset, planum fecit, Tu ne, inquit, Deci, Deum hic nobiscum negabis? qui vides nullis tormentis nos à proposito divelli posse, imò vero etiam atque etiam considera stupide num sine numine à virgine vinceris? nihi ne ejus rei te pudet? qui cùm vir sis, præterea etiam Romanus, atque adeò Præses, tam fatigatus es pœnas inferens, quàm,

nos, qui tulimus, fatemur ingenuè, non est ficulneus, non marmoreus, non conjugatus Deus noster, quemadmodum dii vestri, sed invisibilis est, incomprehensa natura, in spiritu nobis loquens, mentibus insidens nostris; nil mortale, nil hujus mundi habens. Cujus opera etiamnum sentires, si hominem tam referres nobis, quam Brutum. Et sentiam, clamat truculenta voce Præses, tum longe majora tormenta parat. Hìc lectorem admonuimus, Historiam esse hoc in loco variatam. Alii enim plumbum calidum ori Sanctorũ infusum, alii rotis inflexos omnibus ruptis membris, nonnulli candente unco laceratos scribunt. Ego postremum faciliùs crediderim, nam rotis ita tortos, ut hodie Germani & Helvetii latrones plectunt, à Romana consuetudine longissimè abfuit, quanquã rotis alligari, & in vertiginem rapi adhuc consuetudo manet in Galliis, à Romanis ne inducta, an à barbaris, incertum. Cæterum, ut ad finem nunc festinemus, Decius cùm videret neque minis, neque tormentis illos, ut Diis sacrificarent, compelli posse, capite plectendos tandem præcepit, Hoc enim Imperatorum consuetudine fieri sciebat. Locus erat in medio fermè Limagi, ubi hodie inclitum sacellum in urbe Tigurina

gurina constructum est, patens a spectibus ex utraque ripa, lapis item positus, in quem puniendus una cum lictore ascendebat. Qui hodie quoque illic ostenditur. Huc posteaquam ventum est, magno animo beati, oratione facta ad Deum, lictori cervicem cedendam præbuerunt: Porrò audita dicitur vox è cœlo: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Sed ecce rem miram, quæ magna Dei opt. max. virtus in suis sanctis, surgunt jugulati, apprehensis capitibus in alteram ripam deveniunt, clivus erat in quo nunc Templū eorum Tiguri est, quadraginta à littore passibus, hunc continuo ascendunt, procumbunt, sepeliuntur, & aderant, qui idem factum fuisse Lutetiæ à Dionysio quodam dicerent, neque enim è memoria hominum ingens miraculum aliquot secula delere potuerunt. Mansit fides in pluribus, qui miracula viderūt, nec ita multò post cùm res Christiana melius habere cepisset, tota urbs sacra Christi suscepit. Deinde Carolus M. hos tres inter divos retulit, extructo, ut ante diximus, magnifico Templo. Passi sunt tyrannidem tertio Id. Septembris An. à Christi natali, si Chronicis Eusebii credimus, CCXC. Eodem enim anno Bu-

 garida-

garidarum factio deleta est. Nec longè post Sancti Martyres Tigurum venerunt. Porrò Carolus Magnus quingentos aut circiter annos post Diocletianum vixit, annorum & trophæorum onustus, verum quo tempore id apud Tigur. egerit, nondum legi, id sanè constat, Templum hoc opus esse non unius, sed multorum annorum. Cæterùm Tiguri hodie Exuperantius in divinis officiis non celebratur, quòd dicant eum ablatum, à quodam Rege in Saxoniam, nec de loco tamen concordia est. Quidam ad Goselarium, alii ad Magdaburgum (quam Parthenopolim vocant) datum esse scribunt. Verùm hac de re lis sub judice est, ut ne interim caviller, non videre me, quam ob causam propter ablatum corpus, oportuerit in divinis, Viri sanctissimi aboleri memoriam Quanquam de reliquiis (ut vocant) non tam attinet curiosos esse, quàm solicitos ut vitam illorum patientia & rerum mundanarum contemtu sedulò æmulemur, penitùsque intro aspiciamus, quomodo aucta fuerit religio Christiana: Profectò, ut verum fatear, non armis, non bombardis, non hastis, sed patientia, vigiliis & ardentissimis ad Deum precibus, charitate & pace inter Sanctos. Quod sanctissima hæc Legio planè commonstrat, quæ

quæ utique absque ultione morti tradi non potuisset, sed maluit abjectis armis, nobis esse exemplo, quoniam minimè Christianum sit, vindictam gerere: Quod utinam ipsi strenuè sequuti fuerimus, spes est fore ut resp. Christiana meliùs sapiat, imò habeat, cùm ambitionem, dissidia, bella, odium deposuerimus, memores, unm nobis Patrem, omnes nos esse fratres, res hic esse caducas fragilésque, illic æternas, neque unquam casuras, moriendum esse certò, expectandum judicium, bonis adesse præmia, malis non deesse pœnas, exilium hic, illic patriam, quando Pater illic est. Sed hæc hactenus. Vale qui legis.

VIII. Hactenus Historia Proto-Maryrum, ad cujus pleniorem notitiam observandum:

A. *Authores, quos citavimus, omnes ante Reformationem scripsisse*, & ferè eadem, de Legione Thebæa, ejúsque reliquiis. Id quod propterea monendum nobis erat, ne fides Scriptorum vocaretur in dubium.

B. *Confessionem Proto Martyrum in fundamētalibus capitibus, cum Confessione Ecclesiæ Tig. hodierna prorsus convenire.* Fidem faciat brevis Symbibasis, tum *κατὰ θέσιν* sive *positivè*,

 tum

tum καθ' ἀνθέσιν, sive *negativè* instituta. *Positiva* Synthesis esto in sequentibus. Credidit Legio Thebæa,

1. de *DEO.* Deum in cœlis esse, *paratum nobis in auxilio; cœlestem esse & invisibilem, qui cœlestia & invisibilia nos sperare præcipiat: Solum terra marique potentem, Creatorem omnium, in quo morimur, movemur & sumus. Esse patientem & misericordem, &c.* Idem & nostra credit Ecclesia.

2. *Creatione.* Proto-Martyres unum agnoverunt Deum; *qui fecit cœlum & terram, cujus verbo creata sunt omnia, cujus virtute cuncta invisibili prodiere potentia.* Agnoscimus & nos, eorum discipuli.

3. *Redemtorem.* Unum venerabantur Christum. *Salus*, inquiebant Martyres, *nostra est Christus.* Et, *nostra salus Christus est.*

4. *Adorationis cultum soli illibatum conservârunt* Deo, Patri, Filio, & Sp. S. Extensis enim manibus ad cœlum orabant ad Dominum, ut liberaret animas eorum à potestate iniquorum. *Christiani sumus*, inquiebãt, *& Christum Dominum adoramus: voce & animo unanimes glorificabant Deum, dicentes: Gratia Tibi Jesu Christe!* Conservamus & consecramus etiam nos.

5. Et *vitam sanctam, & hæreditatem æternam soli gratia Dei in Christo ferebant acceptam*

At

A te nobis, Christe, inquiunt, *& posse & velle suggeritur. Cum* Martyribus *regni cœlestis participes fieri Christo propitio confidimus. Martyres Christi, Deum cœli ac redemtorem Mundi, gratias agendo, laudúmque præconia proferendo invocabant, quòd eos dignos esse Christi gratia fecit, tanta pati pro ejus nomine.* Eadem & in nostris Ecclesiis de principio, medio & fine salutis personat doctrina. Et agere, & velle, & perspicere, & fidem, & aspere & pactum à sola Dei gratia in Christo expectamus.

6. *Morituri Christum Deum invocârunt, Creatorique animas suas, palmis in cœlum expansis, commendârunt.* Eandem viam & nostris ostendimus morituris.

7. Triumphatores Christi ad coronas sibi paratas morte gloriosa migraverunt, veluti benedicti Patris, quibus paratum est regnum ab origine mundi. Ex fonte ergo gratuitæ electionis omnes gratiæ derivârunt rivulos: quæ & Ecclesiarum nostrarum doctrina est.

8. *Veram & salutarem institutionem, sanctos Martyres non aliunde, quàm à Deo & flagitâsse, & expectâsse.* Regem enim Regum invocantes dicebant: *Vias tuas Domine demonstra nobis & semitas tuas doce nos, quia tu es Salvator noster, dirige nos in veritate tua:* Hæc

& nostra vota, & religionis nostræ principia sunt, ut nec humanam sapientiam, nec humanas traditiones, sed divinam veritatem fidei vitæque nostræ agnoscamus Canonem & Cynosuram

κατ' ἀνάθεσιν verò & *negativè*, Beati Martyres nostri ignorârunt,

1. *Cultum imaginum, & Sanctorum.* Nam *a.* ne verbo quidem ejus meminerunt. *b.* Argumenta, quibus Idola Gentium impugnârunt, Christianorum etiam εἰκονολατρείαν tollunt. Illis nempe etiam, qui Sanctorum imaginibus cultum deferunt religiósum, dici potest; eos colere, non audientes, non loquentes, non odorantes, nec omnino palpantes: Similes illis, qui faciunt eas, & omnes qui confidunt iis. *c.* Disertis verbis testati sunt, solum Deum terra marique potentem.

2. *Tot ceremoniarum pompam*, tot ἐθελοπερισσοθρησκειῶν apparatum, qui paulò pòst in Ecclesiam irrepsit, non reperimus. Vigiliis jugibus, & crebris jejuniis insistentes, Deo placere contendebant, orationibus assiduis pernoctabant, lectioni frequenter incumbebant, verbo prædicationis instabant, populum à simulachrorum errore revocabant. Utræ hujus simplicitatis


tis obſervantiores ſint Eccleſiæ, Reformatæ an Romanæ, puto in aprico eſſe.

3. Sed neq; vel *Purgatorij*, vel *Monarchiæ Pontificiæ*, *&c.* quæ inter fundamentalia doctrinæ Tridentinæ capita referũtur, vel ullius alterius νεωτερισμῦ hodie controverſi extãt ſive κατὰ λέξιν, ſive κατὰ διάνοιαν, veſtigia: Quo ergo jure Apoſtaſiæ nobis ſcelus poteſt impingi, qui adeò religiosè primorum noſtrorum Evangeliſtarum inſiſtimus doctrinæ? Non noſtri, id eſt, Reformati, ſed antiquiores, qui in Papatu vixerunt, teſtes ſunt innocentiæ noſtræ; de quo vel orbi judicare liceat Chriſtiano.

Neque verò obſtat nobis, aut Symbybaſin noſtram convellit 1. Vocabulum *merendi* aut *meriti*, quod aliquoties in hac Hiſtoria occurrit. *Impropriè* enim ſumitur vel *pro præmio*, vel ſimpliciter pro *eventu*. Certè, quando Martyres DEUM glorificârunt, dicentes: *Gratia tibi Jeſu Chriſte, ſi qua eſſe poſſunt noſtra merita, quia inter hæc duramus tormenta, tibi Domine adſcribitur, à quo nobis & poſſe & velle ſuggeritur*, *de* merito proprio (Dei enim donum ipſi agnoſcunt,) intelligi non poteſt. Cùm ad finem ſecundæ Hiſtoriæ legitur, *ubi decollari meruerunt*, alium utique ſenſum non habent, quàm, ubi decollati fuerunt. Ἀκυρολογία ergo potius

Grammatica, quam ἀκρίβεια Theologica in ejusmodi locis & scriptis posterioris ævi notanda.

2. *Nihil etiam incommodat appendix de gatia Sanctorum, supplicibus precibus impetranda.* Glossatoris recentioris verba sunt, quod vel ex stylo patet, non Authoris Historiæ.



Sectio II.
De
Tertia Ecclesiæ Tigurinæ Periodo.

Hac ætate Ecclesiæ Tigurinæ accepit incrementa sub Ludovico seu Clodoveo III. Francorum Rege, per Rupertum, Instrumentum dotationis. Prolixior ejus per Vadianum explicatio.

I. Insignia Ecclesiæ Tigurinæ hac periodo accessisse incrementa, ex antiquo, quod adhuc apud nos, in publico Reipublicæ Ἀρχείῳ custoditum asservatur, patet instrumento: Cujus verba primùm, postea & sensum subjicimus.

II. Verba antiquissimi documenti ita habent: *In nomine Domini Amen.* Notum sit omnibus nobilibus & ignobilibus, tam futu-

futuris, quàm præsentibus, quòd, licèt ego *Richardus*, & frater meus *Rupertus*, Dux Militum Regis Ludovici, qui nobis ex consanguinitate conjunctus est, omnia prædia nostra, quæ nobis ex paterna hæreditate advenerunt, ex illius permissione & juvamine divisimus: Postea frater meus, pro amore Dei & remedio animæ suæ ductus, omnem partem suam, quæ ad eam pertinebat, Domino suo Regi contradidit, ea videlicet ratione, *ut in castro Thuricino, juxta fluvium Lindmaci Ecclesiam construeret, & servitium Dei ibidem perpetualiter constitueret.* Unde & Wichardus Presbyter quamvis indignus ex intimo desiderio compunctus, in quodam loco, *qui Lucerna ex antiquitate est dictus*, juxta fluvium, qui Rusa vocatur, qui de summitate magni laci fluit, in honore S. Mauritii & sociorum ejus, & S. Leodegarii Martyris, & omnium Sanctorum parvum tugurium construxi, omnem substantiam, quæ me attingit, de monte, qui Albis vocatur, incipiens à prædio meo Lunchuft, & omnibus locis circumquaque jacentibus, ex permissione Regis cognati mei ad ipsum locum contradidi, & me illic propter Dei servitium collocavi, & tantos Monachos, quantos potui illuc congregavi: Unde quidam Vir nobilis & bonus ad me

me veniens, qui spretis omnibus curis hujus Seculi, *quem ego ipse Monachum illic ordinavi, nomine Alvvicus, ita ut benè* (Guillim. *penè*) *dicam, per omnia Dei amicus prudens in Scripturis sanctis, qui suis amonitionibus & verbis salutaribus corda omnium hominum regionis in Dei provocavit affectum.* Inde de die in diem crescenti servitio Dei ipsum Alwicum mei Successorem & Rectorem ipso loco dereliqui. *Acta sunt hac temporibus Ludovici Regis anno ab incarnatione Domini quingentesimo tertio, Indict.* XIII. Ita noster Codex publicus & antiquus. *Guillim.* æra est: *Datum mense Octobri d. V. Indict. XI. regni gloriosissimi Regis Ludovici, anno V. Actum in loco ipso Lucerna.*

Hic fuit *Ludovicus*, pulcher cognominatus, quem Galli *Clodoveum* vocant, qui & Alemannos subjugavit, quorum justa pars erat, qui hodie à veteri loci gente Helvetii dicuntur. Ita de hoc Ruperto *Goldast.* Alem. rer. Tom. III. p. 151. *Guillim.* de reb. Helvet. l. III. p. 337. *Hac in patre plures Ludovici pariunt dubitationem de tempore, multósque in errores varios traxerunt.* Sunt enim, qui tradiderunt, hunc *Ludovicum Pium*, Caroli M. filium, alii Ludovicum Germaniæ Regem, Pionatum: aliorum alia sententia. Nam qui *Clodoveum*, primum

mum Francorum Regem, qui Christianam pietatem, & mores amplexus, arbitrati sunt, ultra veritatis & rationis limites exiliere: Cùm multis post ejus Imperium annis vixerit, mortémque subjerit, de quo in Instrumento mentio, S. Leodegarius. Et reliquorum quoque opiniones, qui Ludovicum aut Pium, aut Germaniæ Regem constituunt, hinc facilè confutaveris, si Lucernam jam quidem à Pipino, qui primus Franciæ Regnum in familiam suam contulit, Morbacensibus consignatam perspexeris: Id autem apertum ex privilegio Lotharii, (quod totum *Guillim.* exscripsit) Pipini pronepotis, quo eam donationem confirmavit, Imperii sui anno XI. Argentinæ. Duo restant *Clodovei*, vel *Ludovici*, Clodoveus II. qui etiam primum Ludovicus dictus est, & Ludovicus III. Non II. tunc enim adhuc puer S. Leodegarius. Er. sub III. Ludovico fundamenta hujus Collegii (Lucernensis) posita, ejus anno V. & ultimo, Christi Domini DCXCVII. *Bullinger.* noster, Antiq. Tigur. lib. IV. c. 1. & 2. eadem prolixiùs enarrat, unde & sua Guillimannus accepisse videtur: Adeò verbis etiam conveniunt! Vadiani judicium statim audiemus.

Atque hinc patet 1. *Ecclesiam Tigurinam esse*

esse antiquissimam. Rupertum, Ecclesiam Tiguri construxisse, diserta fundationis habent verba. Hanc verò Ecclesiam è ruderibus potiùs esse excitatam, quàm primam, & verè novam, doctissimi quique Antiquitatum Helveticarum Scrutatores concesserunt. Audire placet diligentissimum *Vadianum*, amicè de tota hac fundatione litigantem, Epistola, quæ οἰκείᾳ χειρὶ meritissimi Consulis exarata, Heidelbergæ nuper fuit communicata: Ita autem habet.

De consignatione temporum fundationis Ecclesiæ Tigurinæ & Lucernanæ, paulisper tecum litigare libet: Appellato judice Stumpfio nostro, modò & illum tu admiseris. Primùm ajs, me fundationem reÿcere in Ludovicum II. Dagoberti filium, quod non facio, nisi manu inter scribendum sim lapsus. In Ludovicum enim, Regis Theodorici filium, rejeci, qui non multis annis à morte Leodegariÿ, paterno regno est præfectus: quum Pater Theodoricus, frater Lothariÿ, & ejus Ludovici, quem tu obtrudis, filius plusculis annis regnâsset, fato demum functus. Longè autem mihi à temporum & numerorum ratione à Chronographicis tradita, dissonare hac in re videntur, quibus Brunhiltæ missionem ita facis, velut videri debeat, ipsam, Leodegario pereunte, in humanis fuisse, aut certè à morte ejus, non procul abfuisse: id quod à me non recipitur. Constat enim

nium bonorum Scriptorum consensu, Brunhiltam supplicio extinctam à Rege Lothario, circiter annum Domini, 618. hoc est, sexto ferè anno postquam Heraclius Bizantius imperare cœpit: Ejus rei adstipulator, puto, erit Aimoinus Scriptor Gallicus, quem D. Stumpfio commodato dedi. Sigebertus Monachus, praconio diligentis laudatus Chronographus, quod dico, disertè annotavit. A fato autem Brunhilta, ad usque Leodegarium cruciatum & obitum anni plus minùs 67. interveniunt, hic enim circiter anno D. 685. passus est. In cujus rei supputatione, non Italicis nec Germanicis, sed Gallicis planè, aut ut verius loquar, Francicis authoribus utor. Inveni autem non Leodegarium, sed Desiderium, urbis Viennensis Episcopum, Brunhilta extimulante à Theodorico rege lapidibus obrui jussum, nam & hoc à Sigeberto diligenter est annotatum. Porrò Ebroinus ille (cujus furoribus multis annis tumultuata est Gallia seu Francia,) mortuo Ludovico illo suo, Dagoberti filio, primùm emicuit, Major domus videlicet factus Lothary, (mortuo jam integerrimo viro Erchenvvaldo) qui plus sibi potestatis & imperij sumsit, quàm ullus ante se alius Majorum domus regia, ideóque Lothario mortuo, cùm fratrem ejus Theodoricum magnis studys ad regnum promovisset, tanta utriusq; libido & insolentia facta est, ut & Ebroinus Luxovy custodia traditus, & monasterio intrusus, & Tonsus,

Theo

Theodericus in D. Dionysii cœnobio latere coactus fuerit, quæ prima omnium initia & causa fuerunt odiorum Theoderici & Ebroini in Sanctos Episcopos, quorum consiliis rabies eorum coercita fuerat. Prior furere cœperat Ebroinus, Luxovio elapsus, undique sibi concilians, quorum studiis uti posset. Mox Theodoricus ante restitutus, ex hoste amicus factus, Ebroino, nihil non indulsit. Hinc occasio oblata trucidandi Leodegarii, quem antea sæpe variis modis vexarat & afflixerat. Quod eo ferè tempore accidit, quo Pipinus, Ansegisi filius, rebus Austrasiorum Præfectus, Vulfrado Majori domus successerat, & ipse profligatus gravi prælio, ab Ebrnoino, cujus postea singulari solertia Ebroinus, subornato ad eam rem Ermenfrido, gladio confossus & extinctus est, circiter annum D. 688. h. e. tertio ferè anno post mortem Leodegarii: De hac re pulchrè convenit Gallicis Chorographis, quibus sane hoc plus fidei debetur, quo est certius, quemque rerum domesticarum certiorem authorem esse posse, quàm ullos qui alios secuti externa in literas retulerunt. Ego Reges Francorum bona fide nec indiligenti annorum supputatione, in catalogum, qualemcunque comportaram, quem D. Stumpfio dono dedi, ex eo ipso annorum ratio colligi faciè poterit, de Ebroino & Theodorico, quem & ipsum vidisse optarem. Circumspectè hic gradus figendus est, nec facilè quibusvis acquiescendum, in nul-

in nullo enim scribendi genere citiùs dormitatur, ab his imprimis, qui Amanuensibus usi, grandes libros consarciunt. Quando igitur etiam Tschudius Glaronensis, citò vidit, indignas esse fide tabulas quasdam (quarum & Rhenanus meminit,) qui VVighardum & Rupertum Duces faciunt Ludovici pij, & annum præferunt D. 505. &c. à quo nimirum non uno Seculo absuit Leodegarius, Ludovicus autem ille secundus, Dagoberti filius intelligi non posset, velut ejus Duces fuerint VVighardus & Rupertus, quippe qui annis plus minùs 27. ante trucidatum Leodegarium, defunctus est, duobus filiis postea regnantibus Lothario & Theodorico (qui fratre defuncto successit) in Ludovicum, jam dicti Theodorici filium, inclinare, & Duces ejus Rupertum & VVighardum fuisse, credere necesse habui. Hic enim circiter annum D. 696. mortuus est, decimo plus minus anno post fatum Leodegarij, & annis plus minus 18. ante Principatum Caroli Martelli, qui Principis Carlingorum auctor extitit. Hoc igitur modo vetustatis ratio habetur tum vestra tum Lucernana, nam & huic multis de causis vetustatem vindicare utile est. Neque hoc sum stupore obrutus, Clarissime D. Bullingere, ut existimem tum primùm fundatam esse Ecclesiam Tigurinam majorem, quum est ab altero Ducum è ruderibus collecta, restauratáque, & suis rursum donis exornata, deinde verò aucta à Carolo

 M. No-

M. Nobilib. interim suam velut stipem contribuentibus, idquod tabulæ vestræ ad me ante aliquot annos missæ disertis verbis convincunt. Scio, scio, & te etiam authore amplius didici, vetustissima esse initia istius sedis, nec dubito, florentibus etiamnum Romanorum rebus in isto loco religionis Christianæ exordia fuisse; ut locis aliis nostratibus, nempe Briganti, cujus rei evidentia testimonia extant. Sed non ædes modò illa vetus, sed urbs etiam Tigurina vetus, Alemannicis eruptionibus, provinciarum formis jam pessum euntibus, extincta & deleta est, & planè in vicum redacta: De hoc tu arbitror non dubitas: Intelligendum igitur, Francorum veterum fundationes, multis in locis instaurationes fuisse magis quàm fundationes. Nec parva horum laus fuit, quòd ad fidem Christi conversi, mox in ejus gloriam redintegrârunt Ecclesias pluſculas, quas Majores sui DEO carentes in mundo (ut obiter Pauli verbo utar) magno Christiani nominis odio devastârant: Constantiensem sedem, citò de Vindonissensi, ut videtur, Franci transscribere, Dagobertus postea, ædificiis & reditibus ornavit. Berta etiam, Caroli mater ei sedi providit. Ad quem modum & ad Rhenum sedes aliquæ afflictæ priùs à Francis, & fœdè tractata, demum ab iisdem meliorem admentem inductis redintegratæ & amplissimè ornatæ fuerunt. Qua de re magna fide & ipse Rhenanus prodidit. Nihil igitur opus fuerit alterius

terius Ducis fundationem ad Abbatissanam illam urbis vestræ torquere, & ab alia abhorrere, quæ nil detrimenti, & plusculum habet gloriæ, præsertim quod Abbatissana suum, & perspectum quidem & indubitatum authorem habet fundationis suæ, Ludovicum illum, Illustrem Principem Caroli M. nepotem. Torta isthæc & ridenda conjectatio futura esset, nec parùm suspicionis moveret, gloriola nescio cujus paulò affectatiùs & nulla necessitate quæsita, à qua facilè te declinaturum mihi persuadeo, modò rem pro dignitate æstimaveris, facilè autem cedam, si quis me certis & evidentibus testimoniis admonuerit. Tua enim (pace tua dixerim) non faciunt mihi satis: Nam istud quod affers, tam repente in Deos referri non potuisse Leodegarium &c. frigidum est, tum quòd in hoc genere venerationis adeò superstitiosos fuisse Francos constat, ut Gentilium more parùm abfuerit aliquando, quin vivos etiam sanctitate vitæ præstantes in Deos retulerint (nôsti, quid de Martino Sulpitius scripserit) tum etiam, quòd exempla docent, miracula, ut quæque recentissima fuere, ita maxima etiam cum admiratione recepta fuisse; Tiberius etiam (quod à Tertulliano est proditum) brevi tempore post Christum excitatum in Deorum numerum Romæ referri, & divinis honoribus prosequi volebat, nisi Senatûs authoritas ei fuisset refragata. Gallo nostro confestim à morte, divini honores

 habiti

habiti sunt, & ipse sine mora est à Bosone ex evidentia miraculorum in sanctos relatus. Ferunt & Monasterij nostri acta, quòd Abbas Conradus à Busnang, sacellum extrui & dedicari curavit Elisabetha, Turingorum Ducis conjugi, recens Canonizata, cui tamen viventi se se in Curia Henrici, Friderici II. filii (cujus à consiliis erat Conradus) Advocatum sese & intercessorem adjunxerit. Testem appello Stumpfium, quem id in actis Conradi legisse, non dubito. Postremò de Leodegario, sic Sigbertus in rebus gestis, anno 688. h. e. tertio, post passum Leodigarium: Innocentia, inquit, & meritum sancti Leodegarii multis miraculis declaratur &c. Horum igitur fama ille Dux motus, hoc celeriùs velut aliis prareptiurus officium illi memoriam dedicavit, quo reverentiora miracula erant. Certè vivus Templum non recepit, quicquid tandem colligat Antoninus. Quod affers de stirpe Carlingorum, qui Merovingos antecessores non habuerint, &c novi ex recta linea sanguinis, nec successores fuisse Carlingos Merovingiorũ, nec hos illorum & antecessores. Notantur enim Pontifices Romani perfidia cujusdam, quòd sui studio commoti, legitimo sanguine Francorum rejecto, Pipinorum stirpem admôrint regno, cujus ante non Domini, nec hæredes, sed Ministri fuerant. Affectârunt igitur Carlingi potiùs quàm rejecerunt, illos antecessores suos (velut & ipsi de regia stirpe Francorum essent)

sent) & se successores eorum videri cupiverunt. Quodsi non recipis, tamen sermo ipse convincit, Carlingos Merovingorum successores, & hos vicissim illorum antecessores fuisse. Quare telum isthoc unum, quod in me torques, acumine caret, nec vulnus infligit ullum, sicut nec istud, quod de primo Duce Alemannorum attulisti: Constat enim Francos post subjugatam Alemanniam perpetuò Duces illic habuisse militarium negotiorum, non quidem Principes, quales posteriores fuere circa Pipini, & Carolorum ætatem, & prius nec suæ potestatis, sed certo famulitio deditos, quanquā inlustres homines, ut tum vocabantur, ideo injussu regum nihil audebant. Et illa tabula vetus significat, ne Ecclesias quidem illas sua opera extructas sine Principis sui consensu: Velim igitur, ut dicam summatim, ut locum cederes conjecturæ temporum ratione eximiè confirmatæ, nec urgeres plenam suspicionum opinionem, cum qua vestrates tabulæ dissentiunt & pugnant. Hac autem de causa nolim quicquam affirmare præfidenter, quòd nostra conjectura vetustatem tuetur vel restauratæ Ecclesiæ Tigurinæ, & longævæ illi vetustati ejus, qua Lucernanam longè superat Ecclesiam, ne hilum quidem detrahit, sed ipsam agnoscit magis & confirmat. Hactenus de fundatione & Leodegario. Quodsi meam sententiam, ex adductis pro me rationibus non recipis, appello D. Stumpfium, & me illius pronuntiationi staturum

rum profiteor, quanquam mihi viri exceptio competeret, ob eximiam amicitiam, quâ tibi junctus est, &c.

2. *Templi Tigurini Rupertini structuram in his regionibus fermè fuisse primam.* Lucernanam enim nostra aliquot annis præcessit: *Bull.* lib. IV. rer. Tigur. c. 4. Lucernanam rejecit in a. D. 698. Tigurinam 680. Et quia duas turres habet Templum nostrum primarium, alteram magis Septentrionalem, versùs montem Thuricensem; Meridionalem; versùs lacum prospicientem, alteram: Illa Ruperto tribuitur, cujus etiam effigies turris supremitati videtur insculpta; hæc Carolo. Neque enim hanc ad prioris assurgere antiquitatem, ex eo etiam apparet, quod non longè ab ingressu Occidentali lapidibus insculpta sit Historia bellum gerentis Guidonis (Guidonis nomine expresso antiquis characteribus,) sive circa a. Ch. 887. Atq; sic ad Secul. VII. hæc structura refertur. Vid. *Spec. Helvet.* p. 202. Reliquæ observatiões tū ex Bull. peti possunt l. IV. rer. Tigur. c. 1. 2. & Schol. Tig. Orig. p. 192. Illud obiter notandum, añexam exemplari nostro, etsi antiquo, Epocham multis de causis esse vitiosam, & Notarii vel negligentia, vel malitia mutatam, de quibus Bulling & Guillim. Certum enim est ad a. Ch. 503. non posse referri.

3. Sparsæ & continuatæ apud Helvetios doctrinæ Evangelicæ indicia etiam apud veteres extare. *Hieron*. Epist. ad Sun. & Fretell. Tom. IV. p. 34. b. *Quis hoc crederet, & Barbara Getarum Lingua, Hebraicam quæreret veritatem, &, dormitantibus, imò contendentibus Græcis, ipsa Germania, Spiritus Sancti eloquia scrutaretur. In veritate cognovi, quod non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur justitiam, acceptus est illi. Dudum callosa tenendo capulum manus, & digiti tractandis sagittis aptiores, ad stylum calamúmque mollescunt, & bellicosa pectora revertuntur in mansuetudinem Christianam.* De Helvetiis, qui sive Germanis, sive Francis (nam &, eodem teste Tom. I. pag. 1113. in vita *Hilarionis*, quæ Historicis *Germania*, Hieronymi tempore *Francia* appellabatur,) tum annumerabantur, hæc non malè accipi, vel ex iis, quæ de Helvetiis, eorúmque à multis Seculis re militari nota sunt, patet. Et certè ex actis Concilii Epaonensis constat, jam a. Ch. 498. *Bubulcum*, vel *Boulconem* Episcopum Vindonissæ Concilio illi interfuisse. Ita enim ipse subscripsit: *Bubulcus Episcopus Vindonissensis*, Stumpf. l. V. c. II. In Concilio Aurelianensi a. D. 546. *Grammaticus, Episco-*

pus Vindonissensis. Ultimus fuit Maxentius, quem Dagobertus M. Constantiam, post devastatam Vindonissam, transtulit.



SECTIO III.

De

Quarta Ecclesiæ Tigurinæ Periodo.

Hac Periodo res Ecclesiæ per CAROLINOS aucta creverunt sub I. CAROLO M. a. Ch. 810. cuius charta confirmationis Collegii Tigurini subiicitur. 2. Ludovico Germaniæ Rege, Pii filio, Caroli M. nepote, qui a. Ch. 853. Monasterii Abbatissani fundator fuit: cuius duocennio post, a. Ch. 865. instante Regina, alia insecuta fuit confirmatio. 3. LUDOVICO & CAROLO, Ludovici filiis: quorum ILLE a. Ch. 878. reditus Monasterii auxit in Alsatia, VVibichinga: confirmatione privilegiorum patriorum, & concambio mancipiorum. HIC verò, Orientalis Franciæ Rex CHAMAM, pagum propè Tugium addidit. 4. LOTHARIO, Ludovici ex fratre nepote, qui Alsatiæ reditus opulentiores decrevit. 5. ARNOLPHO, anno Ch. 887. Observationes de Theologia huius Periodi.

I. Vidi-

1. Vidimus, & prima ſparſi Chriſtianiſmi apud Tigurinos ſemina, & ſurgentem paulatim herbam: incrementa ſub CAROLINIS ſequuntur, quando Eccleſia & honoratior per liberaliſſimas donationes, & confirmationes eſſe cœpit, & luculentior. Ipſa cumprimis regiminis forma conſpicua magis, quàm antea in montanis hiſce regionibus, variis fortunæ ludibriis expoſitis, obſervatur.

II. Primæ hic debentur CAROLO M. qui ut alibi, ita Tiguri quoque de cultus ſacri tum conſtitutione, tum Miniſterii alimento ſolicitus, ſequens affectus, & Imperatoriæ conſtitutionis reliquit Inſtrumentum: In nomine Sanctæ & *individuæ Trinitatis*, CAROLI clementia, Chriſti Imperatoris juſſione, hæc deſcriptio facta eſt ob notitiam rerum *Turicinæ Eccleſiæ*, ſuique memoriam, eorúmque *miſerantium* populorum, qui cum ſua *cupiebant* licentia, ut animas à *criminibus alligatas* redimendo, partem per *loca diverſa*, de propriis prædiis quæſitis & inquirendis ad ipſam Eccleſiam & *Sepulchrum* traderent,

 ubi

ubi Sancti Dei Martyres de ripa *Lindimagi,* fluminis, *quadraginta cubitis*, capita à Decii ſceri tyranni gladio amputata uſque ad *ſinum monticuli*, ſuis portādo manibus, Christo propitio prædeſtinante requieſcendis corporibus *in ævum*, depoſuerunt: Quòd ita verò pro DEI amore & dilectione paſſionis *germanorum ipſorum Martyrum* Felicis & Regulæ, devotis & charitativis perfecerunt voluntatibus. In primordio ad *incrementum Congregationis Canonicorum*, ut ibidem regulari *diſciplina* viventes, die noctúque indeficiendo, ſepties in die, *Deo laudes* implendo ſubſiſterent.

Hoc ergo *confirmando*, ipſe Rex Imperiali juſſione præcepit dotales donationes ipſi matri Eccleſiæ, ſine ullius contradictione perſonæ, in his locis jacentes in ævum ad *Servitium Clericorum*, ita, ſicut ex ſuis *antiquis* (NB) anteceſſoribus fuiſſent conſtitutæ permaneant, & *Epiſcopus* Theodorus ipſam Eccleſiam *dedicando* præcepit. Item, Villula juxta montem *Albis*, nomine Rieda, cum familiis, & omnibus in montibus & vallibus ad illam pertinentibus, atque inſuper in *Hoinga* duas manſas & dimidiam, & in *Turego* ſegregata loca cum vineis, & piſcationibus, & molendinis, atque terminationem decimationis ex curtibus terræ Sallicæ.

Sallicæ, ad *menſam Fratribus* deſtinavit. I dem, id eſt, de *Stadilhove*, de *Vuibichinga*, de *Ouſta*, de *Delellinga*, de *Fenichlanda*, de *Mure*, de *Hoviſtette*, de *Meilana*, de *Bozivilla*; Decimationem autem, quæ ex ſubdita Parochia ipſi Eccleſiæ veniet, propoſuit fratribus ad veſtituram eſſe perpetuam. Tunc verò Picho, filius Ertiloni, donavit pro Deo omniúmque ſuorum Parentum remedio, ad alimoniam Fratrum quicquid in Swamundinga & illa marcha viſus eſt in montibus & vallibus habere, ad incrementum æternum.

Iſinpertus presbyter ſuam ibi provendam redimendo dedit in Vuolaſſelda 1. manſam. Comolt presbyter donavit ad Eccleſiã Fratribus quicquid in Floboriſreine, & illa poſſedit marcha. Similiter & *Clericus* nomine *Helfrich* ſe in congregationem Fratrum commendando, donavit fratribus, quicquid ad Ruitin, & illa marcha poſſedit. Inſuper *Frieſa*, puer Dominæ Perichtæ dedit Fratribus omnem ſuam acquiſitionem, quàm in *Meilana*, & illa poſſedit marcha. Item verò *Perinhart* laicus dedit ipſis Fratribus in *Fenichlanda* & illa quicquid habuit marcha. In *Bozivila* autem unum ex illis Fratribus unam dedit, cum mancipiis manſam Eccleſiæ. Hæc omnia verò

verò donaverunt cum mancipiis, ædificiis terris, agris, pratis, pafcuis, fylvis, in *mon tibus* & *vallibus*, aquis, aquarúmque decur fibus, cultis & incultis, quæfitis & inqui rendis, cum ingreffibus & exitibus, & om nibus ad illa prædia & loca pertinentibus Eo *rationis* tenore, ut cum præcepto præfa to Domini Regis Caroli præfentes, & qu futuri funt fratres, *fine ullius perfona obftacu lo*, perpetualiter fruantur, & nemini fit li centia aliquid horum ex poteftate Fratrum abftrahere, aut in beneficium præftare, neque ex his prædictis prædiis ipfi Fratres ullum faciant coactum fervitium.

Actum in Turego Anno Imperii fui X. ipfi- us Caroli Imperat. Indictione XIII. ANNO Do- mini, DCCCX.

Hæc funt nomina *Presbyterorum*, qui in illis temporibus regum Ludovici, atque *Imperatoris Caroli*, de antiqua conftitutione Magni Caroli fuiq; Epifcopi nomine *Theo- dori*, fub vita Canonicorum, cum termina- tione decimationum à curtibus in hac Pa- rochia eorum fuprafcriptorum, aliorúm- que in montibus & vallibus habitantium hominum, ficut ufque in ævum dum mun- dus manet mos eft; ibidem populis Catho- licæ fidei & Chriftianitatis omni tempore minifterium quærere & habere, atque Deo

&

& Sanctis Martyribus Felici & germanæ ejus Regulæ serviendo permanerent, atque alii post illos cum ipsis decimationibus & aliis possessionibus Ecclesiæ illius consisterent semper. Primum *Decani* nomen Leidirath, Comolt, Hacco, Frehinhart, Hugifrid, Ingilbert, Vuimpert, Helfirich, Isinpert, Lendine, Perthilo, Liobolf, Liutfrid, Adilunch, Aliuvie, Pero, Veringoz.

Observationes in hanc chartam Imperatoriam videri possunt in Originib. Carol. p. 192. 193.

III. Succedit LUDOVICUS, [a] Germaniæ Rex, Pii filius, Caroli Mag. nepos, qui Collegium Abbatissanum, in gratiam Hildegardis filiæ, anno Christi, 853. fundavit, omnia jura sua, solo Imperio summo, & Imperiali Advocatia retentis, ei donavit; [b] sacellum in specie a Tigur. Petrinum, duóque apud Uraniensesalia, candémque donationem [c] duodecennio post, instante Augusta, conjuge Ludovici, á. Ch. 865. confirmavit.

a. Instrumentum donationis hujuscemodi erat: In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Ludovicus, divina favente gratia, Rex. *Si de rebus terrenis, quas divina su-*

mu:

quod ſitum eſt in eodem vico Turego, ubi Sanctus Felix & Sancta Regula Martyres Chriſti corpore quieſcunt. Quod videlicet ex rationis tenore complacuit nobis agendum, ut deinceps impoſterum ibidem omni tempore ſanctimonialium fœminarum, ſub regulari norma degentium vita, cõverſatióque Monaſterialis monaſtico cultu inſtituta celebretur, & libentius propter hujus loci ſupplementum à nobis jam prædictis Marryribus dediti Dei famulatus *illic exhibeatur ac pro noſtra, debitorúmque noſtrorum omni mercedis augmento diligentiùs Domini miſericordia & uberiùs exoretur.* Volumus etiam, ut fidelium noſtrorum noverit benevolentia, quòd paterna pietate commoniti, ſupra dictum monaſterium cum omni integritate una, cum noſtra traditione in locis præfatis dilectiſſimæ filiæ noſtræ Hildigardæ in proprietatem conceſſimus, ut quantum Domino permittente valeat, in eodem monaſterio Domino militante, ſuóque dominatui ſubjectam diſciplinis regularibus & obſervantiæ monaſterialis, inſtitutionem corrigat & nutriat, locáque ipſa ſibimet conceſſa, quantum vires ſuppeditet profectibus & emendationibus augmentando provehat & emendet. *Denique, jubentes præcipimus, ut nullus*

judex

judex publicus, nec Comes, vel quislibet ex judiciaria potestate in locis præfatis, vel in cunctis rebus ad eadem loca respicientibus, seu homines tam liberos, & servos, qui illic commanere videntur, distringere, aut infestare, nec fidejussores tollendos, aut ullas redibitiones, vel freda aut bannos exigendo, aut alicujus injuriæ vim ullo unquam tempore inferre præsumat, sed sub nostra defensione & munitatis tuicionem tam advocatis ibi constitutis res illæ securæ per diuturna tempora permaneant, & ut hæc auctoritas donationis atque confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ nostrisq; præsentibus, & futuris veriùs credatur, atque diligentiùs conservetur, manû propria nostra subter eam firmavimus, & annuli nostri impressionem assignari jussimus.

b. Vide Specul. Tigur. pag. 15. ubi plura de donatione Uraniense.

c. Verba documenti sunt: In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis: Ludovicus divina favente gratia Rex. *Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dilectis quiddam conferimus beneficii, & necessitates Ecclesiasticas*

cas nostro relevamus juvamine, atque regali tuemur munimine. Id nobis & ad mortalem vitam temporaliter transigendam, & æternam feliciter obtinendam profuturum liquidò credimus. Quapropter comperiat fidelium nostrorum præsentium scil. & futurorum industria, qualiter dilecta conjunx nostra, Hemma deprecata est, celsitudinem nostram, ut nostræ tuitionis, defensionisque munitatem super res pertinentes ad Monasterium, quod est situm, *in vico Turegum* facere juberemus, ubi S. Felix & S. Regula Martyres Christi corpore quiescunt, ubi charissima filia nostra Bertha, Domino auxiliante, diebus vitæ suæ præesse noscitur, nec non etiam in proprium possidere per aliud nostræ authoritatis præceptum. Nos itaque suggestione charissimæ conjugis nostræ Hemmæ libenti animo assensum præbuimus, & jussimus fieri hanc nostræ authoritatis munitatem super omnes res pertinentes ad præscriptum Monasterium per quam decernimus, atque jubemus, *ut nullus judex publicus, nec Comes vel quislibet ex judiciaria potestate,* in ullis rebus pertinentibus, ad prædictum Monasterium aliquam injustitiam facere præsumat, ne ullam districtionem, & homines tam servos, quàm liberos, *qui illic commanere videntur nullo unquam*

quam tempore diſtringere aut infeſtare aliquis audeat, ex præſcriptis poteſtatibus. Nec fidejuſſores tollat, nec ullas redibitiones, vel fœdas, aut bannos exigat, aut alicujus injuriæ vim inferre præſumat, ſed ſub noſtra defenſione & unitatis tuitione cum Advocatis ibi conſtitutis res illæ ſecurè per diuturna tempora permaneant. Et ut hæc authoritas hujus munitatis, & confirmationis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus noſtris rectiùs credatur, diligentiùs obſervetur, manû propria noſtra ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſionem aſſignari juſſimus.

IV. Defuncti LUDOVICI liberalitatem duo cum primis filii erant æmulati, LUDOVICUS & CAROLUS. Et de CAROLO qnidem conſtat, eum, anno Imperii II. Chriſti verò 878. nova addidiſſe, ex vicina a Alſatia, redituum incrementa, anno veró ſequenti b paternorum privilegiorum non ſine augmento confirmationem: Ejusdem etiam liberalitati debebantur, quæ VVibichingæ c Collegium habuit, & mancipiorum d quorundam, quæ ſub Francorum

corum regimine in hisce regionibus obvia ubique erant, concambium. Alter verò Ludovici filius, LUDOVICUS Orientalis Franciæ Rex, Abbatiam novo munere auxit, Chama, Pago in districtu transalpino, propè Tugium, Monasterio concessa.

4. Juxta tenorem instrumenti: In nomine S. & Individuæ Trinitatis: Carolus divina favente clementia Rex. *Si ea, quæ divinis locis à Christianis pro remedijs animarum ad supplementum fidem servientium cùm me auctoritatis præcepto perpetua firmitate roboramus plurimam nobis ad æternam felicitatem regnique stabilitatem prodesse confidimus.* Ideóque noverit omnium fidelium nostrorum industria, quia Bertha dilectissima soror nostra quasdam res, *quas sibi quondam Lotharius ex in proprietatem tradiderat in pago Elesatia in villis nominatis Sletistatt, & Conesheim, atque Kunigsheim, Altheim & Charoltesbach, in totum mansos XII. cum omnibus jure legitimo ad eosdem mansos* conspicientibus, ad Monasterium Felicis & Regulæ in castello Turego, *ad stipendia sororum ibidem Domino famulantium pro remedio animæ suæ, parentúmque suorum tradiderat, petijtque nos, ut* hâc eandem donationem, & nostram authori-

 tatem

tate roboraremus, ſtatímque nos poſtulationibus illius ſatisfacere cupientes decrevimus, ita fieri & juſſimus hoc noſtræ authoritatis præceptum inde conſcribi, per quod decrevimus, atque jubemus, ut hæc eadem traditio in uſus ſororum perpetua firmitate pertineat, nullus habeat poteſtatem auferendi, quod noſtra authoritate roboratum eſſe conſtabit, & ut hæc eadem conſtitutio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, hoc idem præceptum propriâ manû firmavimus & annullo noſtro juſſimus ſigillari.

b. In hunc modum: In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis CAROLUS divina favente clementia Rex. *Si ea, quæ divinis locis à Chriſtianis pro remediis animarum, ad ſupplementum ſidem ſervientium & noſtræ authoritatis præcepto perpetua firmitate roboramus, plurimum nobis ad æternam felicitatem, regni ſtabilitatem prodeſſe confidimus,* ideóque noverit omnium fidelium noſtrorum induſtria. Quia Bertha dilectiſſima ſoror noſtra quasdam res, quas ſibi quondam Hlotharius Rex in proprietatem tradiderat in pago Alſacia, in loco nominato Amelriſchwilere, cum omnibus jure legitimo ad eandem proprietatem pertinentibus ad Monaſterium ſancti Felicis & Regulæ, in caſtello

lo Thurego sitam, ad stipendia sororum ibidem Domino *famulantium pro remedio animæ suæ, parentúmque suorum rradiderat, petiitque nos, ut hanc eandem donationem etiam nostra authoritate roboremus, statímque nos postulationibus illius satisfacere, cupientes decrevimus ita fieri & jussimus*, hoc nostræ authoritatis præceptum inde conscribi per quod decernimus, atque jubemus, ut hæc eadem traditio in usus sororum pertineat, nullúsque habeat potestatem auferendi, quòd nostra auctoritate roboratum esse constabit, & ut hæc eadem constitutio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, hoc idem præceptum propriâ manû firmavimus, & annulo nostro jussimus sigillari.

c. In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis CAROLUS, divina ordinante providentia, Imperator Augustus, noverit igitur omnium fidelium præsentium, scil. & futurorum industria, quia quorundam fidelium nostrorum rogatu, cuidam fideli nostro nomine Wolfgrimo, quasdam res proprii juris nostri, sub usufructuario diebus vitæ suæ securiter possidendum donavimus, id est, *VVilarem unum*, qui diciur *VVibichinga*, cum omnibus justè & legitimè ad hoc aspicientibus, i. e. *mancipiis, terris, pratis, silvis, aquis, aquarúmque decursibus, cultis*

tis & incultis, mobilibus & immobilibus, vel quicquid dici vel nominari potest. Et jussimus ei fieri hoc nomine authoritatis praeceptum, per quod decernimus, atque jubemus, ut deinceps omnibus diebus vitae suae, supra nominatas res, sub usu fructuario securiter possideat, nullúsque habeat potestatem tollendi, aut immutandi exinde. Sed liceat ei, supra dictas causas, *pro nostrae mercedis augmento securiter possidere.* Post obitum verò ipsius, cum omni integritate ad monasterium Turegum in usus sororum ibidem Domino famulantium pertineat personaliter possidendum; siquis autem haec nostra statuta mutare vel frangere voluerit, mille mancusos auri optimi, ei cui vim inferre conatur persolvendum culpabilis habeatur, ceu ut haec nominis concessio, pleniorem in nomine Dei obtineat firmitatem, hoc nostrae authoritatis praeceptum, propriâ manû firmavimus, & annulo nostro jussimus sigiliari.

d. Cujus exscriptio vel ob antiquitatem nobis negligenda non videbatur. Unde & *Speculo Tigurino* eam inseruimus.

e. In nomine Sanctae & Individuae Trinitatis. LUDOVICUS divina favente gratia Rex. Si de rebus terrenis, quas divina sumus largitate consecuti, ad loca sororum ob

ob divinum amorem aliquid conferimus, profuturum nobis esse ad æternæ remunerationis præmia capessenda, hoc liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorúmque, præsentium scil. & futurorum industria, qualiter nos juxta postulationem, dilectissimæ filiæ idem Hiltigarde, pro Serenissimi *Imperatoris, avi nostri, Caroli, animæ remedium, & præstantissimi Ludovici Augusti Domni, ac Genitoris nostri, nec non & nostra sempiterna remuneratione ac conjugis, prolísque nostræ carissimæ perpetua mercede.* Curtim nostram, quæ vocatur Chama, consistens in Ducatu Alamanico, in pago Turgauense, cum omnibus adjacentiis, vel appendicijs ejus, seu indiversis functionibus; Id est, curtem indominicatam cum Ecclesiis, domibus, cæterisque ædificiis desuper positis, mancipiis, utriusque sexus ætatis terris, cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis, piscationibus, vel piscatoribus, aquarúmque decursibus sibi ad jacentiis perviis, exitibus, & egressibus quæsitis, & inquirendis, cum universis, censibus, qui ad ipsam curtem pertinent, & diversis reditionibus, vel quicquid in eisdem locis nostri juris, atque possessionis jure proprietatis est, & ad nostrum opus instanti tempore

pertinere videtur totum & integrum, a
Monasterium nostrum tradimus, quod
tam est in vico Turegum, *ubi Sanctus Feli*
& Sancta Regula Martyres Christi corpore quie
scant, quòd videlicet eo rationis tenore placui
nobis hoc agendum, ut ab hac die & deincep
inposterum, ibidem omni tempore Sancti
monialium fæminarum sub regulari norma
degentium vita conversatióque monaste
rialis monachico cultu instituta celebretur,
& libentiùs propter hujus loci supplementum à nobis jam prædictis Martyribus dedita Dei, famulatus illic exhibeatur, ac pro nostræ debitorúmque nostrorum omnium mercedis augmento diligentiùs Domini misericordia & uberiùs exoretur. Et ut hæc auctoritas nostræ largitionis atque confirmationis firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ usquam præsentibus & futuris veriùs credatur, seu diligentiùs observetur, manû propriâ nostrâ subter eam firmavimus, & annuli nostri impressionem adsignari iussimus.

V. Sed & LOTHARIUS, Ludovici ex fratre nepos, accessionem quoque Abbatiæ regiæ fieri voluit.

In

In nomine Omnipotentis DEI & Salvatoris nostri JESU Christi, LOTHARIUS divina præveniente clementia, Rex. Si enim Dei, nostrorúmque fidelium cunctorum nobis regendi officio commissorum saluti & prosperitati, & divina authoritate, ad fidem & gloriam sui nominis providere sagaciter oportet, multò magis etiam condignè oportet extollentia honorum ampliare, quàm *non solùm Christi charitas, verùm etiam nobis vera nectit propinquitas*. Igitur noverit omnium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorúmque præsentium, scil. ac futurorum fidelium nostrorum industria, quia Bertha dilectissima patrui nostri gloriosi Regis filia suos almifluæ mansuetudini nostri, unaque dilectissimæ nobis sua cruce dirigens, missos deprecans, pro quibusdam nostræ proprietatis sibi convenientibus rebus, quamobrem pro amore ipsius dilectissimæ sororis, atq; ad confirmandam cum dilectissimo patruo nostro, patre suo, suæq; nobis dilectissimæ matris amicitiá sedula cooratrix existat: Nos Regiæ dignitatis imperamus apices fieri, per quos præfatæ sororis nostræ Berthæ in pago Elsacensi beneficium, quod nunc Ertengarius, puer in Amerswile & in Sletstat, nostra liberalitate tenet, cum omnibus integritate, & manci-

piis utriusque sexus ad proprium tribuimus, atque de jure nostro in jus dominationémque illius tradimus, atque transfundimus, quantum per hoc clementiæ nostræ præceptum cuncta jure proprio teneat, atque possideat, faciatque sine cujuspiam contradictione, quicquid elegerit, vel voluerit, & ut hæc nostræ largitionis auctoritas, inposterum firmior habeatur, subter manu propria eam firmavimus, & annuli nostri impressione assignari jussimus.

VI. Unicum sub [a] Arnolpho, qui imperio circa a. Ch. 887. præfuit, Abbatiæ commodo compositæ litis, occurrit exemplum.

a. Quòd in *Spec. Tigur.* pag. 227. dedimus.

VII. Dedimus, quæcunque de Ecclesia Tigurina, hac periodo, nostra habent monumenta publica Historicè: ad Theologiam eadem applicaturi, observamus.

A. *Nihil planè hactenus occurisse in religionis Christianæ vel ortu, vel progressu, quod Romanis Pontificibus ferendum sit acceptum.* Tot jam Secu-

Seculis Ecclesia Tigurina celebris satis fuit, variis imperatorum & Regum privilegiis munita, ad certam regiminis formam revocata, nę vel apex tamen occurrit, quem Romæ pro Majorum nostrorum salute debeamus. Episcopi quidem Constantiensis, charta Carolina, meminit, Theodori nomine, qui ex primis sedis illius fuit Præsulibus, in Constantiensibus Chronicis memoratus; sed ab Hermanno Contracto omissus. Quo verò ipsi in degeneres, & desertores Pontifices animo fuerint Episcopi Constantienses, paulò pòst videbitur.

B. *Eam citra Controversiam hac Periodo Tiguri obtinuisse religionis formam, ritus & regimen, quæ summo placuerunt Magistratui.* Talis enim Lex, qualis Rex. Regis ad exem plum reliquus componitur orbis. Neque enim vel ipsi Domini diversa permisissent sacra, neque alii plerique tum erant, quos non vel mancipio, vel bêneficiis, vel aliis vinculis sibi obstrinxerint, regionis hujus incolæ. Proximi etiam Imperatorio sanguine creti, rerum tum sacrarum curam potissimum suscipiebant. Quæ autem sub Carolingiis religionis fuerit ratio, alibi diximus. De Carolo supra quædam monuimus; plura dedimus *Hist. Eccles.* P. 1. p. 562. Certum est, imaginum cultum, ita displi-

diſplicuiſſe Imperatori verè magno, ut & Synodum Francofurti congregârit, & Adriani Papæ, qui Pſeudo-Nicenæ patrocinium ſuſcepit, decreta irrita fecerit. Quâde re legi poterit tum ipſum Capitulare Carolinum, tum Scriptores, qui illud contra Bellarminum, alióſque defenderunt, ut ſunt *Cham.* Panſtrat. T. II. p. 855 *Forbes.* Inſtruct. Theol. l. VII. c. 11. *Hodeg* P. III p. 17. Ubi diligenter notandum. Nicenorum Patrum decreta non Francis modô & Germanis; ſed & Brittannis diſplicuiſſe. *Vſſer.* de Stat. & Succeſſ. Eccleſ. Chriſtian. c. 2. ſ. 4 ex Simeone Dunelmenſi, Rogero Hovedeno, &c *Anno, ab incarnatione Domini 792. Carolus, Rex Francorum miſit Synodalem librum ad Britanniam: ſibi à Conſtantinopoli directum, in quo libro (prohdolor!) multa inconvenientia, & vera fidei contraria reperta ſunt, maximè, quod penè omnium Orientalium Doctorum, non minùs quàm trecentorum vel eo amplius, Epiſcoporum unanima aſſertione confirmatum eſt, imagines adorari debere, quod omninò Eccleſia Dei exſecratur. Contra quod ſcripſit Alcuinus Epiſtolam ex auctoritate divinarum ſcripturarum mirabiliter affirmatam, illámque cum eodem libro ex perſona Epiſcoporum & Principum noſtrorum Regi Francorum attulit.* Succeſſit Ludovicus Pius, Pater

LudoviciFundatorisCollegii Abbatissani, & primæ Abbatissæ *Hildegardis* Pater. Hæc verò quam religionem attulerit in has regiones aliam, quàm avitam? At Ludov. Pium imaginum cultum quoque damnâsse, ex Synodo Parisiensi anno Christi 825. habita; scriptis Jonæ Aurelianensis, Agovardi Lugdunensis (quæ & συντόμως refert *Bochellus* in Decret. suis pag. 569.) Hincmari Rhemensis, manifestum est; de quibus Forbes. Hodeg. l. c. Rivet. Apolog. p.282. Non poterant hoc dissimulare Pontificii Theologi. Ita *Margarinus* de la *Bigne* V.P. 1. Tom. IV. Biblioth. Patrum ad Jonæ opus de cultu imaginum. *Non te lateat*, inquit, *Candide lector, Jonam hunc magni nominis Scriptorem, unum fuisse de Theologis illis, seu Episcopis Gallorum, qui etsi contra Iconoclastas validè propugnarent, sacras imagines non esse frangendas, vel exurendas, aut quoquo modo delendas; sed servandas in templis & locis sacris adornatum, & Historicam instructionem fidelium; attamen errore præpostero existimabant, nullum illis religiosum honorem, aut venerationem, nedum cultum latriæ uni Trinitati debitum; sed nec ullam quoquo modo adorationem tribuendam. Pariterque invehebantur acerrimè in secundum Concilium Nicenum ab Ecclesia Romana approbatum. Equidem plerósque Gal*

liarum

liarum Episcopos & insignes Theologos in his quos prædiximus, circa adorationem imaginun erroribus esse versatos, qui gesta in Concil. Francofordiensi sub Carolo Magno, & in Synodo se collatione Parisiensi sub Ludovico Pio probè te nuerit, facilè agnoscet. —— Porro in hac ipsi Gallorum Theologorum circa imaginum adorationem errantium classe fuisse VValafridun Strabonem ex libro ejus, de rebus Ecclesiastici c. 8. *liquet. Item Hincmarum Rhemensem Episcopum, ex his quæ contra Laudunensem Episcopum scripsit* c. 20. *manifestè constat: & multo alios, quorum nomina pressa extant in Synodo il la Parisiensi sub Ludovico Pio. Cæterùm, præcipuum hujus erroris antesignanum fuisse hun ipsum Jonam Aurelianensem, qui è Parisiens Synodo ea de causa missus sit legatus à Ludovic Pio ad Eugenium Papam, ut in actis ejusdem Synodi refertur, qui librum primum & secundun Jonæ legerit, facilè deprehendet.* Hæc Margarinus de la Bigne. Utri ergo, qui imagine colunt, adorant, an qui faciunt secus, Caroli Magni & Successorum, vestigia desetruerint? Sed & alterum de præsentia cor poris Christi caput, quòd Theologiæ fer Romanæ utramque hodie paginam facit ita sub Carolinglis Ecclesiæ tum Tigurin Patronis fuit tractatum, ut non nobis; se

Adver

Adversariis apostasiæ metuendum probrum. Qui primarii sub *Carolo Calvo* (vixit hic a. Ch. 850.) erant Theologi, clarè admodum & perspicuè ad mentem nostram doctrinam de Cœna Domini explicuerunt. *Bertramus*, (qui & Ratrannus dicitur) qui librum de corpore & sanguine Domini, jussu Caroli Calvi scripsit, ita inter alia: *Ex his omnibus, quæ sunt hactenus dicta, monstratum, quod corpus & sanguis Christi, quæ fidelium ore in Ecclesia percipiuntur, figuræ sint secundùm speciem visibilem. At verò secundùm invisibilem substantiam,* i. e. *divini potentiam verbi, corpus & sanguis verè Christi existunt. Unde secundùm visibilem creaturam corpus pascunt, juxta verò potentioris virtutem substantiæ mentes fidelium, & pascunt & sanctificant.* Item: *Nam secundùm creaturarum substantiam, quod fuerunt ante consecrationem, hoc est postea consistunt. Panis & vinum priùs extitere, in qua etiam specie jam conservata, permanere videntur. — Intellige, quòd non in specie; sed in virtute corpus & sanguis Christi existant, quæ cernuntur.* Item: *Non est specie caro, sed Sacramento. Siquidem in specie panis, in Sacramento verum Christi corpus, sicut ipse clamat Dominus Jesus: Hoc est corpus meum.* Ita ergo Bertramus panem & vinum per mysterium in corporis & sanguinis Christi substan-

videtur, succum habet corporalem, quod intelligitur, fructum habet spiritualem. — Vinum fuit redemtionis mysterium, cùm ajt: Non libabo à modo de hoc germine vitis.—*Illius ergo panis & calicis oblatio, mortis Christi est commemoratio.* Sed & *Johannes Erigena,* Scotus, scripto libro de Sacramento Eucharistiæ in eadem, contra Paschasium, fuit sententia. Qui liber multis postea annis tanto fuit in pretio, ut contrarius error nondum publico decreto fuerit receptus, aut veritas reprobata; donec elapsis tandem ab ipsius *Johannis Scoti* obitu annis 167. latiùs jam serpente erroris gangræna, ipsumque publici judicij locum, palàm occupante, liber Johannis Scoti, decreto Papali ac Synodico Leonis IX. & Concilii Vercellensis damnatus est, & doctrina eo comprehensa cum ejusdem tunc defensore *Berengario,* etiam proscripta; & Paschasii Ratberti doctrina palàm admissa fuit. Neque verò in Gallia tantùm; sed & in *Germania,* & ipsa etiam *Anglia,* eadem de Cœna Domini obtinuit sententia. *Bertramo* enim Presbytero, & Monacho Corbejensi, cujus Monasterii Præsul erat *Paschasius Ratbertus,* se, contra substantialem conversionem, opposuerūt *Rabanus Maurus,* Archiepiscopus Moguntinus, *VValafridus Strabo,* Abbas

 Augiæ

Augiæ, ut postea audiemus, & *Heribaldus Altissiodorensis* Episcopus, quem etiam *Carolo Calvo* charum fuisse & intimum, refert in Chronologia sua *Robertus* Altissiodorensis Monachus, apud *Usser.* lib. de Christiana Ecclesia Success. c. 2. Quid ergo, cùm idem & iisdem planè docetur verbis, de Cœna Domini in Ecclesiis nostris, desertorum avitorum vestigiorum peragimur rei? Pleniorem Synthesin Theologiæ Carolinæ vide T. I. Hist. Eccl. p. 562. &c.

D. *Quòd si jam primarios, qui vel in ipsa Helvetia docuerunt, vel ex Helvetiis oriundi,* alibi luculentas *administrârunt hoc Seculo provincias, consulamus; multa iterum pro nobis & revocatis veterum institutis militabunt argumenta.* Tigurinus erat *Huldricus*, Augustanus postea Episcopus. Nam & Kiburgi, Pagi Tigurini augustissimo Comitatu natus, & Sangalli educatus fuit; *Specul. Tigur.* pag. 402. Hic verò quàm masculè pugnavit pro libertate Christiana, pro conjugio Clericorum? Extat ea de re doctissima ejus Epistola, variè ab adversariis exagitata. Frustrà tamen, cùm & Msc. in Bibliothecis reperiatur, & *Æneas Sylvius* in sua peregrinatione, & Germaniæ descriptione, & Apol. ad Mayerum, S. Huldricum Augustanum Episcopum, Papæ cælibatum pro-

moven

moventi restitisse, fateatur. Accedit, quòd postea sub Gregorio VII. Episcopi Germaniæ, & inter eos, vicinus Constantiensis, ejusdem causæ patrocinium susceperit. Scio esse, qui à circumstantiis contra scripti aut Scriptoris authoritatem nonnulla excipiunt: Sed fato magni Viri tribui hæc debent & temporum iniquitati, qua factum, ut certissima incerta fide referrentur. Kiburgi natum esse in Pago Tigurino & constantissima traditio est, & magnus scriptorum nostrorum, *Stumpfii*, *Guillimanni*, *Christophori Hartmanni*, *Iodoci Mezleri*, aliorúmque apud *Murer.* Helvet. Sanct. 233. consensus. Ausus tamen est *Mattheus Raderus*, Jesuita, ex Sigiberto Gemblacensi, Bavariæ eum asserere. *Onuphrius Panvinius*, in Chronico Ecclesiastico Coloniæ edito pag. 79. constituit Huldricum Augustanum Episcopum sub initium Pontificatus Nicolai, anno Ch. 859. Nostri plerumque nativitatis *Huldrici* annum rejiciunt in 890 Episcopatûs 923. *Murer* pag. 233. & 235. Udalricum Romam venisse a. Christi 542. *Sigebertus* astruxit: Hoc verò procul abhorrere à veritate, monuit *Baronius* ad a. Ch. 924. Unde à *Murero* & aliis iter hoc Romanum ad a. Ch. 909. rejicitur. Ob hanc diversitatē placuit aliis gemi-

num fabricare Huldricum Augustanum Verùm, ut dixi, nihil hæc circumstantia rum varietas rei veritati derogat. Refertur Epistola bonæ frugis, judicij, eruditionis plena tum alibi, tum in *Cat. Test. Verit* T. l. IX. p. 60.

Tigurinus fuit *Notkerus*, Heligoviensis, Sangallensis postea Monachus, *Caroli Crassi* familiaris, & consiliarius, *Murer.* Helvet. Sanct. pag. 206. Non ergo à Carolinis sacris alienus. Non miraculis, quæ nulla fecit, veritatem doctrinæ ostendisse eum, diximus *in Spec. Tig.* p. 399. Illa cum primis, quæ *VValafridus Strabo*, Sangallensis primùm, postea Abbas Augiæ divitis, posteritati reliquit, usui esse possunt. Hic enim præter alia; jussu *Reginberti*, ut ipse carmine fatetur; tractatum scripsit de *rebus Ecclesiasticis*, ex quo, quæ Theologiæ ratio, Imperante Ludovico Pio (vixit enim Walafredus circa annum 840.) floruerit, satis liquet manifestè.

Primò enim *Sacrarum Scripturarum translationes* in Linguas Vernaculas adeò non improbavit, ut etiam Scythicas quasdam Gentes eo nomine haud obscurè commendet. *Si autem quæritur* (ita c. 7.) *qua occasione ad nos, vestigia hæc Græcitatis advenerint; dicendum, & Barbaros in Romana Republica*

mili-

militâsse, & multos Prædicatorum Græcæ & Latinæ locutionis peritos, inter has bestias cum erroribus pugnaturos venisse; & eis pro causis multa nostros quæ prius non noverant, utilia didicisse, præcipuè à Gothis, qui & Getha, cùm eo tempore, quo ad fidem Christi, licet non recto itinere, perducti sunt, in Græcorum Provincijs commorantes, nostrum, id est Theotiscum sermonem habuerint. Et (ut Historia testantur) postmodum Studiosi illius gentis divinos libros in suæ locutionis proprietatem transtulerint, quorum adhuc monumenta apud nonnullos habentur. Et fidelium fratrum relatione didicimus, apud quosdam Scytharum Gentes, maximè Thomitanos, eadem locutione divina hactenus celebrari officia. Hæ autem permixtiones & translationes verborum in omnibus Linguis, tam multiplices sunt, ut propria singularum jam non sint penè plura, quàm cum alijs communia, vel ab alijs translata.

2. *Imaginum fabricam*, imò ne usum quidem in Templis, absolutè damnavit *VValafredus*, cultum tamen earum meritò rejecit. *Imaginum varietas* (ita c. 8.) *quodam cultu immoderato non est colenda, ut quibusdam stultis videtur. — Certum enim est, & illos* (veteres, Mosen & Salomonem,) *ita sensisse, & nos ita sentire debere, quòd videlicet ea non sint Deo debitis cultibus & honoribus colenda, quæ ab il-*

lis vel nobis facta sint vel fuerint, aut significandi alicujus mysterij causa, ut tabernaculi & templi structura omnia, aut ob commemorationem rerum gestarum, ut pictura Historiarum: aut ob amorem eorum, quorum similitudines sunt, animis videntium arctiùs imprimenda, ut imagines Domini & Sanctorum ejus. Neque enim frustra superiori sententia subjunctum est: Non adorabis, neque coles ea. Unde videlicet intelligamus, in his faciendis devotionem & utilitatem, qua commoveri vel instrui appetimus, nō esse culpandam; sed in his colendis superstitionem & habitudinem, qua spiritualem cultum ad corporalia traducere erronei nituntur, esse damnandam. Et paulò pòst: *Novimus non adorandas, nec colendas Iconas.*

3. *Rituum, ceremoniarumq́;* quotidianis incrementis, & vidit & doluit, veterem Apostolicam supprimi simplicitatem. Doluit Conventus Ecclesiasticos numero potiùs, quàm devotione æstimatos. De *vasis enim quæ signa simpliciter dicuntur* c. 5. differens, fatetur, *eorum usum non adeò apud antiquos habitum prodi, quia nec tam multiplex apud eos conventuum assiduitas, inquit, ut modò est, habebatur. Apud alios enim devotio sola cogebat ad statutas horas concurrere: Alij prænuntiationibus publicis immutabantur* (*fortè* invitabantur,) *& in una solennitate proximè futura discebant*

scebant. De precibus quàm piè & solidè c. 12. *Qualiter* (ita ille) *autem ornandum sit, idem Pater brevibus verbis, & maximè istis concludit, dicens: Brevis & pura debet esse oratio, & non in multiloquio, sed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum, nos exaudiri sciamus, & non in clamosa voce, sed in lachrymis & intentione cordis. —— Qui verò peracta oratione, vel ad malam consuetudinem, vel ad nova facinora sine respectu mox prosilit, fructum orationis perdit. Nam quidam in Oratione pectus pugnis pavimentant, caput contundunt, voces muliebri gracilitate submittunt, & in proximo vel verbis vel factis alios conturbare, & semet ipsos non metuunt culpabiles exhibere. Hi nimirum contra judicem, quem orando honorant, moribus pugnant.* Non culpat Templorum moderatas structuras; admonet tamen, cap. 14. *Sacrarum structores ædium, vel ornatores, ut sua devotionis affectum rebus justè acquisitis ostendant.* Quibus, ubi doctè de illis deseruit, hanc subjecit coronidem: *Hæc dicimus, non quo ædificantium & ornantium loca sancta, devotionem culpemus, sed quo doceamus eleemosynam in pauperes huic præferendam: quia, ut B. Hieronymus ait, superstitiosum est parietes auro fulgere, Christúmque ante januas fame & nuditate torqueri. Ipse enim in judicio veniens, non utrum Ecclesias ædificâssemus,*

ſed utrùm membris ejus minimis profuiſſemus, inquiſiturus eſt. Unde & de Gregorio Papa legitur, quòd non ſicut alij in extructione Eccleſiarum laborârit, ſed in doctrina, & Eleemoſynarum largitate. Canonem Miſſæ, totúmque illius apparatum, Eccleſiaſticæ fuiſſe conſtitutionis, non verò vel Dominicæ inſtitutionis, vel Apoſtolicæ imitationis, ipſe c. 22. prolixè enarrat. *Quod nunc*, inquit, *agimus, multiplici orationum, lectionum, cantilenarum, & conſecrationum officio, totum hoc Apoſtoli, & poſt ipſos proximi (ut creditur) orationibus, & commemoratione paſſionis Dominicæ, ſicut ipſe præcepit, agebant ſimpliciter. — Et relatio Majorum eſt, ita primis temporibus Miſſas fieri ſolitas, ſicut modò in Paraſceve Paſcha (in quo die apud Romanos Miſſæ non aguntur) communicationem facere ſolemus, i. e. præmiſſa oratione Dominica, & ſicut ipſe Dominus noſter præcepit, commemoratione Paſſionis ejus adhibita, eos corpori Dominico communicâſſe & ſanguini, quos ratio permittebat. Proficiente dehinc religione, ampliùs aucta ſunt à Chriſti cultoribus officia Miſſarum, quo vel pax præſtita latius terminos propagavit Eccleſia, vel Sanctorum copiâ, uſu facta eſt convaleſcente frequentior: Quod in Sacrarum ædium conſtructione vel ornatibus ita proveniſſe, jam diximus.* Hæc *VValafridus*, qui de communione corporis

poris & sanguinis Christi valde loquitur cautè & Sacramentaliter; ut tum aliunde, tum verò cumprimis ex c. 16. colligere est: *In* Cœna *siquidem*, inquit, *quam ante traditionem suam ultimam cum discipulis habuit, post Pascha veteris solennia corporis & sanguinis sui Sacramenta, in panis & vini Substantia eisdem discipulis tradidit, & ea in commemorationem Sanctissimæ suæ passionis celebrare perdocuit. Nihil ergo congruentius his speciebus ad* (*NB*) *significandum capitis, atque membrorum unitatem potuit inveniri. Quia videlicet sicut panis de multis granis aquæ coagulo in unum corpus redigitur, & vinum ex multis acinis exprimitur: sic & corpus Christi ex multitudine Sanctorum coadunata completur*. Ita jam Seculo IX. *VValafridus*, Theologus Helvetius, in Pago Tigurino Præsul, Vir (ut Tritemius de eo sensit,) *in divinis Scripturis Studiosus, & in secularibus literis omnium suo tempore doctissimus; de* Cœna Domini. Cujus etiam cap. 24. ingenua est confessio, *in vasis sicut in reliquis cultibus, magis ac magis per incrementa temporum decus succrevisse Ecclesiæ. Bonifacium Martyrem & Episcopum interrogatum: si liceret in vasis ligneis Sacramenta conficere, respondisse: Quondam Sacerdotes aureos ligneis calicibus usos: Nunc è contra, ligneos Sacerdotes aureis uti calicibus. — Vestes etiam Sacerdo-*

tales per incrementa ad eum, qui tunc habebatur, auctas ornatum. Primis enim temporibus communi indumento vestitis, Missas egisse; sicut & hactenus quidam Orientalium facere perhibeantur. Nec alia ejusdem authoris de *horis Canonicis* sententia est. Ita ergo de illis, Walafridus nostras, cap. 25. *Sciendum est, multa post revelationem Evangelij tempora transisse, antequam ita ordinarentur quorundam per diem & noctem horarum solennia, sicuti nunc habentur.* Unde etiam tanta in officijs diversitas, de qua idem l. c. *Quia verò*, inquit, *tanta est, in ipsis diversitas officijs, non solùm pro varietate Gentium ac Linguarum, verùm etiam in una gente vel lingua pro temporum mutationes, vel Magistrorum studiosa institutione, ut si velim cuncta replicare, quæ de hac multiplicitate jam legimus, magis onerosius, quàm profructuosius videar auditoris. Omittam igitur, quæ infinita sunt, hoc tantùm affirmans, quòd plenarius officiorum ordo, qui nunc per Romanum orbem servatur, post antiquitatem multis temporibus evolutum, institutus, & ad omnem eminentiam sanctæ religionis est dilatatus. Crescente enim fidelium numero, & hæresium pestilentia multipliciùs pacem maculante Catholicam, necesse erat augeri, cultum veræ observationis* —— *In tantum denique vel cantilena, vel Psalmodiæ memoriter exercenda*

ercenda usus erat rarus apud priores, ut de novissimis penè Romanorum Præsulibus & qui nec ducentis annis nostra tempora præcesserunt, quasi memorabile quiddam & singulare scribatur, si qui eorum in rebus prædictis eminentiores cæteris viderentur.

Num quid ergo qui jam, contra Tridentinos, vel translationes Scripturarum in Linguas vernaculas defendunt, vel imagines superstitiosè colendas, negant; vel libertati Christianæ contra Clericorum cœlibatum, rituum & ceremoniarum δυσβάστακτον βάρος, patrocinantur, de Cœna Domini adeò perspicuè loquuntur, quicquam vel dicunt, vel faciunt, quod Huldrici, Walafridi, aliorum calculo non approbetur? Moderatus valde fuit Walafridus, qui ubi Reformatorum vivendo attigisset ætatem, omniâque adeò degenerâsse; adiaphora veluti necessaria obtrusa, serpentem æneum publicè coli vidisset, de libertate Christiana, & Idololatriæ adeò crassæ & manifestæ abolitione non seriò minùs, quàm fortissimi Reformatores, solicitè, dubio procul, cogitâsset.



SECTIO IV.

De

Quinta, Seculi X. Ecclesiæ Tigurinæ Periodo.

Sub HENRICO I. Saxone, qui & Auceps, a. Ch. 920. designatus fuit Imperator: filio OTTONE a. Ch. 936. ad Imperij gubernacula sedente, eadem regiminis Politici & Ecclesiastici ratio fuit Tiguri, qua sub Carolingijs. Exempla instrumentorum tum Collegio Canonico, tum etiam Abbatissano concessorum. Porismata ex instrumentis illis deducta, 1. de antiquitate Tigurinæ Ecclesiæ & Reipublicæ. 2. Proprijs hominibus tum alibi, tum in Helvetia. 3. Tigurinam Ecclesiam hoc Seculo Romæ nihil debere.

I. Hactenus de statu Ecclesiæ Tigurinæ sub CAROLO M. ejúsque, per decuriam Imperatorum familia, eadem ferè sub Saxonicis Imperatoribus regiminis fuit ratio. Summa enim rerum tam Civilium, quàm Ecclesiasticarum penès duo mansit Collegia, Carolinum & Abbatissanum.

II. Et

II. Et pro Collegio quidem CAROLINO varia extant donationum, confirmationum; controversiarum Oeconomicarum decisionum documenta sub [a] Henrico I. Saxone, Ottonis Patre, & ipso Ottone I. [b]

a. Talis est, *Concambitio familiarum, Duce Herimanno facta.* Ea verò hujuscemodi est: Hanc etiam descriptionem jussit Dominus *Herimannus* fieri ob jurgationem scindendam, perpetualique coadunatione ex *familijs Clericorum*, quæ ex *conjugio* in potestatem Monialium devenerunt, & ab illarum parte in jus *Clericorum venerunt*, ex utraque parte enumerando, æquali modo coæquentur, ut ultra inter illos cum amicitia persisterent, cum cambitione manu suâ facta, miniméque propter rixam inter se nubent. Primum numerantur, quæ ex parte *Clericorum* fuerunt in Rumilane. Primùm Vuibilina, filia Ruodperti, qui fuit Cellenarius & servus Clericorum in Swamundinga, & filij ejus Burchart, Comilin, Hizilin, & Hizila.

Item filia Mannilini servi Clericorum, ex ipso loco, nomine Liubsinda, & filij ejus his nominibus, Hicirat, Wolfiram, Adilmar, & sorores eorum, Liuza, & Ratsind

Item

Item filia Wolvinis, Woffila, & filius ejus Swabilin.

In *Fenichlanda*, Fridibure, soror Gubilini, de *Flobotisreine*, servi Clericorum, & Hachilini, & filij ejus, Herich, Cunzilin, Heizilin, & Hira. Item Meginhart, & filij ejus II. & duæ filiæ, & frater ejus Reginbold, & filij ejus, quorum mater fuit ancilla Clericorum nomine *Isinrat*.

In *Mure* sunt filij Azzun, ancillæ Clericorum, sororis Pezilini, & Adilgeri.

In *Flobotisreine*, filij Aziloni, quos genuit ex *Liba*, filia Kerboldi, filij Hiltbrandi, servorum de Swamundinga.

In *Turego*, Engiza, uxor Corperti calvi, & filij ejus V. ipsa fuit filia Wazoni & Engilburge.

De *Rieda*, soror Liubizoni, Cuozila, & filij ejus IIII. quæ, post cambitionem, nupsit sine licentia, in potestatem monialium.

Insuper sunt *cambiati* filij Regingeri, quos genuit ex muliere *Azila*.

E contra verò habent in potestate ejus *tantùm* Clerici, de natione mulieris nomine *Vuasa*, filij Williharti, idem Abila & filij ejus II. Liuzilinum, & Pezilinum, atque Engizum, & filij ejus, tres filios, & tres filiæ, filij Egghardi, fratris Williharti, Alfredum, Ekilinum, Atilin, Willizonem, &

& Lanyilini præfati Willi harti fratris filiæ IIII. Filiæ autem duæ prædictæ *Engizun*, & filij ejus, tres filios, & tres filiæ, filij Legihardi, fratris Williharti, Alfredum, Ekilinum, Atilin, Vuillizonem, & Lanzilini, præfati Williharti fratris filiæ IIII. filiæ autem duæ prædictæ *Engizun*, quæ fuit Williharti filia, sunt nunc sine licentia Clericorum *in poteſtate* Dominæ *Reginlinda*, hîc in Turego, nomine Hitila, & Fridigart

Hanc ergo *Veſtituram* fecit ipſe Dux Alemannorum, in *Scena Turicina civitatis*, cum licentia & petitione *Monialium* & *Clericorum*, cum uno ſervo Monialium, nomine Lendilo, clericis, & cum alio *ſervo Clericorum*, monialibus, nomine Meginhart, coram cunctis & multis ibidem cum illo manentibus; Ipſo die verò ipſe *Dux Herimannus*, ex petitione *Reginlinda*, & *Clericorum* quæſtionem ſcindendo concambiavit, quæ ex familia ſuæ Curtis in Turego in *poteſtate Fratrum erant*, dedit ipſe Dux Reginzonem & veſtivit, & è contra dederunt ipſi Herratin, & fratris ſui *Lungilini* tres filios Ratmannum, & Coldilinum, Azilinum, contra *Engizonem*, & fratrem & ſororem 1. & filij Cozharti, contra *Ruopilinum* & ſororem ejus uxorem *Copilini* calvi, nomine Engiza, ſine filio ſuo Zuzone, cum filiabus ejus

num fabricare Huldricum Augustanum Verùm, ut dixi, nihil hæc circumstantiarum varietas rei veritati derogat. Refertur Epistola bonæ frugis, judicij, eruditionis plena tum alibi, tum in *Cat. Test. Verit* T. I. IX. p. 60.

Tigurinus fuit *Notkerus*, Heligoviensis, Sangallensis postea Monachus, *Caroli Crassi* familiaris, & consiliarius, *Murer.* Helvet. Sanct. pag. 206. Non ergo à Carolinis sacris alienus. Non miraculis, quæ nulla fecit, veritatem doctrinæ ostendisse eum, diximus *in Spec. Tig.* p. 399. Illa cum primis, quæ *VValafridus Strabo*, Sangallensis primùm, postea Abbas Augiæ divitis, posteritati reliquit, usui esse possunt. Hic enim præter alia; jussu *Reginberti*, ut ipse carmine fatetur; tractatum scripsit de *rebus Ecclesiasticis*, ex quo, quæ Theologiæ ratio, Imperante Ludovico Pio (vixit enim Walafredus circa annum 840.) floruerit, satis liquet manifestè.

Primò enim *Sacrarum Scripturarum translationes* in Linguas Vernaculas adeò non improbavit, ut etiam Scythicas quasdam Gentes eo nomine haud obscurè commendet. *Si autem quæritur* (ita c. 7.) *qua occasione ad nos, vestigia hæc Græcitatis advenerint, dicendum, & Barbaros in Romana Republica* mili-

militâsse, & multos Prædicatorum Græcæ & Latinæ locutionis peritos, inter has bestias cum erroribus pugnaturos venisse; & eis pro causis multa nostros quæ prius non noverant, utilia didicisse, præcipuè à Gothis, qui & Gethæ, cùm eo tempore, quo ad fidem Christi, licet non recto itinere, perducti sunt, in Græcorum Provinciis commorantes, nostrum, id est Theotiscum sermonem habuerint. Et (ut Historiæ testantur) postmodum Studiosi illius gentis divinos libros in suæ locutionis proprietatem transtulerint, quorum adhuc monumenta apud nonnullos habentur. Et fidelium fratrum relatione didicimus, apud quosdam Scytharum Gentes, maximè Thomitanos, eadem locutione divina hactenus celebrari officia. Hæ autem permixtiones & translationes verborum in omnibus Linguis, tam multiplices sunt, ut propria singularum jam non sint penè plura, quàm cum aliis communia, vel ab aliis translata.

2. *Imaginum fabricam*, imò ne usum quidem in Templis, absolutè damnavit *VValafredus*, cultum tamen earum meritò rejecit. *Imaginum varietas* (ita c. 8.) *quodam cultu immoderato non est colenda, ut quibusdam stultis videtur. — Certum enim est, & illos* (veteres, Mosen & Salomonem,) *ita sensisse, & nos ita sentire debere, quòd videlicet ea non sint Deo debitis cultibus & honoribus colenda, quæ ab il-*

lis vel nobis facta sint vel fuerint, aut significandi alicujus mysterij causa, ut tabernaculi & templi structura omnia, aut ob commemorationem rerum gestarum, ut pictura Historiarum: aut ob amorem eorum, quorum similitudines sunt, animis videntium arctiùs imprimenda, ut imagines Domini & Sanctorum ejus. Neque enim frustra superiori sententiæ subjunctum est: Non adorabis, neque coles ea. Unde videlicet intelligamus, in his faciendis devotionem & utilitatem, qua commoveri vel instrui appetimus, nõ esse culpandam; sed in his colendis superstitionem & habitudinem, qua spiritualem cultum ad corporalia traducere erronei nituntur, esse damnandam. Et paulò pòst: *Novimus non adorandas, nec colendas Iconas.*

3. *Rituum, ceremoniarumq;*, quotidianis incrementis, & vidit & doluit, veterem Apostolicam supprimi simplicitatem. Doluit Conventus Ecclesiasticos numero potiùs, quàm devotione æstimatos. De *vasis enim quæ signa simpliciter dicuntur* c. 5. disserens, fatetur, *eorum usum non adeò apud antiquos habitum prodi, quia nec tam multiplex apud eos conventuum assiduitas, inquit, ut modò est, habebatur. Apud alios enim devotio sola cogebat ad statutas horas concurrere: Alij prænuntiationibus publicis immutabantur* (*fortè* invitabantur.) *& in una solennitate proximè futura discebant*

ſcebant. De precibus quàm piè & ſolidè c. 12. *Qualiter* (ita ille) *autem ornandum ſit, idem Pater brevibus verbis, & maximè iſtis concludit, dicens: Brevis & pura debet eſſe oratio, & non in multiloquio, ſed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum, nos exaudiri ſciamus, & non in clamoſa voce, ſed in lachrymis & intentione cordis. — Qui verò peracta oratione, vel ad malam conſuetudinem, vel ad nova facinora ſine reſpectu mox proſilit, fructum orationis perdit. Nam quidam in Oratione pectus pugnis pavimentant, caput contundunt, voces muliebri gracilitate ſubmittunt, & in proximo vel verbis vel factis alios conturbare, & ſemet ipſos non metuunt culpabiles exhibere. Hi nimirum contra judicem, quem orando honorant, moribus pugnant.* Non culpat Templorum moderatas ſtructuras; admonet tamen, cap. 14. *Sacrarum ſtructores adium, vel ornatores, ut ſua devotionis affectum rebus juſtè acquiſitis oſtendant.* Quibus, ubi doctè de illis deſeruit, hanc ſubjecit coronidem: *Hac dicimus, non quo adificantium & ornantium loca ſancta, devotionem culpemus, ſed quo doceamus eleemoſynam in pauperes hanc praferendam: quia, ut B. Hieronymus ajt, ſuperſtitioſum eſt parietes auro fulgere, Chriſtúmque ante januas fame & nuditate torqueri. Ipſe enim in judicio veniens, non utrum Eccleſias adificâſſemus, ſed-*

poris & sanguinis Christi valde loquitur cautè & Sacramentaliter; ut tum aliunde, tum verò cumprimis ex c. 16. colligere est: *In* Cœna *siquidem*, inquit, *quam ante traditionem suam ultimam cum discipulis habuit, post Pascha veteris solennia corporis & sanguinis sui Sacramenta, in panis & vini Substantia eisdem discipulis tradidit, & ea in commemorationem Sanctissimæ suæ passionis celebrare perdocuit. Nihil ergo congruentius his speciebus ad (NB) significandum capitis, atque membrorum unitatem potuit inveniri. Quia videlicet sicut panis de multis granis aquæ coagulo in unum corpus redigitur, & vinum ex multis acinis exprimitur: sic & corpus Christi ex multitudine Sanctorum coadunata completur.* Ita jam Seculo IX. *VValafridus*, Theologus Helvetius, in Pago Tigurino Præsul, Vir (ut Tritemius de eo sensit,) *in divinis Scripturis Studiosus, & in secularibus literis omnium suo tempore doctissimus; de* Cœna Domini. Cujus etiam cap. 24. ingenua est confessio, *in vasis sicut in reliquis cultibus, magis ac magis per incrementa temporum decus succrevisse Ecclesiæ. Bonifacium Martyrem & Episcopum interrogatum: si liceret in vasis ligneis Sacramenta conficere, respondisse: Quondam Sacerdotes aureos ligneis calicibus usos: Nunc è contra, ligneos Sacerdotes aureis uti calicibus. — Vestes etiam Sacerdo-*

tales per incrementa ad eum, qui tunc habebatur, auctas ornatum. Primis enim temporibus communi indumento vestitis, Missas egisse; sicut & hactenus quidam Orientalium facere perhibeantur. Nec alia ejusdem authoris de *horis Canonicis* sententia est. Ita ergo de illis, Walafridus nostras, cap. 25. *Sciendum est, multa post revelationem Evangelij tempora transisse, antequam ita ordinarentur quorundam per diem & noctem horarum solennia, sicuti nunc habentur.* Unde etiam tanta in officijs diversitas, de qua idem l.c. *Quia verò*, inquit, *tanta est, in ipsis diversitas officijs, non solùm pro varietate Gentium ac Linguarum, verùm etiam in una gente vel lingua pro temporum mutationes, vel Magistrorum studiosa institutione, ut si velim cuncta replicare, quæ de hac multiplicitate jam legimus, magis onerosius, quàm profructuosius videar audituris. Omittam igitur, quæ infinita sunt, hoc tantùm affirmans, quòd plenarius officiorum ordo, qui nunc per Romanum orbem servatur, post antiquitatem multis temporibus evolutum, institutus, & ad omnem eminentiam sancta religionis est dilatatus. Crescente enim fidelium numero, & hæresium pestilentia multiplicitùs pacem maculante Catholicam, necesse erat augeri, cultum veræ observationis — In tantum denique vel cantilena, vel Psalmodia memoriter exercenda*

ercendæ usus erat rarus apud priores, ut de novissimis penè Romanorum Præsulibus & qui nec ducentis annis nostra tempora præcesserunt, quasi memorabile quiddam & singulare scribatur, si qui eorum in rebus prædictis eminentiores cæteris viderentur.

Num quid ergo qui jam, contra Tridentinos, vel translationes Scripturarum in Linguas vernaculas defendunt, vel imagines superstitiosè colendas, negant; vel libertati Christianæ contra Clericorum cœlibatum, rituum & ceremoniarum δυσβάστακτον βάρος, patrocinantur, de Cœna Domini adeò perspicuè loquuntur, quicquam vel dicunt, vel faciunt, quod Huldrici, Walafridi, aliorum calculo non approbetur? Moderatus valde fuit Walafridus, qui ubi Reformatorum vivendo attigisset ætatem, omniâque adeò degenerâsse; adiaphora veluti necessaria obtrusa, serpentem æneum publicè coli vidisset, de libertate Christiana, & Idololatriæ adeò crassæ & manifestæ abolitione non seriò minùs, quàm fortissimi Reformatores, solicitè, dubio procul, cogitâsset.

SECTIO



Sectio IV.

De Quinta, Seculi X. Ecclesiæ Tigurinæ Periodo.

Sub HENRICO I. Saxone, qui & Auceps; a. Ch. 920. designatus fuit Imperator: filio OTTONE a. Ch. 936. ad Imperij gubernacula sedente, eadem regiminis Politici & Ecclesiastici ratio fuit Tiguri, qua sub Carolingijs. Exempla instrumentorum tum Collegio Canonico, tum etiam Abbatissano concessorum. Porismata ex instrumentis illis deducta, 1. de antiquitate Tigurinæ Ecclesiæ & Reipublicæ. 2. Proprijs hominibus tum alibi, tum in Helvetia. 3. Tigurinam Ecclesiam hoc Seculo Romæ nihil debere.

I. Hactenus de statu Ecclesiæ Tigurinæ sub CAROLO M. ejúsque, per decuriam Imperatorum familia, eadem ferè sub Saxonicis Imperatoribus regiminis fuit ratio. Summa enim rerum tam Civilium, quàm Ecclesiasticarum penès duo mansit Collegia, Carolinum & Abbatissanum.

II. Et

II. Et pro Collegio quidem CAROLINO varia extant donationum, confirmationum; controverſiarum Oeconomicarum deciſionum documenta ſub [a] Henrico I. Saxone, Ottonis Patre, & ipſo Ottone I. [b]

a. Talis eſt, *Concambitio familiarum, Duce Hermanno facta.* Ea verò hujuscemodi eſt: Hanc etiam deſcriptionem juſſit Dominus *Hermannus* fieri ob jurgationem ſcindendam, perpetualique coadunatione ex *familijs Clericorum*, quæ ex *conjugio* in poteſtatem Monialium devenerunt, & ab illarum parte in jus *Clericorum venerunt*, ex utraque parte enumerando, æquali modo coæquentur, ut ultra inter illos cum amicitia perſiſterent, cum cambitione manu ſuâ facta, miniméque propter rixam inter ſe nubent. Primum numerantur, quæ ex parte *Clericorum* fuerunt in Rumilane. Primùm Vuibilina, filia Ruodperti, qui fuit Cellenarius & ſervus Clericorum in Swamundinga, & filij ejus Burchart, Comilin, Hizilin, & Hizila.

Item filia Mannilini ſervi Clericorum, ex ipſo loco, nomine Liubſinda, & filij ejus his nominibus, Hicirat, Wolfiram, Adilmar, & ſorores eorum, Liuza, & Ratſind

Item

Item filia Wolvinis, Woffila, & filius ejus Swabilin.

In *Fenichlanda*, Fridibure, soror Gubilini, de *Flobotisreine*, servi Clericorum, & Hachilini, & filij ejus, Herich, Cunzilin, Heizilin, & Hira. Item Meginhart, & filij ejus II. & duæ filiæ, & frater ejus Reginbold, & filij ejus, quorum mater fuit ancilla Clericorum nomine *Isinrat*.

In *Mure* sunt filij Azzun, ancillæ Clericorum, sororis Pezilini, & Adilgeri.

In *Flobotisreine*, filij Aziloni, quos genuit ex *Liba*, filia Kerboldi, filij Hiltbrandi, servorum de Swamundinga.

In *Turego*, Engiza, uxor Corperti calvi, & filij ejus V. ipsa fuit filia Wazoni *&* Engilburge.

De *Rieda*, soror Liubizoni, Cuozila, & filij ejus IIII. quæ, post cambitionem, nupsit sine licentia, in potestatem monialium.

Insuper sunt *cambiati* filij Regingeri, quos genuit ex muliere *Azila*.

E contra verò habent in potestate ejus *tantùm* Clerici, de natione mulieris nomine *Vuasa*, filij Williharti, idem Abila & filij ejus II. Liuzilinum, & Pezilinum, atque Engizum, & filij ejus, tres filios, & tres filiæ, filij Egghardi, fratris Willinarti, Alfredum, Ekilinum, Atilin, Willizonem, &

& Lanyilini præfati Willharti fratris filiæ IIII. Filiæ autem duæ prædictæ *Engizun*, & filij ejus, tres filios, & tres filiæ, filij Legihardi, fratris Williharti, Alfredum, Ekilinum, Atilin, Vuillizonem, & Lanzilini, præfati Williharti fratris filiæ IIII. filiæ autem duæ prædictæ *Engizun*, quæ fuit Williharti filia, sunt nunc sine licentia Clericorum *in potestate* Dominæ *Reginlindæ*, hîc in Turego, nomine Hitila, & Fridigart

Hanc ergo *Vestituram* fecit ipse Dux Alemannorum, in *Scena Turicinæ civitatis*, cum licentia & petitione *Monialium* & *Clericorum*, cum uno servo Monialium, nomine Lendilo, clericis, & cum alio *servo Clericorum*, monialibus, nomine Meginhart, coram cunctis & multis ibidem cum illo manentibus; Ipso die verò ipse *Dux Herimannus*, ex petitione *Reginlindæ*, & *Clericorum* quæstionem scindendo concambiavit, quæ ex familia suæ Curtis in Turego in *potestate Fratrum erant*, dedit ipse Dux Reginzonem & vestivit, & è contra dederunt ipsi Herratin, & fratris sui *Lungilini* tres filios Ratmannum, & Coldilinum, Azilinum, contra *Engizonem*, & fratrem & sororem 1. & filij Cozharti, contra *Ruopilinum* & sororem ejus uxorem *Copilini* calvi, nomine Engiza, sine filio suo Zuzone, cum filiabus ejus

ejus IIII. contra filiam *Vullibarti*, nomine *Engilbure* cum tribus filiis & tribus filiabus; ex his duæ sunt in potestate *Domina conjugata*. Pro his duabus habent *Luzilium*, & *Pezilium*, filios Abilun sororis ipse (ipsius) Engilburgæ. Hæc facta sunt in præfata *Scena*, in præsentia quorum hic subnotantur nomina; Domina *Reginlinda*, *Burkhart* Comes, Tuto Hiltilin, *Kerhart* advocatus, Huozo, *Præposita* Cotisthiu cum suis familiis, Uro, Cundilo, & *Landolt*, & familia Ducis Wolfperti, & Wodilmar, Ortire, Harpert cum fratribus, & familiis fratrum. VIII. Kal. Junij *Anno* X. regnante Rege *Heinricho*.

2. *Notitia concambij de duabus ancillis, una Sanctorum Felicis & Regulæ, & alia Sancti Galli.* Notum sit omnibus, præsentibus scilicet & futuris, *fidelibus populis*, quòd fratribus Turegensis Ecclesiæ, & mihi *indigno famulo*, & Abbati *Sancti Galli* Engilberto, cum licentia aliorum nostrorum Monachorum complacuit, ut inter nos duas *ancillas concambiavimus*, quod ita & fecissemus. Dederunt namque ipsi fratres Liutine *Decanus*, & *Puozirich*, & *Vuoluirath*, cum manu Kerhardi, advocati Ecclesiæ Sanctorum Martyrum Felicis & Regulæ, unam ancillam nomine Engizam, & è contra donaverunt

runt illis cum nostra licentia, noster præpositus Salomon cum manu advocati nostri Amilungi *Sancti Galli* Ancillam, nomine *Richartam*, & ipsæ nondum filios habuerunt.

Ea scilicet ratione concambiavimus, ut si ex ipsis filii fuissent procreati, ultimo nati, in eodem *concambitu*, ad utramque Ecclesiam & *Sancti Galli*, & præfatorum Sanctorum Martyrum, sine contradictione ullius personæ, persisterent.

Actum in loco Hoinga, coram *præsentia quorum* hîc subnotantur nomina. Signavi ego Salomon, & *Liutine*, *Puozirich*, & *Vuolvirat*, qui hanc memoriam *concambij* fieri & firmare jussimus. Signa aliorum testium, *Amilunc* advocatus, *Adilpert* advocatus, *Thiedolt*, *Libo*, *Rato*, *Hezo*, *Vuazilini*, *Ratcoz*, *Azilin*, *Vto* minister, *Tietpert*, *Luipo*, *Richilin* senex, *Albirich*, *Freido*, *Engilbold*, *Ortire*, *Reginlo*, *Alfrid*

Ego itaque *Liutingus* presbyter scripsi, & subscripsi: Notavi diem Martis VI. Kal. Maij, *Anno* X. regnante gloriosissimo Rege *Henrico*, sub *Duce Burchardo*, & Comite *Liutone*. *Anno* incarnationis Domini, DCCCC XXI. & cum licentia *Kerharti* advocati, feliciter, Amen.

b. Cujusmodi sunt 1. *restitutio* bonorum quorundam ad Monasterium Monialium ante, sub Carolingis, procul dubio, devolutorum. Instrumentum tale est: Nos ergo Fratres, qui Domino *in Turegensis* (NB) antiqua Ecclesia famulando consistimus, tota mente cunctis fidelibus notum esse desideramus, quòd Antecessores nostri *Allolf*, *Thiedilant* Decani, *Vuolvirath*, & *Andreas* cum alijs Fratribus prædium quæsierunt in *Samilinis Ruitin* & illa marcha, quòd *Liuzo*, & frater ejus *Vuicco*, qui de sua matre nomine *Hita* proprij servi ad Monasterium Monialium esse dinoscuntur, cum iniquo possiderunt censu. Quem censum pater eorum *Samilin*, proprius *servus ipsius antiqua Ecclesia* & *Canonicorum*, de *Frigidanda* sua matre, exinde hoc prædium auferendo, & filijs suis prædictis adpræhendo, & confirmando, ad *Monasterium Monialium* occultè solvebat. Venerunt igitur & conduxerunt testimoniū ex familijs Turicinis in civitate (NB) Turegia in legitimo *Kerharti* concilio, advocati, quod hoc prædium ex prædicto servo Ecclesiæ illorum magis esse debuisset, quàm ipsi cum iniquo possiderunt censu. Tunc ab istis judicatum est, hoc illis reddi debere. *Landolt*, *[illegible]righer*, *Libo*, *Amilbert*, *Adilhelm*, & ab alijs de Fisco.

ſco. De monte *Tnietbart*, *Vuinimund*, *Sigimunt*, *Vto*, *Cundilo*, *Kaginhart*, & ab alijs, ex familia. Tunc *Cundilo* miniſter, magiſtérque eorum rogabat, ut inducias haberet, uſquedum ipſos in poteſtate ſeniorum illorum collocaret. Poſtmodum verò ipſe *Vuicco*, *Vtoni Laici* & hoc dedit, & veſtivit. Quapropter ergo tunc demum inde ſe vociferando venerunt Fratres in legitimum *Concilium Liutoni* Comitis, & advocati, & profeſſi ſunt in eos, qui de Fiſco, & de monte hoc viderunt & audierunt: Tunc de *Comite* banniti ſunt, in fidem ſuam, & juramentum, ut ita ſicuti hoc veriſſimè ſcirent, narrâſſent: Tunc omnes dicebant, hoc verum eſſe: Ipſa hora cum interrogatione Comitis judicatum eſt à *Peringero* Comite, *Adilboldo*, *Libone*, *Helmiricho*, *Cozrerto*, *Periegero*, *Vtone*, *Hericho*, *Vtone*, & de fiſco & monte cunctis ibidem ſedentibus, quod juſta lege illis debuiſſet reddi. Tunc Comes cum manibus Monialium *Abinzum*, *Amitum*, *Azulum*, *Trutilum*, in præſentia *Livuzoni*, & filiorum ejus, & fratris ejus, & *Eckiharti*, nihil contradicentibus reddidit fratribus talem proprietatem, qualem *Samilin* in *Ruitin* marcha, & ipſo loco, ex ſuo patre & ipſius adquiſitione viſus fuiſſet poſſidere. Et ſtatim ſine mora coacti, &

absque induciis reddebant in *Meilana* proprietatem, quam *Comilin* & mater ejus *Rihsind*, provendam illis rediniendo, tradiderunt. Tunc datis his nuntijs à Comite *Hericho*, *Vtone*, Item *Hericho*, ad ipsum locum *Riutin* venientes vestituram ab illis cum manu advocati sui *Kisoni* acceperunt. Isti sunt susceptores, *Vnichere*, *Sigere*, *Engilman*, *Vuanine*, *Vto*, *Meginhart*, *Engilger*, *Eppo*, *Azelin*, *VVolfhart* Archipresbyter, *Engizo*. Isti sunt autem, qui affuerunt, & viderunt, *Herich*, *Theginzilin*, *Thelonaris*, *Haicho*, *Trutmann*, filius *Ezzoni*, *Cozpert*, & frater ejus, *Penno*, *Liutfrid*; Item *Liutfrid*, *Vuolpero*, *Vuolferim*, *Azilin*, & filius ejus *Hito*, & frater ejus *Reginzilin*, *Hunpert*, *Razilin*, *Amilo*, *Ottire*, *Heizihn*; Item *Heizilin*, *Alfrid*, *Eckilin*, *Alfrid*, *Hezilin*, *Engizo*, *Atilo*, *Atin*, *Sigihart*, filius *Liuzoni*, & frater ejus *Eckihart*. Isti Possessores erant in eadem hora, servi *Sanctorum* ibidem relicti, *Perolt*, & *Vuovilin*. *Actum* VIII. Kal Maij, *Anno* XI. regnante Rege Ottone, sub Duce *Liutolfo*, filio suo.

2. *Compositio litis* inter Collegium, & Rubonem quendam, cujus tenor est: Nos ergo *Fratres* Turegensis antiquæ Ecclesiæ famulantes cunctis innotamus fidelibus populis, quòd in publico mallo *Luitoni* Comitis

mitis in civitate Turicjna, *Rubo* filius *Lantfridi*, à ſuo avo *Megindo* voluit à nobis portionem proprij quærere, in Hoinga marcha, quod ipſe ſuus avus, adhuc noſter Miniſter, & antiquorum Patrum manens, cum ſervis Eccleſiæ de curte & liberis runcavit. Nobis autem illi contradicentibus hoc noluiſſe patiari, quia multa tempora in veſtitura Eccleſiæ fuit, & nuſquam in ſuam, neque ſui patris venit, complacuit ſibi conſiliantibus, ex utraque parte noſtris amicis, ut propter Sanctorum amorem *Felicis* & *Regulæ*, & noſtrum, adquiſitionem dereliquiſſet, & pacationem nobiſcum feciſſet, quod ita & fecit cum manibus trium ſuorum filiorum, *Herichi*, *Meginhardi*, & *Equivoqui* ſui: Ea ratione, ut ſi ullam habuiſſent ad ipſum prædium loquelam, penitus ab illis, illorúmque poſteris perpetualiter abſciſa maneret, ſtipulatione ſubnixa. *Actum* ipſo die ſupra ſcripti Concilii coram ipſis teſtibus. VIII. Kal. Maij *Anno* XI. ipſe rege Ottone regnante, & Duce *Liutolfo*.

3. *Contentio Adilhelmi*, quæ hujuscemodi eſt: Notitia Contentionis inter *Turicinos Clericos*, & *Adilhelmum* de proprietate, quam quæſivit ab illis in Hoinge marcha, de *Meginhardo* avo ſuo, & *Anzone* ſuo patre


 tre

tales per incrementa ad eum, qui tunc habebatur, auctas ornatum. Primis enim temporibus communi indumento vestitis, Missas egisse; sicut & hactenus quidam Orientalium facere perhibeantur. Nec alia ejusdem authoris de *horis Canonicis* sententia est. Ita ergo de illis, Walafridus nostras, cap. 25. *Sciendum est, multa post revelationem Evangelij tempora transijsse, antequam ita ordinarentur quorundam per diem & noctem horarum solennia, sicuti nunc habentur.* Unde etiam tanta in officijs diversitas, de qua idem l. c. *Quia verò*, inquit, *tanta est, in ipsis diversitas officijs, non solùm pro varietate Gentium ac Linguarum, verùm etiam in una gente vel lingua pro temporum mutationes, vel Magistrorum studiosa institutione, ut si velim cuncta replicare, quæ de hac multiplicitate jam legimus, magis onerosus, quàm profructuosus videar audituris. Omittam igitur, quæ infinita sunt, hoc tantùm affirmans, quòd plenarius officiorum ordo, qui nunc per Romanum orbem servatur, post antiquitatem multis temporibus evolutum, institutus, & ad omnem eminentiam sanctæ religionis est dilatatus. Crescente enim fidelium numero, & hæresium pestilentia multipliciùs pacem maculante Catholicam, necesse erat augeri, cultum veræ observationis — In tantum denique vel cantilena, vel Psalmodia memoriter exercenda*

ercendæ usus erat rarus apud priores, ut de novissimis penè Romanorum Præsulibus & qui nec ducentis annis nostra tempora præcesserunt, quasi memorabile quiddam & singulare scribatur, si qui eorum in rebus prædictis eminentiores cæteris viderentur.

Num quid ergo qui jam, contra Tridentinos, vel translationes Scripturarum in Linguas vernaculas defendunt, vel imagines superstitiosè colendas, negant; vel libertati Christianæ contra Clericorum cœlibatum, rituum & ceremoniarum δυσβάστακτον βάρος, patrocinantur, de Cœna Domini adeò perspicuè loquuntur, quicquam vel dicunt, vel faciunt, quod Huldrici, Walafridi, aliorum calculo non approbetur? Moderatus valde fuit Walafridus, qui ubi Reformatorum vivendo attigisset ætatem, omniáque adeò degenerâsse; adiaphora veluti necessaria obtrusa, serpentem æneum publicè coli vidisset, de libertate Christiana, & Idololatriæ adeò crassæ & manifestæ abolitione non seriò minùs, quàm fortissimi Reformatores, solicitè, dubio procul, cogitâsset.

SECTIO



Sectio IV.

De

Quinta, Seculi X. Ecclesiæ Tigurinæ Periodo.

Sub HENRICO I. Saxone, qui & Auceps, a. Ch. 920. designatus fuit Imperator: filio OTTONE a. Ch. 936. ad Imperij gubernacula sedente, eadem regiminis Politici & Ecclesiastici ratio fuit Tiguri, qua sub Carolingijs. Exempla instrumentorum tum Collegio Canonico, tum etiam Abbatissano concessorum. Porismata ex instrumentis illis deducta, 1. de antiquitate Tigurina Ecclesia & Reipublica. 2. Proprijs hominibus tum alibi, tum in Helvetia. 3. Tigurinam Ecclesiam hoc Seculo Roma nihil debere.

I. Hactenus de statu Ecclesiæ Tigurinæ sub CAROLO M. ejúsque, per decuriam Imperatorum familia, eadem ferè sub Saxonicis Imperatoribus regiminis fuit ratio. Summa enim rerum tam Civilium, quàm Ecclesiasticarum penès duo mansit Collegia, Carolinum & Abbatissanum.

II. Et

II. Et pro Collegio quidem CAROLINO varia extant donationum, confirmationum; controversiarum Oeconomicarum decisionum documenta sub [a] Henrico I. Saxone, Ottonis Patre, & ipso Ottone I. [b]

a. Talis est, *Concambitio familiarum, Duce Hermanno facta.* Ea verò hujuscemodi est: Hanc etiam descriptionem jussit Dominus *Herimannus* fieri ob jurgationem scindendam, perpetualique coadunatione ex *familijs Clericorum*, quæ ex *conjugio* in potestatem Monialium devenerunt, & ab illarum parte in jus *Clericorum venerunt*, ex utraque parte enumerando, æquali modo coæquentur, ut ultra inter illos cum amicitia persisterent, cum cambitione manu suâ facta, miniméque propter rixam inter se nubent. Primum numerantur, quæ ex parte *Clericorum* fuerunt in Rumilane. Primùm Vuibilina, filia Ruodperti, qui fuit Cellenarius & servus Clericorum in Swamundinga, & filij ejus Burchart, Comilin, Hizilin, & Hizila.

Item filia Mannilini servi Clericorum, ex ipso loco, nomine Liubsinda, & filij ejus his nominibus, Hicirat, Wolfiram, Adilmar, & sorores eorum, Liuza, & Ratsind

Item

& Lanyilini præfati Williharti fratris filiæ IIII. Filiæ autem duæ prædictæ *Engizun*, & filij ejus, tres filios, & tres filiæ, filij Legihardi, fratris Williharti, Alfredum, Ekilinum, Atilin, Vuillizonem, & Lanzilini, præfati Williharti fratris filiæ IIII. filiæ autem duæ prædictæ *Engizun*, quæ fuit Williharti filia, ſunt nunc ſine licentia Clericorum *in poteſtate* Dominæ *Reginlinda*, hîc in Turego, nomine Hitila, & Fridigart

Hanc ergo *Veſtituram* fecit ipſe Dux Alemannorum, in *Scena Turicina civitatis*, cum licentia & petitione *Monialium* & *Clericorum*, cum uno ſervo Monialium, nomine Lendilo, clericis, & cum alio *ſervo Clericorum*, monialibus, nomine Meginhart, coram cunctis & multis ibidem cum illo manentibus; Ipſo die verò ipſe *Dux Herimannus*, ex petitione *Reginlinda*, & *Clericorum* quæſtionem ſcindendo concambiavit, quæ ex familia ſuæ Curtis in Turego in *poteſtate Fratrum erant*, dedit ipſe Dux Reginzonem & veſtivit, & è contra dederunt ipſi Herratin, & fratris ſui *Lungilini* tres filios Ratmannum, & Coldilinum, Azilinum, contra *Engizonem*, & fratrem & ſororem I. & filij Cozharti, contra *Ruopilinum* & ſororem ejus uxorem *Copilini* calvi, nomine Engiza, ſine filio ſuo Zuzone, cum filiabus ejus

ejus IIII. contra filiam *Vullibarti*, nomine *Engilburc* cum tribus filiis & tribus filiabus; ex his duæ sunt in potestate *Domina conjugata*. Pro his duabus habent *Luzilium*, & *Pezilium*, filios Abilun sororis ipse (ipsius) Engilburgæ. Hæc facta sunt in præfata *Scena*, in præsentia quorum hic subnotantur nomina; Domina *Reginlinda*, *Burkhart* Comes, Tuto Hiltilin, *Kerhart* advocatus, Huozo, *Præposita* Cotisthiu cum suis familiis, Uro, Cundilo, & *Landolt*, & familia Ducis Wolfperti, & Wodilmar, Ortire, Harpert cum fratribus, & familiis fratrum. VIII. Kal. Junij *Anno* X. regnante Rege *Heinricho*.

2. *Notitia concambij de duabus ancillis, una Sanctorum Felicis & Regulæ, & alia Sancti Galli.* Notum sit omnibus, præsentibus scilicet & futuris, *fidelibus populis*, quod fratribus Turegensis Ecclesiæ, & mihi *indigno famulo*, & Abbati *Sancti Galli* Engilberto, cum licentia aliorum nostrorum Monachorum complacuit, ut inter nos duas *ancillas concambiavimus*, quod ita & fecissemus. Dederunt namque ipsi fratres Liutine *Decanus*, & *Puozirich*, & *Vuoluirath*, cum manu Kerhardi, advocati Ecclesiæ Sanctorum Martyrum Felicis & Regulæ, unam ancillam nomine Engizam, & è contra donave-

runt

runt illis cum nostra licentia, noster præpositus Salomon cum manu advocati nostri Amilungi *Sancti Galli* Ancillam, nomine *Richartam*, & ipsæ nondum filios habuerunt.

Ea scilicet ratione concambiavimus, ut si ex ipsis filii fuissent procreati, ultimo nati, in eodem *concambitu*, ad utramque Ecclesiam *& Sancti Galli*, & præfatorum Sanctorum Martyrum, sine contradictione ullius personæ, persisterent.

Actum in loco Hoïnga, coram *præsentia quorum* hîc subnotantur nomina. Signavi ego Salomon, & *Liutine*, *Puozirich*, *& Vuolvirat*, qui hanc memoriam *concambij* fieri & firmare jussimus. Signa aliorum testium, *Amilunc* advocatus, *Adilpert* advocatus, *Thiedolt*, *Libo*, *Rato*, *Hezo*, *Vuazilini*, *Ratcoz*, *Azilin*, *Vto* minister, *Tietpert*, *Luipo*, *Richilin* senex, *Albirich*, *Freido*, *Engilbold*, *Ortire*, *Reginlo*, *Alfrid*

Ego itaque *Liutingus* presbyter scripsi, & subscripsi: Notavi diem Martis VI. Kal. Maij, *Anno* X. regnante gloriosissimo Rege *Henrico*, sub *Duce Burchardo*, & Comite *Liutone*. *Anno* incarnationis Domini, DCCCC XXI. & cum licentia *Kerharti* advocati, feliciter, Amen.

Cccc b. Cujus-

b. Cujusmodi sunt 1. *restitutio* bonorum quorundam ad Monasterium Monialium ante, sub Carolingis, procul dubio, devolutorum. Instrumentum tale est: Nos ergo Fratres, qui Domino *in Turegensis* (NB) antiqua Ecclesia famulando consistimus, tota mente cunctis fidelibus notum esse desideramus, quòd Antecessores nostri *Alolf, Thiedilant* Decani, *Vuolvirath*, & *Andreas* cum alijs Fratribus prædium quæsierunt in *Samilinis Ruitin* & illa marcha, quòd *Liuzo*, & frater ejus *Vuicco*, qui de sua matre nomine *Hita* proprij servi ad Monasterium Monialium esse dinoscuntur, cum iniquo possiderunt censu. Quem censum pater eorum *Samilin*, proprius *servus ipsius antiquæ Ecclesiæ* & *Canonicorum*, de *Frigidanda* sua matre, exinde hoc prædium auferendo, & filijs suis prædictis adpræhendo, & confirmando, ad *Monasterium Monialium* occultè solvebat. Venerunt igitur & conduxerunt testimoniū ex familijs Turicinis in civitate (NB) Turegia in legitimo *Kerharti* concilio, advocati, quod hoc prædium ex prædicto servo Ecclesiæ illorum magis esse debuisset, quàm ipsi cum iniquo possiderunt censu. Tunc ab istis judicatum est, hoc illis reddi debere. *Landolt*, *r*:*righer*, *Libo*, *Amilbert*, *Adilhelm*, & ab alijs de Fisco.

ſco. De monte *Tnietbart*, *Vuinimund*, *Sigimunt*, *Vto*, *Cundilo*, *Kaginhart*, & ab alijs, ex familia. Tunc *Cundilo* miniſter, magiſtérque eorum rogabat, ut inducias haberet, uſquedum ipſos in poteſtate ſeniorum illorum collocaret. Poſtmodum verò ipſe *Vuicco*, *Vtoni Laici* & hoc dedit, & veſtivit. Quapropter ergo tunc demum inde ſe vociferando venerunt Fratres in legitimum *Concilium Liutoni* Comitis, & advocati, & profeſſi ſunt in eos, qui de Fiſco, & de monte hoc viderunt & audierunt: Tunc de *Comite* banniti ſunt, in fidem ſuam, & juramentum, ut ita ſicuti hoc veriſſimè ſcirent, narrâſſent: Tunc omnes dicebant, hoc verum eſſe: Ipſa hora cum interrogatione Comitis judicatum eſt à *Peringero* Comite, *Adilboldo*, *Libone*, *Helmiricho*, *Cozrerto*, *Periegero*, *Vtone*, *Hericho*, *Vtone*, & de fiſco & monte cunctis ibidem ſedentibus, quod juſta lege illis debuiſſet reddi. Tunc Comes cum manibus Monialium *Abinzum*, *Amitum*, *Azilum*, *Trutilum*, in præſentia *Livuzoni*, & filiorum ejus, & fratris ejus, & *Eckiharti*, nihil contradicentibus reddidit fratribus talem proprietatem, qualem *Samilin* in *Ruitin* marcha, & ipſo loco, ex ſuo patre & ipſius adquiſitione viſus fuiſſet poſſidere. Et ſtatim ſine mora coacti, &

absque induciis reddebant in *Meilana* proprietatem, quam *Comilin* & mater ejus *Rihsind*, provendam illis redimiendo, tradiderunt. Tunc datis his nuntijs à Comite *Hericho, Vtone*, Item *Hericho*, ad ipsum locum *Riutin* venientes vestituram ab illis cum manu advocati sui *Kisoni* acceperunt. Isti sunt susceptores, *Vuichere*, *Sigere*, *Engilman*, *Vuanine*, *Vto*, *Meginhart*, *Engilger*, *Eppo*, *Azilin*, *VVolfhart* Archipresbyter, *Erigizo*. Isti sunt autem, qui assuerunt, & viderunt, *Herich*, *Theginzilin*, *Thelonarius*, *Haicho*, *Trutmann*, filius *Ezzoni*, *Cozpert*, & frater ejus, *Penno*, *Liutfrid*; Item *Liutfrid*, *Vuolpero*, *Vuolferim*, *Azilin*, & filius ejus *Hito*, & frater ejus *Reginzilin*, *Hunpert*, *Razilin*, *Amilo*, *Ottire*, *Heizilin*; Item *Heizilin*, *Alfrid*, *Eckilin*, *Alfrid*, *Hezilin*, *Engizo*, *Atilo*, *Atin*, *Sigihart*, filius *Liuzoni*, & frater ejus *Eckihart*. Isti Possessores erant in eadem hora, servi *Sanctorum* ibidem relicti, *Perolt*, & *Vuovilin*. *Actum* VIII. Kal Maij, *Anno* XI. regnante Rege Ottone, sub Duce *Liutelno*, filio suo.

2. *Compositio litis* inter Collegium, & Rubonem quendam, cujus tenor est: Nos ergo *Fratres* Turegensis antiquæ Ecclesiæ famulantes cunctis innotamus fidelibus populis, quòd in publico mallo *Luitoni* Comitis

mitis in civitate Turicjna, *Rubo* filius *Lantfridi*, à ſuo avo *Megindo* voluit à nobis portionem proprij quærere, in Hoinga marcha, quod ipſe ſuus avus, adhuc noſter Miniſter, & antiquorum Patrum manens, cum ſervis Eccleſiæ de curte & liberis runcavit. Nobis autem illi contradicentibus hoc noluiſſe patiari, quia multa tempora in veſtitura Eccleſiæ fuit, & nuſquam in ſuam, neque ſui patris venit, complacuit ſibi conſiliantibus, ex utraque parte noſtris amicis, ut propter Sanctorum amorem *Felicis* & *Regulæ*, & noſtrum, adquiſitionem dereliquiſſet, & pacationem nobiſcum feciſſet, quod ita & fecit cum manibus trium ſuorum filiorum, *Herichi*, *Meginhardi*, & *Equivoqui* ſui: Ea ratione, ut ſi ullam habuiſſent ad ipſum prædium loquelam, penitus ab illis, illorúmque poſteris perpetualiter abſciſa maneret, ſtipulatione ſubnixa. *Actum* ipſo die ſupraſcripti Concilii coram ipſis teſtibus. VIII. Kal. Maij *Anno* XI. ipſe rege Ottone regnante, & Duce *Liutolfo*.

3. *Contentio Adilhelmi*, quæ hujuscemodi eſt: Notitia Contentionis inter *Turicinos Clericos*, & *Adilhelmum* de proprietate, quam quæſivit ab illis in Hoinge marcha, de *Meginhardo* avo ſuo, & *Anzone* ſuo pa-

tre; & ipsi Clerici contra illum cum juramento hanc confortaverunt, ita in altare & capsa Sanctorum *Felicis* & *Regula*, sicut in publico mallo *Kerharti* advocati legitimè populi judicaverunt. Isti sunt conjuratores tres, *Heidirich*, *Ortire*, *Lubinzo*, servi Sanctorum & Ministri fratrum. Isti autem sunt testes & auditores juramenti. Primùm *Kerhart* advocatus, *Azzo* niger, *Liutram*, *Erich*, *Vto*, *Engizo*; item *Engizo*, *Theginhart*, *Theginzilin*, *Sigimunt*, *Reginbold*, *Azilin*, *Kiso*, *Oppo*, *Opilin*, *Aliuvic*, *Reginzo*, *VVerdo*, *Adilpert*, *Atilo*, *Heizilin*, *Alfrid*, *Ruopilin*, *Hezilin*, *Atin*, *Engizo*, *Herich*.

Hæc sunt autem nomina liberorum hominum, qui in tempore ipsius *Meginhardi* præfati, Ministris à curte Clericorum contra alios liberos homines apprehendentes de viridi silva runcaverunt, ad honorem Ecclesiæ Sanctorum *Felicis* & *Regula* ubi ipsi Canonici Deo videntur famulari.

Primum *VVerdolf*, *Feginolf*, *Herne*, *Etilo*, *Eritire*, *Kisilpert*, *Folhger*, *VValdger*, *Zubilin*, *VVodilgis*, *Ratzo*, *Heripert*.

Nomina propriorum servorum Ecclesiæ, *Albirich*, *Rato*. Isti verò fecerunt exinde ad curtem servitium, usquedum postmodum *Anizo*, filius *Maginhardi*, cum iniqua pote-

poteſtate, ab Eccleſiæ poteſtate voluit abſtrahere, ſibimet ipſo, & fratri ſuo *Lanfrido*, & Clerici antiqui, *Liubolf*, & *Heidirich*, in Concilio *Azilini* advocati, de *Riete* requiſierunt.

4. *Contentio, quæ fuit propter decimationes, quæ pertinent ad Eccleſiam Sancti Petri, & ad Eccleſiam Sanctorum Martyrum Felicis, & germanæ ejus, Sanctæ Regulæ,* Ea verò talis eſt: Placuit ergo Præpoſitæ nomine *Cotiſtiu*, cunctæ congregationi Clericorum & Monialium in *Turego* Deo ſervientium, Principibúsque utriusque parochiæ ad deſtruendam ipſam contentionem, ut cum licentia ipſarum Parochiarum *Chuonrati* Epiſcopi; atque ejus juſſione, coram ſuo miſſo *VVuolfhardo* nomine, Archique ejus Presbytero, cum juramento ipſas decimationes, ipſarum Eccleſiarum vera pacatione ſeparentur. Tunc verò elegerunt VII. de Eccleſia Sanctorum Martyrum, qui jusjurandū feciſſent, ut ſicut ab (NB) antiquaterminatione, & à veris præcedentibus Patribus audiſſent, ita cum amicitia & ſine inimicitia illam decimationum indicâſſent ſeparationem. Hæc ſunt nomina jusjuratorum in reliquijs S. Petri Apoſtoli, aliorúmque plurimorum Sanctorum. Primùm, *Caginhart*, *Eckihart*, *Ruodger*, *Reginzo*, *Lutfrid*,

frid, Hunpert, Meginhart, cum alijs confitentibus. Isti verò conjuraverunt, quòd decimatio, quæ de VII. mansis quod Nerdilo, & Wikere, & Lantfrid in beneficium habebant, & de illa Hoba, quam Rumolt habebat, & de proprietate mirabilis Razoni, & de agro, quem Herich juxta Stamffebach habuisset, & de *Leimbach* singulis annis dimidia pars decimationis ad Ecclesiam S. Petri, ab antiquitate separata esset. Ab ipsis autem curtibus, quæ sitæ sunt in locis Monialium nominatis, cuncta Decimatio ad Ecclesiam Martyrum Felicis & Regulæ, ad alimoniam & vestituram Canonicis, & Ecclesiam tegendum, Episcopúmque accipiendum, omnibúsque ad illam Ecclesiam pertinentibus, & decimationem reddentibus Ministerium Christianitatis porrigendum verissimè pertineret. Idem de Curte Senioratûs in loco *Ousta*, in *Bozivvila*, in *Leimbach* dimidia pars, in *Rieda* tota. De Curte *VVibichinga*, & aliis ibidem habitantibus, de *Samilinis Ruitin*, de *Orlinchova*, de *Suamundinga*, de *Vtin Ruitin*, Clerici & Laici, de *VVuinchova*, sine illa parte, quæ pertinet ad *Tuobilindorff*, de *Truhtilhusa*, de Curte *Fenichlanda*, & ibidem de *Hobaryis* Monialium, de Curte in *Mure*, de *Egimuotinga*, de *Pinizze* super alterum

alterum annum, de Curte *Hoviſtete*. In *Thichunouua*, de duobus hobariis, de *Zumminga*, tota. In *VVattilinchova*, de una hoba, & de *Thietardo* una pars, de *Cozzinchova*, de *Ittiſno*, de *VVitalinchova*, de duabus *Collinchova*, de *Hirslanda*, de ambobus *Hottinga*, de *Flobotisreine*, de Curte & Hobariis Monialium in *Turego*, & de propriis liberorum hominum, & de ſeptis, piſcariis, fluentis laci per Turegum, duos piſces ad Eccleſiam Sanctorum, tertius ad Sanctum Petrum. De ſagenis autem, & aliis retibus ſpecialiter ad altare Sanctorum. Tunc verò ex parte Eccleſiæ Sancti Petri alij VII. conjuraverunt, *VVolfpert*, *Haro*, *Ruodger* niger, *Folchirat*, *Azilin*, *Adilman*, *Ozzilin*, in ipſis reliquiis Sanctorum, ita verum eſſe ſicut priores conjuraverunt, & ſe per totum verius non noviſſe.

Actum in Porticu Sancti Petri coram Wolfharto archipresbytero, & aliis cunctis Parochianis. *Herich*, *Vto*, item *Herich*, *Sigimunt*, item *Sigimunt*, *Thietirich*, *Hunpert*, *Thiethart*, *Smido*, *Azilin*, & aliis plurimis de monte, & fiſco. Ego *Reginbold* ſcripſi, in die Martis VI. Kal. Maij, *Anno* X. regnante Ottone Rege, ſub Duce *Herimanno*, & Comite *Lintoze*.

5. *Catalogus Censorum quorundam Ecclesiæ Carolinæ:* Hæc est notitia de Censoribus, quos utique Minister *Herich*, cum licentia *Burkhardi* Comitis, pro animæ suæ remedio ad altare Sanctorum Martyrum *Felicis* & *Regulæ*, & ad servitium ipsius Ecclesiæ Canonicorum Fratrum tradidit, ut singulis annis in festivitate Sanctorum censum, id est, 4. denarios persolvant, & ad aliud servitium à nemine coerceantur. Id est *Kerbold* den. 4. & filius eius *Muozilin* den. 4. *Heizila* den. 4. & filius, *Engilburga* nomine *Truman*, den. 4.

Item eisdem verbis pro anima sua, *Reginbold*, albus, suam ancillam, nomine *Threlindam*, & filiam ejus *Manihildam* tradidit ad altare Sanctorum & Canonicis, ut singulis annis in festivitate illorum censum, id est alterutra 4. den. persolvant. Item *VVilligart* eisdem verbis pro anima sua ad altare Sanctorum & Canonicis, suum proprium servum nomine *Reginzilinam* dedit, ut singulis annis censum, id est 4. den. persolvat, & filij ejus similiter Cristan, & mater ejus *Aliza, Liubilin, Meginza*.

Similiter *VVicharius* presbyter pro animæ suæ, & avunculi sui *Eckihardi* remedio, servum quem ipse ei reliquit, nomine *Meginvvardum* tradidit ad altare Sanctorum, ut

ut post illius obitum singulis annis censum id est 4. den. in qualicunque causa possit, in festivitate eorum Canonicis persolvat, & liber permaneat, & securus, quò vellet, pergat. Atque insuper sciant omnes in Sancta Ecclesia fideles Deo, quòd ego ipse *VVicherius* presbyter indignus, loca secus littus Lindimagi fluminis sita, quæ quidem *VVicherius*, pater *Egilhardi*, avunculi nostri, cum licentia senioris, sui Imperatoris *Caroli*, ad Capellanum suum, nomine *Pericheilonem*, cum pecunia conquisivit, id est cum tribus libris probati argenti, & filio suo *Egibarto* reliquit, & me ab ipsis hæreditavit, pro retributione & redemtione animarum suarum, & meæ, penitùs sicut à me possessa sunt, cum manu advocati mei probati, nomine *Ruozilini*, ad capsam & altare Sanctorum Martyrum Felicis & Regulæ, in præsentia omnium in Ecclesia congregatorum populorum, in altera Dominica die, post Octava natalis Domini, illa loca tradidi atque transfundi, ut sine contradictione post obitum meum ullius proximorum meorum personæ, ad alimentum ipsius altaris servientium Fratrum usque in ævum permaneant, & ipse *Decanus* Fratrum, nomine *Ebirhardus*, cum manu advocati probati sui *Hiltirati*, in ipsis accepit verbis,

Anno

Anno X. regnante Inclyto Imperatore Ottone, sub Duce *Ottone*, & Advocato *Arnolto*, ANNO Domini DCCCC XLVIII Amen.

Ista traditio facta est, sicut supra scriptum est, in die Dominica, id est in IIII. Non. Januarij.

b. Ejusdem & ævi, & argumenti sunt, quæ sub *Burkhardo Comite* gesta, & in publicum instrumentum hunc in modum relata fuere, sub titulo, de *Analoja*, i. e. *de genere IV. fratrum servum Clericorum*. Isti autem tres Fratres fuerunt his nominibus, *VVolvine, Irinbold, Herrath*, qui in frequenti & familiari servitio erant Canonicorum, qui habebant duas sorores *Cuollindam*, & *Fridigartam*. Filij autem *VVolvinus* prædicti isti erāt, *VVoffilin, Nizzo, Onfind*: Filij autem *Onsinde*, *Heidirich*, *& Azila*. Filij autem *Irinboldi*, fuit *VVoffila* mater *VVaningi* presbyteri, & sororum *Thruze, & Rihze*. Filia *Herrathi Tuzila*, quæ fuit mater *Herrati*, & *Junkilini*. Filij autem *Cuollinda Perolt* minister, & pater *Regingeri*, & sororis eorum *Zeizelun*. Soror *Peroldi Hiltigund*, mater *Coldilini*, & fratris ejus *VVovilini*.

Filij autem *Fridigarta Samilin*, qui dicitur *Sigihart, Ekihart, Irinbold*. Ipsam *Fridigartam* desponsavit *Sigihart*, filius *VVichrammi*, fra-

frater *Tuotun*, & *VVettun*, *Thiezun*, & *Engelsinda*, ad Clericos, & ad Præfatos fratres suos, eum tali proprietate, sicut ei pater suus in *Ruitin* & illa marcha quæsitam & inquirendam reliquit, cum licentia *VVillebarti* advocati Regis Caroli, in præsentia suorum amicorum *Liumvot*, *Nordilo*, *Herich*, *VVichere*, *Cuotilin*, *Fardman*, *Atelo*, *Ozilin*, & duxit in ipsam proprietatem & peperit ibidem prædictos filios, ibique usquedum vivebat, manebat. Postmodum verò Ecclesiam, & Clericos fugiendo, ipse *Sigebart* ipsum proprium tradidit, pro uno solido ad Monasterium Monialium, & ipse *Samilin* clam posteà ipsum censum singulis annis solvebat, usquedum *Heidirich* cum aliis prohibebat fratribus, & ipsum cum licentia & judicio advocati ad proprium servum cum ipso prædio tenebant, ex ipsa ancilla *Fridigarta*, & propter injustum, quem illuc solvebat censum, & usquedum vivebat in eorum servitio manebat.

Notitia de servis & ancillis in Hoinga.

Isti voluerunt se injustè ad Censores trahere, quos Fratres in Concilio advocati requisierunt *Kerhardi*, cum *Vtonis* adjutorio, & aliorum testium. Primùm, *Rato* fuit servus Sanctorum, ex suo patre *Zirkilino* cum tribus sororibus *Reginvvar*, *Heilbure*,

bure, Engiza. Exinde est *Cazbold, Dettilburga* sua matre cum tribus sororibus. Item *Hilrud, Azela, Engelsind,* filiæ *Cozboldi* duæ; Filius *Hiltrudæ VVillizin*, & soror ejus *Hunlind.* Duo filij *Azilun, Ruodine*, & *VVilhere.* Isti habentur quæsiti. De ancilla, quæ dicitur *Engiza* duo homines, *Ezo, Thanchrat* cum tribus sororibus *Egina, Engiza, Reginza.* Filij *Ratoni, Hizilin, Rato, Hiltiger, Knechtin*, & sorores eorum *Meginrat, Heilsind, Azila, Heilsindam* filiam *Albirici* cum filijs quinque *Cundhart, Sicco, Cunzilin, Arnolf*, & sororem eorum *Irmingardam.* Filij *Albirici, Albirich, Andirich, Nandger, Lanzilin.* Filij *Feginolvi, Hizilin, Frehinger, Amiza, Heilof*, & frater ejus *Engilbold*, & *VVolfpertum.* Quæ sequuntur in autographo planè sunt exesa, unde & in antiquo satis Collegij Apographeo reliqua omnia omittuntur; nos tamen pauca adhuc quædam ex incendio erepta subjicimus: Servituti debuissent, inventum est in legitimo Concilio Comitis Burkhardi, commendato ab ipso illis Fratribus advocato nomine *Manigolt* ad perpetualem servitutem prædictorum Fratrum confortarentur.

Tunc etiam certis nominibus in præsentia illorum jussit eos advocari. Hæc sunt nomina illorum *Richbold*, & soror ejus *Suaplinda*

plinda, *&* alia ejus soror nomine *Blidrud*, *&* filij ejus *Ripilin & Ruopilin*, *& Suapa*, & soror ejus *Hiltimurt*, & filij ejus his nominibus, *Engilbold*, *Rubo*, & sorores illorum *Suaplind*, *Engiza*. Isti sunt testes, *Burkhardus* Comes, *Manigolt*, *Focho*, *Erich*, minister *Vto*, *Gilbold*, *Hezilin*, *Azilin*, & alij multi. Tunc etiam cum inventione Principum regali banno præcepit, ut sine ulla contradictione eorum Fratrum subditi fuissent servituti.

Isti sunt Censores quos *Kaginhardus* pro animæ suæ remedio ad altare Sanctorum Martyrum Felicis *&* Regulæ tradidit, ut singulis annis censum ad festivitatem Martyrij sui solverent, & aliunde nisi ad alimentum Canonicorum non donetur. Primùm *Manihilt* den. 4. & filius ejus *Kezo* den. 4. & filia ejus *Engismuot* den. 4.

Isti sunt Censores, quos *Vto* presbyter pro animæ suæ remedio ad altare Sanctorum Felicis *&* Regulæ tradidit, ut singulis annis ad missam illorum censum solverent, scilicet non aliunde, sed ad victum Fratrum ipsius altaris; *Herilind* denarios 4. Filius ejus *Sieco* den. 4. Filia ejus *Otrat* den. 4. *Palsind* den. 4. & filius ejus *Kervvik* den. 4. *Maniza* den. 4. & filia ejus *Svonburc* den. 4. *Kezila* den. 4. *Vto* den. 4, *Coma* den. 4. *Penzilin*

zilin filius *Herlinde* den. 4. *Perichtraht Heildrud* utraque den. 4. & filij prædictorum similiter perpetualiter faciant.

De *Tagiperto* presbytero, *Seonbire* den. 1. & frater ejus *Thieto* den. 1. soror ejus Uza den. 1. *Otger* den. 1. Fratribus ad censum. De *Engilboldo* presbytero censores Fratribus, *Snelhart* den. 4. & soror eius *Azivvip* den. 4. ad servitium fratrum. De *Hiltigero* plurimo fratribus *Vzin* den. 4. fratribus. De *VVoffilino* pro anima, sua filius *Thiepilini* servi sui, *Sikilin* fratribus den. 4.

6. Illustre cum primis, sub Cæsare Ottone, Duce Burkhardo, Cotifrido, in Consilio Tigurino, sequens est instrumentum: Hæc est enim notitia de Concilio *Cotifridi* Comitis in civitate (NB.) Turicina publicè & legitimè facto. Ubi ergo Canonici fratres coram ipso Comite & populo illuc congregato, talem proprietatem ad *Coldbrigam* quæsierunt qualem *Engilbold* filius *Herichi* in Valla, quæ dicitur *Fenichlanda*, & in ipsa marcha potestatéve visus est habere, & sine ulla contradictione possidere. Quam etiam hæreditatem ob gratiam Dei & redemtionem suæ animæ, parentúmque suorum ad Ecclesiam, quæ ad honorem Sanctorum Martyrum *Felicis & germanæ* ejus *Regulæ*, constructa est, ubi XL. cubitis abscisa

abſciſa capita ſuis manibus portaverunt, & ad ipſum altare, ubi Canonici Deo videntur ſervire, cum omni integritate donavit atque veſtivit. Id eſt, eum mancipiis, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, & omnibus appendicijs, ad ipſam hæreditatem pertinentibus. Ea ſcilicet ratione, ut ipſe hæc omnia uſquedum vixiſſet ſub uſu fructuario habuiſſet. Poſt ſuum diſceſſum autem habuiſſet Heiza ejus conjunx, & poſt illam habuiſſet *Vto* Clericus, filius ſororis ſuæ *Perinvuige*, & poſt illorum trium obitu, Canonici ad alimentum ſuum cuncta prædicta habuiſſent perpetualiter poſſidenda. Quapropter ergo in ipſo præfato Concilio duo habuerunt teſtimonia, ad teſtificandum Eccleſiæ & Fratribus; unum in Principibus de fiſco paratum, alterum de familia Sanctorum. De *fiſco* verò fuerunt iſti his nominibus, & adhuc ſunt, *Rotfrid, Richpert, Cundpert, VVitilo, Irminger, VVeſtirman, Adilhelm, Amilpert.* De *monte Sigimunt, Raffolt, Heidine*, & alii confitentes plurimi. De *familia* autem *Sanctorum* conjurato juramento ſunt iſti electi, *Vuiſo, Liutfrid* vetus, *Herich* albus, *Thegınzılin, Cozpert, Ortire, Liubinzo*; Item *Ezo, Liuzilin, Herich, Liubilin.*

Hanc deſcriptionem nominum juſſit ipſe

Comes scribere, donec in præsentia nostri Senioris *Burkhardi* Ducis consummaretur.

Et propter hoc distulerunt justum judicare judicium, quia *Albirich*, & *Ekihart* cum iniquo munere, id est XV. solidis nostros testes, de *monte* à nobis per malum ingenium averterunt; qui prius nobis cum firmitate facta rectos testes fuisse promiserunt. Id est *VVichart*, *Thiethart*; *Racholf*, *Fridiger Ymmo*, *Palzilin*, *Ruopilin*, *Hunolt*, *VVilhelm*, *Sigilin*, *Ratfrid*, Item *Thiethart*.

Factum est autem hoc Concilium *Comitis* post septuagesima, in ipsa proxima feria IIII. XI. Kalend. Mart. & quibusdam ibidem præsentibus, legem scientibus displicuit propter Ecclesiam Sanctorum, ita factum esse; & hoc sine voluntate Comitis remansit. Necnon & ibi in Fratrum adjutorio, *Landirich*, *Perichger*, *Franco*, *Thietirich*, præsentes fuerunt.

His verò omnibus ita peractis tunc denuo Senior noster *Dux Burkhardus* jussit *Manigoldo* potestativo nuntio, & nigro *Corperto*, *Landirico*, *Vinperto*, *Thietiricho*, ut ob omnipotentis Dei gratiam, & suam in legitimum venirent Concilium prædicti *Comitis Cotifridi* in *Turego* positum, & ita ibi, sicut ipse debuisset, verissimam exinde perpetrâssent sententiam. Tunc utique cunctis

ctis in *Turicina* civitate, in publico mallo Præſidis manentibus, & ipſis nuntiis *Ducis* judicantibus complacuit, ut ſeptem fidiſſimos, & veriſſimos de familia conjurâſſent, in præſentia præfatæ *Coldbrigæ*, & coram filios & amicos ejus, ut de ipſa proprietate, quam *Engilbold* in *Fenichlanda* pro ſuæ animæ & parentum ſuorum remedio poſt ſuum obitum, & conjugis ſuæ *Heildiruda*, & nepotis ſui *Vtoni* Clerici, manu poteſtativa ad altare Sanctorum Martyryrum *Felicis* & *Regulæ* tradidit, cum mancipiis, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, piſcationibus, & omnibus ad ipſam proprietatem pertinentibus, atque veſtivit, ita dicerent, ſicut ipſi ex viſu verum eſſe ſcirent. Tunc iſti VII. conjuraverunt in ſigno ſanctæ crucis. Primùm *VViſo*, *Liutfrid* vetus, *Richine*, *Theginzo*, *Erich* albus, *Cozpert*, *Erich* Nunnil. Poſt juramentum verò interrogati à *Comite* teſtificati ſunt, ſinguli quique cuncta prædicta ita ab *Engilboldo* eſſe peracta, & alij multi de ipſa familia, & de *monte* ipſum juramentum *&c.* ſe ſcire ita verum eſſe. Tunc *Comes* cum judicio Principum & aliorum populorum, cum manu ipſius *Coldbrigæ* reddidit ad Eccleſiam Sanctorum, & Clericis ipſam proprietatem, & vindicavit iniqui-

tatem, & statim in præsentia dedit isto nuntios, ipsam ad domum Sanctorum e Clericis revestimendam proprietatem *Cozpertũ*, Ducis & Senioris nostri *Burkhardi* nuntium, atque *Vtonem*, & *Trutmannum* Ministros, & alios multos sequentes, in quorum præsentia ibidem in loco *Fenichlanda*, cum domo & mancipiis facta est vestitura, & proprius servus Sanctorum *Adilmunt* possedit. De monte *Sigimunt*, *Raffolt*, item *Sigimunt*, *Fridiger*, *Sigifrid*, *Liubinze*, *Helmirach*, *Reginzo*.

De *Turego*, *Erich*, *Liutfrid*, *Engilbold*, *Rubo*, *Cozpert*, *Reginbold*, *Penno*, *Ripilin*, *Ruopilin*, *Liuzilin*, *Tnietilo*, *Reginzo*, *Ortire*, *Hezilin*, *Liubinzo*.

Actum IIII. Kal. Julij die Dominico, in Vigilia Sancti Petri & Pauli. *Anno* XXVIII. Regnante Inclyto Cæsare *Ottone* Augusto, sub Duce *Burkhardo*, & Comite *Cotifrido*. *Anno Domini* DCCCLXXIV.

III. Sed & eximia OTTONIS I. in Collegium Abbatissanum fuisse beneficia, acta nostra publica luculentissime testantur.

Illius enim I. fuit *a. Ch.* 952. confirmatio donationis sive dotationis Ecclesiæ, ad instantiam potissimum Augustæ Adelheidis; quæ extat *in Spec. Tigur.* pag. 248.

2. Donatio curtis Ruvaris *a. Chr.* 952. In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis *Otto*, Dei gratia, Rex: Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus ſcil. & futuris, qualiter nos per interventum Regilindæ venerabiliſſimæ & nobis dilectiſſimæ commitiſſæ quasdam res, noſtri proprii juris in pago Turiggavi ſitas, in comitatu *Lindonis* Comitis, curtem ſcil. quæ Ruvaris dicitur, cuidam ſervo Sanctorum *Felicis & Regulæ*, ſic dicto in proprium donavimus, à jure noſtro, & à dominio noſtro in jus ejusdem dominationem prout juſtè & legaliter, poſſumus, omnino transfundimus & perdonamus, cum omnibus videlicet adjacentiis ſuis pratis, ædificiis, ſilvis, paſcuis, agris, cultis & incultis, viis & inviis exitibus, & requiſitibus, quæſitis & inquirendis, habeátque liberam poteſtatem donandi, vendendi, commutandi, hæreditandi, per omnia judicandi, vel quicquid animus ſuus decreverit, inde faciendi omnium hominum contradictione remota. Si quis autem hujus noſtri regalis præcepti violator extiterit, aut eam in his rebus aliquomodo moleſtare præſumſerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras quadraginta, medietatem Cameræ noſtræ & medietatem Viro præ-

menta, de mancipiis maximam partem agunt, cujusmodi Collegium Carol. non in Tigurino tantùm pago; ſed & alibi plures habuit; habet etiamnum, quos à Sancta Regula, Regulares/ die Regler /appellant. Tales familias Collegium etiam Abbatiſſanum habuit; unde tot concambiorum & manumiſſionum, emancipationum exemplaria, cujusmodi *a. Ch.* 883. ſub Carolo II. *Spec. Helvet.* p. 224. OTTONE I. *a. Ch.* 959. Ib. pag. 230. Chonrado Rege, pag. 23. Unde peculiaris *liber mancipiorum* hujus Collegii, de quo ib. pag. 257. ubi ita de juribus Patronorum: Man ſol wüſſen (ipſa actuum antiquorum retinebo verba,) in welen gerichten / vnd vnder welen vogten vnſers Gottshus lüte geſeſſen ſind / das da endhein vogt / an ſy nüt zuſprechen hat / denne ſo vil / daß ſy einem vogte järlichs ein Faßnacht huhn geben ſond.

Aber ſoll man wüſſen / wo vnſere Gottshus lüten dheiner / er ſy wib oder man zu der Ee kämi/anders dan mit den lüten / die vnſers Gottshus genoſſen ſind / darum ſoll ſy ein vogt ſtraffen / vnd iſt joch daß derſelben dheiner abſtirbt / vnd lib erben hinder im lät / ſo erbet in doch vnſer Gottshus / von der vngenoſſſchafft wegen.

Aber ſoll man wüſſen / wo vnſers Gottshus

hus lüten / er sy wib oder man dheiner abstirbet one lib erben / so soll in der nechst vatter mage erben / der aach unsers Gottshuses ist / und im also nache geschaffen / daß es ein Ee gen irren mag / wo aber das nüt ist / so erbet in aber unser Gottshus. So sind diß die Gottshüser / mit den unser Gottshus / und sy mit den unseren gnossenin hand / deß ersten das Gottshus der Probstey Zürich / St. Felix / das ander das Gottshus zu den Einsidlen / das drit das Gotthus zu Pfeffers / das fierd das Gottshus zu St. Gallen / das fünfft das Gottshus zu der Richenaue / das sechßt das Gottshus zu Schaffhusen / das sibend das Gottshus Seckingen. Nempe à Clodovei temporibus in his etiam regionibus homines proprii esse cæperunt. Is enim (*ut doctissimus causæ Palatinæ vindex* P. I. Justit. causæ Palatinæ cap. 1. de hominum propriorum origine & conditione per Germaniam, loquitur) Francicum Imperium refugientes, sæpiúsque excutientes, tandem debellatos Alemannos, Romanorum exemplo, servitute quadam coercuit, & armis honoribùsque detractis servos Regios fecit. Clodoveum imitatus Carolus Mag. in Westphalia, Saxoniáque Lassos, quod devicti servili quadam specie provinciæ suæ relicti, id est, gelassen / essent, dictos esse fecit.

fecit. Neque tamen durior conditio hominibus iſtis perpetua, neque ipſi omnes in ſolorum Regum bonis diu fuere; ſed alij pretio, alij priſtinæ libertati reſtituti, alij cœnobijs dati, alij Fiſco regio ſervati, alij a Ducibus, Comitibus, Nobilibus, aliísque beneficiario titulo poſſeſſi, diverſa nomina prodidere, Closterleuhte / Gottshusleuthe / St. Peters leuhte / Königsleuhte / Fiſcaesleuthe. — In Conſtitutionibus Caroli Magni, edente Amerbachio, Aldiones, Aldianes, & Liddi dicuntur, ſic enim Scriptum ibi legimus: De Aldionibus publicis ad jus publicum pertinentibus. Aldiones vel Aldianes ex lege vivunt in Italia, in ſervitute Dominorum ſuorum, qua Fiſcalini, vel Liodi (Leuthe) vivunt in Francia, Dominorum, nominúmque hæc diffeferentia, diverſas hominum, eorum conditiones introduxit. Uti cuique lenior aut durior Dominus obtigit, ita conditio melior aut pejor, ut diſpari jure non tantùm diverſas provincias incolentes, ſed etiam proximi vicini ſæpè habiti fuerint, hodiéque habeantur. Peſſima ſors eorum fuit, qui Epiſcopos, Prælatos, & ſacri Ordinis Viros Dominos reſpexere. Illi vivis intolerabilia imponere, nec mortuis, ſi ſolvendo non fuerant, parcere, ſed manum dextram

 ampu-

amputatam in solutum poscere, ne manu missis quidem servitia remittere. Indigna Christianis, nedum Episcopis fuisse Lehnmannus, addita speciali locorum Wormatiæ, Spiræque mentione. Quare *Vadianus* de Colleg. & Monast. pag. 75. sic graviter in eos invehitur: *Civiles Domini Episcopos & Monachos benignitate vicerunt, cùm contra hos vel uno religionis nomine admonitos, ne oblatam sibi hanc ipsam servitutis miseriam, tam durè tractare decuisset, si modò veram magis, quam simulatam religionem profiteri voluissent.* Sic alii aliis duriorem servitutem serviebant. Omnium idem fatum erat, misera, nec multum abludens à Romana servitute conditio. Herus homines cum liberis & fortunis alienare, liberorum nuptias prohibere, acquisita sibi habere, Testamenti factione excludere, agris, vineis, domibus censum imponere, fugitivos persequi, ubi ubi latentes vindicare, in exosos fermè impune sævire, denique nihil non ipsis audere. Quæ rés Germanis antiquis in proverbium hoc abiit: Es ist mein eigen/ich mag jhn sieden oder braten. *Hac*, occasione hominum propriorum, quorum hac ætate in Helvetia, quæ Francis paruit, numerus fuit maximus. Plura de hominibus propriis Helvetia *Bullingerus* habet l. 3. c. 3. de reb. Tig. *Stumpf.* Hist. Helvet. l. 3. c. 57.

C. *Nihil prorsus hac ætate Ecclesiam Tigurinam Romæ debere.* 1. ὅτε σποδεῖον ἀποῖ, nec vota, nec vestigium ullius vel privilegii, vel beneficij Pontificij in archivo nostro occurrit. 2. Summa rerum penes Imperatores fuit, etiam quo ad jus patronatus, & rerum Ecclesiasticarum dispositionem. Non audent hoc negare Scriptores Pontificij. Et de Imperatoribus quidem Germanis fatetur *Genebrardus*, nec electos quidem Pontifices Pontificatum suscipere voluisse, priusquam ab Imperatoribus confirmarentur. Vid. Sec. X. p. 16. *Hist. nost. Ottonis* cumprimis, à quo nostri sua privilegia acceperunt, hoc Seculo, in defendendis juribus Imperatoriis, reprimenda insolentia & fastu Pontificum, reformandis corruptissimis Seculi, magnam fuisse authoritatem, plenius, Pontificiorum verbis, asseruimus *Sec. cit.* pag. 190. quo lectorem ideò rejicimus, ut ex tota illa observet ζυμβιβάσει, nihil hodie contra Romana & Romanos defendere Reformatos, quod non Latini, Germani, Græci tum asserere fuerint ausi. Nihil ergo, qui Apostasiam nobis exprobrant, ex hoc Seculo sibi polliceantur, quod non nostram magis, quàm adversam juvare queat partem.

SECTIO



Sectio V.

De

Quinta, Seculi XI. Ecclesiæ Tigurinæ Periodo.

Infelicissimus quidem hujus Seculi Status fuit Ecclesiasticus, Imperatorum proculcata libertate, & Pontificis per Gregorium VII. asserta potestate αὐτοκρατορικῇ, damnato Cleri conjugio, Tigurini interim, Imperatorum suffulti gratiâ, jugum AntiChristianum excusserunt, tota Diœcesi non Constantiensi tantùm; sed & Lausanensi, Basileensi &c. insanis Gregorij conatibus masculè resistente.

I. Etsi verò ex ipsa Pontificiorum a confessione, Ecclesia Europæa miserè fuerit Seculo hoc vexata, & lacerata; authoritas etiam Imperatorum Pontificia tyrannide, penè suppressa, certum tamen est, Ecclesiam Tigurinam ab Imperatoribus potiùs, quàm Pontificibus, Imperatorum adversarijs, fuisse sustentatam; totam verò Diœcesin Constantiensem, cujus post Metropolitanam prima

prima erat Tigurina, cæteràsque vicinas insano Gregorij VII. pruritui graviter restitisse, & pro libertate conjugij Clericorum pugnâsse.

a. Ferreum enim hoc Seculum *Baronius*, appellavit, ex Ditmaro, Sec. XI. pag. 220. Cæteras, authoris fascic. tempor. Sigonii, Genebrardi, Aventini, &c. querelas prolixas dedimus, l. c. pag. 265. &c.

II. Quatuor autem hoc Seculo ad gubernacula sederunt Imperatores, Henricus II. Sanctus & Claudus appellatus; Conradus II. Henricus III. seu Niger; Henricus IV. seu senior, ex quibus, præ cæteris, memorabiles sunt Synchronismi, Henrici II. & IV. quorum hic & Collegii Carolini [a] privilegia confirmavit, & sententijs in causis Monasterij Abbatissani latis sibi jus Patronatus & investituræ deberi, satis manifestè probavit.

a. Instrumentum ex autographo ita habet: In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia, quartus, Romanorum Imperator Augustus.

gustus. Omnibus Christi, nostrisque fidelibus tam futuris, quàm præsentibus notum fieri volumus, qualiter nos, Ego Heinricus quartus, Romanorum Imperator Augustus, rogatu & petitione Principum nostrorum, Venerabilium Episcoporum, Burkhardi Monasteriensis Episcopi, Rudolphi Basileensis Episcopi. Widonis Curiensis Episcopi. Udalrici Constantiensis electi, Geroldi Lausanensis Episcopi. Ducumquoque, Friderici Ducis. Berchtoldi Ducis. Nec non & Comitum, Gotofredi Palatini Comitis, Hermanni Marchionis, Arnolti de Lenzeburch, Rudolphi de Tierstein, jura & leges, quas prædecessores nostri Reges & Imperatores, Carolus & Otto, Cunradus, & Henricus avus noster, Præpositurae nostræ, in honorem venerabilium Martyrum FELICIS & REGULÆ, in loco Turego constructæ, dederunt, & privilegiis suis confirmaverunt, nos quoque, ob salutem animæ nostræ, easdem leges damus, & nostro etiam privilegio confirmamus; *scilicet, ut liberam facultatem in claustro suo habeant eligendi Præpositum, aut res illorum sine dominio alicujus personæ eis liberè serviant, & ut regy Fiscalini Turegienses justitiam, quam ab antecessoribus nostris antiquitus habuerunt, firmiter & inviolabiliter teneant, & ut nulli*

nulli liceat aliquem de familia illa tributarios ſive beneficiarios alicui in ſervitutem dare, vel aliquo modo ſubjugare. Hoc etiam firmiter præcipimus, & Imperiali auctoritate ſancimus, ut advocatum nullum habeant niſi unum, qui ſi fortè aliquem alium ſub ſe locaverit, ille privatus honore ſuo advocatia illa perpetuè careat, & ille ſub advocatus à Rege vel Imperatorio bannum recipiat. Hoc etiam omnes ſcire volumus, quod idem advocatus curtes fratrum nullo modo intrare debet, niſi communiter à fratribus invitatus, quia de feudis & alijs rebus ejusdem Eccleſiæ hac conditione eſt inbeneficiatus. Si quis verò fortè, quod abſit, hujus noſtri præcepti paginam infirmare vel infringere, temptaverit, centum libras auri componat, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem ſupra dictæ Eccleſiæ & Canonicis. *Vt autem hoc verum eſſe credatur, & ab omnibus obſervetur, hanc cartam manu propria corroboratam impreſſione noſtri ſigilli inſigniri juſſimus.* Hæc ex autographo. Æram ſubjecit Codex αὐτόγραφος. *Data non. Martij Indict. VII. anno Dominicæ incarnationis VI CXIIII. regnante Henrico quarto Rege Romanorum, anno VIII.* Quæ tamen Epocha vel ideò eſt ſuſpecta, quòd Henricus IV. jam

jam circa a. Ch. 1105. filiorum insidijs fuerit impetitus, imperióque dejectus.

b. Extant duo potissimum HENRICI Suevorum Ducis, electi Romanorum Regis, documenta, in gratiam Monasterii Abbatisani editas, quæ jam *Spec. Tigur.* p. 235. occurrunt. HENRICI IV. esse, vel inde patet, quod axioma Ducis Sueviæ tribui sibi voluerit. Hic enim Rodolphum, Sueviæ Ducem, Anti-Cæsarem vicit.

III. Clerus etiam Helveticus; Diœcesani Constantiensis, Basileensis, Lausanensis, jugum Gregorianum excusserunt, fastum Gregorij VII. Anti-Christianum non modò fastidientes; sed & ejusdem in Clericos conjugatos convitia gravissimâ censurâ notantes.

Ipsos audiamus Diœceseon memoratanum Episcopos querentes, ex antiquo Collegij Abbatissani monumento, è rideribus per Stumpfium nostrum Hist. Helv. l. IV. cap. 42. vindicato. Sigifredus Moguntinus Archiepiscopus, Udo Treverensis, Wilhelmus Trajectensis, H. Metensis, Heinrychus Leodicensis, Rychardus Veronensis, Bibo Tulensis, Hermannus Spirensis, Burchardus Halberstadensis

densis, Wernherus Strasburgensis, Burkhardus *Basileensis*, Otto *Constantiensis*, Adelbero Wirzburgensis, Rudbertus Babenbergensis, Otto Ratisbonensis, Elyngardus Frisingensis, Udalricus Eystettensis, Fridericus Monasteriensis, Eilbertus Mindensis, Hezil Hiltinisheimensis, Beno Osenebrugensis, Eppo Neapolitanus, Imadus Paderbrunnensis, Thiedo Brandenburgensis, Burkardus *Losanensis*, Bruno Unensis Hildebrando fratri: *Cùm primùm Ecclesiæ gubernacula invasisses, etsi nobis bene cognitum esset, quàm illicitam & nefariam rem contra jus & phas, familiari tibi arrogantia præsumsisses*, dissimulanda tamen dispensatoria quadam taciturnitate tam vitiosa tui introitus exordia putavimus; sperantes videlicet, *tam criminosa principia consequentis tui regiminis probitate & industria emendanda, & aliquatenus obliteranda.* Verùm, *ut nunc lamentabilis universalis Ecclesiæ status clamat & deplorat, malis initiis tuis per pejores actionum, decretorúmque tuorum progressus infelici respondes tenore & pertinacia.* Cùm enim Dominus & Redemtor noster, pacis & charitatis bonum, quasi singularem suis fidelibus characterem impresserit: cujus rei plura existunt testimonia, quàm ut Epistolari brevitate comprehendi valeant, tu è contra

 tra

tra dum prophanis ſtudes novitatibus, dum magis amplo, quàm bono nomine delectaris, dum inaudita elatione diſtenderis, velut quidam ſignifer Schiſmatis, omnia membra Eccleſiæ, quæ ſecundùm Apoſtolum quietam & tranquillam vitam *ante hæc tua tempora agebant, ſuperba crudelitate, crudelique ſuperbia laceráſti, flammámque diſcordiæ, quàm in Romana Eccleſia diris factionibus excitáſti, per omnes Eccleſias Italiæ, Germaniæ, Galliæ & Hiſpaniæ furiali dementia ſparſiſti. Sublata enim, quantum in te fuit, omni poteſtate ab Epiſcopis, quæ eis divinitus per gratiam Spiritus Sancti, qui maximè in ordinationibus operatur, collata eſſe dignoſcitur, omnique Eccleſiaſticarum rerum adminiſtratione plebejo furori per te attributa priorem Eccleſiæ ſtatum ſumma audaciâ perturbáſti*, dum jam nemo alicui Epiſcopus aut Presbyter eſt, niſi qui hoc indigniſſima aſſentatione à faſtu tuo emendicaverit, omnem Apoſtolicæ inſtitutionis vigorem, illámque pulcherrimam membrorum Chriſti diſtributionem, quam Doctor Gentium toties commendat & inculcat, miſerabili confuſione miſcuiſti, ſicque per hæc tua glorioſa decreta, quod ſine lachrymis dici non poteſt, Chriſti ferè nomen perijt. *Quis autem illud pro indignitate rei non ſtupeat, quòd normam quandam*

dam indebitámque potentiam tibi uſurpando arrogans, ut debita univerſæ fraternitati jura deſtruas? Aſſeris enim, cujuſcunque noſtrum parochiani aliquod ad te delictum vel ſola fama perveniat, ultrà jam non habere quenquam noſtrum aliquam poteſtatem, vel ligandi, vel ſolvendi, præter te ſolum, aut eum, quem tu ſpecialiter ad hoc delegeris. Quæ ſententia, ut omnem inſaniam excedat, quis in ſacris literis eruditus non videat?

Quia ergo per hos alióſque præſumtionum tuarum Spiritus Eccleſiam DEI tam graviter periclitantem, imò ferè peſſundatam diutiùs tolerare, omni malo deteriùs judicavimus, placuit, ut communi conſilio omnium noſtrum, tibi, quod hactenùs tacuimus, innoteſcat, quamobrem nec modò poſſis, nec unquam poteris ſedi Apoſtolicæ præeſſe. Tu ipſe tempore bonæ memoriæ Heinrici Imperatoris corporali Sacramento conſtrinxiſti, quòd nunquam vivente ipſo Imperatore, aut filio ejus, Domino noſtro glorioſo Rege, qui nunc ſummæ rerum præeſt, *Papatum aut ipſe ſuſciperes, aut alium, quantum in te eſſet, ſuſcipere patereris, abſque aſſenſu & laudamento vel patris dum viveret, vel filij dum & ipſe viveret. Atque hujus Sacramenti ſunt hodie teſtes pleri-*

 qui

que Episcopi, qui hac tunc & oculis suis viderunt, & auribus audierunt. Illud etiam recordare, quomodo tu ipse cum aliquos ex Cardinalibus ambitioque Papatus titillaret, ad tollendam æmulationem, & hac occasione vel conditione, ut idem hoc ipsi facerent, Sacramento te obligâsti, quòd nunquam Papatum habiturus esses. Utraque hæc Sacramenta quàm sanctè observaveris, tu videris. Prætere*a*, cum tempore Nicolai Papæ Synodus celebraretur, in qua 125. Episcopi consederant, sub anathemate id statutum atque decretum est, ut nullùs unquam Papa fieret, nisi per electionem Cardinalium, & approbationem populi, & per consensum authoritatémque Regis. Atque hujus consilij seu decreti tu ipse author, persuasor, subscriptórque fuisti.

Ad hæc quasi fœtore quodam gravissimi scandali totam Ecclesiam replesti de conventu & cohabitatione alienæ mulieris familiariori quàm necesse est. In qua re verecundia nostra magis, quàm causa laborat. Quamvis hic generalis querela ubique personuerit, omnia judicia, omnia decreta per fæminas in sede Apostolica actitari, denique per hanc fæminarum novum senatum totum orbem Ecclesiæ administrari.

ſtrari. *Nam de injurijs & contumelijs Epiſcoporum, quos fornicarios, ac filios meretricum, & catera id genus indigniſſimè appellas, nulla querimonia ſufficit.*

Quia ergo & introitus tuus tantis injurijs eſt vitiatus, & Eccleſia Dei tam gravi tempeſtate per abuſionem tuarum novitatum periclitatur, & vitam converſationémque tuam tam multiplice infamia dehoneſtâſti, obedientiam, quam nullam promiſimus, nec de cætero ullam ſervaturos eſſe renunciamus, & quia nemo noſtrum, ut tu publicè declamabas, tibi hactenus fuit Chriſtianus, tu quoque nulli noſtrum amplius eris Apoſtolicus. Eandem Epiſtolam, ſed ἀκέφαλον habet Catal. Teſt. Verit. l. 13. p. 403

IV. Colligimus iterum hinc, Eccleſiam Tigurinam nec à Romani Pontificis arbitrio dependiſſe, nec doctrinam ejus hodiernæ doctrinæ Tridentinæ conſirmem fuiſſe.

Hic verò minimè neceſſe eſt, nos prolixè agere. Conſulatur *Symb:baſis* Secul. XI. & reperiet, qui dubitat, *Lector*, totam penè Germaniam Pontifici Romão veluti Anti-Chriſto aperto Marte reſtitiſſe. Duæ autem hujus Seculi primariæ erant contro-

versiæ AntiPontificiæ, altera de *cælibatu*, de *investitura*, seu jure Patronatus altera. De *priori*, Constantiensem modò audivimus Præsulem, Tigurinorum tum etiam Episcopum. *Posterioris* documentum privilegium præbet ab Henrico Ecclesiæ nostræ concessum. Neque verò existimandum est, non pugnare, & ab HENRICO Imperatore, & à Pontificibus accepisse privilegia. Eo enim tum loco res erant, ut Imperatoria dignitas, cum Pontificia Majestate una sede morari non possent; in certamine præsertim de jure investituræ, & beneficiorum Ecclesiasticorum evocatione, quo nomine *Henriciani*, veluti contemtores sacrorum, anathematismis frequentioribus percutiebantur. Unde formula Paschalis contra HENRICUM & asseclas: *Anathematizo omnem hæresin, & præcipuè eam, quæ statum præsentis Ecclesiæ perturbat, quæ docet & astruit anathema contemnendum, & Ecclesiæ ligamenta spernenda esse. Promitto autem obedientiam Apostolicæ sedis Pontifici, Domino Paschali, ejúsque successoribus, sub testimonio Christi & Ecclesiæ, affirmans, quod affirmat, & damnans, quod damnat sancta & universalis Ecclesia.* Scio, ex vita Henrici, fortunáque adversa à multis exagitata, alios Pontificiæ libidini colorem quærere; sed non nescio, & alios

alios esse, qui injuriam fieri Imperatori in eo, quòd non convictus, depositus esset, minimè diffiteantur. In reliquo vitæ regimine ἄλλα μὲν ἐσθλὰ, ἄλλα δὲ λυγρά. *Otto Frisingensis* l. 7. c. 11. non audet depositionis sententiam probare. *Sunt*, inquit, *qui credant ei ad probationem non ad damnationem hanc tentationem circa finem vitæ contigisse.* Sed fuerit vita ejus licentiosa? An causa propterea, quam defendit, mala necessariò erit? Non dabunt hoc, qui pro sceleratorum Pontificum pugnant juribus.



SECTIO VI.

De

Sexta Seculi XII. Ecclesiæ Tigurinæ Periodo.

Iura & privilegia Ecclesiæ Tigurinæ confirmantur per LOTHARIUM III. FRIDERICUM I. Sed mediatè, authoritate Advocati sui Berchtoldi de Zaringen, qui Præposito & Capitulo ius eligendi Præpositum, Sibi ante reservatum, concessit. Ejusdem (*ut Glossa Marginalis habet*,) est compositio

quædam de Plebano Ecclesiæ in Swanlingen,& Canonicos hujus Ecclesiæ, cujus loco hodie habemus Ecclesiam in Kam. *Primum, sub finem huius Seculi, autboritate Imperatoria imminuta, Ecclesia nostra concessum privilegium Romanum, per Clementem VII. Adriani & Friderici Epistola, Cives per Arnoldum Brixiensem, Tigurinorum ad tempus Pastorem, in veteri retinebantur simplicitate.*

I. Quemadmodum hoc Seculo certamina [a] de jure investituræ cruenta fuerunt & atrocia; ita constat, Imperatores, Henricum cumprimis & Lotharium, antiquum conferendorum sacrorum jus eripi sibi minimè voluisse. Utque ipsi adversarii [b], Lotharium, jus illud obtinuisse, inficiari non audent, ita ejusdem exercitii [c] luculentos ostendit actus, in confirmatione privilegiorum Ecclesiæ Tigurinæ.

a. Qua de re prolixè *Secul.* XII. Hist. hujus pag. 134.

b. Hoc enim concedit *Baron* a. Ch. 1131. S. 8.

c. Anno

c. Anno quippe regni III. Christi 1130. rogatu ac petitione Principum, Anserici videlicet Bisantinensis Archiepiscopi, Brunonis Argentinensis Episcopi, Otttonis Halberstadensis Episcopi, Berchtoldi Basileensis Episcopi, Ruodolphi Augensis Abbatis, Vuigrami, Fabariensis Abbatis, Berchtoldi Morbacensis Abbatis, Tisincini Everhardi Abbatis, Conradi Ducis de Zarence, Hermanni Marchionis de Bathen, Rudolphi & Udalrici Comitum de Lezenbuhrc, Sigberti Comitis de Alsatia, Hulderici Comitis de Hegensheim, Volmari de Hunenbuhrc, Berchtoldi Comitis de Nuenbuhrc, Werneri Comitis de Dirstein, jura & leges, quas prædecessores, Reges & Imperatores, Carolus & Ottones, Conradus & Henrici Præposituræ, in honorem venerabilium Martyrum Felicis & Regulæ in loco Turego constructæ, dederunt, & privilegiis suis confirmârunt, ipse quoq; ob salutem animæ suæ easdem dedit, & suo privilegio confirmavit, *scilic. ut liberam facultatem in Claustro suo habeant eligendi Præpositum, & ut res illorum sine dominio alicujus Personæ liberè serviant, & ut regij Fiscalini Turegienses justitiam, quam ab Antecessoribus nostris antiquitus habuerunt, firmiter & inviolabiliter teneant; Et undecunque unde*

 velint

velint, uxores ducant, & in ipsius servitio permaneant: Et ut nulli liceat aliquem de familia illorum tributarios sive beneficiarios alicui in servitutem dare, vel aliquo modo subjugare. Hoc etiam firmiter præcipimus &c. planè ijsdem verbis, quibus suprà, sequentia concipiuntur. Data VIII. Id. Feb. *anno Dominica incarnationis MCXXX Indict.* VIII. *anno verò regni Domini* Lotharii *tertij, Dei gratia, Romanorum Regis nobilissimi, quinto. Actum Basilea feliciter Amen.* Confer Sec. XII. p. 144.

II. Eadem usus authoritate FRIDERICUS I. aliâs Barbarossa, per Advocatum suum, Berchtoldum de Zeringe, & beneficiorum Ecclesiasticorum curam, & controversiarum inde ortarum compositionem ad se pertinere non *a* semel palàm fecit.

a. Collegio enim Carolino & jus investituræ spontè resignavit, a. Ch. 1178. & postea, cum inter Fratres Collegii convenisset, ut nullum nisi Canonicum Plebanum eligerent, id ipsum quoque Berchtoldus ratum habuit a. Ch. 1187. Utrumque instrumentum dedimus αὐτολεξεὶ sup. p. 60. ubi notandum in priori Instrumento mentionem

tionem fieri Berchtoldi electi Episcopi Constantiensis, in posteriori Christianissimi Papæ Urbani; id quod in præcedentibus hactenus instrumentis non fuit observatum. Anno Christi 1180. litem inter Canonicos Turegenses, & Plebanum de Swanlingen composuit. Verba instrumenti hujuscemodi sunt: *Notum sit omnibus tam futuris, quàm præsentibus, qualiter ego,* Berchtoldus de Zaringen, Dux & Rector Burgundiæ, & Kaſtvogt Turegensis Præpositurae, *litem quæ fuit inter Canonicos Turegenses, & Lutoldum Plebanum de Swâlingen in hunc modum deposui, & concordiam feci*, videlicet, quòd Plebanus pro media parte decimarum Salicæ terræ, & mansorum & scopoza, quæ ad Ecclesiam Turegensem pertinent, singulis annis, quamdiu viveret, decem modios tritici Vilingensis mensuræ, & porcum X. solid. Præposito Turegensi, & Confratribus suis persolveret, & alias decimas usq; ad obitum suum ipse in pace possideret. Quod jam dictus Plebanus in præsentia mea multis tam clericis, quàm laicis ibidem præsentibus fide data singulis annis se facturum firmavit; & Hugo de Thurnecto præfatæ Ecclesiæ Advocatus, ut triticum & porcus Canonicis Turegensibus annuatim darentur fide data ibidem

bidem firmiter promisit. Illud autem præcipuè in hac compositione est firmatum, ut Præpositus Turegensis, & Confratres sui post mortem Lutoldi Plebani de decimis suis liberam habeant potestatem ad usus suos disponendi, quod voluerint. Huic compositioni interfuerunt Walther, Præpositus, Chunradus Plebanus, & Confratres eorum. Egelolfus de Urselingen, Rudolphus de Rappenswilare, Henricus Frater ejus, Waltherus de Eschibach, Lutoldus de Regensperch, Cunradus de Kreuchingen, Wernherus de Roccenbach, Ludovicus de Rotenleim, Gerardus de Rinvelden, & alij ministrantes mei; Ulricus Villicus, Rudolphus filius Tietelonis, Rudolphus Madalla, & Heinricus, & Burkardus fratres sui: Hugo Molendinarius, Rudolphus Marcius, Fridericus de domo, & Conradus frater ejus, & plures alij concives Turicenses, sub quorum præsentia hæc facta sunt. Ut autem hæc compositio rata & inconcussa teneatur, hanc cartam nostram sigillo nostro insigniri fecimus. *Hac autem facta sunt anno ab incarnatione Domini MC LXXXV. Indict.* III. *Epact. XVII. concurrente*, 2. *quarto Id. Aprilis in loco Turego.* Cætera, quæ Advocato eodem Berchtoldo Tiguri gesta sint pro Collegio Monialium,

um, repeti poſſunt ex *Specul. Helvet. Tigur.* p. 232.

III. Felici hactenus Eccleſia Tigurina Imperatorum crevit favore, Advocatorúmque, quos Imperiali indultu eligere ipſa poterat, ſtetit arbitrio. Poſtquam verò diuturna de jure inveſtituræ inter Pontifices & Imperatores controverſia, ipſos quoque Auguſtos ita delaſſaret, ut cedere tandem, quàm continuis committi diſſidiis maluiſſe viderentur, ipſe etiam Eccleſiæ Tigurinæ clerus nutare paulatim, & Pontificis patrocinium ambire cæpit.

Id, quod factum eſt anno Ch. 1189. quo primùm, per Clementem III. *impetrata fuit confirmatio* (verba ſunt argumenti Bullæ Pontificiæ) *jurium & bonorum Eccleſiæ & nominatim Eccleſiæ in Kuſnach, & in Svvanlingen, decimarum in Mejelan, in Mure, in VVitellikon, Henco* (Höngk) *& in Turego. Inſuper jus cenſus decimarum & redditaum, quos Regulares Canonici montis Thuricenſis tenentur Eccleſiæ Turicenſi perſolvere: Libertates etiam & immunitates Eccleſiæ conceſſas mandat firmas & illibatas perſiſtere: Vlterius, quavis ſuſpenſionis*

sionis vel interdicti sentẽtias sine rationabili causa, non debere in Ecclesiam & personas ipsius promulgari; nec exactiones novas imponere, nec Advocatus Ecclesiæ propria auctoritate Canonicorum cortes ingredi: Capitulum ipsum vel major & sanior pars debet Præpositum eligere, & nullus non Canonicus præfici debet in Plebanum; aut facientibus pœnam optat & imprecatur. Ipsa Bullæ verba jam alibi dedimus.

IV. Alia verò mens Civibus fuit Tigurinis, qui, ut ex [a] Friderici Epistola; quid Imperio, quid Ecclesiæ Ministris deberetur, discere facilè poterant; ita ab Arnoldo [b] Brixiensi ejecto ex Italia, & Tiguri [c] recepto ad pristinam, ubi opus erat, veluti alterum Evangelistam, revocabantur simplicitatem.

a. Extat Epistola Friderici responsoria, ad Adrianum apud *Naucl.* Præpos. Tubing. quas se in Hirsaugiensi cœnobio Spirensis Diœces. reperisse testatus est. Adriani scriptum ita habet: Adrianus, Episcopus, servus servorum Dei, Friderico Romano Imperatori salutem & Apostolicam benedictionem. Lex divina sicut parentes honorantibus longævitatem promittit, ita male-

maledicentibus patri & matri sententiam mortis intendit. Veritatis autem voce docemus, quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur. *Quapropter, dilecte in Domino fili, super prudentia tua non mediocriter admiramur, quòd beato Petro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ non quantam deberes exhibere reverentiam, videris. In literis enim ad nos missis nomen tuum nostro præponis, in quo insolentiæ ne dicam arrogantiæ notam incurris.* Quid dicam de fidelitate beato Petro & nobis à te promissa & jurata, quomodo eam observes, cùm ab ijs, qui Dij sunt & filij excelsi omnes (Episcopis videlicet) homagium requiris, fidelitatem exigis, & manus eorum sacratas manibus tuis innectis, & manifestè factus nobis contrarius Cardinalibus à latere nostro directis non solùm Ecclesias, sed & civitates regni tui claudis. Resipisce ergo, resipisce, tibi consulimus: *quia dum à nobis consecrationem & coronam merueris, dum inconcessa captas, ne concessa perdas, nobilitati tuæ timemus.* Ad quæ sic Fridericus: *Fridericus, Dei gratiâ, Romanorum Imperator, semper Augustus*, Adriano Ecclesiæ Catholicæ Pontifici, omnibus illis adhærere, quæ cæpit Jesus facere & docere. Lex justitiæ unicuique quod suum est, restituit. Non enim parentibus nostris derogamus, quibus

bus in hoc regno debitum exhibemus honorem, à quibus videlicet primogenitoribus nostris & regni dignitatem suscepimus, & coronam. *Nunquid tempore Constantini Sylvester Regalis aliquid habuisse dignoscitur? Sed ejus pietatis concessione, libertas restituta est Ecclesiæ, pax restituta est, & quicquid Papatus vester Regalis habere dignoscitur, largitione Principum obtinet.* Unde cum Romano Pontifici scribimus, jure antiquo & nomen præponimus, & ad justitiæ normam eidem nobis scribendi concedimus. Revolvite annales, & si lectum neglexistis, quod asserimus, illic invenitur. Ab ijs autem, qui Dii sunt, per adoptionem & regalia nostra tenent, cur homagium & regalia Sacramenta non exigamus?

Cùm ille noster & vester institutor, ab homine Rege nihil accipiens, sed omnia bona omnibus conferens, qui pro se & Petro censum Cæsari persoluit, & exemplum vobis dedit, ut ita faciatis, docent vos, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. *Aut igitur regalia nostra nobis dimittant, aut si hæc utilia judicaverint, quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari persolvant. Cardinalibus utique vestris clausæ sunt Ecclesiæ, & non patent civitates, quia non videmus eos prædicatores, sed prædatores, non pacis corroboratores, sed pecuniæ*

pecuniæ raptores: Non orbis reparatores, ſed auri inſatiabiles corroſores, Cùm autem viderimus eos, quales requirit Eccleſia, portantes pacem, illuminantes patriam, aſſiſtentes cauſæ humilium in æquitate, neceſſarijs ſtipendijs & commeatu eos ſuſtentare non differemus. Humilitatis autem, quæ eſt cuſtos virtutum, & manſuetudinis veſtræ non minimam notam inuritis, cùm hujusmodi quæſtiones religioni non multum conferentes Secularibus perſonis proponitis. Provideat itaque paternitas veſtra, ne dum talia movet, quæ indigna ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad imbrem ſerotinum ori veſtro aures ſuas arrigere feſtinant. Non enim non poſſumus reſpondere auditis, cum ſuperbiæ deteſtabilem beſtiam, uſque ad ſedem Petri reptâſſe videmus. Paci Eccleſiæ bene ſemper providentes, bene ſemper valete. Confer. *Otton. Friſing*. de Frid. I. lib. 1. p. 275. & Append. *Radevic.* l. II. pag. 301.

b. De quo *Biblioth. noſt. Tigur.* pag. 66. & deinceps, ubi ordine ſuccinctè indicavimus quis fuerit *Arnoldus* ille, quæ ejus dogmata, quam altas eadem per 5. años, Tiguri egerint radices, quódq; fatentibus Pontificiis ἰσότιμον πίστιν per omnia ferè poſtea tradi-

 derit

derit Zwinglius. Compend. vide sup. 1017.

c. Qua de re *Guntherus* Poëta, Liguri l. III. p. 47. ubi de contemtu Pontificis Ro mani, & Cleri ita inter alia:

Cujus origo mali, tantæque voragi nis author.
Extitit Arnoldus, quem Brixia protu lit ortu
Pestifero, tenui nutrivit Gallia sum tu,
Edocuitque diu: tandem natalibus oris
Redditus, assumta sapientis fronte diserto
Fallebat sermone rudes, *clerúmque pro- caci*
Insectans odio, Monachorum acerrimus hostis,
Plebis adulator, gaudens popularibus au- ris.
Pontifices, ipsúmque gravi corrodere lingua
Audebat Papam, sceleratáque dogmata vulgo
Diffundens, variis implebat vocibus aures
Nil proprium Cleri, fundos, & prædia nul- la
Jure sequi Monachos, nulli fiscalia jura

Ponti

Pontificum, nulli cura popularis honorem
Abbatum sacras referens concedere leges.
Omnia Principibus terrenis subdita, tantùm
Committenda viris popularibus, atque regenda:
Illis primitias, & quæ devotio plebis
Offerat, & decimas castos in corporis usus,
Non ad luxuriam, sive oblectamina carnis
Concedens, mollésque cibos, cultúsque nitorem,
Illicitósque jocos, lascivàque gaudia Cleri,
Pontificum fastus, Abbatum denique laxos
Damnabat penitus mores, Monachósque superbos:
Veráque multa quidem, nisi tempora nostra fidele
Respuerent, monitus falsis admixta monebat.
Et fateor, pulchram fallendi noverat artem:
Veris falsa probans —— ——
Articulos etiam fidei, certúmque tenorem,
Non satis exacta stolidus pietate fovebat,
Impia mellifluis admiscens toxica verbis.

Ille suam vecors, in clerum, Pontificémque
Atque alias plures adeò commoverat urbes,
Ut jam ludibrio sacer, extremóque pudori
Clerus haberetur : quod adhuc (ni fallor,) in illa
Gente nocet, multúmque sacro detruncat honori.
Mox in Concilio Romæ damnatus, ab illo
Præsule, qui numeros vetitum contingere nostros,
Nomen ab innocua ducit laudabile vita,
Territus, & miseræ confusus imagine culpæ,
Fugit ab urbe sua, transalpinisque receptus,
Qua sibi vicinas Alemannia suspicit Alpes,
Nomen ab Alpino ducens, ut fama, Lemanno,
Nobile Turegum, doctoris nomine falso,
Insedit (NB) totámque brevi sub tempore terram
Perfidus, impurè fœdavit dogmatis aura:

Unde

Unde venenato dudum corrupta ſa-
pore
Et nimium falſi doctrina vatis inhæ-
rens,
Servat adhuc uvæ guſtum (NB) gens
iſta paternæ.
Aſt ubi de medio ſublato Præſule
ſummo,
Eugenius ſacræ ſuſcepit jura cathe-
dræ,
Ille Petri ſolidam cupiens convellere
petram
Ut caput infirmum per cætera mem-
bra dolorem
Diffundit, Romana petit temerarius
auſu
Mœnia ſacrilego, totámque nefarius
Urbem
Inficit, impuri corruptam ſemine ver-
bi.
Et populi tantas in Clerum concitat
iras,
Ut penitus nullum ſummo deferret
honorem
Pontifici, Clerúmque odio vexaret i-
niquo.
Et ſi quis, cui mens æqui & reveren-
tior eſſet,

Et meliora pio flagrarent viscera vo
to
Forte refragari, seu dissuadere furo
rem
Ausus erat, se séque novis opponere
monstris,
Omnibus ereptis, subversa funditus
æde,
Corporis afflictu seu tandem sangui-
ne fuso,
Clericus aut etiam popularis, facta
lucebat,
Unde etiam tandem (neque enim re-
or esse silendum,
Nec de funesto repetatur postea ser-
mo)
Judicio Cleri, nostro sub Principe vi-
ctus,
Adpensúsque cruci, flammáque cre-
mante solutus,
In cineres Tyberine tuas est sparsus
in undas.
Ne stolidæ plebis, quem fecerat im-
probus, error,
Martyris ossa novo, cinerésve fove-
ret honore.

De hoc Arnoldo, ejúsque σκληραγωγία, &c. nonnulla habet Bernhard. Epist. ad Innocent. Pap. & Constant. Episc.

SECTIO

SECTIO VII.

De

Octava Seculi XIII. Ecclesiæ Tigurinæ Periodo.

Ponitur Historia huius Seculi Ecclesiastica sub FRIDERICO II. sub quo Tigurini variam experti sunt fortunam. Clerus ab Imperatore privilegia petiit & accepit. Excommunicato verò Friderico, Pontificis gratiam pro obeundis sacris implorat. HENRICVS, Rudolphus; Episcopi Constantienses Clero patrocinantur contra cives. Richardus, VVilhelmus Collegii privilegia confirmant. Doctrinæ compendium, ex Symbolis & Catechismis. Declinans ætas ad novitates, & περιεργίας.

I. Ad XIII. pergimus Seculum, quo Ecclesia nostra Tigurina, variam fuit experta fotunam. Florentibus etenim Friderici II. rebus, Clerus etiam privilegiorum [a] confirmationem & augmentum non petiit modò; sed & impetravit. Postea verò, cùm & ipse, & asse-

clæ ejus, anathemate [b] Pontificio aliquoties percuterentur, ad ipsos Tigurinos [c] etiam, ob fidem Imperatori habitam, excommunicatos, multum redundavit detrimenti; Constantiam [d] Friderico Tigurini probare pergentes, luculentis ἀυτονομίας [e] privilegiis muniuntur. Clerus verò [f] paulatim Romæ se insinuavit, sacrorúmque celebrationem pro fautoribus suis, privatam magis quàm publicam, solicitatam, semel atque iterum obtinuit.

a. Cujusmodi duo adhuc in manibus nostris sunt authentica documenta, alterum (repeto verba rubricarum) *est singularis quædam confirmatio FRIDERICI Imperatoris Monasterij & Ecclesiæ Thuricensis, quæ Advocatias dictarum Ecclesiarum ad manus suas recipit, & quòd bona eorum ab Imperio non possint alienari:* Alterum, *quòd nulli alieni ad prædictas Ecclesias, sint recipiendi, sed duntaxat de familia Ecclesiæ, vel de loco isto*, Thurego. Verba prioris Instrumenti ita habent: *FRIDERICVS II. Dei gratia Romanorum Rex, & semper Augustus*, & *Rex Siciliæ*, per præsens scriptum notum facimus tam præsentibus quam futuris, quòd nos desolita

folita gratia & confueta benignitatis noſtræ clementia Monaſterium & Eccleſiam in Thurego, Conſtantienſis Diœceſ. ſub noſtra ſpeciali protectione & defenſione recepimus, tam Clerum, quàm cæteros homines ſuos, nec non & omnes profeſſiones, & jura ad eandem Eccleſiam pertinentia, confirmantes eisdem omnes bonos uſus & bonas conſuetudines, quibus olim, tempore Prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum & Regum uti conſueverunt. Inſuper etiam Advocatiam tam Monaſterii, quàm Eccleſiæ prædictæ ad manus noſtras recepimus, ut nulli de cætero niſi nobis teneantur de Advocatia reſpondere, decernentes, ut bona ſua, nulla neceſſitate incumbente, poſſint ab Imperio ullomodo alienari. Mandamus igitur, firmiter ſtatuentes, ut nullus à modo, præfata loca ſuper prædictis omnibus offendere vel moleſtare præſumant, ad cujus noſtræ protectionis & confirmationis memoriam ac inviolabile firmamentum præſens ſcriptum fieri fecimus, ſigillo noſtræ Celſitudinis roboratum. *Datum apud Briſacum, anno Domini MCCXVIII. Kal. April. Indict. VI.* Poſterius verò ita ſonat: *FRIDERICUS, Dei gratia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ,* dilectis ſuis Præpoſito, &

Gregor. IX. *a. Ch.* 1228. & 1248. videatur *Sec.* XIII, pag. 384. &c. In cauſis excommunicationis exaggerandis prolixi ſunt, qui Pontificis tyrannidi patrocinantur. Præter cæteros *Vitoduranus* noſter Hiſt. MSc. lacertos ſuos aptavit, à quo Friderico obijcitur,

1. Contemtus Cleri. Hic *FRIDERICUS*, inquit, *primò optimas leges pro libertate Eccleſiæ, & contra Hæreticos dedit, ſic multos Prædeceſſores ſuos divitijs & gloria abundavit; ſed eis in ſuperbia abuſus fuit: Nam tyrannidem contra Eccleſiam exercuit. Quamvis enim ab infantia per Eccleſiam tanquam per matrem fuiſſet educatus, non tamen ipſam ut matrem fovit, ſed tanquam novercam, quantum potuit, ſauciavit & laniavit. Et ideò in Concilio Lugdunenſi, convocato ab* Innocentio IV. *ut dictum eſt, Imperiali nomine ac dignitate ſpoliatus eſt. Cauſæ autem principales hujus depoſitionis in prædicto Concilio exprimuntur, ſcil. perjurium, pacis violatio reformatæ frequens Dominorum Cardinalium Romanæ Eccleſiæ captivatio, multorum Prælatorum ſubmerſio venientium ad Concilium, quod Papa Gregorius* IX. *duxerat convocandum, quod & ipſe Imperator petierat convocari. Prælatos ab Eccleſiarum regimine deſtituit, ſacrilegium commiſit, nam cruces aureas, thuribula pretioſa, calices, pannos ſericos, & Eccleſia-*

Ecclesiarum thesauros diripuit, Clericos angariens & perangariens afflixit, qui non solum trahebantur ad judicia Secularia; sed etiam cogebatur subire duella, incarcerabantur, decollabantur, suspendebantur in patibulum, in opprobrium ordinis Clericalis: De haresi quoque suspectus habebatur. Nam priusquam Gregorius Papa, ipsum anathematis vinculo innodavit, & post captionem Cardinalium, Pralatorum & Clericorum ad sedem Apostolicam venientium, claves Ecclesia contemsit, sibi faciens celebrari, vel potius, quantum in eo fuit, prophanari divina, & sententias Gregorij Papa IX. scripsit vel allegavit, non vereri, & eos coegit non servari. Et paulò pòst: *Nullas Ecclesias construxit; sed destruxit: Religiosas personas jugiter attrivit, manum, sicut decet Principem, ad pauperes non extendit, possessiones Romana Ecclesia sibi subjugavit, scil. Marchiam Anchonetanam, Ducatum Spoletanum, Beneventum, civitatem nobilem in Apulia, cujus Archiepiscopus habet sub se XXIV. suffraganeos, diruit, & praoccupavit, prater alias civitates Tuscia. Hac de eo promulgavit* Innocentius *Papa, in dicto Concilio Lugdunensi.*

2. Nimia cum Muhammedanis familiaritas. Id. p. 18. *Praterea conjunctus amicitia detestabili Saracenorum nuntios & munera eo-rum*

rum hilaritate ac honorificentia recepit, & munera eis pluria destinavit.

3. Heterodoxia in doctrina, & negligentia præceptorū Ecclesiasticorum. Id. p. 18. *Quidam de eo referunt, quòd ad tanta dementiæ foveam deciderit, quod ad hoc totis vellet niti viribus, ut ritus salutaris hostiæ seu Eucharistiæ de medio tolleretur. —— Fertur de ipso, dum transivit quodam die cum exercitu suo campum, propè fluvium Rhenum, plenum segetibus uberibus speltarum, quod dixit, impiè & perversè sentiens de altissimo Sacramento corporis Christi: O quot autem ex hoc frumento suo tempore conficientur. Quidam quoque ajunt, eum per anni circulum quotidiè jejunâsse, nisi semel in die comedendo, non intuitu divinæ retributionis; sed corporalis conservandæ causa sanitatis. Fertur insuper, quòd frequenter balneis usus fuerit diebus Dominicis. Per hoc patet, quod præcepta Dei, & festa, & Sacramenta Ecclesiæ irrita censuit & inania.* Hæc, & plura id genus de FRIDERICO, *Vitoduranus noster*, aliique. Verùm, & ipse FRIDERICUS ab impactis calumniis Epistolâ ita se purgavit, ut deteriora in Pontificem scelera detorserit; qua de re *Vrsperg.* pag. 324. *Naucler.* Generat. 42. p. 222. alii de quibus *Secul.* XIII. pag. 386. Papa nimiam Imperatori, cum Muhammedanis, objecerit familiaritatem.

qui

qui ipse tamen scriptis literis Imperatorem Sultano ausus fuit prodere, quod non dissimulat *Vitoduran.* p. m. 18. b. Dogmata & ritus Romanorum Friderico non omnia placuisse, probat, semper fuisse, quibus ut & ipse sensit Fridericus) crederetur,

Roma diu titubās, longis erroribus acta
Corruit, & Mundi desinit esse caput.

c. Secuta enim discordia civium & cleri anathemata Pontificis, &c. de quibus idem *Vitodur.* p. 19. b. *Tempore illo, quo fuit anathematizatus* (Fridericus) *Clerus & omnes religiosi de civitate Thuricensi expulsi sunt, præter Fratres Minores, qui in manu forti retenti sunt, & protecti. Nam propter dissensionem Papæ & Imperatoris, Schisma grande fuit in Clero. Quidam enim Papæ, quidam verò Imperatori adhærentes astabant. Tempestas itaque ferocissimæ persecutionis in Clero sæviebat illis in temporibus. Tunc fratres Prædicatores de Conventu Thuricensi se receperunt in Monte Sancto ad tempus extra muros oppidi VVinterthur sito.* Confer. *Anal.* P. 1 p. 72.

d Id quod vel hinc patet, quòd 1. sacris solennibus per annos 18. carere, quàm fidem violare maluerunt. 2. De Fridericalibus, in Pago Tigurino, frequentes Pontificis fuerunt querelæ. Vid. *Specul. Helvet. Tigurin.* pag. 277. *Stumpf.* l. 4. cap. 50. Hist. Helvet

Helvet. & poſt eum filius, in Antiparallelis *ἀνεκδότοις*. *Itaque Pontifex Romanus*, inquit, *quotquot de Nobilitate, de civitatibus & præfecturis Friderici, Imperatoribus legitimis fidem & obedientiam præſtabant, excommunicationis fulmine feriebat*. Licèt enim multi Epiſcopi, Abbates, Comites, Barones & Nobiles per Helvetiam ſuas jurisdictiones obtinentes, Romani Pontificis partes ſequerentur metu fulminis, ſemper tamen ſupremo Cæſarum Imperio obnoxii fuerunt; ſuásque jurisdictiones feudi jure Imperatoribus acceptas debebant. Præterea non paucas urbes & Præfecturas ad Imperium pertinentes immediatè, ſua ſub poteſtate Imperatores poſſidebant, ut Tigurum, Conſtantiam, Scaphuſium, Sangallum, Bernam, Solodorum, Genevam, Lauſannam, itémque tres Præfecturas Imperiales liberas, Uriam, Suitiam & Sylvaniam. Cùm igitur FRIDERICUS II. Imper. Rom. Pontificum excommunicatione tam hoſtiliter impeteretur, in ejus fide & obedientia quidam Helvetiæ Comites, Urbes & Præfecturæ conſtanter perſeverârant, ut RUDOLPHUS Comes Habſpurgius, Tigurum, tres Imperiales Præfecturæ, Uria, Suitia & Sylvania, ob quæ merita FRIDERICUS II. Imper. dictas Urbes

&

& Præfecturas amplissimis privilegiis & immunitatibus donavit. Et ut exemplo res fiat manifesta, *A D.* 1240. tribus illis supra dictis Præfecturis cuncta privilegia benignissimè confirmavit. In qua confirmatione Uriam, & Suitenses homines liberos appellat. Vult etiam & mandat, ut ceu liber populus soli Imperatori & Imperio Romano immediatè pareant, nec cujusquam præterea Dominio subjiciatur: Similia quoque insignia privilegia Tigurinis, & cæteris in fide sua perstantibus largitus est.

e. Huic enim FRIDERICO II. Tigurini jus eligendi Senatum, quod penes Collegia hactenus erat, acceptum ferre, diximus in *Spec. Helv.* p. 564.

f. Qua de re compendiosè pariter & distinctè scripsimus, P. III. *Hodeg.* p. 428. Ipsa nunc ordine audiamus documenta publica. *A. Ch.* 1247. occurrit Indulgentia (libenter rubricæ retineo verba) cujusdam Legati, facta Clero oppidi Thuricensis, tunc, propter adhæsionem Friderici Imperatoris, supposito Ecclesiastico interdicto Venia Pontificia. Cardinalis verbis cōcepta talis est: Petrus, miseratione divina S. Georgii ad velum aureum Diaconus Cardinalis Apostolicæ Sedis legatus: Universo Clero Castri Thuricensis, Constantiensis,

Diœces.

Diœcesf. Salutem in Domino. *Cùm vestrum castrū, pro eo, quòd ipsius homines favent contra Romanam Ecclesiam Friderico quondam Imperatori, suppositum sit Ecclesiastico interdicto,* quid de pœnitentiis morientium & Baptismate parvulorum Vobis sit faciendum, à nobis edoceri humiliter postulâstis, ad quæ duximus respondendum, quòd in mortis articulo constitutis, si verè pœnitentes & confessi extiterint, & idoneam præstiterint cautionem, quòd restituti fuerint pristinæ sanitati, signo vivificæ crucis assumto, Romanæ assistant Ecclesiæ, juxta Ecclesiæ formam, absolutiōis beneficium impendatis, & eorum confessione audita injungatis eis pœnitentiam salutarem, & Baptismum parvulorum concedatis. Cæterum, qui devoti & fideles in Ecclesiæ devotione libentiùs perseverent, volumus & mandamus, *ut contra dictum Fridericum, crucis assumto signaculo, per aliquot Vestrum discretos & idoneos, confessiones audiantur eorum & imposita eis pœnitentia salutari concedantur ipsis Ecclesiastica Sacramenta.* Datum apud Confluentiam II. Id. Aug. *Anno Domini* MCC XLVII.

Secuta fuit a. Ch. 1248. *gratia facta Cle o Thuricensi per Henricum, quondam Episco um Constantiensem, propter ipsorum obedien*

 tiam

tiam, quam Romanæ Ecclesiæ præstiterant, tempore rebellionis Friderici Imperatoris, & quod populum oppidi Thuricensis ad obedientiam revocabant. Tenor instrumenti est: HENRICUS, Dei gratiâ, Constantiensis Episcopus, universis Christi fidelibus, præsentem paginam inspecturis salutem in Domino: *Cùm Præpositus & Capitulum, unà cum toto Clero Thuricensi Romanæ Ecclesiæ, matri nostræ, in ipsius adversitatibus & afflictione præsenti, digna compassionis consolatione ac supportationis auxilio studuerint hactenus, tanquam membra unita suo corpori deservire, Apostolicis suorúmque Legatorum & nostris mandatis, in observatione sententiarum contra faventes & adhærentes Friderico quondam Imperatori tanquam devoti Ecclesiæ obedientes, quam plurimum existendo. Et propter hoc dictus Fridericus, inimicus Ecclesiæ per literas suas & nuntios multotiens ipsos de Castro Thuricensi exterminari fecerit & expelli, tanquam proditores & sui negotii turbatores, bona ipsorum faciens etiam confiscari.* Hinc est, quòd nos nequitiæ præfati Friderici & nephandis mandatis ipsius volentes, quantum possumus, obviare, nihilominus tamen Ecclesiæ Romanæ utilitati in hac parte prospicere cupientes, de consilio prudentum *prædicto Clero, cujus præsentiam speramus in eodem castro quam plurimum profuturam, ut-*

pot

pote qui suos parentes & amicos, quantum possunt, student ad Ecclesiæ gremium revocare, auctoritate, qua fungimur de speciali gratia concedimus, ut hactenus prædictis usi rationibus, nisi de ipsis aliud duximus ordinandum, sine periculo Ordinis & honoris, sub honesta conversatione valeant inibi conversari: Scientes, quòd prædictum Clerum nolumus illi sententiæ subjacere, quæ contra communicantes excommunicatis à nobis noviter est probata, & de hac ipsis præsentes literas concedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum Merspurg. *A. Domini* MCC XLVIII. V. Id. Feb.

Successit a. Ch. 1249. *gratia Innocentij IV. Papæ & Petri S. Georgij ad velum aureum, Legati Sedis Apostolicæ, transsumta per modum* vidimus, *per Eberhardum Electum Constantiensem, qua conceditur Clero Thuricensi, ut ad oppidum Thuricense, propter ipsorum obedientiam revertantur, & certis diebus celebrent missas & Baptismum parvulorum administrent; & pænitentiam morientium concedant.* Verba Bullæ sunt. Eberhardus, Dei gratia, Constantiensis Electus, universis Christi fidelibus salutem in Domino, Universitati Vestræ tenore præsentium significamus; Venerabiles in Christo Patres. Innocentium IV.

Dei gratiâ Sacrosanctæ Romãæ Sedis summum Pontificem, ac ejus Legatum, Dominum Petrum ad Velum aureum, S. Georgij Cardinalem, bonæ memoriæ Prædecessori nostro, & nobis sub hac forma suas literas destinâsse: Innocentius Episcopus, servus servorum Dei, Venerabili fratri, Episcopo Constantiensi salutem & Apostolicam benedictionem: *Castrum Thuricense pro eo quod habitatores ejusdem, sicut accipimus, Friderico quondam Imperatori præstant auxilium & favorem est Ecclesiastico interdicto suppositum. Cùm autem dilecti filij, Præpositus & Clerus Thuricensis, sicut asserunt, de tua licentia morentur ibidem persistentes in devotione sedis Apostolicæ ac etiam pro viribus laborantes, ut dicti habitatores ad gremium Ecclesiæ revertantur.* Nos dictorum Præpositi & Cleri supplicationibus annuentes, fraternitati tuæ, per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si expediri videris eisdem, quod in Castro ipso remaneant auctoritate nostra licentiam largiaris, Dat. Lugd. III. Id. Feb. Pont. nost. a. v. Venerabili Viro, Dei gratia Electo Constantiensi, Petrus miseratione divina S. Georgij ad velum aureum Diaconus Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, Salutem in Domino: Pervenit ad nos, quòd bonæ memoriæ Prædecessor Vester

Vetter, *in Caſtro Thuricenſi Veſtræ Diœceſ. fecit divina officia, Baptiſmum parvulorum, Eucharistiam, & pœnitentias morientium inhiberi*, ac Abbatiſſam, & Conventum; Præpoſitum & Capitulum & alios Clericos, tam ſeculares, quàm religioſos loci ejusdem morari non permiſit ibidem *pro eo, quòd homines ipſius Caſtri favent manifeſtè* (NB) *contra Romanam Eccleſiam, Domino Friderico. Unde nobis humiliter ſupplicaverunt, ut cùm eorum præſentia magis quàm abſentia poſſit prodeſſe ad converſionem hominum prædictorum redeundi ad loca propria, ſemel quoque in ebdomada januis clauſis, non pulſatis campanis, interdictis & excommunicatis excluſis, ſummiſſa voce divina officia celebrandi eis licentiam largiremur.* Sacramenta prædicta ipſis nihilominus concedentes, ut ſupra his providere curetis, pro ut vobis videbitur expedire. Datum in Caſtris, coram Aquis, Non. Octob. anno Domini MCC XVIII.

Eſt denique de a. Ch. 1240. ad manus confirmatio Conradi *quondam Epiſcopi Conſtantienſis, gratia Innocentij IV. ubi confirmat geſta quorundam Miſſariorum, qui propter obedientiam Cleri Thuricenſis eisdem indulſerunt, ut ad oppidum poſſent redire, & certis diebus in hebdomada Miſſam celebrare, Baptiſmum parvulorum & pœnitentias morientium concedere,*

 popu-

aliquibus litteris, ſuper hujusmodi negotio à Sede Apoſtolica impetratis, vel etiam impetrandis. Dat. Lugduni, VIIII. Cal. Jul. Pontif. noſtri anno ſexto. Sanè nos, qui circumſtantias Caſtri memorati, *& devotionem Cleri in magnis miſerijs humiliter tolerantis veraciter cognovimus*, ipſis compati & ſubvenire in hac parte cura ſuſcepti regiminis frequenter amonet, & hortatur, plus tamen utilitas negotij generalis nos compellit, & inducit, quòd nos curam & ſolicitudinem tam Cleri, quàm Civium & negotij univerſalis Eccleſiæ in quantum poſſumus, volumus adhibere. *Quia verò licet pro magna parte cognoverimus, utile eſſe & valdè neceſſarium ipſi Clero miſericorditer provideri, tamen ſecundùm formam nobis traditam, ubi dicitur*, ſi tamen videbitur expedire, *habito prudentum conſilio, quod propter multas occupationes perſonaliter ad locum accedere non potuimus*, de latere noſtro, Viros honorandos, Abbatem de Salem Ciſterc. Ordin. Fratrem Ulricum cuſtodem Ordinis Fratrum Minorum, & C. (Conradum,) Præpoſitum Imbriacenſem, & Waltherum, dictum Tichtelerium Concanonicos noſtros perſonaliter ad locum transmiſimus, dantes eis in mandatis, ut auctoritate Sedis Apoſtolicæ nobis injuncta, & noſtra omnibus

circumſtantiis inſpectis ſuper animas ipſorum, *ſi Clero, ſi negotio univerſalis Eccleſiæ, ſi ſaluti Civium videretur expedire, procederent in negotio ſecundùm traditam nobis formam.* Ipſi verò, cùm dictum locum perſonaliter acceſſiſſent, *invenerunt cum diligenti inquiſitione & Cleri & Civium, quod utile erat, & multùm poſſe expedire negotio univerſalis Eccleſiæ, ſi dictus clerus moram faceret cum ipſis civibus, quod tam per manifeſtam, quàm ſecretam eorum collocutionem aliquos ex ipſius Caſtri habitatoribus à ſuo errore poſſent ad unitatem Eccleſiæ revocare.* Præterea, quòd univerſitas Civium, tam virorum, quàm mulierum, cum tanta humilitate ac devotione Sacramenta, neceſſitatis videlicet viaticum ſibi, ſi verè pœniterent, & Baptiſmum parvulis petiverunt exhiberi; interim etiam, quòd poterant ſperare, *quòd procedente tempore, per Dei gratiam, & ſuggeſtionem dicti Cleri aſſiduam, poſſent ad ulteriorem obedientiam revocari.* Quare, prædicti nuncii noſtri ad requiſitionem tam Cleri, quàm Civium humilem & devotam auctoritate Apoſtolica & noſtra ſub forma certa eisdem à nobis tradita, Clero & aliis religioſis perſonis introitum & moram ibidem faciendi viaticum pœnitentibus & Baptiſmum parvulis, habito prudentium virorum conſilio indulſe-

duxserunt. Dicti etiam nuntii nostri apud cives ad petitionem nostram obtinuerunt, quòd licèt Fratres Prædicatores ipsos, secundum quod ipsi retulerunt, in fama & in rebus intolerabiliter læserunt, tamen ob reverentiam nostram duos Fratres laicos de ordine Prædicatorum in domo ipsorum, ut ipsam custodiant, permiserunt. Nos verò videntes ipsorum diligentiam Fratrum nostra & auctoritate Apostolica confirmamus, & sigilli nostri cum sigillis ipsorum munimine roboramus. Datum Turegi A. D. MCCXLVIIII. XIII. Kal. Aug. Indict. VII.

III. Ex his autem, quæ occasione Friderici, & Fridericalium contigerunt, colligimus, * turbatum satis, non Ecclesiæ tantùm; sed & Reipublicæ Tigurinæ fuisse statum. Cives enim eo tantùm nomine, quòd Imperatori adhærerent, aqua & igni prohibiti, vitæ suæ subsidiis non uno modo frustrabantur, cœloq; & terra, per Pontifices quantum in ipsis erat, excludebantur. Quo tamen malo res non stetit. Alia discordiæ sata materia tum ex oneribus Civilibus, quæ Clero etiam, ad patriæ, omnium tum injuriæ expositæ, defensio-

 fensio-

fensionem, imponebantur, tum ob expulsas famosas mulierculas; Utrumqu ægrè tulit Constantiensis Episcopus: isti Imperatorum auctoritate, Clerus Tigurinus occurrere voluit, Henrici cum primi & [e] Rudolphi I. Omnia hæc probant, ex Ecclesiæ Romanæ communionem extra comunicatos Tigurinos salutem pridem quæsivisse, neque Monarchicam Pontificis potestatem admisisse; neque exemtionem Cleri ab obedientia civili probâsse, simplicitatis interim [f] in dogmatibus fidei studiosissimos.

a. Id quod fusè hactenus ostendimus. Summa huc redit. Cùm a. D. 1240. Pontifex Romanus fulmina excommunicationis contra Fridericum II. continuaret, eidem pœnæ Tigurini etiam subjiciebantur, propterea quod in fide Imperatoris perseverarent, universo igitur Clero, ob Bannum, interdictum servante, cuncti Sacerdotes, Monachi & Moniales, urbe d. 12. Januarij 1240. pellebantur. Franciscanis tamen exceptis, qui in urbe remanebant. Et cùm a. D. 1245. ab Innocentio Papa denuo excommunicatus, ejus mandato Imperio

imperio privaretur, Tigurini nihilominus in Imperatoris obedientia perstiterunt. Omnia itaque privilegia ac Regalia, quibus antehac utraque Præpositura fruebatur, Imperator in cives transferebat, præcipuè electionem Senatus per Cives, & ne posthac Civitas ab Imperio abalienari posset. Verùm, Clericis octavum jam annum exulantibus, Civibus verò constanter in sua opinione perseverantibus, Innocentius a. Ch. 1248. Lugduno scriptis ad Episcopum Constantiensem literis, jubebat, ut Præposito totique Monasterii Collegio in urbe excommunicata manendi copiam indulgeret. Episcopus per Epistolam Pontifici respondet; quia Præpositus & universi Clerici urbis Tigurinæ, Romanæ Ecclesiæ, ceu membra capiti, fideliter adhæsissét, propterea ipsos tanquam turbatores & proditores Imperatoriarum rerum, Friderici mandatu, Urbe Tigurina pulsos esse. Verùm, cùm Innocentius, excommunicationis pœna Tigurinos domare non posset, tandem anno Domini 1249. per Episcopum Constantiensem Clericis in urbem redeundi in eáque habitandi, Sacráque administrandi, copiam indulsit. Verum tamen vix tandem biennio post reditum in urbem obtinuerunt. Interim verò Romani

ni Pontificis impulſu Tigurini graviſſimis & continuis vexabantur incommodis: Sericorum pannorum textura ac negotiatio, antehac in ea urbe frequentiſſimè, magno commodo, exerceri ſolita, hoc tempore Comum, Longobardiæ oppidum, translata eſt, ipsique Tigurini crebris incurſionibus & latrociniis nobilium circumquaque vicinorum graviſſimè infeſtabantur. Itaque Friderico Imperatore in Apulia{Manfredi, ſpurij ſui, veneficis inſidiis ſublato, Imperióque 28. annis, juſta Imperatoris defenſione deſtituto, Tigurini ad tuendam Reipublicæ ſuæ ſalutem cum Uraniis & Suitenſibus primum in annos aliquot fœdus inierunt: Vid. Stumpf. l 6. c. 16.

b. Tigurinos enim veluti Schiſmaticos & Hæreticos Romani Pontifices diris, nullam aliam ob cauſam devoverunt, nullum ob ſcelus, nullum ob errorem, nullum ob dogma impium aut blaſphemum, niſi quòd juxta Chriſti Servatoris & Apoſtolorum præcepta Matth. 17. 22. Rom. 13. 1. Pet. 2. legitimæ poteſtati, hoc eſt veris Imperatoribus debitam fidem & obedientiam præſtare conſtanter pergerent.

c, Ita enim ex autographo ipſe loquitur Epiſcopus Conſtantienſis: *Conradu* (Conradum hunc, Henricum præceſſiſſe, de

de quo tamen inter authores non convenire, *Stumpf.* monuit l. 5. c. 11. Unde nec æram ei aſſignare volebat, vel ex hoc inſtrumento patet: Conradum enim in annum 1250. rejicit, Henricum verò, in 1248.) *Dei gratia Conſtantienſis Epiſcopus univerſis Civibus in Turego ſalutem in Domino*: Cùm non liceat, tam legitimis, quàm Canonicis ſanctionibus obviare, univerſitati Veſtræ de conſilio Capituli noſtri, ac aliorum prudentum virorum in virtute juramenti ſuper obedientia commiſſorum nobis exhibiti, duximus injungendum, ut *Clerum Thuricenſem, hoc eſt, ibi natum, ſive beneficiatum nullis unquam vel uſquam angarijs, perangarijs, vigiliis, collectis, muratis, foſſatis, ſeu aliis quibuscunque exactionibus vel bonorum invaſionibus perturbetis; ſed potiùs ipſum, ac familiam ſuam quieta poſſeſſione totius libertatis Eccleſiaſtica gaudere permittatis.* Abſit enim ut divinis mancipati officiis in ſe vel ſuis quacunq; ſervitutis ſpecie opprimantur. Item *juramenta quibus vos temerè, tam ſuper expulſis, quàm ſuper expellendis quibusdam mulierculis in confuſionem & ignominiam Cleri mutuo obligâſtis, quia poſſumus & debemus, relaxamus, caſſantes ea, tanquam juri, rationi & conſuetudini contraria, diſtrictéque vobis ſub obtentu ſupra dicti juramenti inhibentes, ne occa-*

ſione

sione ipsorum cujuscunque sexus hominum dicti vel factis in persona vel rebus lædere vel confundere præsumatis. Illa enim quæ nostræ jurisdictionis rigorem contingunt, vestræ voluntatis beneplacito nolumus castigari. Nulli ergo omnino vestrum liceat hanc nostræ diffinitionis seu ordinationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & nostram offensam, cum macula perjurij & infamiæ se noverit incurrisse. Ad hujus verò rei evidentiam, memoriam & robur in posterum valiturum, præsentem cartam conscribi, & tam *nostris, quàm fratrum nostrorum, & Consilii Turicensis*(ita etiam ipsa inscriptio in sigilli peripheria, habet; secus quàm postea obtinuit, ut Civium Turicensium Secretum appellaretur: Duorum etiam Proto-martyrum tantùm insignia antiquum hoc ostendit sigillum, recentiora, tertium addunt:) *sigillis jussimus insigniri.* Datum apud Constantiam, anno Dominicæ incarnationis Milllesimo, CCXXX. XI. Cal. Jun. Indict. III.

d. Ita enim Henricus a. Ch. 1228. Henricus, Dei gratia, Romanorum Rex & semper Augustus, dilectis fidelibus suis, Præposito

ſito & Capitulo, totique Clero Turicenſi gratiam ſuam & omne bonum: Quomodo ex commiſſo nobis regni gubernaculo, tenemur Eccleſiaſticas perſonas fovere, & earum indemnitatibus ſtudioſiùs providere, dilectam nobis univerſitatem veſtram, conſulta deliberatione Concilij noſtri, ſub noſtram & Imperij ſpecialem recipimus protectionem: Volentes vobis integrum conſervare univerſas Eccleſiaſticas libertates & jura veſtra, & rationes privilegiorum veſtrorum, quæ à divis Progenitoribus & Prædeceſſoribus noſtris hactenus poſſediſtis, reddentes *vos immunes & penitus abſolutos à vigiliis nominatim, & ab omnibus aliis exactionibus, quæ legibus vel Canonibus videntur in aliquo obviare, non obſtante aliqua conſuetudine, vel ſtatuto Conſulum veſtrorum, vel cujuscunque potentiæ ſecularis, nullis literis obſtantibus contra hanc noſtram regulam Indulgentiam impetratis.* Mandantes & ſub interminatione gratiæ noſtræ diſtrictè præcipientes, ut nulla unquam perſona, humilis vel alta, Eccleſiaſticà vel Secularis contra hanc noſtram Indulgentiam venire audeat, aut ipſam Vobis auſu temerario perturbare. Quod qui facere præſumſerit, tremendi judicis indignationem, noſtræq; Celſitudinis gravem offenſam ſe noverit incur-

incurrisse. Ad cujus etiam facti nostri robur in posterum valiturum, præsentem vobis cartam conscribi, & sigillo nostro jussimus insigniri. Datum apud Ezelingen, anno D. incarnationis M CCXXVIIII. decimo Kal. April. Indict. II.

Et specialius quidem privilegium est ejusdem Imperatoris contra Castellani Snabelburgensis vim & violentiam, ad Consules (ita tum Consiliarii appellabantur,) Tigurinos, in hunc modum: HENRICUS, Dei gratiâ, Romanorum Rex & semper Augustus; *dilectis fidelibus suis, universis Consulibus in Thurego* gratiam suam, & bonam voluntatem: Conquesti sunt nobis R. Præpositus & Capitulum Thuricense, quòd B. *Castellanus de Snabelburch, gravibus & indebitis exactionibus in bonis Ecclesiæ suæ, maximè* in Rifiers & Russlickon *non cesset eos enormiter molestare.* Quapropter fidelitati Vestræ mandantes præcipimus, quatenus ipsum, post harum receptionem literarum, infra octo dies moneatis attentiùs, ut dilectos Cappellanos nostros in bonis Ecclesiæ suæ non amplius perturbet, & ablata infra 14. dies restituere non postponat. Si quid autem inter ipsos ortum fuerit quæstionis, discretionis Vestræ, vel saltem majoris partis judicio, auctoritate nostra decidatur,

cidatur. & ad id ſervandum per pœnam temporalem à vobis, ſi neceſsè fuerit, compellatur, ut quem timor Dei à malo non revocat, temporalis ſaltem pœna cohibeat à peccato. Data apud Ulmam II. Non. Jul. Indict. XI.

e. Totum inſtrumentum exhibet noſtra *Biblioth. Tigur.* p. 68.

f. Hactenus, quantum per Seculorum iſtorum tenebras, & obſcura antiquitatis veſtigia eruderare licuit, oſtendimus, quæ veterum Tigurinorum fuiſſet fides, quæ religio. Caroli cumprimis Magni, Filiorum, & Nepotum calculo evidenter ſatis evicimus, multa per Reformationem reſtituta eſſe, quæ contra Carolingiorum ſtatuta paulatim eſſent introducta, Symboli forma addi potuiſſet, & orationis Dominicæ, ex Notkeri, Monachi Sangallenſis, natione Tigurini ſcriptis, a. Ch. 870. in Helvetia exarata, & à *Geſſnero noſtro*, in Mithrid. & *Stumpf.* Hiſt. Helvet. l. 4. c. 31. exhibita; ſed quia noſtris illa formula, ſine pleniori explicatione, proximè accedit, aliam, quam tempore Friderici II. in uſu fuiſſe docet *Stumpf.* Hiſt. Helv. l. 4. c. 50. teſtem ζυμβιβάσεως fidei, teſſeram piæ ſimplicitatis, τεκμήριον curæ pro plebe Eccleſiaſtica habitæ διαῤῥήδην inſeremus:

Jch widersag dem Teüfall vnd allen sinen wercken / vnd allen sinen gezierden: Jch geloub an Gott / Vatter Allmächtigen / ein Scheffer himmels vnd erden; vnd aller geschefde. Jch gloub an sinen ainbohrnen Sun vnseren Herren Jesum Christum. Jch geloub an den heiligen Geist: Jch geloub daß die drye benende ein wahrer Gott ist / der ye was / one anfange / vnd wyt vor ist / on ende Jch geloube daß derselb Gottes Sun geendet / (gemeldet oder verkündet) wart / von dem hailigen Engel Sanct Gabriel: Jch geloub / daß er empfangen wart von dem hailigen Geist / vnd er geboren wart von Marien der reinen Magende. Jch geloub / daß er an dern welt alß ein armer mensche / wann daß er nien gesünt: Jch geloub / daß er am drisgosten Jar getouffet war in dem Jordan / von Sanct Johansen. Jch geloub / daß er verroten wart von sinem Jünger Judas. Jch geloub / daß er gefangen wart von den Juden / vnd gebunden wart / vnd sin gespottet wart / vnd angespüwen wart. Jch geloub / daß er gemarteret wart / vnd an das Crütz erhiengen wart / vnd daran erstarb / an der Menschheit / nit an der Gottheit: Jch geloub / daß er ab dem Crütz genommen wart / vnd zer erden begraben wart: vnd darinn lag dry tag / vnd dry nächt: Jch geloub / daß er an dem driten tag erstund gewаre Gott / vnd gewa-

re

re Menſche: Ich geloub / daß er erſchain noch ſiner vrſtände ſinen Jüngereu vnd ſinen guten fründen: Ich geloube / daß er an dem vierzigoſten tag noch ſiner vrſtende zu himmel fuhr / zu der geſicht ſiner Jüngeren / vnd aller menge / die ſin wirdig warend. Ich geloub / daß er da ſitzet zu der Zewunn (wnne / frewd / vnd herzlichkeit /) ſines Vaters / im eben gewaltig vnd eben ewig. Ich geloub / in dann an künfftig / an dem Jüngſten tag ze erteilen über lebend / vnd über todt nach jhr wercken. Ich geloub an die Chriſtenheit göttlich vnd allich. Ich geloube / gmainſame der Heylgen. Ich geloube / Ablaß myner ſünden nach gewarem rüwe. Ich geloub vrſtend mynes libes. Ich geloub / noch diſem leben ſin das ewig leben: Ich geloub / daß mir gelohnt ſoll werden nach minen wercken. Den lohn fürcht ich ſehr / dann ich dick geſündet han / vnd mit gedancken mehr. Non abſimilis illa videtur Catechizandi ratio, cujus ex Caſſellana antehac Bibliotheca deſcribendæ mihi fuit facta copia, quæque, ſi quid ex ſtylo judicare poſſum, ætate ſi non prior eſt, par certè aut non multò inferior. Fuldâ, ni fallor, Caſſellas Mſc. in pergameno fuit translatum, ubi inter alia, Latino-Germanicè ita infit Catechiſta.

Audite filii regulam fidei, quam in corde memoriter habere debetis, *hloſa ir chindo*

luipos tua ghtidera calaupa, dera es in herz inca hactlibo hapen sculut.

Quia Christianum nomen accepistis.

Ir den Christanum intfangan eigat.

Quod est vestræ indicium Christianitatis à Domino inspiratum, ab Apostolis institutum: *daz ist chundida uiuerern Chrystanheiti, fona deno truhane in man caplasan fonas in selpes in agiron casezza.*

Cujus itaque fidei pauca verba sunt; sed magna in ea concluduntur Mysteria;

Dera calaupa cauuisso fagi uuost sint; uzandra tomtzlui caruni dar inne sint pisangen.

Sanctus etenim Spiritus Mysteriis Ecclesiæ Sanctis Apostolis hæc dictavit verba tali brevitate: *Vuiho atum cauuisso dem maistron dera Chrystan herte dem uuihom potoms in em deisu uuost thactotasius liberte churtnassi:*

Ut quod omnibus credendum est Christianis, semperque profitendum, omnes possent intelligere & memoriter retinere: *daz diu allem Chrystanen zayte lauppenne ist ja auh simplun zapigehanne. daz alle farstantan mahten hambacti cahapen:*

Quomodo enim se Christianum dicit, quia

quia pauca verba fidei, qui salvandus est, etiam ut orationis Dominicæ, quæ ipse Dominus ad Orationem constituit, neque discere, neque vult in memoria retinere; *in huueo quid tesiz der man Chrystanan der deisa fonti uuost dera calaupa dera erca heilit scal sin, ja dera er canera scal, ja auh dei uuost der fraono Capeter, dei der Truhtin selpo zagapete casazta, uueo mager Christansin der dei lirnen nuuili noh in siner acahatti hapen.*

Vel quomodo pro alio fidei sponsor existit, qui hanc fidem nescit; *Odo uuem as der fur andran dera calaupa purtzeo sin adofun andran caharzan, der deo calaupa nohimo niuueiz.*

Ideóque nôsse debetis filioli mei, quando nec unusquis vestrum eandem fidem filiolum suum ad intelligendum docuerit, quem de baptismo exciperet, reus est fidei sponsionis: *Pidui sculut ir uuizan chindili miniu, uunata eo unzi daz iuuer eogaliter de selpun calaupa den sinam fille calent zafarne mane den er us deru taufunt fahit, daz er sculdig ist uuider gaotes caherzer.*

Et qui hunc filiolum suum neglexerit, in in die judicii rationem redditurus est; *ja der den sinan fillad lernen farsumat za deme Sona tag*

na tag in rechinge pan scal.

Hanc igitur omnes, qui Christianus esse voluerit, hanc fidem & orationem Dominicam omni sestinatione studeat didicisse, & eos, quos de fonte exceperit, edocere, ne ante tribunal Christi cogatur rationem exsolvere, *Nu allero manno calihi der Christan sin uuella dezu laupa iauh daz frono-gapet, allera clung uolle calernon, jauh de kalegren de er us tauffi intfahe, daz er za sonatagen uuirde canaotet radia urge pan.*

Quia jussio est & salus nostra, & dominationis nostræ mandatum: nec aliter possumus veniam consequi delictorum. Ja daz ist uas er heli, ja uns ers Hern capet, noh uuir ander uinser megan unsero suntenno antlaz caunnan.

IV. Atque sic bona hactenus fide primas Ecclesiæ Tigurinæ eruderavimus antiquitates: Nihil, quòd erui quidem poterat, suppressimus: Nihil de nostro, nisi conclusiones ex præmissis, addidimus, infantiámque adeò per Legionem Thebæam, adolescentiam sub Carolingiis, ætatem virilem sub Imperio Germanico, ad Fridericum usque II. ostendimus

dimus: Senectus deinceps sequitur, quæ quia paulò altioris est indaginis, prolixius Sectione ultima à nobis tractabitur. Illud evicisse hactenus satis fuerit, nihil fermè, sive in doctrina, sive etiam in regiminis substantia, hodie esse restitutum, cujus vestigia luculentissima primis Christianismi has oras illati Seculis non extent.

Quod quia supra jam singulis Periodis demonstratum est, repeti à nobis jam non debet. Cætera etiam, ut spero, commodius καὶ ἀνακεφαλαίωσιν sub finem hujus pensi sequentur.



SECTIO VIII.

De Ultima, Ecclesiæ Tigurinæ, Periodo Qua Currente Seculo XIII. incipit, & ad Reformationem Seculis XIV. XV. & initio XVI. decurrit.

Ultima restat Historiæ Ecclesiasticæ Periodus à Friderico II. exclusivè ad Carolum V. quæ Senectutem Ecclesiæ Pontificiæ nobis proponit, in qua de Scholis, Monasteriis, Ecclesia, Republica, Oeconomia, eórumq; variis morbis distinctè ita agitur, ut remediorum etiam, quæ vel emergentibus novitatibus, vel invalescenti tyrannide opponebantur, habeatur ratio,

I. Ad *ultimam*, ante Reformationem, Ecclesiæ nostræ accedimus Periodum, quæ & *senescens*, & *servilis*; quod à priori tum simplicitate, tum libertate multum recederet, vocari potest, accedimus. Initiũ fuit à depositiõe Friderici II. de quo triumphum

phum ducens Roma, Hierarchiæ posthac suæ jugum faciliùs quam antea, his etiam regionibus, imposuit. Incommodis enim, quæ ex anathematum fulminibus, emerserunt, territi, Cives etiam Tigurini, tam tædiosæ se aleæ subjicere ad tempus tergiversabantur. Sed cùm petulantiùs postea eorum inequitare vellent cervicibus Clerici, redeunte in præcordia generoso spiritu, avita virtute libidini Pontificiæ, variísquè paulatim caput efferentibus novitatibus, resistere nostri perrexerunt.

a. Vide *Spec. Helvet.* Tig. p. 63. 70.

b. Id quod, ut postea audiemus, occasione Ludovici Bavari accidit.

III. Ut verò hujus tractationis distincta sit series, *de Scholis*, *Monasteriis*, *Ecclesia*, *Republica*, *Oeconomia*, corúmque tum morbis, tam medicina ita agemus distinctè, ut pateat, non potuisse quidem Ecclesiam Tigurinam contra torrentem Tiberinum eniti semper, nunquam tamen fuisse tempus, quo non antiqua novis præferre cordatè niteretur.

III. *Schola* conditio hac Periodo varia fuit. Initio quidem ejus, Seculo XIII. Scholastici [a] accessit axioma, sed qui pueros ferè tantùm curaret elementares. Postea demum, cùm alibi literæ florerent, nostri etiam paulatim foris in Academiis excolere eas cœperunt. Quanquam admodum pauci animum seriùs ad literaturam applicuerint, & à Conrado de Mure, primo Cantore, ad Felicem Hemerlinum, Decretorum Doctorem, vix unus & alter fuerit, qui studiorum suorum fructus vel commendare, vel publici facere juris fuerit ausus. Hinc indigna illa & tantùm non puerilia examina pro cura animarum consequenda. Qui proximè Reformationi accesserunt, vel solertissimi [b] conatum potiùs, & diligentiam, quàm soliditatem ostenderunt. Donec tandem literæ bonæ alibi honoratæ, Tiguri etiam per Zuinglium & Collegas incredibili celeritate fuerunt restitutæ.

a. De origine Scholastici, & Scholastriæ, quam vocabant, ita instrumentum fundationis loquitur. In nomine Domini Amen.

Anno

Anno Domini M CC LXXIII. indictione prima: Cùm ex ejus ordinatione, qui ex creaturarum perpetuitate Conditor æternus, ex magnitudine Omnipotens, ex dispositione Sapiens, ex gubernatione Bonus intelligitur, sicut nullum malum transire debet impunitum, ita debeat omne bonum proportionali liberalitatis beneficentia premiari. Agnoscant igitur præsentium Inspectores universi tam posteri, quàm præsentes, quòd nos *Heinricus de Klingenberch* Præpositus, & Capitulum Ecclesiæ Thuricensis, Constantiensis Diœceseos, consideratis meritis & obsequiis, quibus nobis Magister *Berchtoldus* Canonicus S. Johannis in Constantio, & Concanonicus noster, volutnate simul & actione, promtis, & expeditis affectibus semper studuit complacere, nostræ indesinenter existens Ecclesiæ fructuosus, personam ejus honorare non immeritò cupientes, & in divini cultus augmentum, ipsum in eadem nostra Ecclesia unanimi voto, communique voluntatum consensu in Scholasticæ dignitatis personatum Canonicè duximus eligendum; Auctoritate venerabilis Patris ac Domini Eberhardi Dei gratia *Constantiensis Episcopi* accedente, plenam eidem & liberam, ac omnibus suis in

Schola-

Scholastica successoribus, quicunque pro tempore fuerint à Capitulo eligendis, & ad præsentationem ejusdem Capituli à Præposito quicunque fuerit, sine difficultatis obstaculo, seu etiam tergiversationis, vel dilationis cujusvis, obice instituendis, ordinandi de Scholis nostris & earum rectore, prout sibi visum fuerit, honori Dei competere, in animam suam & utilitati Ecclesiæ convenire auctoritatem liberaliter tribuentes sedem communem & approbatam ab antiquis temporibus consuetudinem aliarum Ecclesiarum, in quibus consuevit hujusmodi dignitatis officium ordinari. Et licet nos, ut hujusmodi dignitatis ordinatio ex nunc in perpetuum à nobis, & Successoribus nostris inviolabiliter manutenenda, fideliter attendenda, firmiter observanda, in quo coalescat rationabiliter habeat fundamentum, providè primò statuerimus, quòd quicunque Scholarum earundem rector ab ipso vel Successoribus suis institutus pro tempore fuerit, quatuor *Marcas* argenti ponderis Thuricensis annuatim, ita quòd idem rector quolibet quatuor temporum jejunio unam Marcam argenti in recognitionem subjectionis & Magistratus, sine difficultate qualibet sibi suisque Successoribus persolvere

ſolvere teneretur. Nos tamen providè attendentes ſtatum præſentis temporis, & difficultatem penſionis prædictarum quatuor Marcarum ab ipſo Rectore puerorum eidem Scholaſtico ſolvendæ, propter quasdam perplexitates de novo in eodem officio multipliciter incidentes, cupientes etiam beneficiis ipſius Magiſtri Berchtoldi, Scholaſtici noſtri per beneficia gratuita compenſatione condigna reſpondere, unito inter nos conſilio & conſenſu, in præſentiarum ſtatuimus, & ordinavimus, ut deinceps ſæpedicto *Magiſtro Berchtoldo* Scholaſtico, dum vixerit, & Scholaſticus eſſe voluerit, & poſt eum Succeſſoribus ſuis, quicunque pro tempore fuerint in perpetuum, annuatim in Feſto Beati Martini, de noſtro granario Clauſtrali, ſine contradictione ac difficultate qualibet, demus & perſolvamus *viginti modios tritici de meliore, quod habemus, menſuræ* Thuricenſis.

Nos etiam Præpoſitus & Capitulum circa Rectorem puerorum noſtrorum de ſolutione prædictarum quatuor Marcarum ipſam penſionem minuendo, vel augmentando, vel remittendo, quandiu ſæpe dictus *Magiſter Berchtoldus* Scholaſticus vixerit, facere poſſumus & debemus, quicquid toti Capitulo noſtro, vel majori & ſaniori

niori parti ejusdem visum fuerit expedire. Magistro verò Berchtoldo cedente vel decedente, Præpositus & Capitulum, qui pro tempore fuerint, de alterutro prædictorum, videlicet de prænotatis viginti modiis tritici à Capitulo, vel de duabus tantummodo Marcis Scholastico à Rectoro puerorum solvendis, ordinent quod secundùm Deum & honorem tam Ecclesiæ Thuricensis, quàm ipsi Scholastico, viderint expedire, ita tamen quod nihil Scholasticæ depereat dignitati. Dictus etiam Magister animæ suæ saluti prospicere, & grata nobis & Ecclesiæ vicissitudine cupiens respondere, Ecclesiæ nostræ ad officium Scholastriæ liberaliter donavit, perpetualiter deputavit domum sitam in atrio Ecclesiæ nostræ, in vico, qui dicitur Kilchgassa/ quæ quondam erat *Conradi* militis dicti *VVellonis*, & *Johannis* filij sui, quam etiam Dominus Nobilis Vir Ulrich *de* Regensperch ab ipso Johanne emptam, nobis & ipsi Magistro Berchtoldo pro quinquaginta duabus Marcis legaliter vendidit, adhibita in omnibus solennitate legali, & consecuta. De prænotatis verò quinquaginta duabus Marcis idem Magister dedit & solvit quadraginta tres Marcas fini, puri, &

ri & legalis argenti ad pondus Thuricenſe, à nobis novem Marcis ad idem perſolutis, ſtatuens de voluntate omnium de Capitulo, & ſingulorum unanimi libera & expreſſa, quod illa domus ad prælibatæ Scholaſticæ dignitatis perſonatum debet perpetualiter pertinere. In cujus ordinationis, ſeu renovationis firmamentum, & evidentiam, ut omnia ea, quæ tacta ſunt in præcedentibus munimen firmitatis obtineant & illibuta permaneant, præſens inſtrumentum de certa noſtra ſciantia pariter & conſenſu, conceptum, editum, conſcriptum, & ſigillorum noſtrorum præmemoratorum Præpoſiti & Capituli caracteribus conſignatum, & appenſionibus inſignitum, ſæpefato Magiſtro Berchtoldo, ſuísque Suſceptoribus tribuendum, duximus perpetuò duraturum; Et ut ſæpefati Magiſter Berchtoldus, ſuique Suſceptores de accepto à nobis hujusmodi dignitatis beneficio propenſiùs gaudere valeant, ac noſtræ benevolentiæ circa ipſos uberior appareat plenitudo, promittimus bona fide, imò ſolenni ſtipulatione interpoſita nos obligamus, & noſtros una nobiſcum Succeſores pro quolibet tempore, ut, ſi præſens inſtrumentum carta, vel ſigillo, aut etiam Scripturæ litturis enormibus vetu-

vetustate temporis, seu alio quovis modo læsum fuerit, in toto, vel in parte, ad illius instaurationem seu renovationem, sine contradictione, aliàve qualibet difficultate quandocunque vel quotiescunque requisiti fuerimus, teneamur.

Nos Eberhardus, Dei gratia, Constantiensis Episcopus ordinationem prænarratam secundum se totam approbantes, & ex corde gratam habentes, Sigillum nostrum præsenti instrumento in testimonium & robur contentorum in ipso, rogati à sæpefatis Præposito & Capitulo, liberaliter duximus appendendum, spondentes bona voluntate, tam pro nostris Successoribus, quàm pro nobis, idem sigillum quandocunque requisiti fuerimus, & quotiescunque petitum à nobis fuerit, ex causa prout est diffinitum superius renovare. Acta sunt hæc VIII. Kal. Maij. In Domino feliciter, Amen.

Plura de officio Scholastico ex statutis Collegij *Vid. Meth. Leg. Hist. Helvet* pag. 577.

b. Qua de re, pleniorique hujus Canonis demonstratione consuli possunt *Origines nostræ Carolinæ*, ubi de Scholæ Tigurinæ incunabulis & progressu ex professo fuit actum.

c. Unico

c. Unico agere liceat exemplo. Scripsit paulò ante Reformationem *Petrus Treverensis* tractatum *Apparitionum*, in cujus Vestibulo de voce Spiritus ita φιλολογεῖ. *Spiritus* dicitur primo quasi *spiram tenens*, & sic ille terminus Spiritus convenit soli Deo. Ipse enim solus spiram, id est, orbem & totam machinam universi continet, quàm necessitate, commoditate & utilitate rotundam, id est, spiratam esse ostendunt. *Spiritus* secundò dicitur *quasi spiratu deditus*: Et sic iterum soli Deo covenit, non quod ex labore, vel exercitio fatigante, sed ex infatigabili potentia sua cuncta bona spirat, id est, inflat, quem actum fingimus de Spiritu S. qui locutus est per Prophetas. Ita ut Petrus testetur: Verba Prophetarum in eorum non fuisse, nec arbitrio, nec scientia, nec intelligentia: sed Spiritu Sancto, inquit, inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Alibi etiam dicunt Doctores, secundùm illud Cajaphæ: Expedit vobis, ut unus moriatur pro populo, ne tota gens pereat, & secundùm illud Hebræorum: Benedictus, qui venit in nomine Domini, Osanna, filio David, &c. quòd organa vocum occupaverit Spiritus Sanctus, & linguas moverit illorum non ad ea, quæ voluerint, seu noverint, sed ad ea, quæ divi-

nis myſteriis congruebant: Quemadmodum nec Doctores negant, quia etiam per malos, ſua inſpiratione dirigens ipſe Spiritus Sanctus bonos colligat. *Tertiò* dicitur *Spiritus, quaſi ſpirando tutus vel tentus:* Et ſic Angelis propriè convenit, qui ſunt tuti ſervientes Deo inceſſabiliter clamantes: Alleluja, & concinendo pariter in augmentum divinæ laudis ſpirant, ſuaviter erumpentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sebaoth. Illis, inquam, miniſterialibus Spiritibus ita interpretata dictio Spiritus aptiſſima eſt: Qui excubantes ſuper animas ſibi deputatas has quantum poſſunt ad bona, inducunt, & in bono diriguntur. Aſt ubi contemptos ſe ab illis cognoſcunt, quaſi dolentes valdè compatiuntur. In tantum enim tenentur ſpirando, id eſt affectando, quòd nunquam deſinant affectare & deſiderare ſalutem animarũ, quas quaſi ſuos concives ſæpiùs viſitant, & deſideranter percunctantur de illarum Sanctimonia & etiam converſione maximè gaudentes, utpote quorum conſortio Eccleſia adaugenda ſit in æternis Dei laudibus, & lætabundis beatotum Spirituum tripudijs veneranda magnalia. Hæc interpretatio etiam congruit animabus Salvatoris, quæ non ceſſant pro confratri-

fratribus ſuis ad Dominum preces fundere, ſemper ſpirantes, id eſt, affectantes conſummationem Sanctorum, ut citiùs compleatur & colligatur numerus Electorum; dicunt enim: Vindica Domine ſanguinem Sanctorum tuorum, qui effuſus eſt. *Quartò*, dicitur *Spiritus*, quaſi *ſpe retentus, vel ratus vel recreatus*. Et ſic convenit illis, miſerabilibus animabus, quæ pro quibuslibet indultis flagitijs pœnam purgationis experiuntur. Hæ etenim ſub ſpe miſericordiæ Dei retentæ ſunt, ne damnarentur, & in ſpe ſequentis liberationis ratas habent, id eſt fiducialiter ſufferunt pœnas illas Purgatorij. Ipsáque ſpe illæ in tantis cruciatibns tótque intolerabilibus tormentis refocillantur, & recreantur, quaſi quadam aquæ guttula in extremo digiti, id eſt, ultimo tempore vitæ earum deſuper miniſtrata, quæ damnato diviti meritò denegatur. *Quintò* dicitur Spiritus, quaſi *ſpe irritus, vel rictus, id eſt abſorptus, vel retiatus*: Et ſic ſunt miſeræ illæ animæ, æternis tormentis datæ, quæ in carne poſitæ in ſpe peccaverunt, & iniqua præſumtione irritaverunt bonitatem Dei: Quia ædificaverunt peccata ſua in miſericordiam DEI, quæ nequaquam ferax eſt talis ædificii, & ita irritæ ſunt, id eſt, extra ritum ſalutis

abierunt in spe vana, in qua rectæ, id est, absorptæ & æternaliter perditæ sunt. Et spe retentæ sunt, quia in spe peccantes Diabolus inextricabilibus retibus implicavit: Et hæ tales sunt, sine spe Salvationis: Quia in inferno nulla est redemtio. *Sextò*, Spiritus dicitur, quasi *spiratus, vel spirare iratus, vel spira iratus.* Et sic Diabolo convenit. Ille enim quasi *spiratus* & *globatus* est eo, quòd in simplicitate subtilis & in subtilitate simplex appareat, ut animas decipiat. Sicut enim circulus non habet principium, nec finem, ita suas fallacias ordinat simpliciter & præstigiis exercet subtiliter, ut simplex homo nesciat, unde quælibet suggestiones sumant exordium, à quo præcedant, & ad quem finem tendant. Solet enim malignus ille animarum hostis suggerere, quod in se rectum est, sed circumstantias habet occultas in pejus tendentes. *Ita* inquam, *suggerit bonum, non ut bonum; sed malum præstantius sequatur. Suggerit vel in heremum, non ut conceptam pœnitentiam exerceas; sed suggestionibus paulatim ad latrocinandum te inducat. Et vetulas instigat, pro quolibet casu invocare Sanctos, & qualibet illis xenia offerre; non quòd bonum promoveat, sed superstitionem suscitet pestilentem.* Et propterea dicit

cit Petrus: Vigilandum esse fidelibus, quia adversarius eorum Diabolus circumeat, quærens, quem devoret. Ecce venit ergo, non palàm aggreditur, quia tum nihil proficeret. Nullus enim eum se palàm offerentem imitaretur, quanquam etiam plures invocent Dæmonia. Circumeuntem enim desperati affectant, quem palàm venientem territi abhorrerent. *Multi Diabolos conjurant, & (NB) varia superstitionis ludibria exercent in quacunque mysteria vel suffragia â Dæmonibus impendenda.* Crede mihi veniens non palàm se offert, sed in circuitu ambulat. *Videris tibi terrere Dæmonium, credis tibi conjurare Diabolum, putas illum ad tua vota ampellere. Crede mihi in circuitu ambulat, non palàm se offert tibi: Videtur mansuetus & debilis, qui, Job teste, est fortior orbe terrarum.* Sed non est crudelissimus, robustissimus inquam ille, propter characteres tuos blandus & debilis. Sed ut tibi crudelior fiat, & fortitudinem suam in te vehementiùs exerceat. *Non terres tu Dæmonium; sed territum se simulat, ut te terrere æternaliter possit. Non conjuras Diabolum; sed conjuravit ipse prior te, ut te aliquid in se posse simulet, qui sic in te suam quoque potentiam exponere satagit. Non compellis Dæmonium; sed quem compulsum æstimas, ille te in suam potestatem compellit.*

pellit. Tua vota exequitur, ut in tua vota se alliciat. Ecce, quomodo non palàm, sed in circuitu ambulat. In circuitu, inquit Psalmista, impij ambulant. In circuitu ambulant, quia non palàm, sed ad fraudem latenter & insidiosè incedunt. Et innodatus, intricatus, glomeratus, involutúsq; & globatus est, ut decipiat nequam ille, etiam si fieri posset, Electos. Sicut enim se ipsum, quasi globus, qui si in proclivi sit, descendit non quomodocunque, se sed ipsum trans volvens, ita ut nec latera quidem quolibet obice pulsa erecta consistãt, sed perversus ad facilem offensam globus, quod prius terra intacta lateraliter convolvebatur, jam in terra ebrioso itinere alternatas in se vices recipiens volutanter discurrit: Quid plura? Si in plano quantum libet sit, quid facilius mobiliúsque globo? Si lapidem globatum maximum mole impellas, statim declinat, hinc illinc, quem quadratum nec movere quidem posses: Hæc, inquam, similitudo est Diabolicæ factionis. Qui statim declinans descendit in se ipsa confusa. Quòd si in planum veniat, id est in hominem simplicem, cui omnia plana sunt, quia dum de nullo se scit expedire, de nullius investigatione se impedit, & quælibet apparentia quasi plana concedit.

dit. Veniens itaque Diabolica rotundata suggestio, si eam primò recipiat, statim tamen aliter admonitus reprobat. Quia enim in se ipso nullum reperit stabile fundamentum, dum nec hoc, nec illud intelligat, consilium accipit à peritis; Et informatus, quòd suggestio specie boni phalerata sit. Nam bonum propter circumstantias malas reprobatur. Et malum in se ex circumstantiis bonis, si malo præstantiores sint, laudatur: Statim globum Diaboli impellens removet, quia etsi occupaverit mentem, nondum tamen vel parum pro sui stabilimento gravavit. Sicut solet gravari ubi locum suæ rotunditati aptum intraverit, vel in plano jactus non statim repellatur. Illic enim firmans se gravissimus efficitur, qualiter est demonstrare in hominibus, qui quam libet suggestam voluptatem, vel malitiam satagunt experiri & exercere. Illi enim, secundum Apostolum, habent cauteriatam conscientiam & perforatam, in qua possit se Diabolicæ fraudis rotunditas singulè firmare. Dicitur etiam *spira iratus*, id est, hominibus, qui sunt in spira Mundi. Duo enim sunt principalia peccata, quæ habet Diabolus, superbia, qua corruit, & invidia, qua in æternum tabescit. Invidet enim animabus, sciens

ens suppleturas eas esse locum beatitudinis: Unde ipse pro sua superbia trajectus est. Hinc etiam dicitur *spira irritus*, quia quomodocunque eas impediat semper in circuitu ambulans, nunquam quiescit. Irritus enim est & in se, semper anxius, semper confusus, nunquam quietus, & æquè non fert alijs promissum, quod amisisse se dolet. Hinc illaqueator ille animarum mille retia se tetendisse gloriatur, ut unicam animam prendat, & annis mille inquietum fuisse se gaudet, si unam animam à salute sua impediat, in suúmque frendens distrahat æternum tormentorium. Et hæc de interpretationibus illius dictionis *Spiritus*. Ex quibus liquidò constat, duo esse spirituum genera, quia unus Spiritus est creans, & ille est DEUS omnipotens omnium Spirituum & corporum, Creator ineffabilis. Omnes alij Spiritus ab eo creati sunt, & illorum prorsus sunt duo genera; *quia alius est creatus in corpore, sicut anima hominis, quæ imaginem Dei habens à Deo infunditur*, & illa exuta corpore Spiritus dicitur. Hæc *Petrus Treverensis*. Multa inter allusiones seria, de ludicro cum primis Exorcistarum exorcismo, Sanctorum perseverantia, animarum creatione, &c.

IV. Hoc

IV. Hoc ignorantiæ monstrum ut pelleretur, Collegii quidem precibus, ut sumtus in studia [a] Academica impenderentur, fuit impetratum, unde vel [b] Basileam vicinam, vel Heidelbergam etiam non pauci, studiorum gratia, concesserunt; Scholasticis tamen & Philosophicis, quàm vel Theologicis, vel humanioribus imbuti redierunt literis. Unde continuatæ de malè collocato tempore [c] querelæ, Linguarum Orientalium, [d] Græcæ cumprimis & Hebraicæ, summus neglectus, [e] Bibliorum contemtus, &c.

a. A. Ch. 1420. cùm statuta, varijs urgentibus corruptelis, Præposito Leonhardo Mostardo, nonnulla vel confirmarentur, vel conderentur, decretum etiam pro portione Studentibus in Scholis Generalibus impertienda, his verbis fuit insertum: *Item eodem, ut præmittitur, durante Capitulo, & rerum Magistra edocente experientia multis fuimus argumentis informati, fraudem nostris legibus evenire, & dum favore pio aliquos prosequimur, & prærogativa decoramus, eadem sibi concessa abutuntur. Hinc est, cùm ex indulto Apostolicæ sedis, & nostro statu-*

 to,

to, fructus in studio Generale existentibus impertiri solebamus, & nos eosdem hujusmodi studio insudare æstimamus, ad alia loca extra eadem studia se transferre satagunt; aut à tempore arrepti, ut asserunt, antequam ad dicta studia perveniant in plerisque locis per longas moras se retardant. Idcirco, ut præmittitur, statuimus & ordinamus, ut de cætero ad dicta studia proficisci volentes in accipiendo itinere coram nostro Capitulo compareant, & quòd sine dolo & fraude statim & sine ficto impedimento properare intendant, & de hoc corporale præstent juramentum. Et insuper à Rectoribus & Doctoribus hujusmodi suorum studiorum legitima documenta, ad quantum tempus in eis perrexerint, reportare non omittant. Et si secus fecerint, debitam Præbendorum portionem recipiendam sibi noverint interdictum.

b. Nomina occurrunt tum in *Originib. Carolin.* pag. 25. tum in *Collegio Sapientiæ Heidelbergæ*, à nobis conscripto.

c. Zuinglii judicium dedimus suprà T. VI. p. 194. Bullingeri, *Anal.* pag. 6.

d. Unde ne unum hactenus inter Antecessores vel vidi, vel legi, qui vel mediocris peritiæ documenta reliquerat. Vide *Anal.* p. 9.

e. Quod

e. Quod Majores noſtri non diſſimularunt. Teſtimonia vide l. c. p. 17.

V. Ad *Monaſteria accedimus.* Habuit Helvetia, adeóque Pagus Tigurinus [a] Eremicolas à longo tempore non paucos; ſed ſeriùs eos, qui certis [b] ordinibus, legibúsque diſtinguerentur; admiſit: ipsáque paulatim [c] Monaſteria in publicas migrârunt Scholas. Cùm verò ultima hac Periodo, Monaſticus Ordo à prima inſtitutione multum deviaret, factum hinc fuit, ut & Clerus, & Cives etiam, publica cum primis Magiſtratus authoritas, eorum ſe conatibus, vel opponerent, vel apertè eos reprehenderent.

a. De quibus, eorúmque ſimiis, & degeneribus imitatoribus nonnulla habet *Stumpf.* l. 7. c. 4. Ubi nonnulla ἀξιομνημόνευτα refert de *Nicolao Subſylvano*, qui ita Eremum incoluit, ut nec ipſe alterius ſe regulis adſtringere voluerit, nec alijs author, ut ordinario vitæ inſtituto deſerto, Sylvicolæ eſſent. *Petrus* etiam *Treverenſis*, Sacellanus Tigurinus Tractatum ſcripſit, de *Nicolao Subſylvano.* *Nicolaus, terraneus Underwal-*

dervvaldensis (sic materiæ argumentum ipse proponit,) *aliâs Subsylviensis bonæ famæ odorem ex omni parentela redolens, ab ineunteq; ætate bonum sibi apud cunctos testimonium vitæ laudabilis faciens magnam in dicta terra auctoritatem sortitus est, ubi ad majus Consilium assumtus cum uxore & liberis de labore manuum suarum vixit feliciter. Sed solitaria vitæ amore concepto mundo occupari fastidiens, à Consilio se absolvit. Posteaquam adhuc, etsi sub celato proposito conjugetenus vivens, magnam cepit abstinentiam imitari, quousque conjugali oblectamento & solatio liberorum postpositus in vastam heremum à suis non procul distantem laribus confugeret. Vbi jam ad ripam arta valle defluentem vixisse dicitur annos sedecim absque cibo.* Hic jam quæritur. 1. *An licuerit sibi, relictis uxore & liberis heremum petere? An standum sit natura, vel miraculo, eum vacuo tot annis vixisse stomacho.* Et quamvis initio Msc. hanc ad posteriorem quæstionem reperiam ἐπιχείρημα. *Genio vel miro, Niclaum non edere credo*; in ipsa tamen tractatus serie, hanc abstinentiam naturæ transscribit. *Audivi*, inquit, p. m. 21. *ego à viris probatæ auctoritatis & Scholasticis de quadam juvencula, quæ certis mensibus, puto autem quod & angarys natura cogente inedia manserit. Sunt hæc profectò naturalia, & non impossibilia apud naturam*

turam &c. Nam ſicut natura humana exſors non eſt, qui de ſqualore obtuſi carceris eductus fortitudinem aëris non patitur, quo aliquandiu cum moleſtia caruit: Ita non innaturaliter cibo carere poteſt, quis ſine quo aliquando vivere non potuit, ſi ſaltem aliter paſcatur.

b. Benedictini primi erant, tum in ipſa Urbe, in Collegio Abbatiſſano, Seculo IX. (ubi tamen notandum, prima fundationis inſtrumenta Benedictini Ordinis non meminiſſe, meminit autem Epiſcopus Conſtantienſis *a Ch.* 1148.) tum Duelli (Twiel) *a. Ch.* 966. poſtea Lithopoli *a. Ch.* 1005. *Ciſtertienſes* ſequebantur Capellæ, *a. Ch.* 1185. Selno viæ; Spec. Tig. p. 281. *Auguſtiniani*, tum in urbe, 1256. biennio poſt Ordinis ortum, tum in Monte fragorum propè Vitodurum; tum denique in monte Thuricenſi, qui tamen Canonici erant Auguſtiniani *a. Ch.* 1154. *Præmonſtratenſes*, in Ruti, *a. Ch.* 1208. *Prædicatores* in urbe 1230. ad Toſam, 1233. & Ottenbachium Spec. Tig. p. 202. *Lazaritæ*, ab *a. Ch.* 1159.

c. Quod quàm ſit verùm, tam ex *Straboni*s actis manifeſtum, quàm ex *Goldaſto* rer. Alem. T. I. & II. quæ, ſtudiis etiam Græcis tum locum fuiſſe in Carolino Sangallenſi, diſertè probant; *Conf. Anal.* P. 1. p. 22.

Adeò

Adeò ut mirari subeat, adeò pertinaciter negare *Crusium* Jesuitam in Comment. Hayom. discurs. Tract. IV. l. 1. c. 9. S. 9. Monasteria olim primariò Scholas fuisse.

c. Id, quod jam paulò distinctiùs enarrabimus. Notandum ergo,

A. *Ordines mendicantes non à Magistratu tantùm in Civitatem; sed etiam à Clero in sacrorum functionem ægrè fuisse admissos.* Qua de re ipse conquestus fuit Gregorius Pontifex *Spec. Helvet.* p. 292. Unde & in eorum favorem Bulla prodijt, quâ in aliquam publicorum sacrorum administrationem jam *a. Ch* 1225. admittebantur: Ib. Quàm verò malè novis colonis, sacris ubique publicis inhiantibus, cum Ecclesia Collegiata convenerit, ex alio *a. Ch.* 1254. à Capitulo impetrato, patet scripto. Illud verò tale est: Eberhardus, Dei gratia, Constantiensis Episcopus *Universis religiosis Clericis, Laicis, cujuscunque sint nominis & ordinis, utriusque sexus per suam Diœcesin constitutis salutem.* Literas Domini Innocentij Papæ IV. integras in nulla sui parte vitiatas, aut cancellatas recepimus, in hæc verba. *Innocentius servus servorum Dei. Venerabili Fratri Episcopo Constantiensi salutem & Apostolicam benedictionem.* Lecta coram nobis gravis dilectorum

rum filiorum Præpositi, Plebani & Capituli Ecclesiæ Thuricensis tuæ Diœcesis querimonia continebat, quod licet in ipso & aliis Ecclesiis, ad eos immediatè spectantibus ad audiendas Parochianorum ipsorum confessiones deputaverint Sacerdotes, qui ægras mortalium mentes pia moderatione, pro ætate, sexu, & viribus ad salutem perducere divina curatione noverunt, nihilominus tamen ipsi Parochiani irrequisitis eisdem Sacerdotibus, imò potiùs damnabiliter vilipensis ad quosdam religiosos, velùt apud ipsos resinam duntaxat salutis inveniant, se temerè transferentes, opertos eis peccatorum nudant morbos, iniquitatis revelant secretum, & nexus vitiorum in Confessione depromūt. Et quanquam iidem religiosi cùm non sint sui judices, ipsas non possint solvere vel ligare, imaginariâ tamen quadam absolutione ipsis illudere, ac nostræ peregrinationis, postmodum conferre viaticum, in suarum non verentur dispendium animarum. Ex quo illud inconveniens evenit, quod celerem sibi Parochianus talis damnationem inducit, qui non dijudicans corpus Christi, ipsum à labe sic suscipit criminum non mundatus & Sacerdos illi, apud quem pro tali Parochiano ægroto animam

nimam suam defixit, non propter vultum ejus ignorans dignam de illo reddere rationem, nec ei suæ curæ, commisso salubria parare remedia, cum ægritudinem suam, ejusque circumstantias aliquatenus non agnoscat. Porrò tanquam parum sit proprios tales Sacerdotes despicere, nisi eorum Ecclesiæ pariter contemnantur, ijdem Parochiani sicut prædictorum Præpositi, Plebani, & Capituli habebat assertio, cum in præfatis Ecclesiis tam in officijs divinis, quàm sacræ prædicationis eloquijs aureæ devotionis vocem sui deberent suscipere Sacerdotis, ipsis Ecclesijs contra Sanctorum Canonum statuta contemptis, ad eorundem religiosorum divertũt Ecclesias, prædicta officia inibi pro suæ voluntatis arbitrio audituri, propter quod ipsis nihilominus religiosis, qui tales deberẽt præsumptores abjicere, eos cum gravi aliorum jactura allicientibus, & ut fertur inducentibus, ad præmissa contingit prædictos Præpositum, Plebanum, & Capitulum, ac Rectores Ecclesiarum ipsarum solitis Parrochianorum suorum oblationibus, aliisque operationibus multipliciter defraudare, Cæterum adjecerunt ijdem Præpositus, Plebanus & Capitulum, quòd si Parrochianorum suorum, nec non & earundem

rundem Ecclesiarum contingat in ægritudinis lectum decidere, statim confluunt religiosi prædicti, & plerumque infirmum invitatione præventâ sub pietatis specie, visitantes ipsius testamentum componunt, & ordinant magno tandem ascribentes muneri, si executores mereantur ipsius fieri Testamenti. Quid plura? Blandis ipsorum infirmus illectus sermonibus, omissis avitis & paternis sepulchris apud eos eligens sepeliri ampla ipsis, prædictis verò Ecclesiis nulla vel modica legata largitur, & ut ex hujusmodi legatis præfati Præpositus, Plebanus & Capitulum ac Rectores prædicti, non possit ab eis, Canonicam ex eis exigere portionem, interdum ipsa, ut creditur, non sine fraudis comento, ad fabricam, & perpetuum divinū cultum suarum Ecclesiarū relinqui procurant. Verùm cùm per has & alias ab ipsis religiosis memoratis Præposito, Plebano, & Capitulo ac Rectoribus multiplices irrogatas injurias, ipsi mutilationem in suis beneficiis non modicam patiantur, fuit nobis ex parte ipsorum humiliter supplicatum, ut molestijs & injurijs terminum dignaremur imponere supradictis. Nos itaque, qui cunctos Christi fideles, & præsertim regulares ordinis Professores eo providentiæ studio

gubernari cupimus, ut in eis curioſus etiam ſcrutator nihil invenit nota dignum ipſorum religioſorum famæ. Parochianorum ſaluti, & prædictorum Præpoſiti, Plebani, & Capituli ac Rectorum prædictarum Eccleſiarum profectis, ſalubriter providere volentes, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præfatos Parochianos, ne contemptis Eccleſijs prædictis pro divinis audiendis officijs, & recipiendis, temporibus congruis, Eccleſiaſticis Sacramentis ad alienas accedant Eccleſias, nec non & ipſos religioſos, cujuscunque ſint Ordinis, ne in aliorum præjudicium Parochianos præfatos ad hujusmodi officia ſeu Sacramenta recipiant, nec Confeſſiones audiant eorundem, niſi petita priùs & obtenta licentia à Sacerdote proprio, juxta ſtatuta Concilij generalis, nec etiam niſi apud eos ex devotione animi elegerint tumulari, ipſos ad ſepulturam admittant. Ita tamen, quod tunc eædem Eccleſiæ portione Canonicâ nec fraudentur, auctoritate noſtra, per te, vel per alium attentus moneas, & inducas eos ad id, & ut de cætero ab hujusmodi prædictorum Præpoſiti, Plebani, & Capituli, ac earundem Eccleſiarum Rectorum moleſtijs & injurijs omnino abſtineant per

Censuram Ecclesiasticam appellatione remotâ, prævia ratione compellere. Non obstante aliquâ indulgentiâ religiosis ipsis, aut alijs, sub quacunque forma verborum ab Apostolica sede concessa, per quam non expressam præsentibus, de verbo ad verbum præmissa impediri valeant vel differri. Datum Assisij 6. Id. Maij Pontificatus nostri *Anno undecimo.*

Cupientes igitur devotione debitâ exequi, quod mandamus: Universos eos religiosos & singulos monemus, rogamus & hortamur in Domino propensiùs consulendo; Laicis verò sub pœna excommunicationis ex authoritate, quâ fungimur, districtè præcipiendo mandamus, concedimus contra formam juris communis, & ordinationes seu provisionem domini Papæ prænominatis, Præposito, Plebano, Capitulo, & earundem Ecclesiarum Rectoribus, sub aliquo velamine pietatis vel religionis aliquas injurias vel molestias maximè circa articulos in Autentico Domini Papæ conscriptas de cætero præsumatis vel attentetis aliqualiter irrogare. Alioquin salvo honore nostra dissimulare non possumus, nisi contra vos procedamus, juxta formam nobis traditam, cum ab eisdem Præposito, Plebano, Capitulo, earundem-

que Ecclesiarum Rectoribus, fuimus requisiti. Datum Constantiæ 14. Kal. Oct. Anno Domini *Millesimo, ducentesimo, quinquagesimo quarto.*

Sed non multum huic rescripto detulisse videntur Fratres Minores; vertente enim statim duodecennio, aut præter propter, mota circa Parochiani Thuricensis sepulturam, lis, sequentem, Episcopi Constant. deposcebat interpositionem: Eberhardus, Dei gratiâ, Constantiensis Episcopus, omnibus in Christo fidelibus in Domino karitatem: Divini cultus augmentum affectantes, vota religiosorum nostræ Diœces. favore debito prosequi cupimus, ut cùm ad ipsos fidelium mentes in devotionem convertimus, ex hac reverentia, Clero debita, minui nullatenus videantur, sed inter unius membra corporis mutua karitas solidetur. Noverint igitur præsentes, & posteri, quòd mota quæstione super sepultura cujusdam Parochiani Plebanatus Thuricensis cum ex hoc inter præpositum & Capitulum ipsius Ecclesiæ ex una, & fratres Domus Minorum in Thurego, ex parte altera, orta foret discordia, & in alijs etiam eisdem disceptantibus per discretos Viros. B. Custodem, & Magist. Walthonem

thonem Ecclesiæ nostræ Canonicũ, à latere nostro missos ad inquirendum, invenissent aliqua correctione digna, & ijdem pacẽ & quietem partium antedictarum providè cogitantes prudentum consilio per viam compositionis concordiam pietatis studio procurantes, ordinaverant unanimi consensu prædictorum, *quòd* (NB) *verbis detractorijs, sicut decet, utrinq; dimissis semper & exclusis*, quæ scandalum generant, ac bonum conscientiæ perturbant, Fratres ipsi, quanquam Subditorum ipsius Plebanatus, ad eligendum apud se sepulturam per se vel per alias madias personas nullo modorum alliciant aut invitent. Item non ex ambitione suspecti, quod absit, aut aliquis eorum, suæ innitendo prudentiæ, populum à consuetis elemosinis, tricesimis, remedijs quocunque nomine censeantur, præsumat avertere, sed potiùs ad ea & similia bona opera fideles studeat animare. Cavendum etiam addiderunt, ne Fratres sæpedicti divinum officium, à Canonicis, seu Plebano peragendum per suas prædicationes aut alias operationes populum occupando, aliquatenus impediant, in hoc Capituli honestati, cum mansuetudine deferendo. Sed ne zelus spiritualium hominum ambigat

 æquali

æquali pondere subsistere karitatis cautius est adjunctum, quod etiam ipsi, Capitulum, & Plebanus, totúsque Clerus Thuricensis paupertatem Fratrum ipsorum voluntariam, compassionis animo supportando universos & singulos in concepta devotione confortantes eos frequentius exhortentur, ut de bonis à Deo sibi concessis sæpedictis Fratribus, qui in commissis animarum curis Ecclesiarum Rectoribus propensius suffragantur, suas elimosinas curent liberius erogare. Et ut futuris temporibus discordiæ materia & occasio litis excludatur, conventum est, quod si casu quolibet emergat aliquid contentionis inter Fratres & Capitulum antedictos, se invicem requirant cum modestia, litem motam sopiendo, ne suadente hominis inimico subrepat Cysania pacis & quietis inimicum, vel saltem ad ipsum, ceu Superiorem, sine quolibet odio & absque strepitu transferatur dirimendum. Nos autem tranquillitati prædictorum & saluti paterna sollicitudine providentes, *quod ab ipsis tam providè factum est ordinatum unanimiter & statutum, ratum & gratum habentes, præsentibus duximus confirmandum, has literas sigilli nostri munimine roborando. Datum Constant. a. D. MCCLXVI.* Quo verò semel

erat

erat imbuta recens ſervabat odorem teſta diu; funem contentionis trahebant deinceps etiam: Unde & a. Ch. 1288. privilegium Innocentij ad jus commune Eccleſiæ Tigurinæ conceſſum, & ſuprà jam exhibitum, per Rudolphum Conſtantienſem, denuo ad petitionem Præpoſiti, Plebani & Capituli Eccleſiæ Tigurinæ fuit publicatum, quale etiam præceſſit ab Eberhardo, a. Ch. 1254. Idem fatum Prædicatores etiam novos urgebat hoſpites. Pedibus reſiſtebat manibúsque Clerus Tigur. ne per eos Sacra peragerentur, vel Confeſſiones audirentur. Unde a. Ch. 1362. hujuscemodi prodiit Conciliatiorium: Nos Heinricus, Dei gratia, Epiſcopus Conſtantienſis Arbitrator, ſeu amicabilis Compoſitor inter curatos Eccleſiarū parochialium ex una & Prædicatorum ac Minorum, necnon Eremitarum Sancti Auguſtini ordinum Fratres, noſtrarum civitatum & diœceſium parte ex altera, ſuper diſcordia pridem inter eoſdem, ſatore zizaniæ procurante, ſuſcitata ſuper Confeſſionibus ſubditorum, Curatorum Prædicatorum liberum ſibi, confiteri volentium, audiendis pœnitentijs, eisdem imponendis, & abſolutionibus, impendendis, ſedanda, ab ipſis precibus concorditer aſſumtus, receptum per

 nos

nos literis, privilegijs, juribus & informationibus partium prædictarum, nec non literis nostris, & antecessorum nostrorum Constantiensiũ præfatoru, Fratribus, super promissum datum & concessum. Et ab Episcopis diligenter visum, lectum & prospectum comunicatóq; desuper juris peritorũ consilio dicimus, Fratres ordinum Prædicatorum à suis Superioribus ad nostras civitatem & diœcesſ. electos, & per nos & antecessores nostros ad hujusmodi salutare ministeriũ admissos ripus admissionem hujusmodi, habere de nostra, nostrorúmque Antecessorum gratia, licentia, beneplacito & admissione præsentatum, Confessionibus Subditoru, dictoru Curatorũ, liberum sibi confiteri volentium, audiendi, pœnitentias salutares sibi imponendi, ac absolutionis beneficium eisdem impendendi, in nostris civitate & Diœcesi, præsentibus pronunciamus: Non obstantibus declarationibus quibuscunque per nos, Vicarium, seu officiales nostros in contrarium factis; etiam præsentes, in quantum præmissis adversantur, tollimus & revocamus, salva tamen in præmissione Sedis Apostolicæ declaratione, damna etiam, & expensas factas & illata hinc inde compensantes

ſantes, Præcipientes omnibus & ſingulis curatarum Eccleſiarum Parochialium noſtrarum civitatum & Diœceſ. ſub pœna etiam ſuſpenſionis, ab officio divinorum, canonica monitione trium dierum præmiſſa: Utque præmiſſa ſuis publicet in cancellis, cum deſuper fuerint requiſiti, mandamus, per te Notarium publicum ſubſcriptum, præmiſſa omnia & ſingula in formam publicam redigi, & noſtri ſigilli appenſione muniri. Datum & actum in caſtro noſtro Clingnow, a. D. milleſimo, treceteſimo ſexageſimo ſecundo, in vigilia purificationis beatæ Mariæ Virg. in Chriſto Pont. ſanctiſſimi Patris ac Dn. Dn. Innocentii, digna Dei providentia, Papæ VI. Año decimo, Indictione XV. præſentibus diſcretis viris, Dominis, Henrico dicto Spicwart Baſileenſi, Wielando Sancti Johannis Conſtantienſis Eccleſiarum Canonicis, Johanne Schleichemi, Plebano in Clingnow & Heinrich Schechellin Præmiſſario, ibidem, teſtibus ad præmiſſa vocatis pariter & rogatis. Quid jam ante a. Ch. 1285. in favorem Conventualium, per decretum Synodicum præſtitum ſit, diximus in *Anal.* p. 58.

B. *In iisdem, vel aliis etiam Ordinibus, apertè reprehenderant Majores, ſacrilegas elee-*

mosynas, a *vitam* b *luxu diffluentem*, *religionis contemptum*, *indéque pullulantes apertam* c *Apostasiam. Vnde in ipso jam Papatu authoritas ordinum non uno nomine impetita fuit. Illud vel auditu mirabile, ipsos Dæmones Monachorum desidiam* e *exagitasse*, *& tergiversantes officij monuisse.*

a. Unde multos, Clericos etiam Tigurinos, malè habuit, homines robustos ex eleemosynis vivere, iisque, qui per ætatem vel attritas vires, laborare amplius non poterant, Colum quasi, per ἄχθε, ἀέχενς, eripi. Magno in tales ferebatur zelo celeberrimus Seculi sui Decretorum Doctor, *Felix Hemmerlin*, Cantor Tigurinus, publicis scriptis validos mendicantes impugnavit qui: & quanquam eo nomine publica authoritate fuerit reprehensus, causam tamen suam *Plebano S. Petri*, in hunc modum commendavit: *Ex quo inter opera pietatis eleemosyna tenet principatum, & in se magnas habet virtutes*, prout colligere poteritis Tobiæ 4. & alibi. Nec salvabitur justissimus, nisi fecerit hujusmodi opera, prout continetur in sententia judicis extremi, qui dicit: Esurivi, & non dedistis manducare. Ecce, quàm cautè est procedendum, ut illi, qui dare velint, hujusmodi eleemosynas, ne perdant labores & expensas, ut scil. tantùm

tùm dent illis, quibus dare debemus, videlicet veris pauperibus, debilitatis, qui laborare non non possunt: *Sed perpendes, quòd illi, qui laborare possint, peccant graviter recipiendo eleemosynam*, quia scriptum est, qui recipit, idquod verè pauperibus est erogandum, omnem prædonū crudelitatem superat, & ita crudeliter & mortaliter peccat. Sed ex quo facientes & consentientes eadem pœna puniūtur. Plus ergo peccant illi, qui non tantùm consentiunt illis crudelibus peccatoribus; sed insuper fovēt, dant, cibant, & potum tribuunt eisdem. Ecce, quomodo illi sic Eleemosynas dantes non tantùm perdunt magnam gratiam, imò parem pœnam crudelitatis cum illis crudeliter & mortaliter peccātibus accipientes intereunt. Ita modò perpendatis, *quia dudū prædicâstis contra validos mendicantes, sed quia non advertunt, oportet per alios modos procedere contra eos*, prout excomunicantur Judæi: Quia videlicet ex quo extra Ecclesiam sunt, excommunicari non possunt; sed indirectum excommunicantur, quia Christianis prohibetur omnis communicatio ad eos videlicet non vendendo, vel cum eis quovis modo conversando, & per hoc miserabiliter cruciantur. Ita de Beghardis,

qui

qui mandata Ecclesiæ non servant, nequ curant, & quia extra Ecclesiam sunt sicu Judæi; sed quia non curant hujusmod mandata, prout vidistis, procedatis con tra alios ex fidelibus, *ipsos inducendo, ut elee mosynas dent, ita quòd ipsis non fiat in peccatum aliorum maledictio, sed salus & benedictio in Se cula Seculorum, Amen.* Ergò & Plebano S. Petri irreligiosum hoc validorum mendicantium displicuit otium.

b. Qua de re ejusdem *Malleoli* extant testimonia *Analect.* p. 25.

c. Specimen horribile dedit profligatus ille claustralis, qui sub Sacraměti specie toxicum propinavit Henrico VII. Regi Romanorum, quo scelesto facinore Minoritæ in omnium incurrerunt odium, ipso teste *Joh. Vitodurano* nostro, l. c. p. 26. præsertim *Hist. Eccles.* Sec. XIV. p. 752. ubi tota Historia prolixè enarratur, addito Tigurinorum super eo casu judicio.

d. Alii enim transierunt in castra Judæorum. *Joh. Vitodur.* p. m. 37. b. Circiter ista tempora, quidam lector in ordine Fratrum Minorum, quodam maligno Spiritu dominatus, judaizare cupiens ab ordine apostatari declinando ad Judæos, apud qu[illegible] tandem proditus in quodam oppido Alsatiæ, à fratribus captus est & ad fratres de ductu

ductus, qui dum eum per argumenta, rationes & auctoritates S. Scripturæ convincere non possent, ut ab erroris proposito cæptóque desisteret, nam instantias eorum confutabat, & in quantum poterat, refellebat: ipsum de Alsatia in Herpibolim urbem ibi arctæ custodiæ, quousq; ab errore sibi infiscato resipisceret, deduxerunt. Cùm autem ad quoddam oppidum dictum Werdach devenissent, & eum in stupa hospitij, fratrum Domini, percepta refectione, ut ulterius pergerent, reclusissent: ipse interim per fenestram prospiciens contra vicum, populum transeuntem allocutus alta voce fuit: O vos omnes, qui transitis, licet me videtis, & sciatis me non esse Christianum, sed Judæum, & eorum fide moriturum: hujus rei in signum me ipsum in oculis vestris rransfodiam, & arrepto his dictis cultro incautè in stupa relicto, in conspectu hominum concurrentium, ad vocem suam, se cum cultro usque ad mortem vulneravit, quem fratres semivivum post refectionem invenientes, nimis consternati, ad metam itineris perduxerunt, ubi altera die, vitam finiens sepultus illic in horto Fratrum fuit. Alij Turcis accesserunt. Talis erat *Stephanus* de Hungaria oriundus, in civitate Imperiali

gubernari cupimus, ut in eis curiosius etiam scrutator nihil invenit nota dignum ipsorum religiosorum famæ. Parochianorum saluti, & prædictorum Præpositi, Plebani, & Capituli ac Rectorum prædictarum Ecclesiarum profectis, salubriter providere volentes, Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus præfatos Parochianos, ne contemptis Ecclesijs prædictis pro divinis audiendis officijs, & recipiendis, temporibus congruis, Ecclesiasticis Sacramentis ad alienas accedant Ecclesias, nec non & ipsos religiosos, cujuscunque sint Ordinis, ne in aliorum præjudicium Parochianos præfatos ad hujusmodi officia seu Sacramenta recipiant, nec Confessiones audiant eorundem, nisi petita priùs & obtenta licentia à Sacerdote proprio, juxta statuta Concilij generalis, nec etiam nisi apud eos ex devotione animi elegerint tumulari, ipsos ad sepulturam admittant. Ita tamen, quod tunc eædem Ecclesiæ portione Canonicâ nec fraudentur, auctoritate nostra, per te, vel per alium attentus moneas, & inducas eos ad id, & ut de cætero ab hujusmodi prædictorum Præpositi, Plebani, & Capituli, ac earundem Ecclesiarum Rectorum molestijs & injurijs omnino abstineant per

Cen

Censuram Ecclesiasticam appellatione remotâ, prævia ratione compellere. Non obstante aliquâ indulgentiâ religiosis ipsis, aut alijs, sub quacunque forma verborum ab Apostolica sede concessa, per quam non expressam præsentibus, de verbo ad verbum præmissa impediri valeant vel differri. Datum Assisij 6. Id. Maij Pontificatus nostri *Anno undecimo.*

Cupientes igitur devotione debitâ exequi, quod mandamus: Universos eos religiosos & singulos monemus, rogamus & hortamur in Domino propensiùs consulendo; Laicis verò sub pœna excommunicationis ex authoritate, quâ fungimur, districtè præcipiendo mandamus, concedimus contra formam juris communis, & ordinationes seu provisionem domini Papæ prænominatis, Præposito, Plebano, Capitulo, & earundem Ecclesiarum Rectoribus, sub aliquo velamine pietatis vel religionis aliquas injurias vel molestias maximè circa articulos in Autentico Domini Papæ conscriptas de cætero præsumatis vel attentetis aliqualiter irrogare. Alioquin salvo honore nostra dissimulare non possumus, nisi contra vos procedamus, juxta formam nobis traditam, cum ab eisdem Præposito, Plebano, Capitulo, earundem-

que Ecclesiarum Rectoribus, fuimus requisiti. Datum Constantiæ 14. Kal. Oct. Anno Domini *Millesimo, ducentesimo, quinquagesimo quarto.*

Sed non multum huic rescripto detulisse videntur Fratres Minores; vertente enim statim duodecennio, aut præter propter, mota circa Parochiani Thuricensis sepulturam, lis, sequentem, Episcopi Constant. deposcebat interpositionem: Eberhardus, Dei gratiâ, Constantiensis Episcopus, omnibus in Christo fidelibus in Domino karitatem: Divini cultus augmentum affectantes, vota religiosorum nostræ Diœces. favore debito prosequi cupimus, ut cùm ad ipsos fidelium mentes in devotionem convertimus, ex hac reverentia, Clero debita, minui nullatenus videantur, sed inter unius membra corporis mutua karitas solidetur. Noverint igitur præsentes, & posteri, quòd mota quæstione super sepultura cujusdam Parochiani Plebanatus Thuricensis cum ex hoc inter præpositum & Capitulum ipsius Ecclesiæ ex una, & fratres Domus Minorum in Thurego, ex parte altera, orta foret discordia, & in alijs etiam eisdem disceptantibus per discretos Viros. B. Custodem, & Magist. Walthonem

thonem Ecclesiæ nostræ Canonicũ, à latere nostro missos ad inquirendum, invenissent aliqua correctione digna, & ijdem pacẽ & quietem partium antedictarum providè cogitantes prudentum consilio per viam compositionis concordiam pietatis studio procurantes, ordinaverant unanimi consensu prædictorum, *quòd* (NB) *verbis detractorijs, sicut decet, utrinq; dimissis semper & exclusis*, quæ scandalum generant, ac bonum conscientiæ perturbant, Fratres ipsi, quan. quam Subditorum ipsius Plebanatus, ad eligendum apud se sepulturam per se vel per alias madias personas nullo modorum alliciant aut invitent. Item non ex ambitione suspecti, quod absit, aut aliquis eorum, suæ innitendo prudentiæ, populum à consuetis elemosinis, tricesimis, remedijs quocunque nomine censeantur, præsumat avertere, sed potiùs ad ea & similia bona opera fideles studeat animare. Cavendum etiam addiderunt, ne Fratres sæpedicti divinum officium, à Canonicis, seu Plebano peragendum per suas prædicationes aut alias operationes populum occupando, aliquatenus impediant, in hoc Capituli honestati, cum mansuetudine deferendo. Sed ne zelus spiritualium hominum ambigat

æquali pondere subsistere karitatis cautius est adjunctum, quod etiam ipsi, Capitulum, & Plebanus, totusque Clerus Thuricensis paupertatem Fratrum ipsorum voluntariam, compassionis animo supportando universos & singulos in concepta devotione confortantes eos frequentius exhortentur, ut de bonis à Deo sibi concessis sæpedictis Fratribus, qui in commissis animarum curis Ecclesiarum Rectoribus propensius suffragantur, suas elimosinas curent liberius erogare. Et ut futuris temporibus discordiæ materia & occasio litis excludatur, conventum est, quod si casu quolibet emergat aliquid contentionis inter Fratres & Capitulum antedictos, se invicem requirant cum modestia, litem motam sopiendo, ne suadente hominis inimico subrepat Cysania pacis & quietis inimicum, vel saltem ad ipsum, ceu Superiorem, sine quolibet odio & absque strepitu transferatur dirimendum. Nos autem tranquillitati prædictorum & saluti paterna sollicitudine providentes, *quod ab ipsis tam providè factum est ordinatum unanimiter & statutum, ratum & gratum habentes, præsentibus duximus confirmandum, has literas sigilli nostri munimine roborando. Datum Constant. a. D. MCCLXVI.* Quo verò semel erat

erat imbuta recens ſervabat odorem teſta diu; funem contentionis trahebant deinceps etiam: Unde & a. Ch. 1288. privilegium Innocentij ad jus commune Eccleſiæ Tigurinæ conceſſum, & ſuprà jam exhibitum, per Rudolphum Conſtantienſem, denuo ad petitionem Præpoſiti, Plebani & Capituli Eccleſiæ Tigurinæ fuit publicatum, quale etiam præceſſit ab Eberhardo, a. Ch. 1254. Idem fatum Prædicatores etiam novos urgebat hoſpites. Pedibus reſiſtebat manibúsque Clerus Tigur. ne per eos Sacra peragerentur, vel Confeſſiones audirentur. Unde a. Ch. 1362. hujuscemodi prodiit Conciliatiorium: Nos Heinricus, Dei gratia, Epiſcopus Conſtantienſis Arbitrator, ſeu amicabilis Compoſitor inter curatos Eccleſiarũ parochialium ex una & Prædicatorum ac Minorum, necnon Eremitarum Sancti Auguſtini ordinum Fratres, noſtrarum civitatum & diœceſium parte ex altera, ſuper diſcordia pridem inter eoſdem, ſatore zizaniæ procurante, ſuſcitata ſuper Confeſſionibus ſubditorum, Curatorum Prædicatorum liberum ſibi, confiteri volentium, audiendis pœnitentijs, eisdem imponendis, & abſolutionibus, impendendis, ſedanda, ab ipſis precibus concorditer aſſumtus, receptum per

nos literis, privilegijs, juribus & informationibus partium prædictarum, nec non literis nostris, & antecessorum nostrorum Constantiensiū præfatorū, Fratribus, super promissum datum & concessum. Et ab Episcopis diligenter visum, lectum & prospectum comunicatóq; desuper juris peritorū consilio dicimus, Fratres ordinum Prædicatorum à suis Superioribus ad nostras cicitatem & diœces. electos, & per nos & antecessores nostros ad hujusmodi salutare ministeriū admissos ripus admissionem hujusmodi, habere de nostra, nostrorúmque Antecessorum gratia, licentia, beneplacito & admissione præsentatum, Confessionibus Subditorū, dictorū Curatorū, liberum sibi confiteri volentium, audiendi, pœnitentias salutares sibi imponendi, ac absolutionis beneficium eisdem impendendi, in nostris civitate & Diœcesi, præsentibus pronunciamus: Non obstantibus declarationibus quibuscunque per nos, Vicarium, seu officiales nostros in contrarium factis; etiam præsentes, in quantum præmissis adversantur, tollimus & revocamus, salva tamen in præmissione Sedis Apostolicæ declaratione, damna etiam, & expensas factas & illata hinc inde compensantes

ſantes. Præcipientes omnibus & ſingulis curatarum Eccleſiarum Parochialium noſtrarum civitatum & Diœceſ. ſub pœna etiam ſuſpenſionis, ab officio divinorum, canonica monitione trium dierum præmiſſa: Utque præmiſſa ſuis publicet in cancellis, cum deſuper fuerint requiſiti, mandamus, per te Notarium publicum ſubſcriptum, præmiſſa omnia & ſingula in formam publicam redigi, & noſtri ſigilli appenſione muniri. Datum & actum in caſtro noſtro Clingnow, a. D. milleſimo, treceteſimo ſexageſimo ſecundo, in vigilia purificationis beatæ Mariæ Virg. in Chriſto Pont. ſanctiſſimi Patris ac Dn. Dn. Innocentii, digna Dei providentia, Papæ VI. Año decimo, Indictione XV. præſentibus diſcretis viris, Dominis, Henrico dicto Spicwart Baſileenſi, Wielando Sancti Johannis Conſtantienſis Eccleſiarum Canonicis, Johanne Schleichemi, Plebano in Clingnow & Heinrich Schechellin Præmiſſario, ibidem, teſtibus ad præmiſſa vocatis pariter & rogatis. Quid jam ante a. Ch. 1285. in favorem Conventualium, per decretum Synodicum præſtitum ſit, diximus in *Anal.* p. 58.

B. *In iisdem, vel aliis etiam Ordinibus, apertè reprehenderant Majores, ſacrilegas eleemoſyna.*

mosynas, a *vitam* b *luxu diffluentem, religionis contemptum, indéque pullulantes apertam* c *Apostasiam. Vnde in ipso jam Papatu authoritas ordinum non uno nomine impetita fuit. Illud vel auditu mirabile, ipsos Dæmones Monachorum desidiam* e *exagitasse, & tergiversantes officij monuisse.*

a. Unde multos, Clericos etiam Tigurinos, malè habuit, homines robustos ex eleemosynis vivere, iisque, qui per ætatem vel attritas vires, laborare amplius non poterant, Colum quasi, per ἄχθε, ἀέκ8ης, eripi. Magno in tales ferebatur zelo celeberrimus Seculi sui Decretorum Doctor, *Felix Hemmerlin*, Cantor Tigurinus, publicis scriptis validos mendicantes impugnavit qui: & quanquam eo nomine publica authoritate fuerit reprehensus, causam tamen suam *Plebano S. Petri*, in hunc modum commendavit: *Ex quo inter opera pietatis eleemosyna tenet principatum, & in se magnas habet virtutes*, prout colligere poteritis Tobiæ 4. & alibi. Nec salvabitur justissimus, nisi fecerit hujusmodi opera, prout continetur in sententia judicis extremi, qui dicit: Esurivi, & non dedistis manducare. Ecce, quàm cautè est procedendum, ut illi, qui dare velint, hujusmodi eleemosynas, ne perdant labores & expensas, ut scil. tantùm

tùmdent illis,quibus dare debemus, videlicet veris pauperibus,debilitatis,qui laborare non non possunt: *Sed perpendes, quòd illi, qui laborare possint, peccant graviter recipiendo eleemosynam*, quia scriptum est, qui recipit, id quod verè pauperibus est erogandum, omnem prædonũ crudelitatem superat,& ita crudeliter & mortaliter peccat. Sed ex quo facientes & consentientes eadem pœna puniũtur. Plus ergo peccant illi,qui non tantùm consentiunt illis crudelibus peccatoribus;sed insuper fovēt, dant, cibant, & potum tribuunt eisdem. Ecce, quomodo illi sic Eleemosynas dantes non tantùm perdunt magnam gratiam, imò parem pœnam crudelitatis cum illis crudeliter & mortaliter peccãtibus accipientes intereunt.Ita modò perpendatis,*quia dudũ prædicâstis contra validos mendicantes,sed quia non advertunt, oportet per alios modos procedere contra eos*,prout excomunicantur Judæi:Quia videlicet ex quo extra Ecclesiam sunt, excommunicari non possunt; sed indirectum excommunicantur, quia Christianis prohibetur omnis communicatio ad eos videlicet non vendendo, vel cum eis quovis modo conversando, & per hoc miserabiliter crucientur. Ita de Beghardis, qui

ductus, qui dum eum per argumenta, rationes & auctoritates S. Scripturæ convincere non possent, ut ab erroris proposito cæptóque desisteret, nam instantias eorum confutabat, & in quantum poterat, refellebat: ipsum de Alsatia in Herpibolim urbem ibi arctæ custodiæ, quousq; ab errore sibi infiscato resipisceret, deduxerunt. Cùm autem ad quoddam oppidum dictum Werdach devenissent, & eum in stupa hospitij, fratrum Domini, percepta refectione, ut ulterius pergerent, reclusissent: ipse interim per fenestram prospiciens contra vicum, populum transeuntem allocutus alta voce fuit: O vos omnes, qui transitis, licet me videtis, & sciatis me non esse Christianum, sed Judæum, & eorum fide moriturum: hujus rei in signum me ipsum in oculis vestris rransfodiam, & arrepto his dictis cultro incautè in stupa relicto, in conspectu hominum concurrentium, ad vocem suam, se cum cultro usque ad mortem vulneravit, quem fratres semivivum post refectionem invenientes, nimis consternati, ad metam itineris perduxerunt, ubi altera die, vitam finiens sepultus illic in horto Fratrum fuit. Alij Turcis accesserunt. Talis erat *Stephanus* de Hungaria oriundus, in civitate Imperiali

riali in Tartaria aquilonari, nomine *Sarak, à Saracenis* passus est. Nam cum pluribus annis illic stetisset, & multum fructum fecisset, & tandem fidem Christi negâsset, habitu ordinis S. Francisci rejecto, & propter hæc gloriosè à Saracenis pertractatus fuisset, tandem cœlesti gratia sibi infusa concopiosè divinitus illapsa, adeò medullitus compunctus est, ut Fratres sui ordinis occultè accersiri faceret, & eis purè peccata sua confiteretur, cum maxima cordis contritione, & amarissimo lacrymarum profluvio & reinduens habitum, quod ante temerè rejecerat, statim ad Muschetam, ubi omnes Saraceni convenerant introivit, & eis prædicare incipiens, dixit: Omnia quæcunque dixi & feci contra legem Dei mei; sed nunc revoco errata, legem Christi defendendo, & legem vestram destruendo, &c. Idem ergò pænitentiâ ductus, mortem postea pro Christianismo subijt. Alius item de quo Id. p. 61. Præterea, *inquit*, circiter hæc tempora, quod à mercatoribus fide dignis, quibus notum erat, quod quasi flens dico, percepi. Quidam Frater ordinis Prædicatorum se transferens, ut Evangelizaret illic Christum ad terram Saracenorum, à fide Christi discessit, & apostatavit, & Sectam ipsorum patenter

tenter assumpsit, de quo nimis gavisi sunt, dicentes: Hic cùm fuerit Doctor, lux & columna fidei Christicolarum, ad Sectam nostram conversus, sua fide abdicata, robur & firmitatem nostræ Professioni præbet. Hinc revereri eum nos decet, rationem exposcit, tradiderunt ergo sibi uxorem, & honoribus, & condignis præconijs eum extulerunt.

e. Hinc persecutio illa in Clerum, occasione interdicti Pontificij contra Fridericum & Fridericales, de quo supra. Quibus *Vitodurani* nostri, Scriptoris ἀνεκδότε addi possunt verba ex p. 73. b. Anno D. *inquit*, 1343. Clerus Constantiæ nolens celebrare secundariò expellitur, ut difformitas tolleretur, & uniformitas custodiretur. Hoc etiam tempore multa monasteria Prædicatorum, in partibus Alemaniæ ipsis penitùs vacabant, propter rabiem persecutionis sævientem in clero. Nam ipsi, & alij nolentes interdictum servare, & de monasteriis suis eliminabantur, vel voluntariè exibant, hinc inde vagantes: Non enim opinabantur, quod tanto tempore extra Conventus suos fierent, vel quòd illa tribulatio tanto tempore perduraret. Nam ante annum immediatæ Dominicæ incarnatio-

therdur redierunt, divinum cultum una cum clero illo imperterritè resumentes, qui dum postea in Keiserstul, & alijs locis, ubi licitè habebantur divina, celebrare & prædicare vellent, in ambobus prohibiti sunt. Fratres verò Minores, sive consultiùs, sive stultiùs fecerint, non reliquerunt taliter Conventus suos desertos, absque habitatore, nam aliqui in eis remanserunt, divinum cultum resumentes, alijs recedentibus, ad alios conventus, ubi sanâ conscientiâ celebrare vel carere poterant, nam quidam ad alios Conventus se contulerunt, ubi tandem æquè benè, vel malè cantare cœperunt, propter dispersionem tamen Fratrum, memoratam, in Conventibus pluribus, multitudo Fratrum diminuta est, & numerositas minorata. Propter vagationem autem prædictorum multorum, mala ipsis, & hominibus plurima evenerunt, & scandala, quæ pertranseo; sed Fratres minores contemptus non paucos propter cantum in terminis pertulerunt.

f. Historiam ejusdem *Vitodurani* referam verbis p. 34 b. Itèm circiter ista tempora, vel non longè, ante insigne factum satisque mirabile, dignum quoque relatione ac conscriptiōe actum enarratur, à fra-

 tribus

tribus famosis & veridicis, adhuc hodierna die superextantibus. In Provincia Saxoniæ, in quodam Conventu Fratrum Minorum accidit, videlicet, quòd quidam Gwardianus in terminos suæ Gwardianæ, cum socio suo, de eodem Conventu exiens, una noctuum in Castro quodam hospitatus fuit, cujus Dominus ab antiquo informatus, jutus à suis protectoribus, Fratres in turri Castri soleñiter ac reverẽter in lectisternijs copiosè collocare solebat. Sed illa nocte non audebat, quia noviter quoddam Dæmonium turrim illam inhabitare cum maxima insolentia cepit. Quamobrem Fratres more solito illic ponere pertimuit, & in alio loco ipsis lectos sterni jubebat. Dum autem Guardianus intentum Castellani tandem percepisset, jacere noluit, quin in loco & commodo consueto ponerentur. Dum autem sibi diligenter dissuaderetur, ne in eodem loco cubare attemptaret, ne à Dæmonio vexaretur, respondit: Quòd Domino bene confideret, quòd eundem Dæmonem compesceret, & se castigari ab eo non sineret: Nam violentiam suam exercere in nemine valere, nisi sibi Deus indulgeret. Cùm autem Guardianus cum socio suo se in loco illo sopori & quieti dedissent, Diabolus illico eos asper-

aſperrimè inquietavit, cui cum Guardianus cum increpatione ſevera indixiſſet ſilentium, & pacem in nomine crufixi, ſubintulit, ſi mihi craſtina die hoſpitium in tuo, cum redieris, cœnobio, præſtiteris, ab inſolentia mea penitus ceſſabo: Cui Guardianus in hunc modum fertur dediſſe reſponſum, ſi absque nocumento & malitia inter fratres meos converſari vis, tibi utique concedam, qui ſibi hoc ſub aſſeveratione repromiſit. Dum autem in craſtino Guardianus cum ſocio ſuo illæſus, ſomno tranquillo bene refocillatus exivit: Caſtellanus cum tota familia ſua, non modica admiratione & ſtupore repletus fuit, & per hoc Viri ſanctitatem agnovit. Qui dum Guardianus redijſſet altera die, & porta clauſtri ſui appropiâſſet, Dæmon, qui eum prævenerat de limite portæ eum ſalutavit, qui dum neminem videret, quamvis oculos hinc inde regirâſſet, non modicum mirabatur, quiſnam eum ſalutaverit, Dæmon verò hoc recognoſcens, reſpondit, ego ſum ille cui heri in turri in anguſtijs propter me poſitus, tuum hoſpitium firmiter promiſiſti, cujus verbis Guardianus adjecit, hodie tibi promiſſum meum ratificabo, ſi tu mihi fidem præſtitam illæſam ſervabit, ita ut inter fratres meos in conventu

innocenter transeas, qui facere hoc spospondit. Intrans ergò Monasterium Satanas, cum licentia Guardiani, per biennium fratribus cohabitando illîc pactum hoc inviolabiliter custodivit, imò quod majus est, beneficia ipsis plura impendit, Fratres ad officia sua ipsis injuncta sollicitè ac vigilanter hortando, & eorũ (NB) negligentias supplendo, etiam in actibus humilibus, videlicet in scyphis purgandis, in scutellis lavandis, & in alijs similibus. Studenti in cella sua, cum lumine, fratri, quandoque lumen extinxit, qui dum sibi minaretur, quòd ad chorum iturus esset, ad vacandum Orationi, ut studij defectum ibidem recompensaret per orationem, rogatus statim fuit a Dæmone, quòd remaneret, nam lumen sibi reincendere velle libenter, quod & fecit. Quando Fratres tempore Collationis hinc inde consederant, cum ipsis conferebat & confabulabatur. Audibilis quidam erat, sed non visibilis. Quadam autem vice, dum Fratres juvenes, ad frequentationem cultus divini, more suo solito, monuisset, & quidam Frater somnolentus, & præ cæteris accediosus contra admonitionem suam, ad matutinum non venisset, Diabolus hoc videns,

ad

ad dormitorium properat, & ipsum de statu suo tollens, in medium chori deportavit, dicens, oportet te, velis vel nolis, cum alijs Fratribus tuo Creatori servire. Ad cujus facti miraculum, Frater stupefactus, cum cæteris Fratribus matutinas laudes decantando Domino persolvebat. Dum hic tandem Dæmon opus sibi injunctum à suis Superioribus in civitate illa executioni dedisset, & ad finem intentum perduxisset, scilicet, quod quendam Dominum Canonicum reverendum, cum Domina famosa, & benè parentata, priùs vitam cælibem agente, confiscatos & conglutinatos per eum glutino amoris, in lapsum carnis, seu vitium fornicationis prostravisset, & homicidium Canonici, propter hoc subsecutum fuisset, à parentibus Dominæ inflictum, deprehendentibus eum in actu venereo, & cùm hoc Fratribus in noctis silentio, dum adhuc eis minimè constaret, & jam post factum esset, revelâsset, & sui causam adventus extitisse declarâsset, Guardiano hospiti suo gratias agens, & Fratribus valedicens, abscessit, hortando eos ad Ordinis sui disciplinam & observantiam. Nam infinita & inæstimabilia præmia & gaudia in cœlis per hoc consequi in perpetuum mererentur.

VI. Ad *Ecclesiam* progredimur, cujus examen vel *generale* est, vel *speciale*.

VII. In *genere* monemus, ita hac ætate, in Pago etiam Tigurino, statum Ecclesiasticum fecisse comparatum, ut Reformationem [a] optimi quique desiderârint, tum universi status Christiani, tum Cathedræ etiam Ecclesiasticæ, quæ, in scenam conversa theatricam, fabulas [b] exposuit, non cœlestis alimenti pabula: Pastoribus, vel παρέργοις, vel περιεργίαις magis ubique occupatis, quàm seria officij sanctissimi functione: Unde [c] Apostolicæ Ideæ faciem planè mutatam, ceremoniarúmque fuco illitam esse manifestissimè patet.

[a]. *Vitoduranus* noster ad an. Ch. 1348. *In his temporibus apud homines diversis generis, imò cuncti generis, multos valdè, apertissimè vulgabatur, Imperatorem Fridericum II. hujus nominis, ad reformandum statum omnino depravatum Ecclesiæ esse venturum, in robore maximi potentatus. Adjiciunt quoque homines prædicta sentientes, quòd necesse sit eum venire, si in mille partes secatus esset, imò si in pulverem per combu-*

combustionem redactus foret, eo quòd divinitus sit decretum, ita fieri debere, quod immutari impossibile est.

b. Qua de re ipse *Johannes Faber*, Vicarius Constantiensis, præfat. in Declamat. divin. de humanæ vitæ miseria. *Concionatorum vicem persæpe vehementer indolui, quibus nescio, quæ putida commentaria revolvenda sunt, quoties ad populum declamandum est. Aucupantur nonnulli sedulò quidem, sed parùm scitè, ut Meffret. Quædam non usque quaque recepta, sed propemodum anilia referunt aliqui, ut Discipulus. Multi nimium securè dormiunt, dum ferè ubique dormitant. Quæ, malum, insania est divinum Oratorem pro* (NB) *Evangelica veritate somnia quædam, & anicularum visiones & terriculamenta referre! Miserebat me eorum, quibus illa deliria facessebant negotia. — Sola divini verbi declamandi facultas rudior, quàm hæc ætas docta ferat, atque impurior videbatur. Non enim sine magno meo vel stomacho legi vulgus Sermologorum, ut vocant. Nam occurrerunt pleraq; barbara & indigniora, quæ vel doctus homo legeret, vel imbiberet auris Christiana, quare conatus sum. &c.*

c. Insigni profectò ævi hujus deputandum infelicitati, quòd tota hac Periodo nihil ferè adeò jam celebris, in Constantiensi amplissima Diœcesi, reliquerit Eccle-

 sia,

sia, quod non magis vel ceremonias revo câpit abolitas, vel privati potius commod odorem, quàm Apostolicæ functionis, & animarum salutis curam redoleat. Diœcesani, *Thomæ, Episcopi Constantiensis*, extan constitutiones Synodales anno Chris 1492. conscriptæ. Ex ipso limine patet loco satis tum fuisse omnia lubrico. Und Epigrammatei votum:

Atque utinam modo nostra queant hæc secu
cula tandem
Legibus antiquis moribus atque frui!
At quia præcipitem status omnis habere rui
nam.
Cernitur: hæc cunctos scripta tenere ju
bes.

Ipsa verò Statuta regimen potiùs Ecclesiasticum, & ritus quàm dogmata concernunt. Addita confirmatione & approbatione Concilij Provincialis Maguntinensis dudum per *Conradum* Archiepiscopum & Metropolitanum habiti. Episcopi autem a exemplum reliquus componebatur orbis

c. In archivo nostro nihil planè reperi vel à Collegiata nostra Ecclesia, vel à Conventibus Monasticis, vel Synodis Parochianis, quod vel Canonibus responde Apostolicis, vel operæ pretium sit commemorare. Ne mentionem quidem istoru fac

facerem, nisi clarius ætatis hujus χυδαιότης, & matura patesceret Reformationi facies. Et Statuta quidem Collegij Carolini quod attinet, quàm nihil in ijs occurrit, quod Apostolicæ Ideæ vel eminus accedat: Sunt ejusmodi monumenta plura penès nos, Wernheri, Præpositi Thuricensis, de a. Ch. 1243. Rudolphi Præpositi, de anno 1306. Felicis Frey, 1520. quæ tamen omnia vel de ratione obtinendæ præbendæ, vel communibus ferendis oneribus, vel elementis hujus mundi, varijs ritibus agunt & ceremonijs. Absolutissimum Statutorum syntagma fuit ab anno Christi 1346. Rudolphi de Wartensee. Cùm enim antea (ut verba Codicis habent) *Statuta ignis incendio, fortuito casu fuissent devastata*, plenius postea conscripta in unum redigebantur volumen: Quæ, quibus absoluta fuerint capitibus, vel ex sequenti inscriptionum sceleto erit manifestũ. Agit ergo prolixus ille Statutorum Codex; de *reditibus Præpositura* Thuricensis, *juribus & oneribus Plebani* Ecclesiæ Thuricensis: de equo ei deputato ad visitandum infirmos: Ejus reditibus. De *Socijs Plebani*: qualiter socij illi Capellas extra muros debeant inofficiare. *Quoties Ecclesia debeat scobari*, & per quem. De *juribus & oneribus Thesaurarij* Ec-

clesiæ Præpositur æ Thuricensis: De candelis, quæ in festo purificationis B. Mariæ Virginis, & alijs temporibus ministrantur: De *Candelis*, quæ portantur in Parasceve processionaliter ad sepulchrum Domini: De Candelis pendentibus in choro, & redditibus earundem: De Candelis pendentibus ad tumbas S. S. Martyrum, Patronorum, & redditibus earundem: De candelis, quæ dantur in depositione funerum: De Candelis, quas Custos procurare debet circa quædam altaria Capituli communibus sub expensis. De juribus & oneribus, & additibus *Scholastriæ* Ecclesiæ Præpositur æ Thuricensis: De juribus & oneribus ac redditibus *Librarij* Ecclesiæ Thuricensis: De juribus & oneribus *Sacristæ*: De oneribus & juribus *Camerarij*: De officio *Cellerarij* Ecclesiæ Thuricensis. De officio *Carpentariæ*: De officio & redditibus *Coci*. De officio *Doctoris parvorum*. De officio *Scriniarij* De divisione oblationum. De *Staupis* dandis, & quibus ac unde dentur. De officio nostri *Notarij*. De officio *Pistoris*. De officio *Moltitoris* & *Molendinæ*: De officio *lictoris* in Flunterein: De *vinitoribus* & *vineis* præbendalibus: Qui vinitorum hæredes succedere debeant in vineis præbendalibus: De vinitoribus ad quid

quid nobis & Ecclesiæ nostræ teneantur. De *honestate & disciplina Clericorum* Ecclesiæ Thuricensis, De *vitanda pluralitate dignitatum* & personatuum in nostra Ecclesia: De *divinis officiis* & *horis Canonicis per tres Ebdomodarios*, vicis suæ tempore peragendis: Quot de tribus Ebdomodariis in privatis diebus valeant matutinali officio præsidere. De celebrantibus *Missas in altari publico*, & eorum conditione. De officio Ebdomodarij *publicæ* Missæ. De officio Ebdomodarij Missæ *anniversalis*, de celebrantibus Missis in altari nostro publico, & ipsorum conditione. De Missis *publicis* pluribus in altari publico celebrandis. De *pœna Ebdomodarij* Missam vel publicam, vel anniversalem, negligentis. De *proventibus Ebdomodarij* Missæ vel publicæ, vel anniversalis. De hora *Missæ anniversalis*: distributione præsentiarum: Præsentijs certis horis Canonicis deserviendis. De præsentijs, generalis interdicti tempore deserviendis: Quibus Canonicis Marca Ecclesiæ in Kam debeat assignari. De *exequiis* Clericorum & laicorum. De *ornamentis* altarium & funerum Ecclesiæ nostræ, ac vino Sacrificiorum ac dotationum. De *pœna Canonici* residentis & intra muros existentis omnes horas Canoicas negligentis: De *Canonicis*

ad

ad sacros ordines suscipiendos compellendis. De *expensis* ministrandis Canonicis ad sacros ordines nuper promotis: Quid percipere debeant Canonici *in balneis sulphureis balneantes*: De Canonicis *peregrinantibus* Quibus Canonicis feuda, mortuaria, & oneraria distribui debeant. Qualiter debeant anniversaria in nost. Eccl. institui & ordinari. De *exequiis defuncti* Canonici celebrãdis, & qualiter debeãt celebrari. Qualiter *Abbatissa Monasterij Thuricensis* & suum Capitulum debeant exequijs defunctorum Canonicorum hujus Ecclesiæ interesse. Qualiter debeant absentis defuncti Canonici exequiæ celebrari. De exequiis Abbatissæ, Monialis, vel Canonici Monasterij Thuricensis. Qualiter *tricesimus* defuncti Canonici per Ebdomadarium debeat celebrari. De *secundo anno gratiæ; statutum de anno 1324. sub Comite Doggico, Kraftone, Collegii Præposito, quo vel in communes, vel privatos usus duo anni decedenti Canonico relinquebantur*: Quòd nullus Canonicus in annis gratiæ vacantis præbendæ fructus emere debeat. De exequiis omnium Christianorum, quomodo in nostra Ecclesia sua ordinaria ordinabant: Super *conferendis præbendis Canon.* Johannis Mantzij, Præpositi, a. Ch. 1515. *contra Simoniam.*

Ad

Ad quid teneatur Canonicus de novo receptus: De *qualitate Canonici installandi:* De conditione & jure Canonici installati: De proventibus Canonici non installati: De *Cappa* danda per Canonicum de novo receptum De *numero Claustralium* Curiarum, & juribus earundem: Quòd quilibet Canonicus tantum debet unam claustralem curiam possidere: De optione Claustralium curiarum: De qualitate possessorum claustralium curiarum: De pactione & substitutione claustralium curiarum. De Claustralibus curiis, quot fieri valeant substitutiones: quibus præsentibus fieri debeant substitutiones claustralium curiarum. De *collatione prebendarum, Altarium, & Cappellarum hujus Ecclesiæ:* De *octo Scholaribus in Bucellis* (ita appellabantur, quia adhibiti ad visitationes sepulchrorum, aliáque officia, ab uno quoque Canonico residente accipiebant duas quotidie bucellas panis decentes, & singulis Sabbathis, 4. denarios: *Aliâs Panenses* dicebantur. Hoc deinceps statutum confirmatum fuit, quia, ut Statuta habent, ex ista Eleemosyna, multi in viros magnos & perfectos clericos profecerunt. Alibi à nostris notatum, Eleemosynæ hujus, exteris etiam collatæ, fructum Majores nostros, ita refe-

referente D Roestio, in bello Suevico non obscurè sensisse. Hæc ἐν παρόδῳ. De processione facienda in die palmarum, *quo Præpositus, Canonici & Clerus Abbatissam & Conventum Monasterij processionaliter associârunt, super curiam procedendo. De* diebus rogationum, *quibus Plebani & Subditi villarum in Bosvvil, in Hohdorf, cum reliquiis Tigurinam Ecclesiam visitare solebant: De dedicatione Monasterij Thuricensis, & ipsius celebratione* De processione festivitatis S. Fidis Virginis: De divisione decimarum, qualiter, quomodo, & per quos fieri debeat. De decima anguillarum: de collectione vini decimalis: De divisione vini decimalis hujus Ecclesiæ. De festo corporis Christi, ubi notant Statuta, ab anno Ch. 1319. *Prælatos nonnullos & Canonicos pecuniam, argentum ac certos redditus ad perpetuum servitium illius festi contribuisse,—qui verò Prælatus vel Prælati, Canonicus vel Canonici ordinationem illam infringere voluerit vel subvertere, vel pecuniam contributam & contribuendam in utilitatem ipsius festi convertere, ut dictum est, non curaverint cibo Sacramentali, qui est corpus Christi, in fine vitæ defraudentur.* De pœnis recusantium subire vel exequi officia sibi à Capitulo injuncta. De incurrenti-

rentibus lepram; quorum tam libertati morandi, ubi voluerint, quàm proventibus, consulitur: De feudis Canonicorum, & juribus eorundem feudorum: Insertum etiam est Principium Breviarij Ecclesiæ Præposituræ Thuricensis, plura continens Statuta. *Sed & ipsum Breviarium Conradi de Mure, primi Cantoris superest.* De quibusdam gestis Caroli M. Imperatoris & Confessoris ex Ottone Frisingensi. De juribus & jurisdictione villæ in Hôngge, in Flunterin, in Rieden propè Albis, Ruchslinkon, Rufers, Meilan, Swabendingen: De recipiendis, distribuendis, & super eisdem rationibus faciendis per Camerarium: De porcis, & denarijs porcalibus, *qui dantur in antea nomine carnium porcalium: De* expeditionibus, quas dat Claustralis Cellerarius ad Similos; ubi inter alia: *Thesaurarius dat Cellerario 2. q. tritici, ut mittatur pro hostiis ad conficiendum corpus Christi in Monasterio Cappellæ, quia idem Monasterium, dare debet hostias tales.* Sequuntur deinceps variæ Statutorum confirmationes. Pontificiæ, Episcopales, decretáque Capitularia, juramenta Canonicorum. Plebanorum, Notariorum: Statutum balneandi; quo bis per añum, tempore verno & autumnali, per octo dies balnea sulphurea visitare,

salvis

salvis reditibus licuit: Ut Canonici festis duplicibus altari publico deserviant: De distributionibus in minoribus Ordinibus existentibus dandis: De quadraginta florenis per Canonicum dandis: De divisione stauparum. Copia Bullæ Apostolicæ super reservatione sex Cappellarum Præposituræ Thuricensis: Quòd Magister Civium, Consules & Scabini habent in mensibus Apostolicis præsentare. De pœna *ambitus*, de qua sic Statuta: *Statuimus & declaramus, quod quicunque ad pœnam ambitus adstrictus fuerit sub pulsa precum matutinarum ambitum intret, in eodemque vel saltem in locis Claustralibus, id est, in Ecclesia, vel Cimiterio, & inde nullibi exeat, neque turres Ecclesiæ ascendat, usque ad pulsum precum serotinarum. Volumus tamen, quod omnibus horis Canonicis & divinis officiis, continuo interessendo se in choro præsentem exhibeat. Causa etiam vescendi poterit ab æditu impetrare, ut sibi Cameram aperiat nullam tamen insolentiam vel strepitum cantus saltem, jactus, vel symphonia Musicalis seu alterius levitatis committat, &c.* Hactenus *Statuta* Collegij. Si Catalogum privilegiorum Ecclesiæ Tigurinæ per aliquot inspicias Secula, pleraque vel ad superstitionem, vel ambitionem, vel ventris curam, & sumtuosa ædificia spectare videbis. Vid.

Specul.

Specul. Tigur. p. 584. Cætera antiquissima, hujus ætatis, quæ quidem inspicere licuit, monumenta, vel agunt. De *numero Canonicorum*, quale est Honorij Papæ de XXIIII. Canonicis: Vel 2. *hominũ propriorum redemtionibus*, quale est Abbatis Wettingensis, qui redemturus jura, in quibus Chunradus servus & Cellerarius Præposituræ in Swenningen, *Ecclesiæ Thuricensi pro se & sua prole, ratione servitutis, & reddendi ratiociny tenebatur, secundùm ordinationem, & arbitrariam diffinitionem M. Chunonis dicti, Officialis Constantiensis, de Consilio F. Ottonis, Ordinis Prædicatorum in Thurego, dicti Manezzin, quondam Præpositi Thuricensis factam,* 30. *Marchas Ecclesiæ Thuricensi solvendas ffert,* 1264. Nam & hac ætate propriorum hominum usus in Helvetia magnus erat. Et Abbas Sangallensis suos propè Tigurum habuit, & Præpositura Thuricensis in Comitatu Kiburgico.

Prius luculenter probat instrumentum Huldrici Regenspergici, a. Ch. 1264. *Honorabilibus Dominis, Præposito & Capitulo Ecclesiæ Thuricensis, Vlricus Nobilis de Reginsperg* (idem ille est quo cum Tigurinis, Duce Rudolpho Habspurgico, gravia intercessere bella, vide *Specul. Tigur.* pag. 406.) *Obsequij voluntatem: Cùm, sicut intelleximus,*

Mmmm *nonnul*

nonnulli asserant, judentam uxorem C. Villici in Honke, servilis esse conditionis, & ad nostrum Dominium jure pertinere, hoc penitùs diffitemur, universis præsentibus declarando simul & protestando, præfatam judentam, cum suis progenitoribus pleno jure, salvo nobis tantùm jure Advocatiæ, Sancti Galli Monasterio attinere. In cujus &c. Acta hæc sunt a. D. 1264. VII. Kal. August. Indict. VII. *Posterioris* exemplum geminum recurrit, alterum de a. Ch. 1214. *in litera* (repeto verba rubricæ,) *de venditione quorundam hominum de Rorbos facta per quendam Nobilem de* Fryenstein/ *Ecclesiæ nostra, retento sibi jure Advocatiæ, & cætero censu pro tempore vitæ suæ.* Verba & ritus resignationis ita habent: Allen die disen brieff sehent ald hörent lesen / künt ich Heinrich Frie von Frienstein in Costentzer Biston / daß ich den Heiligen Marteren / St. Felix vnd St. Regelun ze der probstey Zürich die eigenschaft die ich hate / an disen nochgeschribnen lüten die mich eigentlich anhorten; vnd an der geburt / so von ihnen komet / vnd alle die rechtunge / die ich an ihnen häte / an disen nachgeschribnen lüten / vnd han mochte / gegeben han / vnd han mich enzigen derselben lüten / vnd sie vffgeben vf den Fronalter der vorgenenten Chilchen Zürich mit minem hantschu / also däß ich mir selben nicht behaben han / wan die Vogt

üb

über die lüte / vnd über jhr nochkommen / die in miner Vogtei wonhaft sind / alt werdent / vnd soll nicht me dann zehen schilling pfänningen Züricher geber Müntz von jhnen ze Vogt stür nemmen. Altero Præpositus & Conventus Monasterij Ittingensis, C. Fabrum de Basselstorff manumittunt, & Eccles. Tig. reddunt, a. Ch. 1261. XII. Kal. Sept. Alia 3. agunt de *variis donationibus sive ordinationibus*, quarum vel unum exemplum, ut hinc quantum paulatim creverit superstitio, patescat, subjicere liceat. *In N. D. Amen: Noverint, quos nôsse fuerit opportunum, quod ego Hemma filia Henrici, bonæ memoriæ dicti* Golt-schmides/ *civis Turicensis areas meas & domos in eisdem propè S. Petrum in loco, qui vulgariter dicitur* an der Hoffstetten *sitas, ac ad præsens tres areas, & solidos* monetæ Thuricensis usualis, & sex pullos solventes annuatim nomine pensionis, quas domos & areas ego hæreditario jure à venerabili in Christo Abbatissa & Conventu Monasterij Thuricensis Ordinis S. Benedicti possessas, Rudolpho marito meo militi, dicto Adem Turne/ ante aliquot annos in dotem seu donationem pro tempore vitæ suæ, contuli, contradidi, assignavi liberè ac pacificè possidendas, auctoritate & consensu honorabilis in Christo Mechtildis,

Abbatissæ Thuricensis, & prædicti Rudolphi, mariti mei, & Ofiniæ, sororis meæ, præfatis Abbatissæ & suo Conventui, seu suo Monasterio, nec non Præposito & Capitulo Thuricensis Præposituræ, in remedium animæ meæ, ac meorum parentum sponte, bona fide, confero, assigno & resigno, sub hac conditione, quòd præfato marito meo cedente vel decedente, tria anniversaria, scilicet Ulrici Subdiaconi fratris mei IV. Non. Junij, Agnesæ sororis meæ IV. Id. April. & mea memoria in vigilia B. Johannis Baptistæ, post mortem verò meam dies, obitus mei, & anniversarium ea die, qua contigerit vel evenerit, tam ex parte Abbatiæ, quàm ex parte Præposituræ, debent annuâtim secundum consuetudinem super anniversarijs servatam hactenus, & habitam celebrari: *Residuum verò pensionis de prædictis domibus & areis proveniens, seu de prædicta pensione portio sufficiens seu competens ad duo lumina ex oleo, unum videlicet ante publicum altare Thuricensis Præposituræ de nocte in perpetuum habeantur.* Præterea sæpedicto marito meo cedente vel decedente præfati Abbatia & suus Conventus, Præpositus & suum Capitulum prænotatas domos & areas seu pensionem, seu pretium earundem inter se debet æqua-

qualiter dividere, contradictione qualibet non obstante &c. *Acta* hæc sunt in Thurego A. D. 1257. Alexandro Papa IV. *Romanorum Ecclesiam* (NB) *gubernante*, Imperio per mortem Wilhelmi illustris Regis Romanorum, vacãte, Eberhardo Episcopo Constant. nostræ Ecclesiæ præsidente. Quædam 4. habent *confirmationem privilegiorum* tam in genere, quàm in specie, ut est *confirmatio Advocatia in Rieden resignata Ecclesia Tigurina per Nobilem virum Berchtoldum de Snabelburg, suo, fratrúmque VValtheri, Johannis & Huldrici, nomine. Richardi Imperatoris* 1262. Rudolphi 1270. ex qua Advocatia Præposito decem cedebant modij tritici 1256. *Traditio Villicatus Riedensis, per Rudigerum villicum, hac conditione, ut in omnibus collectis, qua tam ad horas, quàm ad Missas de Sanctis Martyribus, Felice & Regula in Ecclesia Thuricensi dicuntur, nomen Exuperantij deinceps adjungatur &c.* 1264. Quædam 5. permutationem: Ita a. Ch. 1261. Eberhardus pro Ecclesia in Swenlingen, quæ dicebatur S. Vincentij, *propter loci distantiam multiplices terrarum gvverras, & alias quasdam incommoditates interjacentes, Ecclesia in Chamo Præpositura cessit.* Chamum autem, judenta Abbatissa Tigurina 28. annis ante ad Episcopalem mensam destinaverat; Episcopus

contra Monasterio resignavit decimas Ecclesiarum in Altorf & Burgelon, de quarto in quartum annum ad Episcop. pertinentes. Vel 6. Cappellarum *fundationem* & approbationem; qualis est *approbatio Cappellæ Aquaticæ, Elisabethæ, junioris Comitissæ K burgensis* 1256. & confirmatio Eberhardi Episcopi Constantiensis, 1257. Sic a. Christi, 1271. *Imperialis aulæ Cappella in Castro Thuricensi, in loco, qui dicitur* uff dem Hovel *ante plurimos annos, de quibus jam præsentes nullam possunt habere memoriam, cum ipso Castro funditus destructa, certos quondam habuerit redditus & proventus &c eosdem redditus restituit.* Utque semel defungamur, ordine temporis nonnulla quæ à Seculo XIII. ad Reformationem usque in Archivo adhuc nostræ extant monumenta, totidem studiorum, ætatis illius indicia, appendicis chronologicæ loco, exhibebimus.

A. Ch. 1218. & 1219. Collegium à FRIDERICO II. accepit privilegia; de quibus suprà pag. 1192.

A. Ch. 1240. jura & onera Præpositi in ordinem rediguntur.

A. Ch. 1243. prodijt Statutum, *qualiter Canonici recipi debeant, & de curiis Claustralibus.*

A. Ch.

A. Ch. 1255. *VVilhelmus*, Rex Romanorum jura Collegij confirmavit.

A. Ch. 1260. *Richardus, Monasterium Abbatiæ, & Ecclesiam Præpositura in Thurego, & ipsam Civitatem Turicensem* Friderici II. exemplo, *sub speciali protectione ac defensione recepit, tam Clerum, quàm cæteros homines— ut nulla necessitate incumbente ullo modo alienari possint ab Imperio.* Alio addito diplomate, quo, imitatione *VVilhelmi*, Romanorum Regis, jura & consuetudines Ecclesiæ confirmat.

A. Ch. 1271. Scholastria Ecclesiæ Tigurinæ instituitur.

A. Ch. 1277. Rudolphus non modò Antecessorum privilegia confirmavit, sed eadem non uno modo auxit, ab omnibus oneribus, vigilijs, exactionibus clericos exemit, utque exemti haberentur, id ipsum literis Magistratui Tigurino significavit: *Orig. Carol.* p. 68. Et ut ne quicquam in præjudicium Collegij fecisse videretur, dispensationem etiam suam, super defectu natalium, adhibita limitatione, intelligi voluit; *Specul. Tigur.* p. 595. Rudolphi privilegium ut luculentissimum est omnium, ita & magno semper in pretio fuit habitum, translatum quippe in linguam vernaculam, &

vidimatum, ut loquuntur barbarè, diligenter Vid. *Orig. Carol.* p. 67.

Seculo XIV a. Ch. 1301. *Albertus* Romanorum Rex Rudolphi privilegium *αὐλολεξεῖ* repetitum confirmat; quem an. Ch. 1315. secutus est *Fridericus* III. & anno Ch. 1362. *Carolus* IV. qui an. Ch. 1363. summum vitæ necisq; addidit judicium: quod posterius etiam ratum habuit Wenceslaus 1384. Daß sie ewecklich in yren Dörfferen zu Flunteren / Rieden / Rußlickon / vnd zu Rüsers / stock vnd galgen haben mögen.

A. Ch. 1304. Sententiam tulit Henriricus, Constantiensis Episcopus, *Clericos testari posse*, in causa filij Manessii, Scholastici, contra Patrem, Militem.

A. Ch 1306. Idem statuit, *Sociis Plebani, & Cappellanis permissum esse audire Confessiones Clericorum & laicorum.*

Huc etiam pertinet, & quidem ad initium Seculi, *Bulla Bonifacij* VIII. *super Cathedram*, quæ etiam extat *Extravag.* commun. lib. III. Tit. 6. quo capite Pontifex tollere sategit contentiones, *quæ olim erant inter Curatos ex una parte, & Jacobitas & Chordigeros ex altera, super prædicationibus, confessionibus & sepulturis.*

A. Ch. 1306. Statuta quædam Collegij,

gij, Præposit. Rudolpho, sunt instaurata, & aucta.

A. Ch. 1332. Ecclesiæ Thuricensi à duobus Archiepiscopis, & decem Episcopis Indulgentiæ sunt concessæ, Avenióe, Pontifice Johanne XXII. & per Rudolphum, Constantiensem Episcopum, anno Christi, 1333. confirmatæ.

A. Ch. 1386. Confirmatio Episcopi pacti inter Clerum & cives de non exhibendis reditibus absenti Canonico.

Seculo XV. a. Ch. 1404. Rupertus, Heidelbergæ, Collegio immunitates concessiones, privilegia &c. Prædecessorum confirmat; sed & M. *Conrado Elye*, Præposito jus causas capitales cognoscendi & judicandi concessit; id quod postea à Sigismundo Friderico IV. Alberto II. Maximiliano I. Carolo V. fuit confirmatum.

A. Ch. 1415. Sigismundus tum judicia capitalia, tum cætera privilegia omnia confirmat.

Circa idem tempus *Martinus* V. Ecclesiam, & *personas ejus sub B. Petri protectione suscepit*, omniáque jura, Indulgentias &c. rata habet.

A. Ch. 1442. Fridericus IV. luculento diplomate Antecessorum privilegia stabilit.

A. Ch. 1407. & 1409. Albertus, Episco pus Constant. duo Collegij Statuta con firmavit; de quibus *Spec. Helvet.* pag. 589 Idémque 600. florenos pro redemtion annuæ contributionis Præpositurae, cu *Consolationis* German. Bischoffssteür nomen erat; accepit.

A. Ch. 1410. *Johannes* XXIII. Bullâ ca vit, ne quis illegitimus in Canonicorum admitteretur numerum, ubi inter alia re fertur, *Ecclesiam Tigurinam in Diœcesi Constantiensi primatum tenere, post cathedralem, Ecclesiam Constantiensem; & tamen tractu temporis nonullos de illegitimo thoro genitos ad Canonicatum admissos.*

A. Ch. 1420, Otto, Constantiensis Episcopus, confirmavit Statutum de 40. florenis solvendis per Canonicum ante perceptionem fructuum præbendæ, ad diminutionem debitorum Collegij.

Idem ratum habuit Statutum Collegij *pro portione studentibus in Scholis generalibus impertienda*, 1426

A. Ch. 1435. *Julianus*, Cardinalis, Ecclesiæ Thuricensi privilegium concessit, *quòd bona malè acquisita dari possint fabricæ Ecclesiæ.* Cujus indulti confirmatio secuta fuit a. Ch. 1436. per *Ordinarium*, Fridericum Episcopum Constant.

A. Ch.

A. Ch. 1438. Idem *Cardinalis* & Legatus, Indulgentias permisit visitantibus sepulchrum Martyrum: Vid. *Tom.* VII. p. 95.

Quo etiam anno *Henricus de Heven*, Episcopus, confirmavit Statutum Capituli de 40. florenis solvendis per qualitercunque intrantem.

A. Ch. 1439. Albertus II. privilegia Præpositurae confirmat.

A. Ch. 1443. per Henricum Episcopum concessum fuit indultum *de resumendo divina, recedente interdicto.* Vid. *Specul. Tigur.* p. 588.

A. Ch. 1468. Hermannus Episcopus sententiam in favorem Minoritarum latam revocat.

A. Ch. 1477. *Sixtus* IV. Ecclesiæ Thuricensi, ceu *prima*, in Diœcesi Constant. 6. Cantorales Cappellanias Capituli dispositioni relinquit. Idem a. Ch. 1479 gratiam jubilæi ad quinquennium concessit; Tom. VII. p. 111. Eandem postea *Gentilis de Spoleto*, Episcopus Avenionensis, & Legatus Pontificis, apud Confæderatos vindimavit.

A. Ch. 1487. Privilegia Collegii per Maximilianum I. confirmantur.

A. Ch. 1493. Transactio inter Episcopum

pum Constantiensem, & Clerum Helvetiæ universæ, de quo alibi. *Orig. Carol.* pag. 69.

A. Ch. 1491. Transactio inter Magistratum Tigurinum & Præposituram Ecclesiæ, facta per Officiales Constantienses, Johannem Kruzlinger, & Balthasarum de Randek, in causa testamentorum. Limitatum Canonicis fuit jus, ut ad pias causas liberè legarent; in cæteris judicio starent Magistrâtus. Sed pridem hæc materia fuit μῆλον ἔριδος, metuentibus Civibus, ne testandi libertas Clericorum, in detrimentum cederet Reipublicæ. Unde jam ante a. Ch. 1475. cautum fuit à Magistratu, ne Clericorum testamenta haberentur rata, nisi de æquitate eorum Senatui constaret.

Seculi XVI. Anno 1515. Ennius Phylonardus Legatus Pontificius suas liberalissimè Collegio distribuit indulgentias, certos dies festos celebrantibus erogãdas. Ejusdem authoritate *vidimata* fuit Conradi Episcopi Constantiensis suprà posita Epistola καταδικαστική. Ejusdem, eodem anno, sunt Indulgentiæ à Consule Rœstio, & Plebano Batmanno impetratæ, de quibus Tom. VII. p. 89.

A. Ch. 1529. Sequebantur Indulgentiæ

tiæ *Matthæi* Cardinalis Sedunensis pro iis, qui Plebanum in processione Palæopolitana comitabantur, Tom. VII. p. 87.

A. Ch. 1521. *Carolus* V. Collegio privilegia confirmat.

Hæc hactenus de Statutis, Privilegijs, Indulgentiis Ecclesiæ Tigurinæ. Quorsum verò hæc? Quid necesse erat scruta hæc, jam omnium penè mentibus excussa, excutere? Chartas insolitis, & ipso sæpe sono tremendis vocibus replere? Ea etiam, quæ vel ad disciplinam, vel œconomiam, vel reverentiam cleri faciunt, temerè sugillare? Verùm enim verò, nemo existimet, adeò nobis quenquam quidlibet carpendi affricuisse cacoethes, ut ea etiam, quæ vel bona, vel media sunt, vellicemus, aut improbemus omnia, quibus ante hac, salvo Ministerio Evangelico, verbo Dei tradito, vel plebs in officio potuit contineri honestatis, vel reditibus, vel publicæ quietati etiam caveri. Illud verò est, quod ex præmissis, scopo nostro inservit, narrationibus, 1. ut constaret Lectori, quantum & quàm longis passibus recessum paulatim fuisset ab Idea Evangelistæ, & veri Ministri Ecclesiæ, cujusmodi Paulinæ nobis exhibent Epistolæ ad Timotheum & Titum: Et quàm nihil haberet effæminata & effæta

effæta hæc ætas, quæ Virginitati Ecclesiæ primævæ responderet.

2. Ne ignoraretur, quàm abjecta, & quæ ferè tantùm aut ad superstitionem, aut πρὸς τὰ ἄλφιτα, aut externam ordinis facerent eminentiam, Periodi hujus fuerint studia. Dedimus ἐπιτόμως, quicquid ex *Archivo* nostro de publicis Ecclesiæ nostræ studiis haberi potuit. At penè οὐδὲν ὑγιές. Neque existimes, nostrum hoc, de rudi & penè ferrea ætate judicium, livori tribuendum, aut affectibus. Eos audias, qui tunc ὑπείροχοι ἄλλων, non queri satis poterant de profligata Canonicorum ignorantia. Fatetur *Felix Malleolus*, per duo propemodum Secula neminem in universo fuisse Collegio Præpositurae, qui eo usque animum ad literas appulisset, ut publicis innotescere ausus fuerit scriptis: *Orig. Carol.* p. 147. Et de statu sui temporis: *Scis, quòd faber Marschalkus habilis, de multis corruptis gabatis, seu equorum ferramentis unum bonum facit, sed illum non novi, qui de omnibus istis Canonicis, qualitercunque conjunctis, conglutinatis, combinatis aut per ignem & aquam concussis unum conficiat non dicam sufficientis, sed tantùm literaturæ Clerico competentis.* Passional. p. m. 4.

3. Est hoc certissimum originum scrutinium.

num. Novitatis hodie accusatur Ecclesia Tigurina, cùm ad primam provocat Sc. S. antiquitatem. Nova ea esse ostendere possumus, quæ paucis ante Reformationem Seculis obtrusa fuêre. Et menses vel annos exprimere possumus, quando Indulgentiæ, novi dies festi, aliáque ἐντάλματα ἀνθρώπων irrepserunt; Hæc verò nonne nova fuerint, quæ antea ignorata adeò brevi ab hinc tempore nidulari cæpére?

VIII. Hæc succinctè *in genere: In specie* observamus, in Ecclesiam quidem nostram, hac ultima ejus senecta, varias irrepsisse superstitiones & novitates tam in dogmatibus quàm ritibus, & regimine; semper tamen fuisse, qui vel ijs se opponerent, vel abusus taxarent, vel meliora ostenderent. Eamus παραλλήλως.

A. Scripturæ authoritas quotidiana praxi, & traditionum torrente satis quidem ubique proculcata & absorpta fuit; occurrunt tamen, qui disertis pro ea militârunt & verbis, & argumentis.

a. Petrus Numag. Trevirens. Sacell. Tigurin.

gurin. Tractat. de Nicol. Subsylv. MS. p. 1. Verbi Dei authoritatem, veritatem, perspicuitatem Philosophiæ tenebris, involucris, mæandris ita opponit: *Sensus*, inquit, *sunt deceptibiles. Eatenus versati omnes Philosophi Academici, Pythagorici, Stoici, Peripatetici in suis traditionibus rationalibus, naturalibus, & moralibus erraverunt, ab utero locuti sunt falsa, ut deciperent ipsi de vanitate in id ipsum, & in diluvio aquarum multarum non approximàrunt ad eum, qui docet omnem scientiam, id est, veritatem scibilem. Melior enim est fidelis ignorantia, quàm temeraria scientia. Sicque exulantes à beatitudine Davidica, quam ipse expertus ajebat: Beatus, quem tu erudieris, Domine & de Lege tua docueris eum.* Et p. 9. Sacra Scriptura *regula est & mensura earum, quæ in Ecclesia fiunt, actionum sive ex virtute, sive ex miraculo prodeuntium, ita ut ad eam regulanda & probanda referri debeant, quatenus eis, si ad eam rectè proportionentur, stetur, & non aliter. Hæc enim est illa nobilis Sara, quæ ancillam de Mecchia superbientem affligit,* Gen. 16. *& cum suo notho ejicit, cui etiam summus Patriarcha, obedit, quanquam in asperis jubetur*, Gen. 21. *Hæc*, inquam, *est illa lapidea tabula, Novo & Veteri Testamentis duplicata, digito Dei, id est, Spiritu Sancto inspirante scripta*, Deut. 9. *& exemplar sin-*

mend-

menda, quod Moysi in monte monstratum est, ut secundùm ipsum omnia tabernaculo, id est, Ecclesiæ Dei deservientia faciat, Exod. 25. Heb. 8. *Imò illa litera pro Hestera reginæ, id est, Ecclesiæ fideli populo, cœlestis Assueri signata annulo, qua damnationis æternæ Epistola in suum authorem Aman, impium hæreticum, & comprimentem Schismaticum retorquens cassat,* Esth. 8. Et p. 31. prolixè docet Scripturam ex Scriptura explicandam. *Cùm Sacra Scriptura habeat se ad omnes alias Scripturas, sicut rectum ad obliquum. Cùm nempè in omni genere ponendum sit aliquid primum, quod sit metrum & mensura omnium aliorum: In genere Scripturarum sacra pagina prima & dignior habenda est: Quia à primo & dignissimo auctore Deo dictata. Sed omne rectum & inobliquabile metrum est, & sui, & omnium obliquabilium. Sicut ergo Sacra Scriptura omnes alias Scripturas corrigit, ita & se ipsam. Exemplum est de Phitonissa, quæ dicitur suscitâsse Samuelem, quem Saul adoraverit, sicut habetur* 1. Reg. 28. *Quod ad sensum Sacræ Scripturæ aliter capitur, sicut docet* Augustinus in lib. de Civit. Dei, & habetur XXVI. q. 5. *Nec mirum. Simile exemplum est de Melchisedech, quem Apostolus vocat sine Patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem habentem, ad* Hebr. 7. *Non, quod sine istis sit:*

sed quia faciens ejus mentionem ex quodam mysterio ista sibi nullibi assignat S. Sc. Quæ sicut sua auctoritate reprobat omne quod est contra eam, vel dissentit à sui intrinseca veritate: Ita etiam quod non dissentit, admittit, &c. Operosè deinceps probat, neque Angelis, neque alijs apparitionibus adhibendam fidem, nisi Sacræ respondeant Scripturæ. *Nec credat quis esse Angelum*, inquit pag. 45. *qui apparens & dicens se Angelum, etiam bona & quæ sunt salutis, prædicat: Et hoc ideò, Mosen habemus & Prophetas, & ad hæc sancta Evangelia, & exempla egregia, in quibus proponitur nobis pœna malorum, premiúmque bonorum, & iter salutis copiosè ostenditur indemnabilitérque. Qui his non credit, non arbitretur se dignum, ut ab Angelo accipiat, quid credere debeat. Si credit, non est opus, ut ab Angelis discat. Ecce enim, quod etiam salvatis animabus non credendum sit, ubi de Lazaro Abraham,* inquit: Quomodo si quis ex mortuis resurgeret, credent ei, & hujusmodi interrogationes ut plurimam negationem præsupponunt. Examinandi igitur sunt Spiritus in dictis suis, an dicant, quæ sunt conformia S. Scripturæ, & quæ in S. Scriptura fundata sunt, vel in S. Sc. figurata. Exemplo Virginis gloriosæ, quæ, ne deciperetur, non statim credidit Archangelo se conce-

concepturam; sed solenniter quæsivit. *Quando fiet istud?* Tunc Archangelus, conforme S. Sc. testimonium protulit: *Quoniam*, inquit Spiritus Sanctus *superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Illo audito, Virgo sancta Archangelo credidit humiliter, cujus dictum conforme erat S. Scripturæ, signanter illi Vaticinio Jesajæ: *Ecce virgo concipiet & pariet filium.* Super quo dicto fuerat proximis antea diebus quædam inter Judæos notabilis disceptatio Synagogica; quia, dum ventum esset, in lectione Esajæ: *Ecce virgo concipiet & pariet filium, &c.* stupefacti omnes dixerunt: *Quomodo hoc posset fieri, ut virgo conciperet, esset enim contra naturæ ordinem?* Adscripseruntque Scriptori, quod illam adspirationem H. obmisisset: Stetit enim Prophetia Aalma sine H. quod est *virgo.* Convenerunt ergo debere interponi H. ut staret *Ahalma* cum H. quod est *juvenis mulier*, ut salvaret ordinem naturæ, cum staret Prophetia: Ecce juvenis mulier concipiet &c. Scripto itaque H. die altera convenientes deletum invenerunt, ita ut non possent notare unquam fuisse scriptum, admirabantur itaque & denuo scribebant. Cumque tertio mane similiter deletum sine nota rasuræ animadverterent, stupefacti di-

 miserunt.

miserunt. *Et Simeon, qui illo tempore agens præerat Synagogæ viso illo miraculo, & quod virgo erat conceptura filium, flagitabat, quatenus in ipsum dies illa veniret, in qua filium de virgine genitum mortali visurus esset lumine. Exauditus itaque senex ille justus responsum accepit à Spiritu S. non visurum se mortem, nisi prius vidisset Christuum Domi num, &c.* Quæ de aspiratione Latina monet, digna sunt crisi illius Seculi. Vocem Hebræam העלמה *juvenculam* notare, & *virginem* potius, quàm *juvenem mulierem*, oculatiores pridem viderunt. Cætera, quæ de disputatione Rabbinorum, Simeonis voto &c. asperguntur, illis affinia sunt, quæ occasione versionis LXX. viralis ex *Batricide* inserui mus *Thes. Philol.* pag. 307. De quorum tamen jam vel veritate vel falsitate non sumus soliciti. Illatio authoris ex præmissis luculenta ad rem maximè facit. *Ecce*, inquit, *habes, quòd dicta Angelorum & Spirituum non statim sunt accipienda, sed ad probam Sacra Scriptura tenenda.* Quæ deinceps prolixiùs proponit, serióque concludit, ut dicta apparentium non admittamus, *si sint contra præcepta Dei, institutiones Christianas, vel honestatem.* Idem ejus judicium est de *authoritate Patrum*, quibus non aliam tribuit ἀξιοπιστίαν, quàm quæ ex consensu S.

Scripturæ ipsis debentur. *Nihil* (ita p. 45.) *novi jam contingit, ut vult, Petrus dicens:* Nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis sit, quasi novi aliquid jam contingat; *sed ambulate secundùm scientiam. Secundum scientiam igitur ambulare, est semitas Patrum, pressas* (NB) *in Scripturis indeclinabiliter observare.* Neque enim unam tantum esse rationem, ob quam Doctorum auctoritas non possit non esse suspecta. *Sancti Doctores*, inquit p. 44. *quæ bene scripserunt, non audent sibi attribuere, & in quibus malè scripserunt, cognoscunt, non illud studium, quod debuerunt in indaganda veritate adhibuisse, quia vel incuria tentos, sive pro impensa materia peregrinum illud lumen non respexisse, vel stimulo vanæ gloriæ vexatos hoc supernum lumen extinxisse, vel de sui ingenij industria ultra æquum præsumentes lumen ipsum non accepisse.* Idem examen reliquorum etiam Spirituum author citatus commendat in sequentibus. *Arreptum timeas* (sunt ejus verba p. 46.) *quia illa blasphemiæ bestia movens linguam ejus, quem invasit, nihil loquitur, nisi ut seducat, vel scandalisset fideles. Ideóque sicut mortuis, ita nec arreptitijs fides adhibetur, saltim in perniciem aliorum. Deceptorem fugias, quia omnes hæretici dicunt, se missos à Deo & Angelis; sed non credimus eis, ut habetur in*

 C. cum

C. cum ex &c. Extra de hæreticis. Fatuum examines, quia fando, quæ rationis non sunt, se ipsum prodit: Fatuus enim cor suum gerit in ore, id est, quæcunque concipit, loquitur. Fantasticum noscas, qui non ex ratione vel fundamento, sed ex proposito allegat, vel nullo dicta sua confirmat, nisi visa qualibet phantasia. Tamen ab hoc ne temerè quempiam judices; sed expectes patienter, sed probes diligenter; sed caveas sapienter, sed vitam, inquam, emendes constanter. *Et ne quaquam credas eis, nisi Scripturæ testimonium afferant, exemplo Johannis, qui missionis suæ testimonium protulit illud Jesaja:* Ego vox clamãtis in deserto, parate viam Domini; *vel miracula faciant exemplo Moysis, qui in missionis suæ testimonium virgam convertit in colubrum, & è contra colubrum in virgam. Verùm tamen si qualibet miracula faciat, ne sic credas ei; sed prius miracula examines, ut puta si ad ædificationem fidei, vel fidelis populi necessariam consolationem, vel emendationem, vel devotionem. Si sunt supra naturam, ut puta non virtute herbarum, vel lapidum practicata. Magi enim in Ægypto fecerunt omnia illa miracula, quæ & Moyses. Sed illorum miracula erant per administrationem malignorum Spirituum ex natura. Ista præter naturam erant ex virtute Dei.* Idem tandem author

author in revelationibus examinandis accuratos, admittendis cautos nos esse vult. *Revelationes quæ fiunt, non committuntur denunciandæ sine Scripturæ testimonio, vel dato miraculo.* Super quo ponderosam Apostoli sententiam advertamus. Audivi, inquit, arcana verba, quæ non liceat homini loqui. Ecce! quemadmodum non licet loqui homini, quæ revelationibus didicit, loqui inquam, id est, affirmativè & pertinaciter exclamare; sed expedit ei consultivè, & humiliter Confessori docto & probato sub sigillo Confessionis proponere, ne tamen vivente se reveletur, quemadmodum fecit Hermegildis, & S. Brigitta, quarum revelationes à plerisque accipiuntur. Etenim, si Apostolus testatur, non licere homini loqui, quæ jam certa & vera ex revelationibus accepit, quantò minùs illa revelabis, quæ nec certa, nec vera intelligis, nisi hoc facias causâ consilij? *Verùm tamen non reperio aliquas revelationes approbatas, præter Apocalypsin, quem tamen librum diu, gravis illa sponsa Christi examinans, tandem sub magna difficultate recepit.* Plures autem reperio revelationes repudiatas, ut habetur in Decret. XV dist. Et Chronicæ edocent, plures hujusmodi præsagos & vaticinatores, quos alij vocant *peditantes*, alij

olentes, alij sibilantes, dicentes, Dominum Jesum sibi apparuisse, & futura significasse, experientia attestante in capita sua fuisse mentitos. Neque enim ego credo, Dominum Jesum, faciliorem isto tempore, quàm fuerit tempore Apostolorum: Ut jam appareat, edicens futura sordentibus adhuc hypocritis, quæ noluit electis suis Apostolis, rogatus manifestare. Quicquid sit, obthuret fidelis aures ad verba vanitatis hujusmodi, & aperiat ea ad verba salutis, persuadentia actum pœnitentiæ, & vigilet, ut quacunque hora veniens Dominus inveniat paratum servum suum. *Si quis futura dicit, dicat. Plures enim vates mentiti sunt. Si signa facit, faciat. Judas Apostolus mortuos suscitavit, & infirmos varijs infirmitatibus & defectibus curavit & sanavit, alijs verbum Dei prædicavit; sed seipsum non emendavit, Dominum suum tradidit; & qui mortuos suscitaverat, seipsum, ut meruit, suspendens occidit. Si futuro fieri desideras, tunc fiducialiter scies, si omne momentum, quasi ultimum exspectes. Si signa facere gliscis, tunc maximum signum facies, si te, extinctis vitijs, in via salutis disponas. Hæc sunt, quæ tibi profectum afferunt. Alia, mihi crede, vana sunt, & lubrica, & facilia. Signa non faciunt Sanctum sed vita, ut notatur* in C. 1. de reli. & ven

Sanct

Sanct. de homine in potatione interfecto. *De futuris verum dicere non facit Prophetam, sed secundùm veritatem vitam ducere. Nam Christus dicit:* Multi venient dicentes: Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo fecimus signa? & ego confitebor illis, quoniam non novi vos. *Ecce, non negabit, eos in suo nomine prophetâsse, & signa fecisse; sed dicit, se eos non novisse, videlicet per Sancta opera, quibus dicitur nôsse, qui sunt ejus, & reprobos ignorare. Ecclesia etiam signa & miracula non veneratur, sed admiratur. Sufficiat tibi apud Boëtium Vates ille ridiculosus* Træsia: Fient, inquit, vel non fient. *Illud solum cura, ut fiat salus animæ, & eris Propheta magnus. Opus esset plura circa hanc materiam edisserere, quia maximas inter nostrates considero superstitiones, quæ fiunt circa imagines, quas constipant ferreis & ereis monstris, ac sordidis camisiis, & aliis fantasiis.* Reperitur rusticus, qui magis præsupponit de Sancto Wolfgango, vel alio quolibet miraculoso Sancto, quam de Jesu Christo, in quo cuncta Sanctorum prodigia fundantur. Minus pœnitet quinque grossos dare pro cera appendenda in superstitionem, quàm in persona pauperis reficere Christum esurientem modica panis buccella. Hæc *Sacellanus* Tigurinus.

B. Authoritas Pontificis paulatim quidem, seriùs [a] licèt in Ecclesia Tigurina obtinuit, ita tamen, ut nec [b] impeccantia ei tribueretur, nec supra Concilia [c] eveheretur: In ipsos verò Pontifices, eorum cumprimis vitam [d] nonnulli adeò liberè invehebantur, ut in superiorum [e] eo nomine, οἱ ἀντιλέγοντες, incurrerint offensam.

a. Etsi enim Ecclesia Tigurina fundationis, confirmationis &c. nec pauca, nec obscura habeat monumenta; nihil tamen prorsus reperio, quod ante annum 1188. (quod enim a. Ch. 1154. sub *Anastasio* Papa præcessit, ad Augustinianos in monte Thuricensi pertinebat,) Româ huc fuerit delatum. Diu ergo Tigurini Ecclesiam constituerunt, antequam Româ quicquam accepissent. Tunc enim primùm *Clemens* III. Præposituram Ecclesiam Thuricensem speciali protectione suscepit. Et quia primum & antiquissimum est privilegium, διαῤῥήδην, hoc loco, illud communicabimus: CLEMENS Episcopus servus servorum Dei, dilectis filijs *VValthero* Præposito Ecclesiæ Sanctorum *Felicis* & *Regulæ* Turegiensis, ejus fratribus, tam præsentibus, quàm futuris

turis Canonicè substituendis in perpetuum effectum justa postulantibus indulgere, & vigor æquitatis & ordo postulat rationis, præsertim cùm petentium voluntates & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & prædictam Sanctorum *Felicis* & *Regulæ* Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia in præsentia justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneat. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfata Ecclesia sita est, cum omnibus pertientijs suis. Ecclesia de Chusennacho cum tertia parte ipsius fundi, & aliis quæ ibidem habetis. Ecclesiã de Swanlingen cum omni jure, quod habetis in ea. Decimas villarum Mediolani, (*Ger.* Meylen/) Mure, Wittalicon, Henco, & civitatis Turegiensis Præposituræ consistit,

sistit, tam in censu, quam in decimis & proventibus alijs, vobis annis singulis exhibere tenentur cum aliis omnibus possessionibus vestris, quas juste & pacificè possidetis, vobis & per vos Ecclesiæ vestræ autho ritate Apostolica confirmamus. Libertates quoque & immunitates, nec non rationabiles & antiquas consuetudines, tam ab Ecclesiasticis, quam mundanis personis Ecclesiis vestris concessas, & hactenus observatas ratas habemus, eásque futuris temporibus illibatas manere sancimus. Auctoritate quoque Apostolica prohibemus, ne quis in vos, vel Ecclesiam vestram excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam sine manifesta & rationabili causa promulgetur, seu novas & indebitas exactiones vobis vel hominibus vestris imponat, nec advocatus Ecclesiæ vestræ curtes vestras aliquatenus intret, nisi de assensu vestro, vel à vobis fuerit invitatus. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communiter, vel fratrum major pars consilii sanioris, sicut hactenus observatum est, secundum Deum providerint eligendum. Nec aliquis in eadem Ecclesiam vestra,

veſtra, niſi Canonicus, qui à vobis eligi debeat, inſtituatur Plebanus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſecrentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus commodis profutura, ſalvâ ſedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſani Epiſcopi juſtitia. Si qua is in futurum Eccleſiaſtica ſecularisque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua correxerit ſatisfactione, poteſtatis, honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe judicio divino, exiſtere de pepetua iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei, ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictè ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem prœmia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Lateran. per manum Moyſi Roman.

man. Ecclesiæ Subdiacon. vices agentis Cancellarij, III. Indictione sextâ. Incarnationis Dominicæ, Anno MCLXXXVIII. Pontificatus verò Dn. CLEMENTIS Papæ *Anno* primo.

Subscripserunt, CLEMENS III. in circulo cujus superiori parti inscripta erant, nomina S. Petri (hoc enim collocantur ordine, aliter quam fit in plumbea bulla, ubi Paulus πρωτεύει) & S. Petri; in inferiori, Clementis Papæ, III. in peripheria: Domine, doce me facere voluntatem tuam. Infrà verò: Ego Clemens, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus: Ego Johannes, Presbyter Cardinalis tit. S. Marci. Ego Laborans, Presbyter Cardinalis, S. Mariæ trans Tiber. (*Onuph.* habet ultra Tiber. pag. 141. de Pontificib.) titul. Calixti. Ego Pandulphus Presbyter Cardinal. Basilic. XII. Apostol. Ego Melior, Presb. Cardinal. titul. Sanctorum Johannis & Pauli. Ego Petrus tit. S. Cecil. Presbyt. Cardinal. Ego Radulfus tit. S. Praxedis Presbyt. Cardinal. *Onuph.* hunc non habet. Ego Petrus tit. S. Clementis Presbyt. Cardin. Ego Bobo (*Onuph.* Boso) Presbyter Cardinal. tit. S. Anastasiæ. Ego Alexius tit. S. Susannæ Presbyt. Cardinal. Ego Petrus Presbyter Cardin. tit. S. Petri ad vincula. Ego Jacinthus

cinthus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin. Ego Gratianus, Sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconus Cardinalis. Ego Soffredus S. Mariæ in via lata, Diac. Cardin. Ego Bovo, tit. Georgii ad velum aureum Diac. Cardin. Ego Johannes S. Theodosii Diac. Cardin. Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro Diac. Cardin. Ego Theobaldus Hostiensis, Villetrens. Episcopus.

b. Sæpiùs certè à nostratibus hæreseos & hæretici nomen Pontifici impingebatur. *Johannes Vitoduranus*, Franciscanus Monachus p. m. 42. Hist. Msc. *His ita se habentibus Papa* (Johannes XXII.) *& Imperator* (Ludovicus) *mutuò se hæreticos nuncupabant.* P. 44. B. *Execrabile eidem Johanni tribuit factum*, quo infidelibus transitum dedit per regiones Christianorum, quorum res & sacra ludibrio exposuerunt; ita ut & *mulieres* (verba sunt authoris) *certatim temerarent coitu nefario, ipsis quoque mamillas abscinderent, Ecclesias diruerent, altaria destruerent, & quod execrabile dictu, corpus Christi in scriniys, super aris recorditum tollerent, & lanceas suas infigerent, blasphemando dicentes: Ecce Deus Christianorum in nullo se defendere potest.* — *Per istud factum abominabile Imperator Ludovicus per Papam promotum, & per impugnationem*

tionem paupertatis Christi, Papa maximè in-sultavit, satagens per hæc ipsum hæreticum con-vincendum, & ipsum propter hoc, justitia exi-gente, deponendum, & per consequens suas inde-bitas sententias deberi irritas censendas. Scien-dum quoque est, quod per eundem Papam mul-tus sanguis effusus est, & multa homicidia per-petrata sunt in Longobardia &c. Hic etiam Papa (ita p. 46) *quadam vice per modum di-sputationis astruere nisus est, quòd ab initio Mundi nulla anima cœlos ascenderit, exceptâ solâ animâ Christi, usque in hodiernum diem, sed tantùm, ut percepi, relatione multorum ho-minum, post diem judicii animas justorum evo-laturas in calica regna affirmabat.* Et sic Ec-clesia penitus exorbitaret. Nam natalitia Sanctorum, vel festivitates colimus, quan-do animæ ipsorum, quemadmodum Scri-ptura refert, in æternæ claritatis abyssum absorptæ sunt: Sed quia error pessimus est hoc dicere, procul abjiciatur. Nam anima Mariæ, Matris Christi, Petri & Pau-li Apostolorum ejus, adhuc miseræ essent, & non beatæ, viatores quasi, & non com-prehensores, cùm divina essentia, taliter, ut ego sentio, nullatenus fruerentur. Hæc opinio seu positio venenosa à Papa, quasi à regulo fota, & effusa per multos Clericos & laicos, Nobiles & ignobiles, in Curia

pro-

pro suis negotiis agitandis commorantes, in reditu suo ad suas provincias, vel patrias quasi per diversos rivulos ad diversæ Ecclesiæ climata derivata est. Hæc assertio falsa, & à veritatis tramite penitus aliena, infirmitas contagiosa existit, quæ multa corda fidelium simpliciter credentium, in locis quibus divulgata est, graviter infecit, Confer. *Hist. Tom.* III. pag. 739. 930. &c. Huic affinis est eorumquerela, qui causam sæpe malam triumphâsse, Pontificum sive malitiâ, sive conniventiâ, asserere haud obscurè videntur: *Felix Malleolus*, Tract. de Emtione & venditione unius pro 20. p. m. 36. a. *Hodie videtur dubium, prout de conceptione Virginis gloriosissimæ per mille annos & ultra fuit hæsitatum, & de hoc per majores mundi Doctores fuit disputatum:* Et per Sanctum Thomam de Aquino ad unam partem conclusum, qui inter Theologos non minoris est pretij, quàm Innocentius ac Hostiensis, Bernhardus, Parmen. Johannes Teutonicus vel Johannes Andreæ inter juris peritos. *Sed quid factum est? Thomas cum suatibus succubuit: Opinio autem aliorum per Decretum summi Pontificis, & Concilij Basilensis permansit. Puto tamen, quòd ante dictum decretum nulla partium suis opinionibus peccaverit*

C. cum ex &c. Extra de hæreticis. Fatuur examines, quia fando, quæ rationis no sunt, se ipsum prodit: Fatuus enim cor su um gerit in ore, id est, quæcunque conci pit, loquitur. Fantasticum noscas, qui no ex ratione vel fundamento, sed ex propo sito allegat, vel nullo dicta sua confirmat nisi visa qualibet phantasia. Tamen al hoc ne temerè quempiam judices; sed ex pectes patienter, sed probes diligenter sed caveas sapienter, sed vitam, inquam emendes constanter. *Et ne quaquam creda eis, nisi Scriptura testimonium afferant, exempl Johannis, qui missionis suæ testimonium protuli illud Jesaja:* Ego vox clamãtis in deserto, pa rate viam Domini; *vel miracula faciant ex emplo Moysis, qui in missionis suæ testimonium virgam convertit in colubrum, & è contra colu brum in virgam. Verùm tamen si qualibet mi racula faciat, ne sic credas ei; sed prius miracu la examines, ut puta si ad ædificationem fidei vel fidelis populi necessariam consolationem, ve emendationem, vel devotionem. Si sunt supr naturam, ut puta non virtute herbarum, vel la pidum practicata. Magi enim in Ægypto fe cerunt omnia illa miracula, quæ & Moyses. Se illorum miracula erant per administrationer malignorum Spirituum ex natura. Ista præte naturam erant ex virtute Dei.* Idem tander

autho

author in revelationibus examinandis accuratos, admittendis cautos nos esse vult. *Revelationes quæ fiunt, non committuntur denunciandæ sine Scripturæ testimonio, vel dato miraculo.* Super quo ponderosam Apostoli sententiam advertamus. Audivi, inquit, arcana verba, quæ non liceat homini loqui. Ecce! quemadmodum non licet loqui homini, quæ revelationibus didicit, loqui inquam, id est, affirmativè & pertinaciter exclamare; sed expedit ei consultivè, & humiliter Confessori docto & probato sub sigillo Confessionis proponere, ne tamen se vivente se reveletur, quemadmodum fecit Hermegildis, & S. Brigitta, quarum revelationes à plerisque accipiuntur. Etenim, si Apostolus testatur, non licere homini loqui, quæ jam certa & vera ex revelationibus accepit, quantò minùs illa revelabis, quæ nec certa, nec vera intelligis, nisi hoc facias causâ consilij? *Verùm tamen non reperio aliquas revelationes approbatas, præter Apocalypsin, quem tamen librum diu, gravis illa sponsa Christi examinans, tandem sub magna difficultate recepit.* Plures autem reperio revelationes repudiatas, ut habetur in Decret. XV dist. Et Chronicæ edocent, plures hujusmodi præsagos & vaticinatores, quos alij vocant *peditantes*, alij

olentes, alij sibilantes, dicentes, Dominum Jesum sibi apparuisse, & futura significâsse, experientia attestante in capita sua fuisse mentitos. Neque enim ego credo, Dominum Jesum, faciliorem isto tempore, quàm fuerit tempore Apostolorum: Ut jam appareat, edicens futura sordentibus adhuc hypocritis, quæ noluit electis suis Apostolis, rogatus manifestare. Quicquid sit, obthuret fidelis aures ad verba vanitatis hujusmodi, & aperiat ea ad verba salutis, persuadentia actum pœnitentiæ, & vigilet, ut quacunque hora veniens Dominus inveniat paratum servum suum. *Si quis futura dicit, dicat. Plures enim vates mentiti sunt. Si signa facit, faciat. Judas Apostolus mortuos suscitavit, & infirmos varijs infirmitatibus & defectibus curavit & sanavit, alijs verbum Dei prædicavit; sed seipsum non emendavit, Dominum suum tradidit; & qui mortuos suscitaverat, seipsum, ut meruit, suspendens occidit. Si futuro fieri desideras, tunc fiducialiter scies, si omne momentum, quasi ultimum exspectes. Si signa facere gliscis, tunc maximum signum facies, si te, extinctis vitijs, in via salutis disponas. Hæc sunt, quæ tibi profectum afferunt. Alia, mihi crede, vana sunt, & lubrica, & facilia. Signa non faciunt Sanctum, sed vita, ut notatur* in C. 1. de reli. & ven

Sanct.

Sanct. de homine in potatione interfecto. *De futuris verum dicere non facit Prophetam, sed secundùm veritatem vitam ducere. Nam Christus dicit:* Multi venient dicentes: Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo fecimus signa? & ego confitebor illis, quoniam non novi vos. *Ecce, non negabit, eos in suo nomine prophetâsse, & signa fecisse; sed dicit, se eos non novisse, videlicet per Sancta opera, quibus dicitur nôsse, qui sunt ejus, & reprobos ignorare. Ecclesia etiam signa & miracula non veneratur, sed admiratur. Sufficiat tibi apud Boëtium Vates ille ridiculosus* Træsia: Fient, inquit, vel non fient. *Illud solum cura, ut fiat salus animæ, & eris Propheta magnus. Opus esset plura circa hanc materiam edisserere, quia maximas inter nostrates considero superstitiones, quæ fiunt circa imagines, quas constipant ferreis & æreis monstris, ac sordidis camisiis, & aliis fantasiis.* Reperitur rusticus, qui magis præsupponit de Sancto Wolfgango, vel alio quolibet miraculoso Sancto, quam de Jesu Christo, in quo cuncta Sanctorum prodigia fundantur. Minus pœnitet quinque grossos dare pro cera appendenda in superstitionem, quàm in persona pauperis reficere Christum esurientem modica panis buccella. Hæc *Sacellanus* Tigurinus.

B. Authoritas Pontificis paulatim quidem, seriùs [a] licèt in Ecclesia Tigurina obtinuit, ita tamen, ut nec [b] impeccantia ei tribueretur, nec supra Concilia [c] eveheretur: In ipsos verò Pontifices, eorum cumprimis vitam [d] nonnulli adeò liberè invehebantur, ut in superiorum [e] eo nomine, οἱ ἀντιλέγοντες, incurrerint offensam.

a. Etsi enim Ecclesia Tigurina fundationis, confirmationis &c. nec pauca, nec obscura habeat monumenta; nihil tamen prorsus reperio, quod ante annum 1188. (quod enim a. Ch. 1154. sub *Anastasio* Papa præcessit, ad Augustinianos in monte Thuricensi pertinebat,) Româ huc fuerit delatum. Diu ergo Tigurini Ecclesiam constituerunt, antequam Româ quicquam accepissent. Tunc enim primùm *Clemens* III. Præposituram Ecclesiam Thuricensem speciali protectione suscepit. Et quia primum & antiquissimum est privilegium, διαῤῥήδην, hoc loco, illud communicabimus: CLEMENS Episcopus servus servorum Dei, dilectis filijs *VValthero* Præposito Ecclesiæ Sanctorum *Felicis* & *Regulæ* Turegiensis, ejus fratribus, tam præsentibus, quàm futuris

turis Canonicè ſubſtituendis in perpetuum effectum juſta poſtulantibus indulgere, & vigor æquitatis & ordo poſtulat rationis, præſertim cùm petentium voluntates & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædictam Sanctorum *Felicis* & *Regulæ* Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentia juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneat. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertientijs ſuis. Eccleſia de Chuſennacho cum tertia parte ipſius fundi, & aliis quæ ibidem habetis. Eccleſiā de Swanlingen cum omni jure, quod habetis in ea. Decimas villarum Mediolani, (*Ger.* Meylen/) Mure, Wittalicon, Henco, & civitatis Turegienſis Præpoſituræ conſiſtit,

sistit, tam in censu, quam in decimis & proventibus alijs, vobis annis singulis exhibere tenentur cum aliis omnibus possessionibus vestris, quas juste & pacificè possidetis, vobis & per vos Ecclesiæ vestræ autho ritate Apostolica confirmamus. Libertates quoque & immunitates, nec non rationabiles & antiquas consuetudines, tam ab Ecclesiasticis, quam mundanis personis Ecclesiis vestris concessas, & hactenus observatas ratas habemus, eásque futuris temporibus illibatas manere sancimus. Auctoritate quoque Apostolica prohibemus, ne quis in vos, vel Ecclesiam vestram excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam sine manifesta & rationabili causa promulgetur, seu novas & indebitas exactiones vobis vel hominibus vestris imponat, nec advocatus Ecclesiæ vestræ curtes vestras aliquatenus intret, nisi de assensu vestro, vel à vobis fuerit invitatus. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Præposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communiter, vel fratrum major pars consilii sanioris, sicut hactenus observatum est, secundum Deum providerint eligendum. Nec aliquis in eadem Ecclesiam

vestra,

veſtra, niſi Canonicus, qui à vobis eligi debeat, inſtituatur Plebanus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſecrentur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus commodis profutura, ſalvâ ſedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſani Epiſcopi juſtitia. Si qua is in futurum Eccleſiaſtica ſecularísque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua correxerit ſatisfactione, poteſtatis, honorisque ſui careat dignitate, reámque ſe judicio divino, exiſtere de pepetua iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei, ac Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictè ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem prœmia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Lateran. per manum Moyſi Roman.

man. Ecclesiæ Subdiacon. vices agentis Cancellarij, III. Indictione sextâ. Incarnationis Dominicæ, Anno MCLXXXVIII. Pontificatus verò Dn. CLEMENTIS Pap. *Anno* primo.

Subscripserunt, CLEMENS III. in circulo cujus superiori parti inscripta erant, nomina S. Petri (hoc enim collocantur ordine, aliter quam fit in plumbea bulla, ubi Paulus πρωτεύει) & S. Petri; in inferiori, Clementis Papæ, III. in peripheria: Domine, doce me facere voluntatem tuam. Infrà verò: Ego Clemens, Catholicæ Ecclesiæ Episcopus: Ego Johannes, Presbyter Cardinalis tit. S. Marci. Ego Laborans, Presbyter Cardinalis, S. Mariæ trans Tiber. (*Onuph.* habet ultra Tiber. pag. 141. de Pontificib.) titul. Calixti. Ego Pandulphus Presbyter Cardinal. Basilic. XII. Apostol. Ego Melior, Presb. Cardinal. titul. Sanctorum Johannis & Pauli. Ego Petrus tit. S. Cecil. Presbyt. Cardinal. Ego Radulfus tit. S. Praxedis Presbyt. Cardinal. *Onuph.* hunc non habet. Ego Petrus tit. S. Clementis Presbyt. Cardin. Ego Bobo (*Onuph.* Boso) Presbyter Cardinal. tit. S. Anastasiæ. Ego Alexius tit. S. Susannæ Presbyt. Cardinal. Ego Petrus Presbyter Cardin. tit. S. Petri ad vincula. Ego Ja-

cinthus

cinthus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin. Ego Gratianus, Sanctorum Cosmæ & Damiani Diaconus Cardinalis. Ego Soffredus S. Mariæ in via lata, Diac. Cardin. Ego Bovo, tit. Georgii ad velum aureum Diac. Cardin. Ego Johannes S. Theodosii Diac. Cardin. Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro Diac. Cardin. Ego Theobaldus Hostiensis, Villetrens. Episcopus.

b. Sæpiùs certè à nostratibus hæreseos & hæretici nomen Pontifici impingebatur. *Johannes Vitoduranus*, Franciscanus Monachus p. m. 42. Hist. Msc. *His ita se habentibus Papa* (Johannes XXII.) *& Imperator* (Ludovicus) *mutuò se hæreticos nuncupabant*. P. 44. B. *Execrabile eidem Johanni tribuit factum*, quo infidelibus transitum dedit per regiones Christianorum, quorum res & sacra ludibrio exposuerunt; ita ut & *mulieres* (verba sunt authoris) *certatim temerarent coitu nefario, ipsis quoque mamillas abscinderent, Ecclesias diruerent, altaria destruerent, & quod execrabile dictu, corpus Christi in scriniys, super aris reconditum tollerent, & lanceas suas infigerent, blasphemando dicentes: Ecce Deus Christianorum in nullo se defendere potest.* — *Per istud factum abominabile Imperator Ludovicus per Papam promotum, & per impugnationem*

pro suis negotiis agitandis commorantes, in reditu suo ad suas provincias, vel patrias quasi per diversos rivulos ad diversæ Ecclesiæ climata derivata est. Hæc assertio falsa, & à veritatis tramite penitus aliena, infirmitas contagiosa existit, quæ multa corda fidelium simpliciter credentium, in locis quibus divulgata est, graviter infecit, Confer. *Hist. Tom.* III. pag. 739. 930. &c. Huic affinis est eorum querela, qui causam sæpe malam triumphâsse, Pontificum sive malitiâ, sive conniventiâ, asserere haud obscurè videntur: *Felix Malleolus*, Tract. de Emtione & venditione unius pro 20. p. m. 36. a. *Hodie videtur dubium, prout de conceptione Virginis gloriosissimæ per mille annos & ultra fuit hæsitatum, & de hoc per majores mundi Doctores fuit disputatum:* Et per Sanctum Thomam de Aquino ad unam partem conclusum, qui inter Theologos non minoris est pretij, quàm Innocentius ac Hostiensis, Bernhardus, Parmen. Johannes Teutonicus vel Johannes Andreæ inter juris peritos. *Sed quid factum est? Thomas cum suatibus succubuit: Opinio autem aliorum per Decretum summi Pontificis, & Concilij Basileensis permansit. Puto tamen, quòd ante dictum decretum nulla partium suis opinionibus peccaverit*

c. Tertium enim est I. Universum Capitulum Ecclesiæ Tigurinæ unitatem prætulisse uni, Ecclesiam Papæ. Unde & juramento solenni Papa à Canonicis pro Catholico, non alia admittebatur conditione, quàm, donec aliud videretur Ecclesiæ. Qua de re suprà. II. *Petrus Numagen*, Sacellanus Tigurinus operam locavit Andreæ, Archiepiscopo Crainensi, qui Casparo Rhenano sedem Episcopalem Basileensem ab a. D. 1478. & deinceps, annis 24. occupante, Synodum Basileæ contra Sixtum IV. cogere conatus fuit. Literas eo nomine scripsit ad Fridericum Imperatorem, cæterósque Principes Electores, ordinésque tum Ecclesiasticos, tum Politicos, postulans, ut universalis Synodi authoritate Sixto IV. ejúsque Cardinalibus contra iretur. Id quod prolixè à nobis relatum est *Secul.* XV. Infelix quidem Andreæ fuit exitus: Actis verò Archiepiscopi non modò Petrus noster interfuit, sed luculentis eadem notis illustravit, quæ edita antehac à nobis sunt ex Bibliotheca Collegij nostri.

d. Johannes Vitoduranus gravissimè in Pontifices aliquot est invectus. De Johanne XXI. *Hic*, inquit, *scientiæ florem, & Pontificalem dignitatem morum stoliditate quadam*

dam deformavit, p. 34. b. Bonifacium VIII. impostorem, p. 29. *Anal.* P. 1. p. 46. Johannem XXII. profanum, perturbatorem, tyrannum: ut jam alibi ostendimus. *Anal.* P. 1. p. 47. *Felix Malleolus* Registro querelæ p. m. 67. a. testatur, se juniorem vidisse Romæ tempore Johannis XXIII. *quòd persona de Napulia rexerint manus Pontificis. Hinc*, addit, *tempore Martini Papæ sui nepotes sunt facti Calabriæ Principes, & nepotum fautores totum Ecclesiastici status mundum regebant.* Plura ejusdem testimonia vide in *Anal.* P. 1. p. 43.

c. Diuturnæ incarcerationis suæ causas Felix Malleolus ipse, commemorat. *Item*, inquit Regist. querel. p. 55. b. *apposuit sibi, quod unum volumen ad incitationem tam ipsius Vicarij de libertate Ecclesiastica nuper & noviter composuerit*, in quo summum Pontificem, videlicet Nicolaum V. & ejus Cardinales, & Curiales multipliciter comprehenderit. Et si in Romana Curia foret, Papa ipsum ad scalas poneret. *Ad hoc respondit ipse Felix*: Quòd Papæ personam curialiter tetigerit; sed si placuerit, videat doctorem Portig. de squaloribus Romanæ Curiæ: Et Innocentium III. de miseria humanæ conditionis, qui tangunt montes ut fumigent: Et in veritate sibi videtur,

quòd non erraverit. Nam usus est, & consuetudo tenet per mundum, & præsertim in remotis, quòd de curia Papæ & Imperatoris & aliorum Principum dicuntur enormitates, si quæ committuntur, quod nemo sub pœna mortis diceret in præsentia eorundem Dominationis. Et verum est, quòd multorum Pontificum, Prælatorum quoque & Curialium ipsorum pulsaverit (NB) exorbitationes. Hæc ille.

Vitâ etiam constitit παῤῥησία *Archiepiscopi Craynensis*, contra SIXTUM IV. Id enim Pontifex tandem obtinuit, ut authoritate & permissu Friderici Imperatoris Andreas à Basileensibus custodiæ mandaretur, nusquam tamen aliò extra Germaniam, donec ipse super eo amplius decerneret, transportaretur. Cùm ergò in domo quodam clàm aliquandiu Andreas custodiretur, die quodam in hypocausto, in quo versari solebat, suspensus laqueo deprehensus fuit, ceu ipse sibi conscivisset mortem: Cùm nemini dubium fuerit, quin insidiis Pontificis perierit. Cùm inter manus custodum in liberiori carcere tantum vix designare potuisset αὐτοχειρίας scelus. Accidit hoc d. 23. *Jan.* 1485. Ita *Stumpf* Msc.

C. De Prædestinatione ita disputatum

tum pariter ac scriptum fuit, ut Scholasticæ pleraque a respondèrent Methodo tum receptæ, quæ Architectonica erat liberi arbitrij, pro quo velut pro aris & focis pugnârunt: Sanioris tamen Augustinianæ doctrinæ reliquiæ hinc inde occurrunt, de b Sanctorum perseverantia, arcano c Dei, & imperscrutabili consilio, gratia d Dei efficaci, qua Deus quicquid e vult, agit, & Providentia, f quæ ad omnia se extendit.

a. Petrus Numag. Tractat. de apparit. p. 58. ita contra Dietarios, Tagwehler / ut vocat. *Residet in multis execrabilis superstitio Dietariorum, qui contra Apostoli voluntatem observantes dies & tempora cum illis Memphiticis vatibus miracula Domini graviter ferentes, Ægyptiacos dies fingunt, in quibus nihil inchoandum esse coaxant. Illi insensati homines dicant mihi, quis malam fecerit diem, quam bonam creavit Dominus, aut si Deus unquam dixerit malam esse diem hanc, illam bonam, immiscet se illis superstitionibus Diabolicis præstigys, & quod timuerunt, illis superstitiosis hominibus inducit, ut in superstitione confirmatos possideat. O miseros homines, qui, seipsos non intelligentes, tempora judicant. Item illi Astrolabystæ & Planetary, figentes suam in Astrolabio*

labio fidem, ex illius positione quandam futurorum necessitatem prædicant. Similes illis Origenianis hæreticis, qui cuncta ex divina præscientia, necessitate quadam evenire mentiuntur. Nam si sic, tunc nullus voluntate, sed necessitate damnaretur, quod est contra fidem: Quia redditur unicuique secundum opera sua, non ea, quæ ex necessitate commisit, sed voluntate perpetravit. Quia nihil ardet in inferno, nisi propria voluntas. Et Augustinus, inquit, *Vasis iræ Deus nunquam redderet interitum, si non spontaneum homo reperiretur habere peccatum.* Et quomodo diceretur in Apocalypsi: *Vide ne alius accipiat coronam tuam*: nisi secundum Apostolum satagendum esset nobis, *quatenus per opera bona certam nostram vocationem sive electionem faciamus. Non (NB) quatenus ex bonis operibus certa sit electio, sed quia in misericordia Dei, non sine bonis operibus omnes electi salvantur, & ex justo Dei judicio non sine malis operibus omnes reprobi damnantur. Omnia itaque, quæ sunt in præscientia divina non (NB) possunt non evenire, tamen ita eveniunt, ut sine necessitate eveniunt.* Et est ratio: Quia DEUS omnium præscientiam habet Modò illa præscientia in Deo non potest esse incerta. *Nam DEUS falli non potest, à quo (NB) pendet*

det incommutabilis ordo, & series determinata rerum. Igitur, quæ Deus prævidit, non possunt non evenire. Sed quod nulla necessitate eveniunt, probatur: Quia Deus sibi ipsi nullam imposuit necessitatem. Sed si necessitate quadam evenire disposuisset, sibi Ipsi necessitatem imposuisset, illa non commutandi; sed hoc non est verum: Quia nihil ita firmum disposuit in suo ordine, quin commutare valeat, & detrahere ordini, quem non ad necessitatem suam; sed ad arbitrium suum progredi constituit. Omnia itaque prævidit voluntate & ordine suæ constitutionis, non necessitate eveniendi. Et sicut non prævidit necessitate eveniendi, ita nulla necessitate eveniunt. Illud tamen nihilominus videtur evenire, quod ne eveniret arbitrium Dei, non confusione, sed commutatione vel rectificatione Ordinis sui prohibuit. *Et sicut Deus sibi ipsi nullam necessitatem imposuit, ita etiam nihil mali super homines ex necessitate evenire voluit, quod non ipse ad emendationem hominis voluerit in melius commutare.* Qui enim prævidit hominem damnandum, vidit & eundem demeriturum. *Non demereatur homo, & non damnabitur. Sed dices: Quomodo non demerebor, si prævisus sum demereri? Provisus es, inquam, demeriturus ex voluntate electa ma-*

litia, non ex necessitate pravisa transgressionis. Sed noli eligere malitiam, & non demereberis. Quia nulla necessitate trahimur ad vitia, nec virtutes, sed in nobis est in alterutrum liberi arbitrij electio. Ad quod astruendum examina te ipsum. Nam faciendo malum, habes conscientiam, mali te redarguentem, & te ipsam confundentem; quam non advertens liberè eligis malum, quod in te ipso accusatur, & sic dimisso bono Spiritu tibi in ministerium dato, à quo boni suggestio erat, malum Spiritum sponte sequeris. Ecce sponte demereris, sponte damnationi te involvis. Tu enim ante peccatum te ipsum damnâsti, cùm à malo quod judicâsti, non abstinuisti; sed scienter & sponte Creatorem tuum offendisti, quem non latuit hic ipsius malitia, dum te prævidit damnandum. Te, inquam, prævidit damnandum, quem nondum damnavit; sed ita damnandum prævidit, quòd si non spontè secutus fuisses, contra conscientiam nephas, voluit te salvare: *Et ne damnaret te, Spiritum bonum ministerialem tibi attribuit, qui (NB) te demeriturum retraheret. Illum si secutus fuisses, certè Deus, quem ex demeritis damnandum prævidit, eodem oculo illum ex mali abstinentia salvandum prævidisset. Sic igitur Deus Omnipotens in suo ordine (NB) inevitabili infal-*

infallibiliter cuncta uno oculo certitudinis pravidit, ut mutata causa, quàm in liberum arbitrium hominis posuit, ipse effectum commutet, ordine suo inconfuso. Et cuncta universalia ad ordinem suorum particularium ordinans voluntatem habuit non confundēdi, quod universale est; sed pro arbitrio, quód particulare est, commutandi. Si enim verba, quæ particulariter contra aliquem peccatorem profert ad contritionem peccatoris, mutat, cur non, quod ex universali ejus præscientia particulariter pendet, ad mutationem hominis mutaret. Injuriam profectò fecit Creatori, qui ex necessitate divinæ ordinationis quodlibet asserit malum provenire: Quia non ritè irasceretur de malis, quæ ipse ordinans necessitate fieri prævidisset: *Audeo dicere, nam & de tanta bonitate Dei confido, quòd potiùs totam naturam confunderet, quàm pateretur esse necessitatem aliquam, qua homo invitus traheretur ad malum, & potius repassurus descenderet, quàm hominem, quem utique maximi æstimat, pro peccatis ex necessitate, & non voluntate, contractis damnaret. Sicut enim omnem hominem salvum vult fieri, ita omnia (NB) quæ prævidit, opus est evenire. Sed* ligno *vult omnes homines salvos fieri, dirigens eis viam per semetipsum, quâ incedant ad salutem, & septem Sacramen-*

ta dimittens, quibus veteres homines innoventur, cadentes resurgant, debiles roborentur & devoti proficiant in itinere beatitudinis. Sed beneplacito *non vult omnes homines salvos fieri: Quia tunc, qui ex arbitrij sui malitia studuissent eum offendere, etiam salvaret; sed non placet ei, ut hujusmodi salventur. Vult igitur salvari omnes homines; & non vult omnes homines salvari.* Sub ratione hominis ipse vult salvare omnem hominem. Quia de ratione hominis est humaniter vivere, & secūdùm rationem hominum, quæ judicat bonum eligendum, sub ratione boni, quia præceptum est à Deo, vel utile & expediens. Et malum vitare sub ratione mali, quia prohibitum à Deo vel nocivum. Sed de ratione salvandi ipse non vult omnem hominem salvare. Quia de ratione salvandi est ad salutem tendere; sed non omnis homo tendit ad salvationem, sicut non omnis homo est humanus. Quis autem homo humanus, id est, ad rationem sibi concessam à Deo vivens salvatur. Sic etiam, ex signo divinæ ordinationis, opus est præscita in mente divina evenire. Sed ex beneplacito voluntatis Dei præscita evenire non est opus. Nam sub ratione præsciti necesse est præscitum evenire. Nam Deus in sua præscientia non fallitur. Sed de ratione voluntа

luntatis divinæ non eſt opus evenire, quia ſibi ipſi noluit Deus neceſſitatem imponere, nec quædam ex neceſſitate ſuperinducere hominibus mala, neque liberum arbitrium hominis neceſſitate reſtringere. *Conquereris fortè de libero arbitrio, quare datum ſit homini, cùm videatur occaſio eſſe perditionis hominis?* Dico, quòd requirebatur vel homo cui conceſſum erat donum rationis, qua ſingula judicaret, diſcerneret & eligeret, non careret libero arbitrio, per quod illa ratio procederet, & produceretur in actum. Nam non eſſet nobis neceſſaria ratio, ſi non illam poſſemus ad noſtrum arbitrium actualiter expendere. Inde eſt, quòd qui à ratione, quâ malum indicat, declinans ſeſe ad malum, quod condemnat, liberè convertit, non habet dignam querelam de Deo, cur eum condemnaverit. Et non eſt judicandum ex ordinatione Dei eſſe neceſſarium, quod quis ſibi ipſi contra præcepta Dei facit ex libero arbitrio voluntarium. Et ſecundum hoc intelligendum eſt illud: Sine me non poteſtis quicquam. Et dictum Apoſtoli: Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Ille enim, qui nobis poſſe & ſufficere ex ſua omnipotentia cuncta ordinans,

&

& suo quoque robore & vigore disponens concessit liberum arbitrium nobis superaddidit, quo posse nostrum, & sufficere naturale, à Deo concessum, ad quodlibet à nobis electum trahamus, bonum, sive malum. *Rectè igitur sine Deo nihil possumus, qui nullum (NB) à nobis; sed in Deo posse habemus. Rectè autem propter illud posse & sufficere, quod a Deo habemus, condemnamur, cùm illud ex superaddito ab eodem Deo libero arbitrio, contra voluntatem suam ad mala quoque in rationem nostram peccantes trahimus. Jam jam videant nostri Planetarij, & quòd Deus non necessitate evenire disposuit, quod ipsi audent dicere necessitate futurum* Disputationem de hac materia habent *Origines nostræ Carolinæ*, p. 29.

b. Id lb. p. 38. b. *Diabolus ita globatus est, ut decipiat nequam ille, etiamsi fieri* (NB) *posset, electos.*

c. Id. de F. Nicol. Subsylv. p. 2. *Tamen more Augustini ex quæstionibus meis intellectum excedentibus, conclusivè nihil inferens, memor Apostoli, qui cùm etiam tertij cœli secreta penetrâsset*, multis in præscientiam & Prædestinationem præmissis, tandem concludere non præsumens, exclamat: O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!

d. Id

d. Id. Ib p. 34. *Tripliciter itaque vivunt homines.* Quidam in solo pane, & non in verbo Dei, utpote peccatores, qui sunt *extra gratiam, & non (NB) possunt capere Dei, quia sunt mortui coram Deo, secundùm gratiam, quâ carent, licèt vivant, secundùm naturam.* Alii vivunt in pane & verbo Dei simul, ut sunt sancti homines, qui vivunt vita gratiæ & naturæ.

e. Id. Ib. p. 35. Non derogavit Deus naturæ Pauli in profundo maris per noctem & diem existentis. 2. *Cor.* 11. Item nec Jonæ, qui fuit in ventre piscis grandis, tribus diebus, & tribus noctibus, *Jon.* 2. quorum uterque fuisset suffocatus secundùm conditionem propriam; sed vigore accommodato adjutus perstitit. Qui enim dedit piscibus ut in aqua vivant, indulsit & istis famulis suis, ut in aquis non morerentur. Quocirca ipse memoratus Apostolus scribens Philippensibus dicit: *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Nulli dubium, quin ea omnia potuit ad quæ eum confortavit, qui ad omnia eum confortare potuit. In quo sperantes mutabunt fortitudinem, Jes. 40. & ibunt de virtute in virtutem. *Psalm.* 83.

f. Id. Ib. p. 44 Angeli non pro suo arbitrio veniunt, sed missi, aut permissi. Angelus

gelus enim dicitur, quia mittitur. Sed nullus aliorum Spirituum apparet, nisi permissus, quod probatur auctoritate Evangelij, ubi dicit Christus: *Nonne duo passere asse veneunt, & unus ex illis non descendit super terram nisi Pater meus cœlestis permittat eum*; quasi diceret: Nihil fit absque permissione & voluntate Patris mei.

D. *Transsubstantiationem* & in Tigurina ante Reformationem Ecclesia receptam fuisse, non negamus: Seriùs tamen id factum, suprà ostendimus, tum in Historia Caroli Magni, tum a alibi. Calicem b laicis etiam porrectum; varias de sensu verborum c in ipso Papatu sententiás: nec verba d aliter, quàm ex dicentis intentione intelligenda; manducationem e spiritualem orali ceu efficaciorem præferendam, sine difficultate monstrare possumus: Quàm verò varia tam in Christianismo, quàm Gentilismo nova de Transsubstantiatione doctrina excitârit scandala, alibi nostratium etiam f verbis, exposuimus.

a. *Vid. sup.* p. 355.

a. Ita enim in Statutis Collegij Præpositu

posituræ, de divisione vini decimalis hujus Ecclesiæ: *Plebano nostro dentur annuatim quatuor urnæ albi vini ad potandum per circulum anni communicandos Eucharistia Sacrosancta, & omnes Subditos Ecclesiæ, visitantes Ecclesiam festo Beati Johannis Evangelistæ.*

b. Collectanea sunt ad manus Msc. *Petri*, nisi fallor, Numagen, *Sacellan*; de *celebratione Missarum, Sacramento Eucharistiæ, & divinis officijs*, ubi, ad varia loca Conciliorum & Decretorum, extant observationes, interque alias ad textum: *Ex eo autem verbo, de quo movit, fit, quomodo videlicet mysterium fidei, munimentum erroris quidam trahere putaverunt, dicentes: In Sacramento altaris, non esse corporis Christi* & sanguinis veritatem; *sed imaginem tantùm, & speciem, & figuram, pro eo quòd Scriptura interdum commemorat, id quod in altari suscipiatur, esse Sacramentum, & mysterium, & exemplum*; sequens: *De corpore Christi tres sunt opiniones.* Una dicit, quòd illa Substantia, quæ prius fuit panis & vinum, postea sit corpus & sanguis Christi, ut de *Consec. dist.* 2. *Panis in altari, &c.* Et C. Quia corpus. *Secundò*, quòd substantia panis & vini desinit esse, & tantùm accidentia ipsorum remaneant, scil. sapor, color, & pondus; & sub illis acciden-

cidentibus sit corpus Christi, & hæc approbatur. *Tertia* dicit, quòd *remanet Substantia panis & vini, & in eodem loco, & sub eadem specie sit corpus Christi.* Probat hic quidem author Transsubstantiationem, ita tamen, ut libertatem aliter sentiendi, inductione aliarum opinionum, non videatur tollere, cum easdam authoritate juris Canonici haud obscurè probet.

c. Malleol. Tract. de matrimon. p. 41. b. *Expressè dicunt jura*, quòd verba sint secundum mentem proferentis intelligenda. *Non enim intentio verbis, sed verba intentioni debent deservire, ut legitur & denotatur de verborum significatis.* In his. *Et verba accipienda non semper sunt, ut sonant* 23. q. 1. Paratus. *Et Deus non judicat verba, sed intentionem proferentis.* Cur ergo Reformati, qui unius Tropi Sacramentalis subsidio tot in Cœna Domini obvias difficultates tollere possunt, adeò rigidè flagellantur?

d. Petrus Numag. de Nicol. Subsylv. p. 23. *Efficacior creditur spiritualis Sacramenti perceptio corporali, non solùm ad ditationem animæ ditandæ donis charismatum; verùm etiam ubi & in quibus idipsum divina voluntas expeteret, ad convocationem virium animæ, quibus possit totum sine alio adminiculo. (cùm sit id solum cunctorum vigor indeficiens) vegetare & diffun*

diffundere corpus: Secundùm quod dicit Augustinus: *Crede* & manducâsti, de Consec. dist. I. ut quid &c. *Et ipsemet Salvator:* Spiritus, inquit, id est, *Spiritualis gustus*, est qui vivificat; Caro, id est, carnalis esus non prodest quicquam; *Joh.* 6.

f. Vide Apolog. nost. de Eucharist. S. XIV.

E. *Sanctorum* quoque *cultus* tum novis Cappellaniis[a], sive vicariis, ut vocant, tum elogiis[b] hyperbolicis, tum dierum [c] etiam festorum accessione immane quantum crevit: Erant tamen, qui subodorarentur, Cappellanias istas [d] illiberalis otij, fugæque laboris fuisse alimentum; cultum verum Sanctorum in apertam degenerâsse [e] superstitionem.

a. Earum nomina habet *Specul. Helvet. Tigur* pag. 207. Confer sup. p. 316. Notant nostri 300. ante Reformationem annis nullas fuisse. Ergo & hæ novæ.

b. Sit speciminis loco illud ex *Petro Numag.* de Apparit. Spirit. p. 57. *Non timebis revera vexatus à Diabolo, quia Sanctitatis signum est tentatio, & Dæmonum vexatio. Non timebis molestari à Spiritu, à quo non tantùm*

 molesta-

molestaris, in conflictu spirituali animeris, exercitaris. Quia se timent Sancti, cùm diu à percussione eorum abstinuit Dæmon, timent, inquam, quia in se peculiare aliquod Dæmonem fixisse abhorrent, ita quòd quasi certus de ipsis se non impellat. Verum si pusillanimitate nimia tenearis, his eum verbis arceas: Imperet tibi Deus & Dominus Jesus Christus, Spiritus nequam, ne me deinceps tua importunitate convenias, sed fremens cum strepitu debitas tibi pœnas in Tartaro continues, melius tamen est, quòd, exemplo Michaëlis, ut testatur Judas Apostolus, sine blasphemiæ judicio dicas: *Imperet tibi Deus, ut discedens, me non conturbes.* Vel ora ad Deum, *Pater noster, qui es in cœlis &c.* cum, *Media vita* dicas Psalmum: *Misereri mei Deus.* Vel illum versum ejusdem Psalmi: *Auditui meo Domine dabis gaudium & lætitiam &c.* Sive alta voce dicas: *Ave Maria &c.* Multorum etenim sententia est, *quòd Spiritus nequam hanc salutationem multùm abhorreat*, & probabile est, quia illa nominatur Maria, & illa salutatio recensetur, per quam cepit exordium nostræ reparationis, & mysteriosa est salutatio, puta à tota Trinitate concepta. Et *gloriosa* est, quia per magnificum Angelum facta: *Miraculosa* est, quia ad

ad eam, & cum ea Spiritus sanctus descendens virginem Mariam impraegnavit. Et *timorosa* Dæmonibus, quia ad eam facta est, quæ caput (NB) illius antiqui serpentis, ipsius Dæmonis contrivit. *Jucundáque* nimirum & *gaudiosa* Mariæ est, eo quòd respiciens Dominus humilitatem ancillæ suæ non horruit ejus Virginalem uterum; sed hominem ex ea suscepturus per hanc mirabilem salutationem, quam ipse edidit, mirabiliter sese (quasi nobilis & fortis rinoceros in gremium purissimæ Virginis caput inclinans,) sacratissimis, mirante natura, viceribus suæ electæ matris, Mariæ virginis illam ineffabili gaudio lætificans ingessit, quæ utique ex hac salutatione præ cunctis à seculo matribus matrem, simúlque & virginem esse (quasi concha, quæ res cœli foetus habet,) superno fæcundatam semine meritò gloriatur. Et illa benedicta mater, *totius gratiæ & misericordiæ regina, Virgo Maria, anxiatorum & tribulatorum promtissima subventrix, in tribulatione invocata mox adest, nullum unquam deseruit se corde invocantem, semper præstolata porrigit piam manum, & aperto sinu ad se confugientes omnes accipit, complectitur, fovet. Quis unquam fidelis petitor à pijssima matre repulsam sustinuit? Qui unquam invocata Maria citius non sensit auxi*

lium? Quis unquam apud Mariam non invenit gratiam? Cui aliquoties potentissima regina sua potentia opera invocata non dedit? Cui, quanquam supplicanti, non affuit? Cui aliquando non subvenit indigenti? Cui brachium adjutorij non porrexit? Quem unquam maximum peccatorem mater reconciliationis devotè suspirantem sprevit? Quem unquam fastidivit sedulò supplicantem? Quem unquam modestissima Virgo ad suos procumbẽtem pedes refugit? Quando clausit pias aures supplicantibus? Quando à tribulatis manum detraxit? Quando peccatori post se fugienti non dedit tantum refugium? Si, inquam, semel *invocata* peccatori tribulato non affuerit, si semel misericordiam denegaverit, si semel precem refugerit peccatoris, jam se *degenerare putabit ab eo, quòd se misericordia reginam esse gloriatur.* Specialis est advocata peccatorum, quæ pro salute peccatoris facta est mater Salvatoris. Et nisi fuisset peccator, ex ea natus non fuisset Salvator. Hanc ergò *securus invocet,* & aggrediatur peccator tribulatus, & opem reperiet, medelam accipiet, consolatione reficietur. Si Deum times, mediatrix est, & quasi placida nubes te ab æstu ferventis iræ Dei præservat. Si in periculo es, si in tribulatione es, adjutrix est, & sua potentia te salvum, securum, immunem

&

& quietum reddet. Si à Dæmonibus vexaris, & vallatus es, *Imperatrix est, & voce imperiosa terrens catervam Dæmonum, mox fugat.* Timent mulierem hanc Dæmones, quam fortiorem vino & Rege non ignorant. Ipsa enim Diadema Regis cœlestis in suas manus recipiens ipsum Regem omnia continentem vilibus pannis impositum, repositúmque in cunis ligavit fascia, ulnis detulit, pavit castis uberibus, provectúmque subditum habuit. Quam tam potentem, & tam sublimem, si in tuum desideras adjutorium, non multiplicatis precibus, non phaleratis verbis, non curiosis blanditijs opus habes; solùm ex corde fideli tractum suspirium faciliùs exaudit, & antequam invoces adest &c. *Hanc inquam ita salutabis, cùm te nimirum infestaverit Diabolici præstigiosa insolentia, &, crede mihi, securus eris.*

c. De qua festorum multiplicatione ipsum alibi audivimus loquentem Collegij nostri Præpositum, Felicem Frey, in statutis restauratis: Vid. *Biblioth. Tigurin* pag. 97. Id quod factum est, ut tum Sanctos, quos maximè volebant honoratos, hac ratione plebi maximè commendarent, quod de S. Theodolo ostendimus *Method. leg. Hist. Helvet.* p. 430. de Francisco, *Anal.* P. I. p. 82.

l.p.83. tum Indulgentias liberalius venderent, quod cum primis de Festo corporis Christi intelligi debet; *Method.* p.527. Nota est *Polydori Vergilij* de institutis festis querela, de Invent. rer. lib. 6. c. 8. p. 437. *Dies*, inquit, *alij alijs, festi festis ex parvis quandoque causis accumulati sunt: Id quod haud scimus an expedierit, cùm præsertim videamus, eo rediisse Christianorum mores, ut quàm olim ex religionis usu erat hæc instituere, tam nunc præstare videatur eadem antiquare, quum bona pars hominum otium istud festorum dierum non ad orandum; non ad divina scripta audienda, cujus rei causa datum est, sed ad omnifariam bonorum morum corruptelam augendam, indies magis magisque impudenter consumat, dictitans, se id animi gratia facere, quasi planè sentiens cum Platone, qui ob illud ipsum Deum ejusmodi festa sacra instituisse ajebat: Atque ita bellè Ethnicos perinde in hac re, ut in nimis multis alijs æmulamur, quod tantum abfuit, ut Majores nostri fecerint, ut etiam illud ipsum audacter Ethnicis vitio dederint teste Tertull. in Apologet. cùm de Cæsarum Solennibus sacris loquitur, ubi inquit: Propterea igitur publici hostes Christiani, quia Imperatoribus neque vanos, neque mentientes, neque temerarios honores dicant? Grande videlicet officium, focos & choros in publicum ducere, vicatim epulari, civitatem taberni*

berni

berna habitu abolefacere, vino lutum cogere, certatim cursitare ad injurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? O nos merito damnandos! Cur enim vota & gaudia Cæsarum casti & sobrij, & probi expungimus? &c. Non putavit Tertullianus futurum, ut ista omnia in nostros Christianos aliquando caderent, qui hoc loco Ethnicos deridet, & tamen venit tempus quum eos potiùs Cæsarum, quàm Christi solennes ritus celebramus. Sed quid miremur plebem genio indulgere plusculum cæpisse? Certum est, clerum novas istas solennitates lautiori, ut plurimùm mensa condecorandas existimâsse. Specimina alibi dedimus. Unum addamus de anno Ch. 1307. *Vniversis Christi fidelibus, præsentium inspecturis.* Henricus Præpositus, totúsque Conventus Ecclesiæ Thuricensis, Ordinis S. Augustini, Constant. Diœces. affectum charitatis cum notitia subscriptorum: Noverint, quos nôsse fuerit opportunum, quòd ad laudem & honorem Sacramentorum. Sacramenti videlicet Sanctissimi corporis & sanguinis Domini Jesu Christi, quo ad vitam æternam alimur, ac à perpetua sumus morte redemti, statuimus & ordinamus, communi omnium nostrum assensu accedente, quod singulis annis feria

quinta, proxima post Octavam Pentecostes, festum de S. Sancto corpore Christi, cum Historia & officio eidem festo appropriatis & adscriptis in choro nostro debeat cum octavis solenniter celebrari. Et ut ratione laborum conventus hujusmodi consoletur, ego prædictus Præpositus ordino & volo perpetuò observari, & ad hos meos Successores obligo per præsentes, quod quolibet anno, *ante festum prænotatum tres modij tritici de nostro vendantur granario, quódque pretium unius modij tritici in pisces seu carnes castratas, ac in vinum peregrinum, melius quod hoc anno venditur in Thurego, convertatur: Et quod cum his consolatio fiat Conventui in Cœna feria quarta, post octavam Pentecostes. Item quod cum pretio secundi modij tritici converso in emptionem piscium, carnium & vini, ut præscriptum est, consolatio fiat in prandio feriæ quintæ festi prænotati, quódque cum pretio tertij modij tritici simili modo Conventus consoletur in Cœna feria quinta prænotata: Ordino etiam assensu prædicti Conventus accedente, quod singulis annis, quandiu vixero, festo D. Johannis Baptistæ in Missa chori nostri mei memoria cum collecta ad hoc apta habeatur, & quod ipsi Conventui pretium, quod de uno modio tritici vendendo de granario nostro haberi potest, in vinum, pisces & carnes modo præscripto convertatur,*

tur, quódque huic Conventui in consolationem prandij festi B. Johannis Baptistæ ministrentur. Post obitum verò meum pretium ejusdem modij tritici singulis annis converti debet in vinum, pisces & carnes, & ipsi Conventui in die anniversarij mei, ad cujus celebrationem volo Conventum teneri, annis singulis faciendam, debet ministrari. Est & hoc porrò notandum, festis, pro ratione Mœcenatum, multùm vel accessisse vel decessisse. Ita *Theodoli* veneratio ad ἀκμὴν apud Tigurin. pervenit, quando Matthæus Cardinalis, Sedunensis & ipse Episcopus, Tiguri suâ hoc ursisse videtur præsentia.

d. De quarum origine videatur *Specul. Tigur.* p. 207. Certum est, inventum esse, quod supra tertium ante Reformationem vix assurgat Seculum. Otij liberioris eximium compendium, quod ipse Bullingero nostro retulit Præpositus Collegij, Felix Frey. Subodorati hoc videbantur Sacellani; unde non semel lites Canonicis illi moverunt, quæ paulò lautiori postea oblata offa compositæ fuerunt. Et hic iterum bona cum lectoris venia, liceat agere exemplo. *Sitque illud, Instrumentum factum super discordia Dominorum Præpositi & Capituli Ecclesiæ Thuricensis ex una & omnium Cappellanorum ejusdem Ecclesiæ, suorumque Suc-*

 cesso-

cessorum. In nomine Domini Amen: Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis ipsum intuentibus pateat evidenter, quod sub anno à nativitate ejusdem M CCC LXXX. (cùm modò ante ordinatio Capellanorum in celebrandis anniversarijs fuerit facta MCCCXX. ut est, p. 132. Tom privileg. ἀπογεγραμμένων) Indict. tertia Pontificis Sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri, Domini Urbani, digna Dei providentia Papæ sexti, anno 111. die 12. mensis Maij hora completorij vel quasi in loco Capitulari, ubi Dominus Præpositus & Capitulum Ecclesiæ Præpositurae Thuricensis Constant. Diœces. ad actus Capitulares ejusdem Ecclesiæ specialiter pertractandos ac expediendos congregari consueverunt, in mei Notarij publici & testium subscriptorum præsentia personaliter constituti, Venerabiles Viri: Wernherus de Rinach Præpositus, Johannes Tettnang Cantor, Johannes Wisso, habens vocem, ut dicebat Scholastici, & Johannes de Steinegg, Rudolphus de Mulnhusen, aliàs Hunzbach, habens vocem, ut dicebat, Johannis Bom, Johannes Griessenberger, Berchtholdus Raggelgow, Ludovicus Veringer, Ulricus Nagler, Johannes Maiteller, M. Johannes Rietheim,

Riethein, Magister Nicolaus Trutter, habens vocem, ut asseruit Dominorum, videlicet Nicolai Sattilin, Petri Bactmingerij, & Hugonis Richenthal, Thomas Salzman, & Johannes Brezeller; Canonici præfatæ Ecclesiæ Præposituræ Thuricensis, pro tunc ibidem, ut asserebant, Capitulum ejusdem Ecclesiæ Præposituræ facientes, & repræsentantes ex una; & discreti Viri, Domini, Johannes, Ruda, Conradus Tettenang, Johannes & Henricus Rottenburg, Jacobus Sartoris de Buchhorn, Conradus Sait de Cappidona, Joh. Renner de Stockach, Heinricus Villinger aliâs Maler, Rudgerus Mandach, Franciscus de Rudlingen, Johannes Salm de Engen, Henricus Funck de Ravenspurg, Diethelmus Yberger, Conradus Krieg de Baden, aliâs Suterli, Johannes Mintst de Zulgen, Jodocus dictus Ris, Johannes dictus Zoller de Rotenburg, & Wernherus, dictus Ruesegger, Capellani ejusdem Ecclesiæ Præposituræ Thuricensis ex parte altera; præfatúsque Dominus Præpositus unam Cedulam papyraceam subscripti tenoris quædam puncta seu articulos continentem in medium produxit. Ipsamque cedulam ibidem alta, clara & intelligibili voce de verbo ad verbum legit, qua verò cedula

dula sic lecta, ut præscribitur, præfati Capellani, omnes & singuli, & quilibet ipsorum ad requisitionem præfati Domini Præpositi ad manus mei Notarij publici subscripti fide data, nomine Sacramenti, omnia & singula in ipsa cedula contenta pro se suisque Successoribus firmiter & inviolabiliter perpetuò observare promiserunt, nec non contra ipsum venire verbo vel facto, in judicio vel extra judicium, quovismodo, dolo, & fraude penitus servatis. Et ut de præmissis omnibus & singulis unum vel plura, publicum seu publica meliori modo & forma conficerem instrumentum seu instrumenta, præfatus Dominus Præpositus suo ac Capituli præfatæ Ecclesiæ Præposituræ Thuricensis nomine, me Notarium publicum requisivit. Tenor verò dictæ cedulæ, de qua profertur, sequitur, & est talis: Sequuntur puncta seu articuli deinceps per Capellanos nostros observandi. *Et primò ad hoc ut inter nos & ipsos fiat plenaria concordia*, in autumno proximè venturo nos dabimus prædictis Dominis Capellanis quinquaginta florenos auri, ut penitus cessent omnes petitiones, & impeditiones ipsorum, quibus nos impetierunt super decem & octo florenis in Hôngk, & super decem & septem florenis de dicto

Wecker

Wecker, & de omnibus alijs per nos, ſicut aſſerunt, ipſis debitis, & à quibuscunque, & ab omnibus aliis impetitionibus uſque in hodiernum diem. Item prædicti Capellani dictos quinquaginta florenos, ac omnia, ac ſingula anniverſaria, ſeu pecunias ex anniverſariis receptas, ipſis à Chriſti fidelibus legatis, datis & ordinatis: quæ quidem anniverſaria ſeu pecunias ex ipſis provenientes, nunc habent, ſeu deinceps aut impoſterum habebunt, cum illa parte noſtra media, quæ nobis de jure debetur; de omnibus anniverſariis ipſis donatis & legatis, quam etiam partem mediam ipſorum noſtrorum anniverſariorum noſtrorum tantùm, & non aliam, nec alia, cum ipſis quinquaginta florenis nos Præpoſitus & Capitulum Eccleſiæ Præpoſituræ Thuricenſis propter bonum pacis, & concordiæ, ut divinus cultus pio ac ſalutari modo creſcat & augmentetur, conceſſimus ac donavimus, & per præſentes concedimus & donamus, debent convertere in poſſeſſiones ſeu bona immobilia, & redditus annuos; de hujusmodi poſſeſſionibus ſeu bonis immobilibus provenientes debent propræſentiis inter ſe dividere intereſſentibus & deſervientibus in divinis tantùm in Eccleſia noſtra, & non aliis cum effectu: Sicut &

nos

nos Præpositus & Capitulum supradicti d
nostris præsentiis, & anniversariis facer
consuevimus, & deinceps facere tenemur
ita tamen, quòd nihilominus ipsorum jura
menta per ipsos in ipsorum promotione ac
beneficia sua Præposito & Capitulo & Ec
clesiæ supradictis præstita, & ipsorum lite
ræ & contenta in ipsis, in suo robore de
bent permanere, ac ipsa servare, ac rata
ac grata tenere & habere, sicut & prius te
nebantur, sic etiam & taliter, quod ante
omnia nostra anniversaria dolo & fraude
penitus circumscriptis debeant & habeant
promovere: Nullam etiam conspiratio-
nem contra nos Canonicos & Capitulum
nostrum aliqualiter faciendo. Item nul-
lam processionem seu visitationem dein-
ceps debent facere nisi nobiscum, nostris
enim processionibus & visitationibus om-
mnes Capellani debent interesse, hoc ex-
cepto, quòd cùm ipsis cum Plebano vel so-
ciis suis alicui funeri, sicut moris est, obvi
am dare voluerit, & illud funus in domo
recipere, quatuor ex ipsis, & non plures
cum prædictis Plebano & socijs suis ire po-
terunt in processione, & in die sepulturæ
seu anniversario ejusdem funeris vel de-
functi, & non aliter, nec alias post nostram
visitationem, si quam tunc habebimus, post
vespe-

vesperas extra quadragesimam, vel post completiorum tempore quadragesimali, similiter ipsorum quatuor & non plures sepulchrum defuncti poterunt visitare. Ipsorum autem Capellanorum uno vel pluribus defunctis per triginta dies juxta consuetudinem per nos observatam prædicti Capellani & ipsorum defunctorum sepulchra, post vesperas, sicut præmittitur, poterunt visitare. Item quilibet Capellanorum prædictorum debet habere Missam in altari suo, & illo tempore & hora, qua juxta mentem & tenorem literarum fundationem & dotationem altarium suorum, & libri ipsorum anniversalis adstringitur, & obligatur. Debet etiam quilibet ipsorum illas campanas, ad suam Missam pulsare seu pulsari procurare, de quibus campanis pulsandis in prædicto libro ipsorum anniversali plenius continetur. Item Capellani supradicti nec sigillum commune, nec crucem, nec tapetum pro se ipsis, nec pro alijs defunctis quibuscunque, etiam qui ipsis anniversaria legaverint deferre, seu habere debent quovis modo. Item almucias de pellibus nigris ovinis, & superpellicia linea gilvi coloris in Ecclesia nostra deinceps portare seu deferre debent. Item prædicti Capellani anniver-

saria

saria ipsis legata à Christi fidelibus seu redditus ex ipsis comparatos cum Plebano nostro nec cum suis Successoribus debent dividere, nec aliquam partem ipsis de anniversariis prædictis tradere, seu præsentare.

Debet tamen ipse, Plebanus ipsorum anniversaria in nostris Ecclesiis publicare, & nostra anniversaria promovere. Item prædicta omnia & singula dicti Capellani sub pœna, quòd illa pars media anniversariorum & præsentiarum ipsis per nos concessa & dimissa in casum ubi contra venirent seu facerent, aut facere procurarent, quòd tunc illa pars nostra media cum quinquaginta florenis ipso facto statim ad nos & Ecclesiam nostram redire deberet, & devoluta esset. Volumus autem prædicta &c. *præsentibus discretis Viris Henrico dicto Peyer, de Arbona &c. Friderico dicto Cloter, Cellerario prædictorum Dominorum Canonicorum &c.* En Catalogum, Ministrorum Ecclesiæ Tigurinæ, peregrinorum cum penè omnium, qui mortuorum majorem, ratione officii, quàm vivorum habebât curam: Frustra de arboribus post casum vel occasum sunt soliciti, qui integras adhuc & erectas, ut fructum ferrent, colere debuissent, & conservare.

F. *Mira*

F. *Miraculis* agere, multáque nova tum dogmata, tum ritus ijsdem *a* probare magis magísque obtinuit; fucum tamen & fraudem alij animadvertentes jam tum monuerunt, hanc mercem non nisi bene exploratam admittendam: Miracula etiam *b* à malis fieri, nihilque proinde *c* certi ex illis inferri posse.

a. *Vitoduran.* p. 93. b refert, Torrenburæ, Villicæ cujusdam *pastam farinæ in fornacem conjectam versam fuisse in sanguineum colorem, quòd feriam S. Laurentij non servaverit. Eodem tempore plures defunctos post mortem familiaribus sibi personis apparentes contestatos esse, homines in alio Seculo lumine orbatos, qui in hoc Seculo constituti, in locis divino cultui dedicatis divinum cultum contemserint.* Tale quid in honorem B. Georgij p. 29. b. Francisci p. 27. commemorat.

b. Id quod Magorum Ægyptiacorum exemplo idem probat. Vid. sup. p. 1302.

c. Id. de apparit. pag. 42. *Sed miracula, quæ plerumque in imaginibus* Beatæ *Virginis videntur, an illa corporali præsentia virginis, vel quo cælesti numine fiant, sententiam*

tiam non teneo, cùm cautum sit, illa admiranda esse non veneranda.

G. De ignorantia *a* Cleri, negligentia officij eorum, qui cuticulam magis curârunt, quàm *b* oviculas, aliisque tam in vita, quàm doctrina nævis; & variæ extant querelæ, & medicina quærebatur, pro ratione illorum temporum, satis quidem solicita, sed nimis *c* imbecellis.

a. Hanc Camarinam alibi jam movimus. Vid. *Anal.* P. 1. p. 64. De Canonicis hujus Collegij judicium *Felicis Malleoli* jam suprà habetur. Nec aliter ferè sensit de Clero universæ *Diœces. Constant.* Ita enim *Regist. querel.* p. 67. b. *Pro nunc*, inquit, *non est Clericus, nec fuit in centum annorum spatio in Diœces. Constantiensi constitutus, qui pro Republica, utilitate quoque communi manifesta tantum, quantum Malleolus suis stipendijs & laboribus, in Scripturarum compilationibus, librorum compositionibus, tractatulorum congestionibus, & hoc ad ornatum Ecclesia generalis laboraverit frequentiùs.*

b. De hoc *Pet. Numag.* p. 25. de Nicol. Subsylv. Quàm multi prohdolor nunc sunt, qui non quærunt Jesum, nisi ut bene eis faciat, secundùm tempus. Vix enim quæritur Jesus nisi propter Jesum; sed propter

pter panem, quem distribuit. Unde & Dominus Ecclesiæ Ministris improperat dicens: Quis in vobis, qui claudat hostia, & incendat altare meum gratuitò, Mal. 1. ô dulcissime Jesu, multi te quærunt. Multi, inquam, non te propter te, oves tuas non pascunt pro te. Et qui omnia abnegantes, professi sunt te, nihil adeò parum æstimant, ut te. Heu flebile & inglorium tempus! Quàm multi hodie in Ecclesia sancta Dei litigant pro essendo Pastores, *verè non ut pascant, sed depascant Dominicas oves, sicubi reperiant, quod sit de pane lucrando. Quot modò fiunt Doctores, non ut doceant; sed pro pane lucrando decipiant ipsi de vanitate in id ipsum? Quot jam ignavi tyrones intrant militiam clericalem, non ut militent; sed de pane Ecclesiæ otientur? Hos Apostolus flens vocat inimicos crucis Christi, finémque interitum, & Deum ventrem habere dicit*, Philipp. 3. *& non servire, Domino Jesu, sed suo ventri &c.* Vid. *Anal.* P. 1. p. 56.

c. Cujusmodi fuit, 1. ut non nisi præsentibus Præbendæ distribuerentur. In more ferè positum erat Canonicis, ut sedes pro arbitrio mutarent, officij partes negligerent, offam tantùm spectarent: Pisces amabant, aquas intrare recusantes. Atque hinc est, quòd Amplissimus Magistra-

tus ad vagabundam illam vitam connivere amplius non potueri, sed frænũ ei injecerit. Hinc privilegium illud, ab *Henrico Constantiensi Episcopo*, a. Ch. 1368. impetratum. *HENRICVS*, Dei gratiâ, Episcopus Constantiensis universis & singulis præsentes literas inspecturis, & quorum interest, aut qui sua interesse crediderunt, & quos infra scriptum tangit aut concernit negotium, seu tangere aut concernere poterit quomodolibet in futurum, conjunctim & divisim: Salutem & sinceram in Domino charitatem. Cùm officij nostri debitum requirat, remedijs salutaribus invigilare subditorum, maximè & præcipuè in illis, per quæ animarum saluti cõsulitur, & Ecclesiarum utilitatibus providetur, ut in ipsis divinus cultus attentius augeatur, & virtutum Domino, cum reverentia & veneratione debitis serviatur: Nos præfatus HENRICUS, Dei gratiâ Constantiensis Episcopus, qui desideranter in votis gerimus, ut divini Numinis cultus in omnibus & singulis Ecclesiis nobis subjectis amplius prosperetur, & laudabiliter perficiatur, accedentibus ad hoc honorabilium in Christo Præpositi & Capituli Ecclesiæ Sanctorum Felicis & Regulæ, Martyrum Thuricensium unanimi voluntate & consensu ad per-

petuam

petuam rei memoriam, *ac ob augmentum divini cultus, & utilitatem dictæ Thuricensis Ecclesiæ, quam (NB) præ aliis Collegiatis Ecclesiis puro favore prosequimur*, deliberato animo, & exculta ſcientia ſtatuimus, volumus, & etiam ordinamus, ut & nunc in antea, poſt datum præſentium, omnes & ſinguli, qui Canonicatus & Præbendas in Eccl. Thuricenſi prædicta auctoritate Apoſtolica in forma pauperum ſive communi, nec non illi, qui auctoritate regali Imperiali capitulariter, ſeu quacunque alia auctoritate Canonicatus & Præbendas, etiam poſt datum præſentium fuerint pacificè aſſecuti, in eadem etiam Thuricenſi reſidentiam faciant perſonalem. *Quòd ſi non fecerint, niſi causâ ſtudiorum, vel propter metum, qui cadere poteſt in conſtantem, abſentes fuerint, dum tamen ille metus ortum habuerit propter jura Eccleſiæ prædictæ manutenenda, & defendenda, quod arbitrio noſtro, aut prædictorum Dominorum, Præpoſiti & Capituli, ſeu majoris partis ipſorum duximus relinquendum, & ille metus patuerit de jure aut de facto, omnes & ſinguli fructus & redditus & proventus tam in groſſa, quàm in vino & in aliis quibuscunque exiſtentibus & provenientibus ab olim in abſentia Canonicis, non reſidentibus, debitis, eisdem penitus & omnino ſubtrahantur.* Inter Canonicos Eccleſiæ ſupra-

dictæ residentes more solito, juxta tenorem, & ordinationem statutorum Ecclesiæ prælibatæ dividantur, dolo & fraude in omnibus & singulis præscriptis hinc inde semotis: Ita tamen, quòd de fructibus, redditibus & proventibus Canonici non residentis supradicti pro eodem Canonico deserviatur, laudabiliter in divinis juxta statuta & consuetudines ejusdem Ecclesiæ Thuricensis: Alios autem Canonicos tam in gratia speciali auctoritate Apostolica, quàm permutationis in Ecclesia præfata, post datum præsentium receptos & admissos, hortamur in Domino, ut in eadem Ecclesia residentiam faciant personalem, & Præbendas suas deserviant seu deserviri procurent laudabiliter in divinis, sicut Canonicam & nostram effugere voluerit ultionem. Ita tamen, quòd omnes & singuli Canonici Præbendati ante datam præsentium in eadem Ecclesia Thuricensi recepti & admissi in suis juribus & consuetudinibus remaneant, & plena, sicut antea, gaudeant libertate. Volumus etiam, ut præsens nostrum Statutum inter alia Statuta Ecclesiæ Thuricensis præfatæ ponatur & redigatur in scriptis, & quòd singuli Canonici in antea in eadem Ecclesia inter Canonicos præbendatos de novo, recipi-

end

endi Statutum supradictum, quemadmodum alia Statuta & consuetudines ejusdem Ecclesiæ Thuricensis, in ipsarum receptione & admissione per se, si præsentes fuerint, vel in ipsorum absentia per Procuratores suos ad hoc legitimè costitutos, &c. nihilominus per se, postquam in eadem Ecclesia præsentes fuerint, jurét ad Sancta Dei Evangelia firmiter observare. In cujus rei testimonium præsentes literas sigilli nostri Episcopalis appensione mandavimus communiri. Datum & actum Thuregi VII. Id. mens. Feb. 1368. harum literarum duæ sunt pares, quarum una penès D. Præpositum, & Capitulum, reliqua verò penès Scabinos & Consules oppidi Thuricensis prædicti remanebit. Id quod confirmatum postea fuit à Nicolao Episcopo Constantiensi VI. Kal. Novemb. 1385. receptum verò & probatum per omnia à Wernhero de Rynach, Præposito & Capitulo Tigurino 1381. idque urgente Senatu Tigurino. Wann nun (ita verba approbationis habent,) die frommen/ weisen/ vnsere sunder gute fründe; die Burgermeister / die Rähte vnd Burger gemeinlich der statt Zürich etwas zwysels hatten / daß/wie obgedacht/vnsers Herren des Bischoffs ordnung in disen sachen von vns / unß har nicht stette

werregehalten / wie das ist / daß wir doch darinnen nit sümig seyen gewesen / vnd darinn daß der zwyfel vnd irrtag gäntzlichen vorkommen werd; so haben wir mit wolbedachtem 2c. An fides data ingenuè satis posthac fuerit servata, eventus docuit. Alia enim sequenti Seculo excussa fuit quercus, & cum Episcopalis authoritas desultoriæ Canonicorum corrigendæ vitæ sufficere non videretur, ipse *Sigismundus*, Imperator, ut rem ageret apud Pontificem, humilimè à S. P. Q. Tigurino fuit rogatus. Unde Bulla *Martiniana*, in Actis nostris publicis adeò celebris & decantata. Illa verò ita habet: *Martinus Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam*: Ammonet nos suscepti cura regiminis, & auctoritas Pontificalis inducit, ut pro felici statu Ecclesiarum omnium exactæ considerationis indagine perscrutantes, sic ipsarum indemnitatibus consulamus, ut ab eis singulis sublatis dispendiis votivis jugiter gratulentur eventibus in eis, quoque devotæ solicitudinis studio benedicatur Altissimis, & divinorum cultus continuum suscipiat incrementum: Sanè petitio charissimi in Christo filij nostri, Sigismundi, Romanorum & Ungariæ Regis illustris, nobis nuper exhibita continebat, *quod licet suorum prade-*

prædecessorum Romanorum piis concurrentibus suffragiis, Sanctorum Felicis & Regulæ Præpositura, pro Præposito, & illa, nec non Abbatiæ oppidi Imperialis Thuricensis, Constantiensis Diœces. Ecclesiæ pro nonnullis Canonicis in qualibet earundem, Domino perpetuò servituris adeò sufficienter dotata existant, quod omnes & singuli qui Præposituram, quæ dignitas principalis existit Ecclesiæ, aut Canonicatum, & Præbendam alicujus, earundem Ecclesiarum obtinet, pro tempore apud hujusmodi Ecclesias residendo & divinis, propter quæ Ecclesiastica sortiuntur stipendia, inibi interessendo, & facultatibus, & redditibus ac fructibus & obventionibus eorum singulos, ratione dignitatis hujusmodi, nec non suorum Canonicatuum & Præbendarum ibidem contingentibus, possint sustentari, decenter, eisque incumbentia onera pro tempore supportare, quia tamen illi, qui easdem, dignitatem, nec non Canonicatum & Præbendas hactenus obtinuisse, noscuntur, quondam in hoc abusivam, quæ ab olim, inolevit ibidem, consuetudinem imitantes tantùm ferè quotidianis distributionibus duntaxat exceptis de suorum, Præpositura, nec non Canonicatuum & Ptæbendariæ præfatorum facultatibus & redditibus ac fructibus & obventionibus, hujusmodi etiam alibi residendo, perceperunt, sive percipere potuerunt. Hucusque

quantum aliis in similibus cedere consuevit, inibi divinis insistendo antedictis plerisque ex eis, non sine suarum animarum periculo, fructus & emolumẽta, non onera quomodolibet complectentes apud dictas Ecclesias residere hujusmodi divini interesse non curârunt hactenus, neque curant: Unde dictis Ecclesiis suarum personarum & Ministrorum præsentia carentibus divinus cultus, populiq; devotio lentescant ibidem, & eorundem dotantium pia voluntates & desideria multipliciter defraudantur. Quare pro parte dicti Regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis earundem Ecclesiarum statui & indemnitatibus opportunè consulere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur, qui animarum occurrere periculis, ac eundem cultum nostris potissimè temporibus vigere & augeri, incensis desiderijs affectamus, hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus pariter & ordinamus, quòd omnes & singuli facultates & redditus, fructus quoque & proventus Præposituræ, nec non Canonicatuum & Præbendarum prædictorũ, qui nunc sunt, & largiente Domino, per dilectos filios, Præpositos & Capitula Ecclesiarum earundem laben-

labente tempore justè poterunt adipisci, undécunque proveniant inter illos duntaxat ex eis, qui apud dictas Ecclesias, salvo duorum mensium spatio, infra quod continuo vel interpolatim eis pro alijs suis deducendis negotijs à præfatis Ecclesijs absentare licet, alias, veluti residentes & hujusmodi divinis interessentes, vel literarum Studio, ubi illud vigeat, Generale insistentes pro tempore habiti & reputati, inibi fuerunt juxta ratam partem ipsorum quemlibet contingentem, & prout hactenus circa residentes, ac hujusmodi divinis interessentes, ibidem observari est consuetum, realiter dividantur: Hujusmodi quoque Capitula vel alij, quorum intererit, pro tempore ad dandum & assignandum de facultatibus & redditibus, nec non fructibus & proventibus eisdem aliâs iniquum ex prædictis minimè teneantur, nec ad id à quoquam compelli possint inviti, decernentes omnes & singulos processus, nec non excommunicationum, suspensionum, & interdicti sententias, censuras Ecclesiasticas, atque pœnas, quas contra prædictorum statuti & ordinationis continentiam atque formam quavis etiam auctoritate haberi vel promulgari, ac totum id, & quicquid secus fieri contigerit, nullius

lius existere firmitatis. Non obstantibus privilegijs, & indultis ac literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, etiam si de illis ac hujusmodi tenoribus præsentibus specialis & expressa, ac de verbo ad verbum mentio foret, habenda, nec non Statutis & consuetudinibus Ecclesiarum prædictarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate aliâ roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque. *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, ordinationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare et præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & Beati Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Constantiæ XV. Kal Januarij Pontific. nostri anno* I. Hæc ergo Bulla a. Ch. 1415. die 19. Decembris fuit impetrata. Prout Imperatoria, Friderici jam a. Ch. 12. de qua suprà p. 1193.

2. Leges Collegij strictiores, anno 1504. adeóque non longè ante reformationem sancitæ, quibus in tardiores aut negligentiores pœnæ statuebantur pecuniariæ. Leges illæ ita habent; *Anno Domini* 1504. *die Lunæ ante festum S. Benedicti, unamini consensu omnium Dominorum de Capitulo absque alicujus*

cujus discrepatione capitulariter statuti, & proinde ordinati atque concepti sunt articuli infra scripti, nec non acceptati, ut sequitur. Item primò, quòd nullus Dominus Canonicus, deinde divinis durantibus officijs, in stallis, seu stationibus chori nostri, in quibus ab antiqua Cappellani stare consueverunt, stare præsumat; sed in stallis superioribus, ubi solito more antiquitas Canonici stare soliti fuerint in eisdem divina officia cantando, legendo, aut orando peragant, secundum quod unicuique eorum videbitur animæ suæ magis salubre. In præmissis verò negligens in uno solido monetæ Thuregiensis, toties, quoties defecerit, ipso facto est condemnatus, quem ad truncũ deputatum irremissibiliter persolvere tenebitur, vel ei in proximis præsentijs à Cellerario vel Camerario ad notificationem signaturis defalcabitur, in eundem truncum reponendus. Canonici tamen volentes cantare tempore publicæ Missæ, vesperarum, aut completorii, propè magna pulpita cantando Missam vel Antiphonas, poterunt, uti antiquitus mo fuit, licitè in stallis, atque stantijs infer bus stare Volumus etiam, tempore cationis Ecclesiæ nostræ atque patroc nec non in depositionibus, septimis, tri sim ,

tiam non teneo, cùm cautum sit, illa admiranda esse non veneranda.

G. De ignorantia *a* Cleri, negligentia officij eorum, qui cuticulam magis curârunt, quam *b* oviculas, aliisque tam in vita, quàm doctrina nævis; & variæ extant querelæ, & medicina quærebatur, pro ratione illorum temporum, satis quidem solicita, sed nimis *c* imbecellis.

a. Hanc Camarinam alibi jam movimus. Vid. *Anal.* P. 1. p. 64. De Canonicis hujus Collegij judicium *Felicis Malleoli* jam suprà habetur. Nec aliter ferè sensit de Clero universæ *Diœces. Constant.* Ita enim *Regist. querel.* p. 67. b. *Pro nunc*, inquit, *non est Clericus, nec fuit in centum annorum spatio in Diœces. Constantiensi constitutus, qui pro Republica, utilitate quoque communi manifesta tantum, quantum Malleolus suis stipendijs & laboribus, in Scripturarum compilationibus, librorum compositionibus, tractatulorum congestionibus, & hoc ad ornatum Ecclesia generalis laboraverit frequentiùs.*

b. De hoc *Pet. Numag.* p. 25. de Nicol. Subsylv. Quàm multi prohdolor nunc sunt, qui non quærunt Jesum, nisi ut bene eis faciat, secundùm tempus. Vix enim quæritur Jesus nisi propter Jesum; sed propter

pter panem, quem distribuit. Unde & Dominus Ecclesiæ Ministris improperat dicens: Quis in vobis, qui claudat hostia, & incendat altare meum gratuitò, Mal. 1. ô dulcissime Jesu, multi te quærunt. Multi, inquam, non te propter te, oves tuas non pascunt pro te. Et qui omnia abnegantes, professi sunt te, nihil adeò parum æstimant, ut te. Heu flebile & inglorium tempus! Quàm multi hodie in Ecclesia sancta Dei litigant pro essendo Pastores, *verè non ut pascant, sed depascant Dominicas oves, sicubi reperiant, quod sit de pane lucrando. Quot modò fiunt Doctores, non ut doceant; sed pro pane lucrando decipiant ipsi de vanitate in id ipsum? Quot jam ignavi tyrones intrant militiam clericalem, non ut militent; sed de pane Ecclesiæ otientur? Hos Apostolus flens vocat inimicos crucis Christi, finémque interitum, & Deum ventrem habere dicit*, Philipp. 3. *& non servire, Domino Jesu, sed suo ventri &c.* Vid. *Anal.* P. 1. p. 56.

c. Cujusmodi fuit, 1. ut non nisi præsentibus Præbendæ distribuerentur. In more ferè positum erat Canonicis, ut sedes pro arbitrio mutarent, officij partes negligerent, offam tantum spectarent: Pisces amabant, aquas intrare recusantes. Atque hinc est, quòd Amplissimus Magistra-

tus ad vagabundam illam vitam connivere amplius non potueri, sed frænū ei injecerit. Hinc privilegium illud, ab *Henrico Constantiensi Episcopo*, a. Ch. 1368. impetratum.

HENRICVS, Dei gratiâ, Episcopus Constantiensis universis & singulis præsentes literas inspecturis, & quorum interest, aut qui sua interesse crediderunt, & quos infra scriptum tangit aut concernit negotium, seu tangere aut concernere poterit quomodolibet in futurum, conjunctim & divisim: Salutem & sinceram in Domino charitatem. Cùm officij nostri debitum requirat, remedijs salutaribus invigilare subditorum, maximè & præcipuè in illis, per quæ animarum saluti cōsulitur, & Ecclesiarum utilitatibus providetur, ut in ipsis divinus cultus attentius augeatur, & virtutum Domino, cum reverentia & veneratione debitis serviatur: Nos præfatus HENRICUS, Dei gratiâ Constantiensis Episcopus, qui desideranter in votis gerimus, ut divini Numinis cultus in omnibus & singulis Ecclesiis nobis subjectis amplius prosperetur, & laudabiliter perficiatur, accedentibus ad hoc honorabilium in Christo Præpositi & Capituli Ecclesiæ Sanctorum Felicis & Regulæ, Martyrum Thuricensium unanimi voluntate & consensu ad perpetuam

petuam rei memoriam, *ac ob augmentum divini cultus, & utilitatem dictæ Thuricensis Ecclesiæ, quam (NB) præ aliis Collegiatis Ecclesiis puro favore prosequimur,* deliberato animo, & exculta scientia statuimus, volumus, & etiam ordinamus, ut & nunc in antea, post datum præsentium, omnes & singuli, qui Canonicatus & Præbendas in Eccl. Thuricensi prædicta auctoritate Apostolica in forma pauperum sive communi, nec non illi, qui auctoritate regali Imperiali capitulariter, seu quacunque alia auctoritate Canonicatus & Præbendas, etiam post datum præsentium fuerint pacificè assecuti, in eadem etiam Thuricensi residentiam faciant personalem. *Quòd si non fecerint, nisi causâ studiorum, vel propter metum, qui cadere potest in constantem, absentes fuerint, dum tamen ille metus ortum habuerit propter jura Ecclesiæ prædictæ manutenenda, & defendenda, quod arbitrio nostro, aut prædictorum Dominorum, Præpositi & Capituli, seu majoris partis ipsorum ducimus relinquendum, & ille metus patuerit de jure aut de facto, omnes & singuli fructus & redditus & proventus tam in grossa, quàm in vino & in aliis quibuscunque existentibus & provenientibus ab olim in absentia Canonicis, non residentibus, debitis, eisdem penitus & omnino subtrahantur.* Inter Canonicos Ecclesiæ supra-

dictæ residentes more solito, juxta tenorem, & ordinationem statutorum Ecclesiæ prælibatæ dividantur, dolo & fraude in omnibus & singulis præscriptis hinc inde semotis: Ita tamen, quòd de fructibus, redditibus & proventibus Canonici non residentis supradicti pro eodem Canonico deserviatur, laudabiliter in divinis juxta statuta & consuetudines ejusdem Ecclesiæ Thuricensis: Alios autem Canonicos tam in gratia speciali auctoritate Apostolica, quàm permutationis in Ecclesia præfata, post datum præsentium receptos & admissos, hortamur in Domino, ut in eadem Ecclesia residentiam faciant personalem, & Præbendas suas deserviant seu deserviri procurent laudabiliter in divinis, sicut Canonicam & nostram effugere voluerit ultionem. Ita tamen, quòd omnes & singuli Canonici Præbendati ante datam præsentium in eadem Ecclesia Thuricensi recepti & admissi in suis juribus & consuetudinibus remaneant, & plena, sicut antea, gaudeant libertate. Volumus etiam, ut præsens nostrum Statutum inter alia Statuta Ecclesiæ Thuricensis præfatæ ponatur & redigatur in scriptis, & quòd singuli Canonici in antea in eadem Ecclesia inter Canonicos præbendatos de novo, recipi-

end

endi Statutum ſupradictum, quemadmodum alia Statuta & conſuetudines ejusdem Eccleſiæ Thuricenſis, in ipſarum receptione & admiſſione per ſe, ſi præſentes fuerint, vel in ipſorum abſentia per Procuratores ſuos ad hoc legitimè coſtitutos, &c. nihilominus per ſe, poſtquam in eadem Eccleſia præſentes fuerint, jurēt ad Sancta Dei Evangelia firmiter obſervare. In cujus rei teſtimonium præſentes literas ſigilli noſtri Epiſcopalis appenſione mandavimus communiri. Datum & actum Thuregi VII. Id. menſ. Feb. 1368. harum literarum duæ ſunt pares, quarum una penès D. Præpoſitum, & Capitulum, reliqua verò penès Scabinos & Conſules oppidi Thuricenſis prædicti remanebit. Id quod confirmatum poſtea fuit à Nicolao Epiſcopo Conſtantienſi VI. Kal. Novemb. 1385. receptum verò & probatum per omnia à Wernhero de Rynach, Præpoſito & Capitulo Tigurino 1381. idque urgente Senatu Tigurino. Wann nun (ita verba approbationis habent,) die frommen/ weiſen/ vnſere ſunder gute fründe; die Burgermeiſter / die Räht vnd Burger gemeinlich der ſtatt Zürich etwas zwyfels hatten / daß/wie obgedacht/vnſers Herren des Biſchoffs ordnung in diſen ſachen von vns/ unß har nicht ſtette

 were

were gehalten / wie das ist / daß wir doch darinnen nit sûmig seyen gewesen / vnd darinn daß der zwyfel vnd irrtag gäntzlichen vorkommen werd; so haben wir mit wolbedachtem ꝛc. An fides data ingenuè satis posthac fuerit servata, eventus docuit. Alia enim sequenti Seculo excussa fuit quercus, & cum Episcopalis authoritas desultoriæ Canonicorum corrigendæ vitæ sufficere non videretur, ipse *Sigismundus*, Imperator, ut rem ageret apud Pontificem, humilimè à S. P. Q. Tigurino fuit rogatus. Unde Bulla *Martiniana*, in Actis nostris publicis adeò celebris & decantata. Illa verò ita habet: *Martinus Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam*: Ammonet nos suscepti cura regiminis, & auctoritas Pontificalis inducit, ut pro felici statu Ecclesiarum omnium exactæ considerationis indagine perscrutantes, sic ipsarum indemnitatibus consulamus, ut ab eis singulis sublatis dispendiis votivis jugiter gratulentur eventibus in eis, quoque devotæ solicitudinis studio benedicatur Altissimis, & divinorum cultus continuum suscipiat incrementum: Sanè petitio charissimi in Christo filij nostri, Sigismundi, Romanorum & Ungariæ Regis illustris, nobis nuper exhibita continebat, *quod licet suorum*

præde-

prædecessorum Romanorum piis concurrentibus suffragiis, Sanctorum Felicis & Regulæ Præpositura, pro Præposito, & illa, nec non Abbatiæ oppidi Imperialis Thuricensis, Constantiensis Diœces. Ecclesiæ pro nonnullis Canonicis in qualibet earundem, Domino perpetuò servituris adeò sufficienter dotatæ existant, quòd omnes & singuli qui Præposituram, quæ dignitas principalis existit Ecclesiæ, aut Canonicatum, & Prabendam alicujus, earundem Ecclesiarum obtinet, pro tempore apud hujusmodi Ecclesias residendo & divinis, propter quæ Ecclesiastica sortiuntur stipendia, inibi interessendo, & facultatibus, & redditibus ac fructibus & obventionibus eorum singulos, ratione dignitatis hujusmodi, nec non suorum Canonicatuum & Prabendarum ibidem contingentibus, possint sustentari, decenter, eisque incumbentia onera pro tempore supportare, quia tamen illi, qui easdem, dignitatem, nec non Canonicatum & Prabendas hactenus obtinuisse, noscuntur, quondam in hoc abusivam, quæ ab olim, inolevit ibidem, consuetudinem imitantes tantùm ferè quotidianis distributionibus duntaxat exceptis de suorum, Præpositura, nec non Canonicatuum & Ptæbendariæ præfatorum facultatibus & redditibus ac fructibus & obventionibus, hujusmodi etiam alibi residendo, perceperunt, sive percipere potuerunt. Hucusque

quantum aliis in similibus cedere consuevit, inibi divinis insistendo antedictis plerisque ex eis, non sine suarum animarum periculo, fructus & emolumẽta, non onera quomodolibet complectentes apud dictas Ecclesias residere hujusmodi divini interesse non curârunt hactenus, neque curant: Unde dictis Ecclesiis suarum personarum & Ministrorum præsentia carentibus divinus cultus, populiq; devotio lentescant ibidem, & eorundem dotantium pia voluntates & desideria multipliciter defraudantur. Quare pro parte dicti Regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis earundem Ecclesiarum statui & in demnitatibus opportunè consulere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur, qui animarum occurrere periculis, ac eundem cultum nostris potissimè temporibus vigere & augeri, incensis desiderijs affectamus, hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus pariter & ordinamus, quòd omnes & singuli facultates & redditus, fructus quoque & proventus Præpositurx, nec non Canonicatuum & Præbendarum prædictorũ, qui nunc sunt, & largiente Domino, perdilectos filios, Præpositos & Capitula Ecclesiarum earundem laben-

labente tempore justè poterunt adipisci, undécunque proveniant inter illos duntaxat ex eis, qui apud dictas Ecclesias, salvo duorum mensium spatio, infra quod continuo vel interpolatim eis pro alijs suis deducendis negotijs à præfatis Ecclesijs absentare licet, alias, veluti residentes & hujusmodi divinis interessentes, vel literarum Studio, ubi illud vigeat, Generale insistentes pro tempore habiti & reputati, inibi fuerunt juxta ratam partem ipsorum quemlibet contingentem, & prout hactenus circa residentes, ac hujusmodi divinis interessentes, ibidem observari est consuetum, realiter dividantur: Hujusmodi quoque Capitula vel alij, quorum intererit, pro tempore ad dandum & assignandum de facultatibus & redditibus, nec non fructibus & proventibus eisdem aliâs iniquum ex prædictis minimè teneantur, nec ad id à quoquam compelli possint inviti, decernentes omnes & singulos processus, nec non excommunicationum, suspensionum, & interdicti sententias, censuras Ecclesiasticas, atque pœnas, quas contra prædictorum statuti & ordinationis continentiam atque formam quavis etiam auctoritate haberi vel promulgari, ac totum id, & quicquid secus fieri contigerit, nullius

lius existere firmitatis. Non obstantibus privilegijs, & indultis ac literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, etiam si de illis ac hujusmodi tenoribus præsentibus specialis & expressa, ac de verbo ad verbum mentio foret, habenda, nec non Statutis & consuetudinibus Ecclesiarum prædictarum juramento, confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate aliâ roboratis, cæterisque contrarijs quibuscunque. *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, ordinationis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptaret præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & Beati Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Constantiæ XV. Kal Januarij Pontific. nostri anno* I. Hæc ergo Bulla a. Ch. 1415. die 19. Decembris fuit impetrata. Prout Imperatoria, Friderici jam a. Ch. 12. de qua suprà p. 1193.

2. Leges Collegij strictiores, anno 1504. adeóque non longè ante reformationem sancitæ, quibus in tardiores aut negligentiores pœnæ statuebantur pecuniariæ. Leges illæ ita habent; *Anno Domini* 1504. *die Lunæ ante festum S. Benedicti, unamini consensu omnium Dominorum de Capitulo absque alicujus*

cujus discrepatione capitulariter statuti, & proinde ordinati atque concepti sunt articuli infra scripti, nec non acceptati, ut sequitur. Item primò, quòd nullus Dominus Canonicus, deinde divinis durantibus officijs, in stallis, seu stationibus chori nostri, in quibus ab antiqua Cappellani stare consueverunt, stare præsumat; sed in stallis superioribus, ubi solito more antiquitas Canonici stare soliti fuerint in eisdem divina officia cantando, legendo, aut orando peragant, secundum quod unicuique eorum videbitur animæ suæ magis salubre. In præmissis verò negligens in uno solido monetæ Thuregiensis, toties, quoties defecerit, ipso facto est condemnatus, quem ad truncũ deputatum irremissibiliter persolvere tenebitur, vel ei in proximis præsentijs à Cellerario vel Camerario ad notificationem signaturis de falcabitur, in eundem truncum reponendus. Canonici tamen volentes cantare tempore publicæ Missæ, vesperarum, aut completorii, propè magna pulpita cantando Missam vel Antiphonas, poterunt, uti antiquitus mo[illegible] fuit, licitè in stallis, atque stantijs infer[illegible] bus stare Volumus etiam, tempore [illegible] cationis Ecclesiæ nostræ atque patroc[illegible] nec non in depositionibus, septimis, tri[illegible] sim[illegible],

ſimis, anniverſarijs, atque exequijs Dominorum Canonicorum atque Majorum civitatis Thuregienſis antiquam conſuetudinem obſervari, abſque dicti ſolidi ſolutione.

Item, cùm Evangelica lectio nos admoneat, & in eadem contineatur: *Domus mea, domus Orationis vocabitur, vos autem fecistis illam ſpeluncam latronum.* Et tamen ipſi Eccleſiarum Miniſtri, ordinis Clericalis, abjecta, dum horas Canonicas dicere, & pſallere, atque Deo offerre Sacrificium laudis in puritate conſcientiæ, cum omni devotione, deberent, cavillando, garrulando, & plerumque vana, profana, & inhoneſta colloquia intermiſcendo, ſacras ædes laudéſque prophanant & turbant, tardè etiam ad chorum conveniunt, vel illum abſque rationabili cauſa ante finem horarum exeunt: *Ne igitur hujuſmodi transgreſſiones in Eccleſia veſtra invaleſcant, & divinum turbetur officium*, ſtatuimus & ordinamus, quòd nullus Dominorum Canonicorum ſeu Cappellanorum, deinceps cum aliquo clerico vel laico in choro Eccleſiæ noſtræ, vel etiam extra chorum in proceſſionibus, ſive viſitationibus quibuſcunque fabuletur, vana, prophana ſeu in honeſta proponere præſumat aut loquatur, ſub

pœna unius denarij usualis Thuregiensis, quem quotiescunque secus fecerit, persolvere tenetur, quem denarium Præpositus, vel eo absente ejus vice tenens, illoque absente senior Canonicus, & sic secundum ordinem descendendo, qui pro tempore præsentes fuerint. Etiam si opus fuerit Præposito, vel cæteris Dominis negligentibus, quilibet Dominorum, etiam juniorum, garrulantem & excedentem indicet, aut publice etiam denarium exigere poterit à quocunque, nemine, nisi ut infra continetur, excepto, & ad truncum ad hoc deputatum mittere. Et si aliquis in similibus excessibus, garrulando & cavillando notatus fuerit, & dictum denarium requisitus solvere recusaverit, idem recusans statim, quam primum fieri poterit, per ipsum Præpositum, aut alios duos exigentes ad Capitulum citetur, & juxta arbitrium Dominorum per Præpositum vel ejus locum tenentes mulctetur: Salvo tamen si Domino Præposito per officiarios nostros, vel alias personas proponatur aut dicatur; ita tamen, quòd hujusmodi sermo brevis existat, & in se magnam prolixitatem non contineat. Similiter etiam salutationes succinctius & brevius dicere atque grates reddere absque alto clamore, honoris causa per-

ſa permittimus. Et ſi quis Dominorum Canonicorum aut Capellanorum aliquid in divinis laudibus peragendis interrogare voluerit, hoc cum modeſtia abſque ſtrepitu facere, & interrogatus ſibi, juxta petita, informationem dare poterit, abſque pœna.

H. *Cælibatus*, lege quidem Pontificia, intruſus, concubinatus verò inde adeò pullulavit frequens, ut cum κρείττονες ἄλλων non quidem *a* diſſimulârint, magnam tamen eo nomine ſibi conciliârint invidiam, quicunque ulcus illud tetigerunt: Interim neque vel *b* ignotum planè fuit Clericorum uxoratorum nomen; vel obſcurum eorum, qui conjugium *c* vel præcepto cælibatui, vel concubinatui *d* præferrent.

a. Felix Malleol. de Emtio. & vendit. unius pro 20. p. 37. Ecce nuper quidam apoſtata religioſus in habitu clericali contra concubinarios, authoritates *collegit*, & in Diœceſi Brixienſi, & præſertim circa fluvium Attaſim, contra clerum publicè prædicavit, & ruſticos contra ſuos Curatos concubinarios taliter concitavit, quòd niſi

nisi nobiles & consequenter Episcopus se interposuissent, rustici clerum destruxissent, sed iste Apostata, habitu mutato, tanquam mendicus venit ad oppidum Thureg. & consequenter Concilio præsentatus & miserabiliter, prout meruit, tractatus & in ordinem suum, videl. S. Wilhelmi reintrusus. Agnoscit in sequentibus *Malleolus* enormitatem sceleris ex Scriptura, & Decretis, silendum tamen putavit *privato Doctori vel Clerico per sermones publicos, quia tota (NB) sileat Ecclesia.* Idem *Malleol.* Regist. querel. p. 65. *Auditor* Restat aduc unus valde notabilis punctus, in quo vicarius per M. Felicem putatur offensus. Nam ipsum accusat, quòd dixerit, quòd ipse Vicarius publicos Concubinarios mulctaverit, & nihilominus in concubinatu maledicto perseverare permisit. *Angelus.* Ecce Pater reverendissime, sic videtur in veritate gestum. Nam ipse M. Felix in diebus illis fuerat Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ Solodorensis, Lausanensis, Diœc. in qua Concubinarij sanctissimè similiter & concubinæ, per Ordinarium loci penitus fuerant extirpatæ. Unde fuerunt duo sacerdotes mox ultra fluvium Araris, Constant. Diœcess. regentes duas Ecclesias Parochiales, quarum una Ecclesiæ Solodorensi in-

corporata, altera multùm vicina. Qui duo Sacerdotes duas habebant Concubinas, omnibus Parochianis scandalosas & onerosas. Unde M. Felix prædictus per Clerum & laicos Solodorenses, tanquam Prælatus, diligenter requisitus, ut removeri faceret tam criminosos, patentes cōcubinatus. Et idem M. Felix Curiam Constantiensem accessit, & per formam juris hoc nephas tollendo laboravit. Sed rursum accepit non à Spiritu sancto, sed maligno, quod desisteret, & tales Concubinarios perdurare permitteret: Quare propter hoc Episcopus de Curatis Sacerdotibus taliter contaminatis & persistentibus ultra duo millia florenorum inbursavit. Et propterea M. Felix apud Solodorenses Clericos & laicos verecundiam magnam est perpessus, super eo quòd tam audenter hujusmodi transgressionem repellendo fuerat aggressus. Et erat in diebus illis, in eadem regione Const. Diocœces. quidam Plebanus cum speciosissima concubina provisus, & cùm festivis diebus ipse Sacerdos officio divino fuerat occupatus, & Concubina fuerat certificata, quòd ad certum nōn reverteretur tempus, juniores rusticos sibi consociavit, & cum ipsis delectabiles ludos exercuit. Et dum quodam die

die per famulam domus argueretur, quare non prout alij Christi fideles tali tempore officijs divinis audiendo muniretur: *Ego*, inquit, dabo, *pulcherimam animam, & Dominus meus pecuniam copiosam, ut habeamus his diebus nostris vitam solatiosam.* Est veritas, quam ipse M. Felix nuper in *tractatulo* de anno jubilæo contra Concubinarios puplicos & occultos, collationem formidulosam fecit. Et in tali statu morientes præsumtuosè condemnatos fore per mortem perpetuam. Id. *de Matrim.* p. 40. *Non est rarum in Diœces. Constant. & cæteris vicinis mulierum & Clericorum cohabitationis concubinatûs contubernium.*

b. Hanc enim mercedem Constantiâ deportâsse *Malleolum*, jam jam audivimus. Nec melius cessisse ipsi videtur zelus contra concubinarios Tiguri. Anno enim 1436. *tempore quadragesimali certa die, in choro Ecclesiæ Præpositur æ Thuricensis Johanni Fiez Cappellano schedulam subscripti tenoris exhibuit:* Ego Felix, Cantor & res chori Ecclesiæ Thuricensis, notifico vobis, D. Johanni Fiez, Cappellano dictæ Ecclesiæ, ex quo dudum per literas Domini nostri, D. Cardinalis, Legati in Concilio Basileensi præsentes fuistis requisitus, ut infra certum terminum inibi descriptum dimitteretis

Concubinam vestram, sub pœna excommunicationis &c. ut in eisdem literis plenius continebatur, *sed quia procul ad notitiam meam breviter pervenit, eandem concubinam non dimisistis, & longè ultra terminum vobis assignatum tenuistis:* Ideo in excommunicationis sententiam incidistis, & ex quo in eadem excommunicatione, divina celebrâstis officia, facti estis irregulares, non obstante quadam, ut dicitur prætensa appellatione pro vos interposita, sed minimè prosecuta, quæ pro non interposita haberi censetur. *Idcirco placeat vobis de cætero abstinere ab ingressu Ecclesiæ nostræ, quo usque absolutionem sufficientem ostenderitis &c.* Sed mox accusatus, negotium ad Capitulum retulit, à quo etiam, Præposito *Anenstettero*, non aliud *Maleol.* expectare poterat judicium, quàm in alia causa contra negligentiam Cappellanorum, mota in *Passional.* p. 1. b. *De Consilio*, inquit, *M. Henrici Anenstetter Præpositi, Cappellanos coram ipso & Capitulo in causam traxi, quia prout in diebus illis omnes & singuli Cappellani juraverant officia divina etiam requisiti non frequentabant; unde post inceptam jam formaliter actionem, jam dictus Præpositus contra honorem Ecclesiæ, in læsionem suæ conscientiæ & juramenti præstiti clam adhæsit Cappellanis, &c.*

A. Ch.

c. A. Ch. 1408. Johannes de Eyl *Clericus uxoratus* Colon. Diœces. instrumentum ἀπογραφὲν (*vidimus*, more Seculi, vocant,) Collegio reliquit, privilegij Ruperti Imperatoris.

d. De judicio *Malleoli* & *Petri Numagen*, consulatur *Method. Leg. Hist.* Helvet. p. 546.

e. *Malleol.* de Matrim. p. 40. *Multò meliùs & certius est promovere sacrum matrimonium, quàm Concubinatus crimen turpissimum tollerare.*

I. Etsi non negemus, *Purgatorij* terriculamenta nostris etiam regionibus quæstuosa fuisse: Illud tamen mirari meritò subit, ne in antiquissimis *a* quidem documentis & legatis, Purgatorij fieri mentionem: Vestigia etiam extare, *b* nutantis & fluctuantis apud multos de ea fidei non obscura.

a. Vix enim alia occurrit phrasis, quàm, *propter salutem meam, pro remedio animæ meæ, pro mea sempiterna remuneratione, ac pro conjugis prolisque meæ charissimæ perpetua mercede &c.* Vid. sup. p. 1202. 1083.

b. Cujusmodi sunt 1. *Vulgi judicia*, de

quibus variæ Clericorum querelæ. *Henricus Nidhart.* Canon. Tigurin. Consil. de duabus Confraternitat. unitis cum Capit. Eccl. Constant. p. 82. *Non parvi pendenda est*, inquit, *pœna Purgatorij, quam etiam pro venialibus delictis hic non deletis pati debet. Sicut plures Purgatorium valde parvi* (NB) *pendunt stulti.* 2. *Incertitudo*, quam etiã Doctores concesserunt, loci. Petrus Numag. de apparit. p. 52. *De loco autem Purgatorij non habeo certam sententiam, sed credo, quod ubicunque deputata vel permissa fuerit ad purganda, illic suam habeat purgationem:* Unde Nidhart. l. c. p. 91. ex *Dialogis Gregorij & Floribus Sanctorum* refert, *quosdam Piscatores, tempore maximi caloris invenisse in aquis massam frigidissimæ glaciei, quam Piscatores præsentârint S. Theobaldo Episcopo, quam glaciem cùm Episcopus aliquot diebus reservâsset, audiverit quandam animam clamantem de ista glacie, quæ Episcopo revelârit, quòd suum Purgatorium in hujusmodi glacie pateretur, quam animam ad preces* Sancti Theobaldi Dominus liberaverit, quo facto glacies illa mox fuerit dissoluta. 3. *Querela de negligentia*, tam Testamentariorum, quàm Cleri. *Nidhart.* pag. 84. *Ex his patet, quantum se onerant Testamentarij, qui culpabili negligentia animas morientium juvare per suffragiorum expeditio-*

peditionem, quæ sibi morientes de rebus suis pro se fieri ordinaverunt. Et similiter Clerici, qui se ad hujusmodi suffragia implenda obligant, & tamen ea facere negligunt, aut nimium tardant, aut ea indevotè, & cursariè, & aliâs taliter peragunt, quod modicum & forsan nullum fructum animabus afferant.

K. Fastus, tyrannis, avaritia Cleri, superiorum cumprimis in inferiores decretæ exactiones, ita invaluerunt, ut non modò querulæ hinc Clero contra clerum, & in *a* vicinia, & in ipsa *b* Helvetia extortæ sint voces; sed brachium seculare contra insolitas emungendi artes fuerit implorandum. Publicæ, hinc de dubia Præsidum *c* salute, conciones.

a. Quo potissimum nomine infamis erat a. Ch. 1339. juxta *Vitoduranum*, Episcopus quidam Augustanus, *qui* (ita verba authoris habent p. 69. b.) *totum Clerum suæ Diœces. gravissimè talliavit: Multitudinem enim suorum debitorum, ac pecuniam grandem allegans & prætendens, importunus exactor effectus est.* Non solùm Clerum Secularem, verùm etiam Monasteria non exempta, & sibi immediatè subdita, cujuscunque Ordi-

nis extiterant, absque moderamine excoriavit. Dicebatur à quibusdam, quòd tertiam bonorum partem à singulis Clericis ac Monasterijs exegerit; ita quòd multi pauperes ac inopes Sacerdotes modicas præbendas ac beneficia habentes stipendijs importabilibus, sibi sine libra justitiæ & discretionis impositis onerati sauciatis cordibus usque ad Sydera ululatu miserabilissimo vociferati sunt. Magna enim erat, velut mare, contritio eorum, & ideo organa lætitiæ suspendentes voce flebili, & rauco sonitu carmina & cantica funebria personabant. Neque verò dubitare nos sinunt ea, quæ, alij sive joco, sive seriò, de alijs hæredipetis retulerunt. *Visum est quondam in civitate* (ita Malleol. tract. de Credulit. Dæmonibus adhibenda p. m. 134.) *Bononia, quòd cum quondam abundanti viro similiter & potenti morituro quidam religiosus stabat, & sibi salubriter animæ vias ostendebat: Et ille dives tanquam cordialiter perciperet oculis & manibus annuebat, & post multa in filij sui præsentia religiosus dixit ad moriturum: Et tu dabis decem libras ad Carmelitas. & ajt ille: Placet bone Pater. Item, dabis X. libras ad Prædicatores, & ille: Placet bone Pater. Item, dabis X. libras ad Fratres minores, & ille: Placet, bone Pater. Et sic ille religiosus loque-*

loquebatur de singulis quasi totius Civitatis religionibus. Audiens filius, quòd pater plus solito, & contra naturæ suæ consuetudinem pro tunc fuerat benignificatus, ajt: Et quomodo placet, ut præsentem fratrem religiosum projiciam deorsum per omnes gradus scalarum. Et ajt moriturus: Placet bone Pater. Et mox vidit filius, quòd Pater suus alienatus mente fuerat locutus ad religiosum: Vadas, inquit, *illico & recedas, alioquin te projiciam violenter per omnes gradus totius domus.*

b. De Episcopo enim Constantiensi, ejúsque officialibus querelæ movebãtur, 1. *de nimia in Clerum tyrannide:* Illum præsertim, qui novitatibus, negligentiæ, Simoniæ; validorum Mendicantium impudentiæ obicem positurus, crabrones ubique irritavit. Vellem, per iniqua chartæ spatia *Registrum querelæ Felicis Malleoli*, inseri hoc loco posse: Exemplum quippe suggerit, quo meritò ad laudes DEO cantandas excitari deberemus, quòd adamantinum illud servitutis jugum, veluti bobus lassatis, demtum sit, & Christiana restituta libertas. Ex ipso *Registri* vestibulo patet, quid de progressu habendum sit. *Ad Deum per Angelum provocat, cui in humanis omne negatum erat auxilium. Beatissime Pater*, (hanc enim, ut authoris retineamus verba, Angelus

ſimis, anniverſarijs, atque exequijs Dominorum Canonicorum atque Majorum civitatis Thuregienſis antiquam conſuetudinem obſervari, abſque dicti ſolidi ſolutione.

Item, cùm Evangelica lectio nos admoneat, & in eadem contineatur: *Domus mea, domus Orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.* Et tamen ipſi Eccleſiarum Miniſtri, ordinis Clericalis, abjecta, dum horas Canonicas dicere, & pſallere, atque Deo offerre Sacrificium laudis in puritate conſcientiæ, cum omni devotione, deberent, cavillando, garrulando, & plerumque vana, profana, & inhoneſta colloquia intermiſcendo, ſacras ædes laudéſque prophanant & turbant, tardè etiam ad chorum conveniunt, vel illum abſque rationabili cauſa ante finem horarum exeunt: *Ne igitur hujusmodi transgreſſiones in Eccleſia veſtra invaleſcant, & divinum turbetur officium*, ſtatuimus & ordinamus, quòd nullus Dominorum Canonicorum ſeu Cappellanorum, deinceps cum aliquo clerico vel laico in choro Eccleſiæ noſtræ, vel etiam extra chorum in proceſſionibus, ſive viſitationibus quibuscunque fabuletur, vana, prophana ſeu in honeſta proponere præſumat aut loquatur, ſub

pœna

pœna unius denarij uſualis Thuregienſis, quem quotiescunque ſecus fecerit, perſolvere tenetur, quem denarium Præpoſitus, vel eo abſente ejus vice tenens, illoque abſente ſenior Canonicus, & ſic ſecundum ordinem deſcendendo, qui pro tempore præſentes fuerint. Etiam ſi opus fuerit Præpoſito, vel cæteris Dominis negligentibus, quilibet Dominorum, etiam juniorum, garrulantem & excedentem indicet, aut publice etiam denarium exigere poterit à quocunque, nemine, niſi ut infra continetur, excepto, & ad truncum ad hoc deputatum mittere. Et ſi aliquis in ſimilibus exceſſibus, garrulando & cavillando notatus fuerit, & dictum denarium requiſitus ſolvere recuſaverit, idem recuſans ſtatim, quam primum fieri poterit, per ipſum Præpoſitum, aut alios duos exigentes ad Capitulum citetur, & juxta arbitrium Dominorum per Præpoſitum vel ejus locum tenentes mulctetur: Salvo tamen ſi Domino Præpoſito per officiarios noſtros, vel alias perſonas proponatur aut dicatur; ita tamen, quòd hujusmodi ſermo brevis exiſtat, & in ſe magnam prolixitatem non contineat. Similiter etiam ſalutationes ſuccinctius & brevius dicere atque grates reddere abſque alto clamore, honoris cauſa per-

ſa permittimus. Et ſiquis Dominorum Canonicorum aut Capellanorum aliquid in divinis laudibus peragendis interrogare voluerit, hoc cum modeſtia abſque ſtrepitu facere, & interrogatus ſibi, juxta petita, informationem dare poterit, abſque pœna.

H. *Cælibatus*, lege quidem Pontificia, intruſus, concubinatus verò inde adeò pullulavit frequens, ut eum κρείττονες ἄλλων non quidem *a* diſſimulârint, magnam tamen eo nomine ſibi conciliârint invidiam, quicunque ulcus illud tetigerunt: Interim neque vel *b* ignotum plane fuit Clericorum uxoratorum nomen; vel obſcurum eorum, qui conjugium *c* vel præcepto cælibatui, vel concubinatui *d* præferrent.

a. *Felix Malleol.* de Emtio. & vendit. unius pro 20. p. 37. Ecce nuper quidam apoſtata religioſus in habitu clericali contra concubinarios, authoritates *collegit*, & in Diœceſi Brixienſi, & præſertim circa fluvium Attaſim, contra clerum publicè prædicavit, & ruſticos contra ſuos Curatos concubinarios taliter concitavit, quòd niſi

nisi nobiles & consequenter Episcopus se interposuissent, rustici clerum destruxissent, sed iste Apostata, habitu mutato, tanquam mendicus venit ad oppidum Thureg. & consequenter Concilio præsentatus & miserabiliter, prout meruit, tractatus & in ordinem suum, videl. S. Wilhelmi reintrusus. Agnoscit in sequentibus *Malleolus* enormitatem sceleris ex Scriptura, & Decretis, silendum tamen putavit *privato Doctori vel Clerico per sermones publicos, quia tota (NB) sileat Ecclesia.* Idem *Malleol.* Regist. querel. p. 65. *Auditor* Restat aduc unus valde notabilis punctus, in quo vicarius per M. Felicem putatur offensus. Nam ipsum accusat, quòd dixerit, quòd ipse Vicarius publicos Concubinarios mulctaverit, & nihilominus in concubinatu maledicto perseverare permisit. *Angelus.* Ecce Pater reverendissime, sic videtur in veritate gestum. Nam ipse M. Felix in diebus illis fuerat Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ Solodorensis, Lausanensis, Diœc. in qua Concubinarij sanctissimè similiter & concubinæ, per Ordinarium loci penitus fuerant extirpatæ. Unde fuerunt duo sacerdotes mox ultra fluvium Araris, Constant. Diœcesi regentes duas Ecclesias Parochiales, quarum una Ecclesiæ Solodorensi in-

corporata, altera multùm vicina. Qui duo Sacerdotes duas habebant Concubinas, omnibus Parochianis ſcandaloſas & oneroſas. Unde M. Felix prædictus per Clerum & laicos Solodorenſes, tanquam Prælatus, diligenter requiſitus, ut removeri faceret tam criminoſos, patentes cōcubinatus. Et idem M. Felix Curiam Conſtantienſem acceſſit, & per formam juris hoc nephas tollendo laboravit. Sed rurſum accepit non à Spiritu ſancto, ſed maligno, quod deſiſteret, & tales Concubinarios perdurare permitteret: Quare propter hoc Epiſcopus de Curatis Sacerdotibus taliter contaminatis & perſiſtentibus ultra duo millia florenorum inburſavit. Et propterea M. Felix apud Solodorenſes Clericos & laicos verecundiam magnam eſt perpeſſus, ſuper eo quòd tam audenter hujusmodi transgreſſionem repellendo fuerat aggreſſus. Et erat in diebus illis, in eadem regione Conſt. Diocœceſ. quidam Plebanus cum ſpecioſiſſima concubina proviſus, & cùm feſtivis diebus ipſe Sacerdos officio divino fuerat occupatus, & Concubina fuerat certificata, quòd ad certum nôn reverteretur tempus, juniores ruſticos ſibi conſociavit, & cum ipſis delectabiles ludos exercuit. Et dum quodam die

die per famulam domus argueretur, quare non prout alij Christi fideles tali tempore officijs divinis audiendo muniretur: *Ego*, inquit, dabo, *pulcherimam animam*, *& Dominus meus pecuniam copiosam, ut habeamus his diebus nostris vitam solatiosam.* Est veritas, quam ipse M. Felix nuper in *tractatulo* de anno jubilæo contra Concubinarios puplicos & occultos, collationem formidulosam fecit. Et in tali statu morientes præsumtuosè condemnatos fore per mortem perpetuam. Id. *de Matrim.* p. 40. *Non est rarum in Diœces. Constant. & cæteris vicinis mulierum & Clericorum cohabitationis concubinatûs contubernium.*

b. Hanc enim mercedem Constantiâ deportâsse *Malleolum*, jam jam audivimus. Nec melius cessisse ipsi videtur zelus contra concubinarios Tiguri. Anno enim 1436. *tempore quadragesimali certa die, in choro Ecclesiæ Præposituræ Thuricensis Johanni Fiez Cappellano schedulam subscripti tenoris exhibuit:* Ego Felix, Cantor & res chori Ecclesiæ Thuricensis, notifico vobis, D. Johanni Fiez, Cappellano dictæ Ecclesiæ, ex quo dudum per literas Domini nostri, D. Cardinalis, Legati in Concilio Basileensi præsentes fuistis requisitus, ut infra certum terminum inibi descriptum dimitteretis

Concubinam vestram, sub pœna excommunicationis &c. ut in eisdem literis plenius continebatur, *sed quia procul ad notitiam meam breviter pervenit, eandem concubinam non dimisistis, & longè ultra terminum vobis assignatum tenuistis:* Ideo in excommunicationis sententiam incidistis, & ex quo in eadem excommunicatione, divina celebrâstis officia, facti estis irregulares, non obstante quadam, ut dicitur prætensa appellatione pro vos interposita, sed minimè prosecuta, quæ pro non interposita haberi censetur. *Idcirco placeat vobis de cætero abstinere ab ingressu Ecclesiæ nostræ, quo usque absolutionem sufficientem ostenderitis &c.* Sed mox accusatus, negotium ad Capitulum retulit, à quo etiam, Præposito *Anenstettero*, non aliud *Maleol.* expectare poterat judicium, quàm in alia causa contra negligentiam Cappellanorum, mota in *Passional.* p. 1. b. *De Consilio*, inquit, *M. Henrici Anenstetter Præpositi, Cappellanos coram ipso & Capitulo in causam traxi, quia prout in diebus illis omnes & singuli Cappellani juraverant officia divina etiam requisiti non frequentabant; unde post inceptam jam formaliter actionem, jam dictus Præpositus contra honorem Ecclesiæ, in læsionem suæ conscientiæ & juramenti præstiti clam adhæsit Cappellanis, &c.*

A. Ch.

c. A. Ch. 1408. Johannes de Eyl *Clericus uxoratus* Colon. Diœces. instrumentum ἀπογραφὲν (*vidimus*, more Seculi, vocant,) Collegio reliquit, privilegij Ruperti Imperatoris.

d. De judicio *Malleoli* & *Petri Numagen*, consulatur *Method. Leg. Hist.* Helvet. p. 546.

e. *Malleol.* de Matrim. p. 40. *Multò meliùs & certius est promovere sacrum matrimonium, quàm Concubinatus crimen turpissimum tollerare.*

I. Etsi non negemus, *Purgatorij* terriculamenta nostris etiam regionibus quæstuosa fuisse: Illud tamen mirari meritò subit, ne in antiquissimis *a* quidem documentis & legatis, Purgatorij fieri mentionem: Vestigia etiam extare, *b* nutantis & fluctuantis apud multos de ea fidei non obscura.

a. Vix enim alia occurrit phrasis, quàm, *propter salutem meam, pro remedio animæ meæ, pro mea sempiterna remuneratione, ac pro conjugis prolisque meæ charissimæ perpetua mercede &c.* Vid. sup. p. 1202. 1083.

b. Cujusmodi sunt 1. *Vulgi judicia*, de qui-

quibus variæ Clericorum querelæ. *Henricus Nidhart.* Canon. Tigurin. Consil. de duabus Confraternitat. unitis cum Capit. Eccl. Constant. p. 82. *Non parvi pendenda est*, inquit, *pœna Purgatorij, quam etiam pro venialibus delictis hic non deletis pati debet. Sicut plures Purgatorium valde parvi* (NB) *pendunt stulti.* 2. *Incertitudo*, quam etiã Doctores concesserunt, loci. Petrus Numag. de apparit. p. 52. *De loco autem Purgatorij non habeo certam sententiam, sed credo, quod ubicunque deputata vel permissa fuerit ad purganda, illic suam habeat purgationem:* Unde Nidhart. l. c. p. 91. ex *Dialogis Gregorij & Floribus Sanctorum* refert, *quosdam Piscatores, tempore maximi caloris invenisse in aquis massam frigidissimæ glaciei, quam Piscatores præsentârint S. Theobaldo Episcopo, quam glaciem cùm Episcopus aliquot diebus reservâsset, audiverit quandam animam clamantem de ista glacie, quæ Episcopo revelârit, quòd suum Purgatorium in hujusmodi glacie pateretur, quam animam ad preces* Sancti Theobaldi Dominus liberaverit, quo facto glacies illa mox fuerit dissoluta. 3. *Querela de negligentia*, tam Testamentariorum, quàm Cleri. *Nidhart.* pag. 84. *Ex his patet, quantum se onerant Testamentarij, qui culpabili negligentia animas morientium juvare per suffragiorum expeditio-*

peditionem, quæ sibi morientes de rebus suis pro se fieri ordinaverunt. Et similiter Clerici, qui se ad hujusmodi suffragia implenda obligant, & tamen ea facere negligunt, aut nimium tardant, aut ea indevotè, & cursoriè, & aliâs taliter peragunt, quod modicum & forsan nullum fructum animabus afferant.

K. Fastus, tyrannis, avaritia Cleri, superiorum cumprimis in inferiores decretæ exactiones, ita invaluerunt, ut non modò querulæ hinc Clero contra clerum, & in *a* vicinia, & in ipsa *b* Helvetia extortæ sint voces; sed brachium seculare contra insolitas emungendi artes fuerit implorandum. Publicæ, hinc de dubia Præsidum *c* salute, conciones.

a. Quo potissimum nomine infamis erat a. Ch. 1339. juxta *Vitoduranum*, Episcopus quidam Augustanus, *qui* (ita verba authoris habent p. 69. b.) *totum Clerum suæ Diœces. gravissimè talliavit: Multitudinem enim suorum debitorum, ac pecuniam grandem allegans & prætendens, importunus exactor effectus est.* Non solùm Clerum Secularem, verùm etiam Monasteria non exempta, & sibi immediatè subdita, cujuscunque Ordi-

loquebatur de singulis quasi totius Civitatis religionibus. Audiens filius, quòd pater plus solito, & contra naturæ suæ consuetudinem pro tunc fuerat benignificatus, ajt: Et quomodo placet, ut præsentem fratrem religiosum projiciam deorsum per omnes gradus scalarum. Et ajt moriturus: Placet bone Pater. Et mox vidit filius, quòd Pater suus alienatus mente fuerat locutus ad religiosum: Vadas, inquit, *illico & recedas, alioquin te projiciam violenter per omnes gradus totius domus.*

b. De Episcopo enim Constantiensi, ejúsque officialibus querelæ movebâtur, 1. *de nimia in Clerum tyrannide:* Illum præsertim, qui novitatibus, negligentiæ, Simoniæ, validorum Mendicantium impudentiæ obicem positurus, crabrones ubique irritavit. Vellem, per iniqua chartæ spatia *Registrum querelæ Felicis Malleoli*, inseri hoc loco posse: Exemplum quippe suggerit, quo meritò ad laudes DEO cantandas excitari deberemus, quòd adamantinum illud servitutis jugum, veluti bobus lassatis, demtum sit, & Christiana restituta libertas. Ex ipso *Registri* vestibulo patet, quid de progressu habendum sit. *Ad Deum per Angelum provocat, cui in humanis omne negatum erat auxilium. Beatissime Pater*, (hanc enim, ut authoris retineamus verba, Angelus

Procurator Magistri Felicis porrigit cedulam commissionis, sive supplicationis) *Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra*: Exponitur sanctitati tuæ, nomine Magistri, Felicis Hemmerlin, Decretorum Doctoris angustialiter innodati absentis tanquam præsentis, & ad te toto corde suo clamantis: Qui licèt fuerit vir bonæ famæ, laudabilis vitæ, & honestæ conversationis, & insuper multarum Scripturarum peragrator, & diversorum librorum de novo compilator, & ante tempora subscripta Præpositus Solodorensis, nec non Cantor Ecclesiæ Thuricensis, & Canonicus ibidem 42. annorum, pacificus & quietus: Et residens apud illam, nihilominus nuper, videl. de anno D. MCCCCLIV. die Mercurij XVIII. mensis Februarij, hora meridiei, vel quasi, non admonitus, non citatus, non vocatus, non convictus, aut aliquo crimine diffamatus, in domo suæ habitationis manibus laicorum; attamen, ut asseritur, vice & nomine Domini Episcopi Constantiensis captus, quod satis apparuit. Quare vicarius suus in spiritualibus Generalis, videlicet M. Nicolaum Gundelfinger, in eodem loco seu oppido præsens fuerat, & consequenter

quenter ibidem ad Prætorium perductus. Et mox idē Vicarius, ante decretum juris, omnes suos libros, & alias res suas mobiles per extensum invasit & arrestavit, & in arersto per tempus, prout infra dicetur, detinuit. Et consequenter eadem die, horâ vesperarum vel quasi, ductus de Prætorio & in conspectu multarum gentium ultra tria millia se extendentium, super equo suo proprio positus, & pedibus de subtus laqueo, & una manu funibus ligatis, per Heinricum de Gerwil, familiarem domesticum dicti Vicarij, cum freno equi sui ductus, tanquam fur vel latro extra portas, & per campos, & usque ad Castrum D. Episcopi propè Constantiam, & ibidem durissimis carceribus inclusus, imò tenebrosis & immundicia plenis, ad fures & malefactores deputatus: Qui ante suum introitum liberati recesserunt, quos inibi isti vermiculi, (de quibus dicit, Job: qui me comedunt, non dormiunt,) vestitos sive nudos tamen corraserunt, & usque ad saniei, & cruoris effusiones persulcârunt, quo amentes quasi jacuerunt. *Sed Domino volente, à die sua captivitatis, & usque ad hodiernam diem, ipsum Magistrum Felicem tales teredines nunquam molestabant: Et ex tunc, ad instantes Nobilium preces, post quindenam ad aliud Ca.*

ad Castrum, & ad locum largum fuit deductus, & duobus custodibus ibidem munitus. Dignissima essent cætera etiam, capita cumprimis accusatóis relatu digna, ut manifestius pateret, nunquam defuisse, qui novitatibus & tyrannidi Pontificiæ resisterent, primariámque captivitatis *Malleoli* causam fuisse, constantem ejus παῤῥησίαν: Quando verò pensi, quod restat, habenda est ratio; nec prolixus ille tractatus inseri hoc loco commodè potest, in Historiæ vestibulo subsistemus, atrium aliâs, Σ. Θ. ingressuri.

2. *Importunis exactionibus tum in causis matrimonialibus, tum in subsidijs pro expungēdo ære alieno charitativis* De *illis* fusè agit idē *Malleol.* Tract. de Matrim. p. 43. b. Nos pauca delibabimus. Item, *(sic ille)* prout scripsi in libro de Nobil. c. de Principibus, post Joh. Andreæ, qui vidit Religiosos, præsertim Ordinis Mendicantium in Episcopos titulatos frequenter promotos. Ecce, inquit, subtilis modus apostatisandi! Nam, cùm Episcopatus sui titulo coguntur facere suæ quoque professionis, & similiter de ordine suo mentionem, & nihilominus consequenter ad observantiam tenentur. Sed terribile crimen Apostasiæ cum religionis observantiæ patenti rejectione, quam in palliata Simonia continuè committunt.

Sin

Sic videmus in Curia Constantiensi, & fortè circumvicinis unum spolij seu rapinæ multum subtile delictum, in causis matrimonialibus præsertim & aliquando in alijs casibus, sine Dei timore miserabiliter frequentatum: Nihilominus tamen ad tribunal extremi judicis in die iræ, & calamitatis, & miseriæ horribiliter producendum. Nam ante Concilium Constantiense prætactum in causa matrimoniali per unam partem vel personam sese absentabat, causa pendente fuit facta Procuratoris constitutio, pro qua constitutione solvebat IV. denarios Constantienses, & brevibus verbis ad sex vel septem lineas se protendebat in actis. Et verum effectum sufficienter ad omnem opportunitatem continebat. Nunc autem & longè post Concilium, videntes Notarij nostri Curiæ Constantiensis, Romanæ Curiæ stylum, in hoc ubique lucrosum, licèt (NB) animabus periculosum, & ad instar illorum, primùm faciunt totam personam constitutionis ad latitudinem veri instrumenti, & ex post ponunt tenorem totius instrumenti, quod nunquam visum est in charta ac pergameno, seu forma instrumenti in rerum natura, & hoc cum infinitis clausulis in principali constitutione nunquam excogitatis: Imò, nunc

nunc & in futurum nunquam opportunis: Et has, & alias Scripturas prætendunt in pluribus chartarum folijs, ut simplicianæ partes innocentes, & non intelligentes, sine dolo & fraude comparentes & contendentes cum rapina prædicta, majoribus gravabatur expensis. Et quis dubitat, quin in hoc spolia multa, & peccata multa committant, infinita in miserabilium Personarum damna, & alias de verbis otiosis & inutilibus faciunt libros & registra copiosa & captiosa? Et si, juxta veritatem Evangelicam, quæ non peribit, etiamsi cœlum & terram peribunt, quemadmodum dicitur Matth. 12. de quolibet verbo otioso reddenda est ratio: ô quàm terribilem rationis calculum reddent, non tantùm Tabelliones; sed etiam judices facientibus consentientes, ut insuper de talibus rapinis, spolijs & exactionibus partionem recipientes. Et insuper quid crudelius est, prout dicit Vicarius Domini nostri Jesu Christi, regula juris l. VI. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et hæc regula nullius excusationis exceptionem tolerat, nisi in eo, qui non habet, unde solvat. Et si omnes Scribæ similiter & reliqui in conscientia sibi non formant, ut alicui restituant; sed stant, ut

in

in ſuis peccatis morituri deficiant. Eadem gravamina exaggerat in ſequentibus author, in Sigillatoribus, quos ſuggillatores vocatos, teredinibus comparat, qui molliſſima cera, dulci verbo, cæteris ſtimulatoribus, ſtimulent durius.

De *his* verò exemplum occurrit a. Ch. 1491. Impetraverat tum, Thomas, Epiſcopus Conſtantienſis à Papa Bullam, qua conceſſum illi erat, ut ab omnibus totius Epiſcopatus Prælatis & Clericis quintam partem omnium redituum annuorum ad aliquot annos reciperet, ad liberandum ære alieno Epiſcopatum. Clerus autem univerſus, habita Synodo, exactionem Epiſcopi penitus reſpuit, ad generale Concilium provocans. Liga itaque Suevica cum Duce Wirtenbergico intercedens, ita litem compoſuit, ut Clerici vigeſimam tantùm perſolverent partem. Quod cum à Clero etiam Helvetiæ poſtularetur, reſponſum ab eo fuit: Si Epiſcopus ſuis non acquieſceret reditibus, ſe beneficium permutationis non detrectaturos. Tandem, poſt aliquot ſuper hac re Conventus Badæ habitos, decretum fuit: Ut Clerici ſolutam vigeſimam partem deponerent ad manus Helvetiorum, donec lis jure decideretur.

Quod

Quod, cùm Episcopus audivisset, amic
cum Clero transegit, quibus deincep
conditionibus in Helvetia standum esset.

c. Id quod potissimum factum an. Ch
1493. per Helvetiorum Legatos, Gerol-
dum Mejerum Tigurinum, Johannem
Rüss, Lucernensem, Huldricum vff de
Mur Suitensem, Johannem von Flü Sub
sylvanum, Wernherum Steinerum Tu
giensem, præsētibus ex parte Episcopi Con-
stantiensis, Johanne Sanageti, Archidia-
cono, Hugone de Landenberg Canonico,
Balthasaro de Randeck aulæ Magistro,
Conrado Winterberg Vicario, Johanne
Truckenbrot, Cancellario: Actoribus
verò, & gravissimas de variis gravamini-
bus querelas moventibus, Doctore Johan-
ne Episcopo, Conventuali Sangallensi,
nomine Abbatis Gothardi: Jacobo de
Cham Jurium Doctore, Romano Proto-
notario, Ecclesiæ Tigurinæ Præposito: Jo-
hanne Wessner Cantore Zoffingensi: Jo-
hanni Schlosser, Camerario & Plebano
Lucernensi, Johanne Abbate Murensi,
Henrico Vogt/ Præposito Lucernensi, &c.
Articuli transactionis amicæ erant; Nam-
lich vnd des ersten von wegen der Pfründen,
so Seel-sorg tragen / vnd von eim Herren von
Costantz investiert vnd bestäht / söllend di
Prela

Prelaten vnd Priesterschaft gnädigklich gehalten/ vnd nit mehr von jhnen genommen werden/ dann die alt Tax auff jhr treit/ vnd von alter her kommen ist/ auch im Register zu Costentz erfunden wird; vnd von wegen der Pfrunden/ so von vnserem Allerheiligsten Vatter dem Papst zu Rom erlangt/ vnd von denselben in die Römischen Cammer/ die ersten frücht bezahlt werden/ sollend die Priester oder Clericken von sömlichen ihren erlangten Pfründen/ wie obstaht/ hie vssen vnserem Herren von Costentz für die ersten frücht in dem anderen jahr/ nach dem sie jhre Pfründen eroberet habend/ vf lydenlich zil vnd tag den dritten theil der Tax der ersten früchten/ vnd nit mehr/ so sie sonst zubezahlen schuldig/ vnd sich in dem Register zu Costentz erfindt/ wo diesselbigen von vnserem Herren zu Costentz investiert/ vnd besteht werdend/ bezahlen; wo aber das in dem Register nit erfunden wurde/ sollend dieselben so jhre Pfründen zu Rom erlanget habend/ bey jhren Eiden/ nutzung vnd frucht jhrer eroberten Pfründen angeben/ vnd was sie noch gemeinem lauff der Tax/ alß man von anderen Pfründen heruß erlangt/ die jhm Register begriffen sind/ zubezahlen schuldig werend/ allein den dritten Pfenning vnd nit mehr. Wo aber ein beneficium zu Rom erlangt/ vnd ein annat dajhne bezahlt wird/ vnd nun vier

Marck oder minder hat/ soll drey Gulden für die ersten früchte bezahlt werden / vnd welcher zu Rom nichts bezahlt / der soll herussen die annaten bezahlen: Aber von der Kirchen Pfründen wegen / so vnseren Herren von Costentz die quart vnd den viertentheil des Zehenden jährlich bezahlen / soll niemand nichts / so die ledig werdend / für die ersten frücht eim Herren zu Costentz zebezahlen schuldig seyn. Fürhin sol kein Priester oder Geistlicher vff klag einiger oder lichter Persohnen vom Fiscal citiert oder angenommen werden/sonder so sollend vf einlitziger Persohnen verklagen die Nachpuren oder die Oberkeit/ da dann der verklagte gesessen ist / erfahren / vnd erfragt werden / vnd findt sich dann ein solche klag oder fürtrag ein grund haben / vnd die waarheit seyn / alßdann mag der Fiscal procedieren / wie von alter har zehandlen gewohn gewesen ist. Ob aber die Weltlich herrschafft vnd Oberkeit ein Priester oder Clerick / Geistlich oder Weltlich / vnseren gnädigen Herren von Costentz mit leüten oder brieffen seyne Misset hat erzehlende/schicktend; alßdann nach dem derselb Priester verschuldt hat / mag ein Herr von Costentz mit ihm handlen: Es soll auch hinfür ein Fiscal/ ein Geistliche Persohn / vnd nicht ein Ley seyn. Vnser gnädiger Herr von Costentz soll auch versehen/ daß der Fiscal die Notarien / vnd Procuratores

res, die Priesterschafft ehrsamlich vnd nicht schmächlich gehalten werden / wie die Satzung Seiner gnaden neuwlich gemacht / vnd vns fürgehalten / das vßweyset.

Vnser Gn. Herr von Costentz / soll auch versehen / daß die Priesterschafft nit vmb ringe sachen gen Gottlieben geführt werde / es seyen dann kundtlich Vbelthäter / vnd der welt lasterlich: Vnd wann Interdict komt / vnd gelegt wird vß krafft der Statuta Synodalia, soll die ablösung desselben Interdict vergeben / im sigel gegeben werden / doch dem Schreyber seynen zimlichen Lohn vorbehalten. Es ist auch beschlossen / vnd von vnsers Herren von Costentz Rähten vffgenommen / das hinfür nit mehr in der Geschrifft genommen werden / dann von alter här von Bischoff Otten deß nächsten zeyten gewonn gewesen ist / vnd in Molitoris Register vergriffen ist / desselben Registers der Prelaten vnd der Priesterschafft ein gläublich Copej geben / vnd mennigklich Im sigel bescheidenlich / wie von alter här gehalten: Vnd soll auch der Bischofflich Hoff reformiert werden / wie die Statuta Consistorialia ob angezeigt / vnd den Prelaten / auch vns fürgehalten sind / vßweysend: Darzu so sollend die Bäpstlichen Bullen schlechtlich zu vidimiren / vnd dispensation, so befohlen von dem Stul zu Rom mäßiglicher vnd milter angelegt vnd taxiert wer-

den / dann die Bäpstlichen brieff taxiert sind Wo aber ein Herr von Costentz seyn gnad oder gwalt samme darzu gibt/mag der oder dero Anwalt nämmen noch gewonheit der Alten tax vnd nit mehr. Es soll auch in den processen kein jrrung brucht / also daß einer gebannten eh er gemant werde / dann ob das geschehe / soll der procurator, oder wer daran schuldig were/dem beschwärdten seyn kosten vsrichten: Die offen sünder/die sünd vff jhnen trägend / so Seyner gnaden vorbehalten sind / vnd gehn Costentz gewissen / sollend nit beschwärt werden in der Geschrifft oder im sigel/ anderst dann von alter här vor Bischoff Otten zeyten gewohn gewesen ist. Deßgleychē soll das gmein volck vnd sonst niemands anders in ehelichen oder anderen sachen nit beschwärdt werden / vnd der theil so vnden geligt / nit schuldig seyn die brieff zu lösen. Darzu so sollend die Priester vnd Geistliche persohnen/so sich mit Frawen übersehend/ oder kinder vberkommend / in jhr straaff nach der tax der Alten gewohnheit / vnd nit höher gehalten werden / es were dann sach daß mißhandlung der Persohnen anders erhäuscht. Es ist auch luter beschlossen/ vnd von vnserem Herren von Costentz offgenommen / nach dem das caritativum subsidium vnserem Herren von Costentz geben wird / daß der Priesterschafft verlihen werde gewalt / das einer den anderen

absol-

absolvieren möge in allen offentlichen sachen die vergangen / vnd vnserem Herren von Costentz vorbehalten sind wie von alter här / es seye dann ein Priester vorhin durch den Fiscal fürgenommen. Die Priester mögend auch einanderen in heimlichen sachen absolvieren, alß dick jhnen noht ist. Es soll auch ein jeder Decan vff dem Land in offentlichen sachen gwalt haben die Priesterschafft zu absolvieren / vff zil eines Monats / ärgernuß vnd laster zuvermeyden: doch daß in der selben zyt / der so also geabsolviert ist / ein vollkommne absolution vnserem Herren von Costentz bringen / wo aber das nit gschehe / soll deß Decans absolution krafftlos seyn. Vnser Herr von Costentz hat auch hierinnen zugeben / daß die Lühtpriester vnd jhre Helffer gwalt habind / jhre Vndertha-nen zeabsolvieren in heimlichen sachen / die Seiner gnaden vorbehalten sind / nit allein in der Fasten / sonder auch alß dick das noht seyn wird. Es ist auch beredt / vereinigt vnd betädinget / das vnser Herr von Costentz zulassen soll / alß vil recht ist / daß die Caplanen der hohen Stifft Costentz nit verbunden seyn sollend mit deß Bischophthums satzungen / diweil sie mit vil anderen satzungen verfaßt sind; vnd wann der Decan derselben Kirchen jhr Ober ist / daß sie dann in zeytlichen vnd weltlichen sachen nit gezogen werden sollind für vnsers gnä-

digen Herren Gricht/ das mittel hindan gesetz oder ehe man sie vor dem Decan fürgenommen hab. Deßgleychen soll Seyn gnad nit fürkommen den Rechtzwang der Herren Prelaten/ si seyend exempt oder nit exempt/ es seye in Klösteren oder anderen Stifften/ welcher Rechtzwang sie vß freyheit oder in gewonnheit habend/ vnd übend vnder jhnen selbs/ auch vnder jhren glideren. Besonder daß vnser gnädiger Herr die freyheiten/ vnd gewonnheit solcher Klöster vnd Kirchen vnbetrübnuß halten so vil recht ist. Vnser gnädiger Herr von Costentz soll auch hinfür nit gebieten/ daß die Bitter oder quæstionierer zu predigen zugelassen/ vnd darob seyn/ von mißbruchs wegen des Ablaß/ daß gehalten werde die Clementin. abusionibus de pœ. & re. vnd daß dieselben quæstionierer nit in den grossen Hochzeyten in Kilchwyhenen/ vnd so man der heiligen/ so der Kilchen Patron säst sind/ begaht/ auch nit in der fasten zu hindernuß der Mutter-kilchen zu Costentz/ jhr bitt vnderstandind zuhalten. Daß auch dieselbigen Bitter jhr bitt nit mehr dann einist im Jahr vffnemmen/ es were dann sach/ das ein quæstionierer insonder von dem heiligen Stul zu Rom gefreyet were/ derselb mag es bruchen/ innhalt seyner freyheit. Die Kilchherren/ oder Lührpriester mögend auch nemen von den gemeldten Bätten/ oder der Mutter-

kilchen

ilchen Bätt/jhren theil/ wie von alter hår kommen vnd gewonn ist. Seyn gnad soll auch verſehen/ daß die Båttel-brůder an jhren Cantzen nit vnderstandind die Pfaffheit zuletzen/ sonder soll gehalten werden die Clementin. Dudum de Sepul. Deßglychen soll Seyn gnad verſehen/ daß die Pœnitenzer nit verspotten der Lühtpriester vnderthan/ die sie zu jhren Oberen weyssen/ wie dann das die Statuta Synodalia inn hand.

Zum leisten/ so habend wir bredt/ beschlossen/ vnd die obgenandten der Prelaten vnd Priesterschafft deputaten sich begeben vnd zugesagt dem obgemelten vnserem Gnådigen Herren von Costentz/ das caritativum subsidium, lut eines vertrags zwůschen dem obgenandten vnserem gnådigen Herren vnd Prelaten desselben Bischthumbs zu Costentz/ vff Sambstag vor Hilarij in disem Jahr gemacht/ vff Nativitatis Mariæ schierest kůnfftig/ ohne alle widerred vnd intrag/ vß zerichten vnd zubezahlen: vnd vff das sollend beyd obgemeldte Partheyen vorangezeigter Artickel irrung vnd spån halben gůtlich geeint/ gericht vnd geschlicht/ vnd betragen/ auch aller unwill vnd vngnad von der sach wegen von vnserem gnådigen Herren vnd Seyner gnaden Thumherren/ Amtlüten/ vnd Gestifft/ gegen den gemeldten Prelaten/ Priesterschafft/ dickgemel-

ier quart / Pröbsten / Chorherren der Stifft St. Steffan vnd Johannis / auch der Caplanen der hohen Stifft / vnd sonst allen anderen Caplan vnd Priesterschafft inn vnd vssert der statt Costentz erhebt vnd vfferstanden / vnd alles das / so sich in derselben sach begeben / vnd erloffen hat damit gäntzlich / vnd gar hingelegt / vernicht / todt vnd absyn / vnd niemand zu argem oder abbruch nimmermehr fürgehalten / oder gedacht werden / mit oder ohne Recht / Geistlichen oder Weltlichen / geferd vnd arglist hindan gsetzt. Vnd des zu waarem vestem Vrkund geben wir obgemeldte Vnderthädinger / jeder Partheyen diser brieff ein mit vnser jeder Insigel / zu Stein an dem Rhyn versiglet / vff den siben vnd zwentzgesten tag des Höumonats / doch vns / vnd vnseren Erben ohne schaden / Nach Christi geburt Tusend / vierhundert / nüntzig vnd im dritten Jahr.

d. MALLEOLUS de Credulit. Dæmonibus adhibenda, pag. 135 a. Unde in Apocalypsi, c. 14. Scribe, beati mortui, qui in Domino moriuntur. Sed quis est hic & laudabimus eum? Ut quidam Theologiæ Doctor famosus nuper in Heidelbergensi Universitate in d e arasceves sermonem fecit facillimum, in cujus præsentia quatuor Principes, & quinque Principissæ,

cum

cum magno populo fuerunt ſubſiſtentes, & inquit poſt multa, Nobilium & Plebejorum actionis & conditionis prædicamenta: Credo, imò firmiter teneo, quòd de Principiſſis, prout de cæteris bonis mulieribus, ſit ſpes æternæ ſalutis: Sed quòd de Principibus nullus ſalvetur, niſi poſt baptiſmum moriatur in cunabulis. Et hæc omnia dicere poſſemus de Potentatibus infinitis, ſive ſint ſpiritualium, aut temporalium Prælationum prærogativa muniti.

Et ut diximus de terrarum Regibus & Principibus, ita dicamus, ſimilis apud inferos commixtionis ſubverſionem, ut puta de Papa, & Præſulibus & Prælatis; & potenter ſimiliter crucientur pro demeritis, de quibus dixit lamentando Juſtinianus Imperator piiſſimus, in lege ſua: Quoniam potentioribus pares eſſe non poſſumus. Et dixit Azo in Gloſſa: Contra potentiores jura nulli faciunt honores: Ac ſi diceret: Non jura, nec leges, ſed potentia regit omnium terrarum fines.

L. Defectum addimus charitatis, perpetuas *a* rixas, odia & diſſidia, ἐπιχαιρεκακίαν, quibus Clerici alij in alios, ſeculares cumprimis in Ordines, & viciſ-

sim ita ferebantur, ut mirum sit, in tanta discordia, animorúmque ζυῤῥάξει leviſſimos ab alijs motus & diſſenſiones, inter Reformatos ſubinde exortas, exprobrari potuiſſe. Simonia quàm altas egerit radices jam & alibi eſt oſtenſum; & exempla eorum, *b* in quos eo nomine fuit animadverſum, probant.

a. Intra Helvetiæ iterum, Pagique Tigurini nos contineamus limites. *Helvetij* erant, qui notârunt, adeò acriter Pontificia geſta fuiſſe bella, ut obedientiæ hinc nonnulli jugum excuſſerint. *Vitod* p. 61. a. *Propter quod Græci dudum ab obedientia ſedis Apoſtolicæ diſceſſerunt in ſuo Patriarcha Conſtantinopolitano contenti, propter diſſenſionem capitum* (Imperatorum & Pontificum,) *prædictorum: In partibus Aſiæ multi Epiſcopatus, Patriarchatus ad Paganiſmi vomitum reciderunt; præter Eccleſias ſimplices, quaſi innumerabiles, &c.* Helvetij erant, quos *VVimphelingius* in ſuo Soliloquio graviter perſtrinxit, cap. præſertim 26. *Vbi commiſeratio in Curatos animarum, qui veritatem illis non plenè dicunt*, &c. *Helvetij* erant, qui de erroribus Mendicantium, Validiorum cumprimis, graviter querebantur.

bantur. Stylum in eos strinxit *Malleolus*, quod etiam ei, in carcerem conjecto, exprobratum fuit. De quo ipse in *Regist.* querel. hunc in modum: *Item opposuit sibi, quòd unum inter cæteros composuerit tractatum contra validos Mendicantes, in quo multos commiserit errores. Et est veritas. Quòd ipse Vicarius hoc dictamen per* 15. *annos & ultra in domo sua tenuerit, & nunquam correxerit. Est autem idem tractatus in Concil. Basiliensi, sine Magistri solicitudine publicatus, & in statione publica venditus, & multiplicitur per Germaniam divulgatus. Et nondum percepi, quòd in aliquo fuerit correctus*, p.m. 55. Illud cumprimis notandum, & Curatos ægre tulisse, Ordines Mendicantes adeò liberè suam misisse falcem in alienam messem; & vice versa hos, ubi ubi licuit, in illos magnos usos severitate, cum manifesta conjuncta ἐπιχαιρεκακίᾳ. Hinc *illi* notorios istis impegerunt errrores. *Henric. Nidhart* Concil. de duab. confraternitatib. p. 97. b. *Ex his patet falsitas unius articuli, quem inter cæteros errores aliqui Fratres mendicantium volebant in Concilio Basileensi defendere, quem posuerunt in his verbis:* Si quis ad onus celebrationem faciendi pro vivis aut defunctis teneatur, quod istud persolvi non potest per aliquem Presbyterum curatum, cum ratione beneficio-

neficiorum suorum ad illud teneatur, &c. *Franciscani* contrà, legem Talionis, data occasione, minimè neglexerunt. Audiatur *Malleol.* ex lib. de *misericordia defunctis & captivis impendenda*, p. m. 47. b. *Ista gentes crudeles me nuper tanquam executuri captum cuidam Gardiani Fratrum minorum oppidi N. commiserunt, & ut in carceribus de opportunis provideret, injunxerunt: qui, salvo honore suo, diversa largiter fecisset, si voluisset, humanitatis commoda & sine damno suo, diversa benignitatis beneficia — Sed hic Gardianus inertia natali stipatus non ministravit, prout debuit misericordia manus, &c. — Qui eram olim Doctor & Prælatus Clericorum Ordinis Majorum; jam nunc sum mancipium Ordinis Fratrum totius Mundi Minorum. Benedictus Deus in omnibus donis suis. Audirem nuper peractam. Nam quidam Protonotarius urbis Thuricensis, mihi multum familiaris, & superbus nimis, & talis fuerat consuetudinis, qui defunctorum funerum sepulturas, exequiarum quoque mortuorum culturas nunquam visitavit, sed aliis operibus suis vacavit: Dum sæpius ad ipsum protuli: O Frater, cave ne moriaris, quum de nullo vicinorum aut aliorum incolarum, & convicaneorum sepeliendo consolaberis: Et factum est, quemadmodum puniebatur in eo, in quo deliquit. Mortuus est, in bello*

bello publico, & cum cæteris plebeijs & civibus in cumulo, sine specialis sepulturæ solennitate, suffodiebatur obsequio. Sic ad propositum: Dicam tibi, ô Pater Gardiane, caveas, ne carceribus manciperis, alioquin in eo, in quo peccâsti ratiocinabiliter torqueberis. Et in *Regist. querel.* p. 57. *Vicarius M. Felicem tradidit ad manus suorum inimicroum acrius affligendum. Et igitur vinctum misit ipsum ad oppidum N. ubi non ad Monasterium, juxta sententiæ tenorem; sed in una turri civitatis durissimos carceres, apud domum Fratrum S. Francisci indulserunt: In qua proximè fur famosissimus per annos XI. fuerat detentus & dimissus. Et à Seculo non est auditum, quòd unquam justus judex relegaverit justè vel nequiter accusatum, ad suorum manus accusatorum fore puniendum, prout hic Vicarius M. Felicem disposuerat affligendum.*

b. Cujusmodi occurrit sub *Henrico Anenstettero*, Collegij Præposito, de quo ita Acta nostra: *Nos Henricus Anenstetter Præpositus & Capitulum Ecclesiæ Sanctorum Felicis & Regulæ Præpositura Thuricensis, Constantiensis Diœces. coram nobis,* Notario publico, & testibus hic astantibus tanquam personis fide dignis, animo ad Sanctam sedem Apostolicam provocandi, & appellandi, Apostolos petendi & protestandi

pro-

proponimus & dicimus, quòd licèt omnia crimina ad comparationem illius execrabilis vitij, videlicet Simoniacæ *pravitatis, & hæresis fermè pro nihilo reputentur, & nunc detestabilior sit rabies eadem, quando ex constitutione Sanctissimi in Christo Patris, ac Domini nostri Martini, digna DEI providentia Papæ V. & moderni, non solùm hujusmodi peste infecti, quos excommunicationis mucrone ipso facto vulneratos decrevit; sed etiam eisdem communicantes ad instar lepræ, qua percussus fuit Gehasi, pro eodem vitio, sua morbosa contagione, videlicet irregularitatis nota, crebra conversatione commendavit.* Nihilo minus tamen prout est publica vox, verbum & fama, imò principalium quorundam, videlicet Johannis N. quondam Canonici Ecclesiæ nostræ prædicta ex una, & Joh. N. Clericorum assertorum dictæ Diœcesf. partibus ex altera, & cæterorum mediatorum relatio manifesta demonstrat, eædem partes inter se talia inierunt pacta, & turpissimas conditiones, videlicet, quòd si & in quantum jam dictus N. suis Canonicatum & Præbendam, quos pro tunc in nostra Ecclesia obtinebat, ad utilitatem præfati Johannis resignaret, & in finem ut ipsi Domini eisdem providerent, quod ex tunc ijdem

ijdem Johannes N. & fratres sui eidem resignanti in recompensam certam, magnam & notabilem pecuniarum summam in processu causæ specificandam dare & assignare, & ad officium persolvere deberent: Sicque ad hoc, quantum in eis fuit, obligaverunt, & pignora deposuerunt, pro ut hæc & alia suis loco & tempore clarius deduci possunt. —— Unde sentimus nos, tum propter criminis enormitatem, tum propter communionis periculum, & inconvenientias continuò seculares, ac omnia præmissa multipliciter gravatos, & in futurum plus gravari posse. *Idcirco à suis præmissis processibus, monitionibus & mandatis sententijs & gravaminibus omnibus & singulis contra præfatum Iohannem N. omnesque alios & singulos sua in præmissis quomodolibet intensa credentibus, conjunctim & divisim provocamus & appellamus ad præfatam sedem Apostolicam, & ad Dominum nostrum Papam supradictum.*

IX. Hactenus de *Scholis*, *Monasterijs*, & *Ecclesia*: a *Oeconomiæ* statum, amissam b cumprimis parentum in liberos potestatem, alibi exposuimus. De *Politia* observamus, Tigurinos inde ab Arnoldo Brixiensi

Brixiensi *c* suum semper certis adstrictum *d* habuisse legibus Clerum, & sub Oligarchico quidem *e* XXXVI. regimine inter Clerum & Cives ita de ratione fori competentis convenisse, ut & Superioris *f* Ordinarij accesserit authoritas atque confirmatio. Sub fœdere Helvetico, communi lege, statutis *g* patriis Clerus subjiciebatur: Arctioribus adhuc postea, speciali *h* Tigurinorum privilegio à Pontifice obtento, ringente licèt ipso contrà Clero, Ordinario *i* cumprimis, Episcopo Constantiensi. Anathemata, ut plurimum non magni Majores nostri fecerunt, ad redimendam tamen vexam excommunicationum nodos ordinaria solvere via, quàm secare, *k* pro temporum ratione, aliquando eos maluisse, non negamus.

a. *Analect.* P.I. p.70.

b. Exemplum in Novitio Adleschwilero breviter *ibidem* attigimus, plenius Hist. T.V. p.450.

c. *Biblioth. Tigurin.* p. 66. *Anal.* P.II. p.544.

d. Qua-

d. Quarum legum epitomen habet *Speculum nostrum Helvet.* p. 59. & 69.

e. Omnino enim regimen illud *Oligarchicum* 36. constabat Consulibus, ut tum appellabantur, sive Senatoribus, ita tamen ut munus illud per tres Duodecades esset ambulatorium. *Prima* duodecas ad gubernacula sedebat à Calend. Januar. ad Cal. Maij: *Secunda*, à Majo ad finem Augusti. *Tertia* denique à Calend Sept. ad exitum anni. Summa tamen rerum penes XII. illos, qui regimini præerant, constituebatur: Quamvis deliberationi rerum difficiliorum cæteri etiam adessent. Hinc vulgò dici solet, XII. capitibus Regimen illud constitisse. Id quod cum restrictione accipi debet. Extant enim literæ de anno 1301. quæ expressam triplicis hujus ordinis mentionem faciunt. Extat etiam *resignatio Dominorum de Hottingen juris feudalis, quod habuerunt in fundo Capellæ Aquaticæ, in manus Dominorum Præpositi & Capituli Ecclesiæ Thuricensis*, quæ hujuscemodi est: In nomine Domini Amen. Noverint, quos nôsse fuerit opportunum, quòd cùm illustres Domini nostri, H (*Hermannus*) senior, H. (*Hermannus*) junior. *Comites de Kyburg*, & uxor ejusdem Comitis junioris, bona sua, fundum videlicet

licet seu aream, cui inædificata est Capella Thuricensis, *cum suo ambitu murato qui dicitur Aquatica, & jus Patronatus ejusdem Capellæ, cum suis attinentiis*, quæ bona ego Burckardus, Miles, Civis Thuricensis, dictus de Hottingen, & Ulricus filius fratris mei, bonæ memoriæ, Arnoldi militis, adhuc minor annis, ab ipsis Comitibus in feudum dinoscimur hactenus habuisse, honorando in Christo Præposito & Capitulo Thuricensi ante aliquot dies, liberaliter contulerint, donaverint, resignaverint homagio, ratione turris & munitionis, præfatis fundo & Capellæ propè fluminis ripam adjacentium, sibi in nobis reservato, sicut instrumentis super hoc sub sigillis eorundem Comitum conscriptis colligitur evidenter: Ego prædictus Burckardus, & Ulricus fratruelis meus, pro nobis ac omnibus hæredibus nostris ad honorem Sanctorum Martyrum, Felicis & Regulæ, ac Exuperantij, & utilitatem prædictorum, Præpositi & Capituli Thuricensis, & ipsorum Ecclesiæ, sponte, bona fide, sine omni dolo, fraude cessimus, & resignando in manus prædictorum Comitum publice renuntiavimus, omni jure feudali, quod nobis in sæpè dictis competebat, & compete

petere videbatur, & easdem cessionem, resignationem, renuntiationem, præsentibus fideliter innovamus.

Obsides erant avunculus Burckardus, dictus Barhant, Ludovicus de Liebegge, Chunradus dictus VVello, Burckhardus dictus Brubunt, Milites: Johannes de Schonenvvert, Lutoldus Fuschinus.— Atque ad cautelam sufficientem in manus prædictorum Præpositi & Capituli firmiter promittimus, fide data, nomine juramenti, quòd jam dictum fratruelem meum Ulricum, cùm ad annos legitimos pervenerit, infra mensem à tempore amonitionis, mihi & meis confidejussoribus, seu coobsidibus super hoc factæ, ad plenam, publicam, liberam, expressam, legitimam resignationem, prædictorum bonorum, seu resignationis innovationem inducam cum effectu, omnibus postpositis efficaciter procurando: Alioquin ego & prænominati fidejussores & obsides à me dati, personas nostras in Turego in obstagium ponemus, *secundùm consuetudinem Civitatis Turicensis, super obstagiis hactenus observatam, inde nullatenus recessuri*, antequam sæpe dictis Præposito & Capitulo præfatam resignationem prænotatam, ad effectum debitum perducamus, aut octoginta marcas puri ar-

genti ponderis Thuricensis eisdem Præposito & Capitulo, & eorum Ecclesiæ sine contradictione ac difficultate qualibet persolvemus: *Nihilominus contractu resignationis à me, nomine meo, hæredum meorum jam facta in suo robore perpetualiter permanente*; sed prædictus avunculus meus, Burkardus, miles, in Castro Mellingen jacebit obses sine fraude, si præ metu rerum & corporis fideliter adimplebit. Quandocunque verò aliquem de nobis prænominatis fidejussoribus medio tempore religionem intrare, vel ad partes remotas transire, vel mori contingit, ego alium, æque vel magis bonum, loco ipsius substituam, à tempore amonitionis infra mensem: Si verò negligens fuero &c. Et in hujus rei testimonium præsentem literam de meo rogatu, consensu confectam & conscriptam trado sæpe dictis Præposito & Capitulo, & eorum Ecclesiæ, sigillis Consulum Turicensium, & meo & prædictorum fidejussorum patenter communitam. Nos in præsenti Consules Thuricenses, quorum hæc sunt nomina, *Vlricus de Schonenvvert, H. de Curia, Rudolphus de Clarona, Fridericus Bokelin milites: Rudolfus de Monasterio, Vlricus Trebelli, Burckardus Truben, Heinricus Zender, VValtherus Meisa, Heinricus*

Heinricus Kiener, *Chunradus Thia*, *Chunradus Vzer Gazin*; Nos etiam proximo futuri Consules, quorum hæc sunt nomina: *Iacobus Molendinarius*, *Hugo de Lunckuft*, *Chunradus VVille*, *Burckardus Scultetus*, *Vlricus de Chlotun*, *Vlricus de Rumelinken, milites: Iacobus Tuto*, *Heinricus Teschlins*, *Hugo Burdiner*, *VVernherus Brosma*, *Rudolfus de Lunckuft*, *Heinricus Rouel*, *&c.* In Capitulo Turicens. Præposituræ a. D. 1256. in Dominica, quâ cantatur: Oculi mei, videl. XIV. Kal. Aprilis ante horam prandij, Indict. XIV. præsentibus, quorum nomina sunt hæc: O. *Decanus in Chilchperg*, *VValtherus & Heinricus Sacerdotes, & Vicarij ejusdem Præpositura*, *Berchtoldus de VVedischvvile*, *Iohannes Mantz*, *Subdiaconus*, *Chunradus VVello*, *Chunradus Albus*, *Burckardus Brubunt*, *Milites: Henricus Rudeger de Chlotun*, *Rudolfus de Lunckuft*, *Vlricus*, *Rudolfus*, *Burckardus Schafiin*, *Burckardus Fuschinus*, *Heinricus de Rosberg*, *Iohannes de VViedicken*, *VVernherus Dispensator*, Scholares &c. Expressa hic *duorum* ordinum fit mentio: *Tertius*, in pleniori omnium Consulum & Senatorum Catalogo (Regimentbuch/) à duobus præmissis planè diversus exprimitur: ut

 de

de ratione veteris Reipublicæ per 3. ordines administratæ nullus superesse possit scrupulus.

f. Ita enim *Nicolaus* a. Ch. 1339. & *Albrechtus* 1408. Episcopi Constantienses. *Nicolaus*, (*Albrechtus*) Dei gratia, Episcopus Ecclesiæ Constantiensis, universis præsentium inspectoribus salutem & sinceram in Domino charitatem. *Cùm, pro bono pacis & concordiæ, Clerus Thuricensis ac laici sive Cives Oppidi Thuricensis ad invicem inter se convenerint, ut si quis laicus seu civis Thuricensis clerico Thuricensi injuriatus fuerit, aut violentiam intulerit, quod Consules Thuricenses, qui pro tempore fuerint, juxta statuta sua municipalia eodem Clerico querulanti incunctanter, & sine mora dispendio debeant facere justitiam de laico injuriante. Et è converso, si Clericus Thuricensis laico seu civi Thuricensi injuriatus fuerit, seu violentiam intulerit, tres Clerici, videlicet duo de Collegio Canonicorum Ecclesiæ Præpositura, & unus de Capitulo Canonicorum Monastery Thuricensis, qui ad hæc exequenda nominati fuerint & electi, hujusmodi civi seu laico querelanti debeant celeriter & sine protractionis fastidio facere justitiam, de clerico injuriante juxta formam & conventionem inter dictos Clerum, laicos, seu cives initas, prout instrumen-*

mentis super hoc confectis lucidius continetur. Nos eisdem tribus Clericis (in Legibus antiquis dreÿ Pfaffenrichter appellantur, *Spec. Tig.* p. 69.) *ad præmissa pro tempore electis authoritate ordinaria committimus per præsentes, ut Clericos, ipsis rebelles, in præmissis punire, & per censuram Ecclesiasticam compellere possint, quod mandatis pareant eorundem, & quòd nihilominus si opus fuerit, iidem Clerici possint & debeant super his invocare brachium seculare, concedentes judicibus secularibus oppidi supradicti, quòd dictis Clericis petentibus in hac parte possint suffragari.* Testes etiam, qui coram dictis tribus Clericis nominati fuerunt, si se gratia, odio vel timore, seu quovis alio colore quæsito à perhibendo testimonio subtraxerint, per censuram prædictam, auctoritate nostra, dicti tres Clerici, compellant veritati testimonium perhibere, præsentibus usque ad festum assumtionis B. Mariæ Virginis proximè venturum, & abinde per unum annum integrum & non amplius duraturis. Datum in Castro nostro Castelen.

g. Illustri illo documento ab Helvetijs unanimiter a. Ch. 1370. recepto, quod vulgò dicitur der Pfaffenbrieff; de quo

Anal. P. II. p. 456. *Simler.* Repub. Helvet. pag. 172.

1. Id quod αὐτολεξεὶ ita habet: *Beatissime Pater:* Est in liga Helvetiorum oppidum insigne, Thuregum nominatum, cujus incolæ certò Sanctitatis vestræ, & Apostolicæ sedis ferventes, devoti & assidui sunt servuli, & in eodem oppido *longo pro tempore Ecclesia Collegiata, seu Præpositura Sanctorum Felicis & Regulæ, etiam Abbatia una cum Parochialibus & aliis Ecclesiis & Capellis erecta sunt, fundata & dotata, adeò ut non parvus Presbyterorum numerus ibidem existat.* Cum autem, Pater beatissime, dicti oppidi incolæ tam boni & fideles sint Christiani, ut Presbyteros, clericos & Ecclesiasticas personas, & divinum maximè cultum, ferventi & magna devotione amplectantur: Cùm siquidem Clerici & laici ibidem multum in publicis & privatis conventionibus aut comessationibus (conversationibus) sibi invicem se comministrant: Ne ergo suadente salutis humanæ inimico aliquæ rixæ, scandala, contentiones oriantur, & si orirentur, plena pacificatione sedentur, uterque etiam status, & honor patriæ, tranquillè & quietè cum alio conservetur, & concernatur, *ab antiquo Magister Civium*

&

& Consules, de majori consilio dicti oppidi, cum consensu tamen Episcopi Constantiensis, (vide suprà ,) *pactorum & conventionum libellum inter se contraxerunt, quo supra nonnulli laudabiles articuli, laudabilésque consuetudines, per supra dictos Magistros Civium & Consules una cum Presbyteris, Clericis supradicti oppidi ordinarij introducti ex tanto tempore, cujus contrarium in hominum memoria non existit, observati & usitati fuerunt, ordinario loci & nemine contradicente.* Cùm non in præjudicium Cleri, imò in ejus utilitatem, amicitiam, pacem & tranquillitatem Clericorum & laicorum cederent, infra scripti videtur tenoris. Inprimis itaque dum Magister Civium & Consules oppidi prædicti, alicujus (*for.* alicui) beneficium aliquod contulerunt, & sic præsentatus, fuerit possessionem adeptus, *quod ex tunc non propter collationem, sibi factam, sed pro regalibus officialium, ipsis officialibus, juxta antiquam ordinationem, & consuetudinem persolvere debeat.*

Secundò, ut nullus Curialium, nec aliqua persona Ecclesiastica, quacunque in dignitate constituta, aut qualicunque graduata aut qualificata beneficio in eorum voluntatem, hujusmodi beneficiis, & eorum collationibus *inquietare aut mo-*

lestare attentet, audeat, præsumat, nec de-beat, pro ut est in usu.

Tertiò, cùm hactenus laudabili consue-tudine introductum sit, ut mortuo cive incola, aut subdito oppidi, & ejus distri-ctus, & Dominij, per Magistrum Civi-um, Consules aut Officiales ad hos *de-putatos, domus revidentur, &, si opus fue-rit, clauduntur, & imprimis, creditorum sa-tisfactioni consulitur: demum hæredes, qui propiores sunt, & potiores, instituuntur:* ut ergo, mortuo Scholastico, Cantore Canonico, Plebano, seu quolibet alio Presbytero, in dicto oppido, ejus do-minio & districtu habitante, facere, di-sponere, claudere, creditoribus satisfa-cere, & hæredes justiores, propinquio-res instituere possint, prout longo tem-pore usitatum est.

Quartò, si aliquis *Canonicorum, & Pres-byterorum in oppido, districtu, & dominio præfatis habitantium, enormi crimine, aut maleficio se culpabilem reddiderit, caperetur, privaretur, justitia sententiaretur, aufugerit, aut se, propter delicta absentaverit, ut ergo donec, & quousque beneficium suum alteri collatum, vel alter in locum substitutus fue-rit, Canonici & alij Presbyteri fructus, red-ditus, & proventus beneficij sic vacantis & non*

non possessi, non ad usus proprios & privatos; verum ad fabricam, restaurationem & utilitatem Ecclesiæ, in qua beneficium sic vacat, vel beneficij sic vacantis, convertere.

Quintò, quòd ipsi Magister Civium, & Consules dicti oppidi, omnes & singulos Presbyteros in oppido, districtu, & dominio eorum habitantes, *qui civiliter, hoc est, gladiorum evaginatione, rixis, jurgiis, blasphemiis, vel aliis inter se, vel clericus cum laico delinquens, prout alios incolas & subditos suos punire, eóque pœnas civiles ab eis exigere possunt; salvo tamen in hoc, si excommunicatio interveniret, ordinarij jure:* Salvo etiam in hoc libello, seu rotulo inter Clericos & oppidum prædictum, diu, ut præfertur, contracto & conscripto.

Sextò, si inter Monasteria, Collegiatas aut alias Ecclesias vel personas spirituales, vel Ecclesias, vel etiam in Clericos & laicos *super decimis, censibus, reditibus, & proventibus ipsis, in oppido, districtu, & dominio præfatis provenientibus, quæstionis materia aut lis exoriretur, quæ juris decisione indigerent, quòd tales spirituales & Ecclesiasticæ personæ, se immediatè coram nullo judice, nisi Magistro Civium & Consulibus præfatis, ratione & auctoritate prædictorum,*

in

in stuba locare, attrahere, aut convenire debeant: Nisi per eos ad alium Judicem remissi fuerint: Prout antiquitus introductum & usitatum est.

Septimò, cùm Monasteria, Ecclesiæ, Presbyteri, omnésque & singulæ spirituales & Ecclesiasticæ personæ, in oppido, districtu, & dominio prædictis habitantes, tam bene, prout cæteri cives, incolæ & subditi defensi sunt, & civilibus gaudent privilegiis: Ut ergò Magister civium, & Consules præfati, *quando eos vel pro Sancta Romana Ecclesia, vel pro sacro Romano Imperio, vel pro Republica militare contigerit, & sic civibus ipsis taleas imperare contigerit, à Monasterijs, & quibuscunque spiritualibus & Ecclesiasticis personis, in eorum oppido, districtu, & dominio habitantes, saltem exigere, ipsis expensas imponere, somas aut* equos, ad necessaria deferenda, tribuere, dare & committere, juxta eorum bonorum qualitatem, & necessitatis exigentiam, prout alijs Civibus, possint & valeant.

Octavò, ut dicti Magister Civium & Consules, toties, quoties ipsis necessarium & expediens visum fuerit, à *quibusvis Monasterijs & Ecclesiis Collegiatis, in eorum oppido, districtu & dominio, seu eorum*

Rect-

Rectoribus, Gubernatoribus, Superioribus & Officialibus rationem petere, & videre, Oeconomos ponere, ipsósque, ut ea quæ licita, honesta, ipsorum Monasteriorum utilitates sint, perficiant, præcipere, & ad hoc eos cohercere possint, prout laudabiliter introductum, & usitatum, & locis spiritualibus sæpè utile fuit.

Nonò, Quemadmodum in oppido, districtu, & dominio sæpe dictis præter Spirituales & Ecclesiasticas personas, locos deputatos *Conventionum* suarum habent, aut aliqui eorum domos conveniunt, aliqui inter se rixantes civiliter delinquunt, *ut ergo sine superscriba eorum communi, aut in domo Præpositura Thuricensis, sive quocunque alio loco convenerint, inter se insolentias ac civilia delicta, à dictis Magistro Civium & Consulibus puniri, & ad pœnitentiariam pœnam, prout alij Cives, regi possint, juxta excessus qualitatem, ut est in usu.*

Decimò, si quisquam, Præpositus, Canonicus, Presbyter secularis, vel Clericus, seu alia qualiscunque Spiritualis & Ecclesiastica persona in oppido, districtu, & dominio præfatis, *aliquid enormis excessus vel criminis perpetraret, vel de illo accusaretur, aut vocaretur, ut Magistri Civium vel Consules sæpe dicti talem personam capere,*

appre-

apprehendere, per triduum in carceribus detinere, demum ordinario loci transmittere, aut iterum relaxare, secundùm excessam qualitatem, aut prout de excessus veritate informati fuerint, possint vel valeant: Et quod tales incarcerati & detenti teneantur ad refusionem expensarum in carceribus habitare.

Undecimò: Ut oppidum Thuricense, & territoria ei subjecta non ruinentur, & in ædificiis detrimenta & scandala patiantur, consueverunt Magister Civium, & Consules ibidem pro tempore extantes omnes & singulos suos cives & incolas & subditos ad ædificandas, manutenendas, & conservandas domos eorum, toties, quoties opus fuerit, & eis sub aliqua pœna præcipere: Ut ergo simili necessitate postulante cum Spiritualibus & Ecclesiasticis personis quibuscunque facere possint.

Duodecimò: Si in oppido, districtu & dominio supradictis ut sæpius partes *aliquæ super matrimonij vinculo sese in litem trahunt, vel invidia, vel lascivia ducti: Ad prohibendum ergo, ne ad hoc tam proni sint, & tempestivè de similibus pensent*, pars, quæ aliam super matrimonij fœdere, actionem probare non poterit, & sic succubuerit supra

supradictis Magistro Civium & Consulibus quinque florenos Rhenenses, pro pœna, solvere, debeat, ut usitatum est.

Tredecimò: Sæpius laico, præfati oppidi Thuricensis in Ecclesia Collegiata Sanctorum Felicis & Regulæ vel in Abbatia ibidem, pro animarum suarum, prædecessorúmque & successorum salute anniversaria per Capellanos earundem Ecclesiarum peragenda statuere & fundare velint: Contra quod earundem Ecclesiarum Canonici statutum fecerunt, inhibentes Capellanos, ne talia anniversaria suscipienda ducant seu etiam suscipiant, nisi etiam per Canonicos peragenda statuantur & fundentur: Sæpe autem fundantis facultas non se adeò extendit, ut apud utrosque fundari possit. *Cùm itaque Eleemosyna, & alia opera similia ex libero debeant procedere arbitrio, & fundantium bona voluntate, petunt Magistri Civium & Consules Thuricenses hoc statutum adnullari, & deleri, & quod quilibet volens, & super anniversarium vel anniversaria juxta suam voluntatem hoc ordinare possit, & ad aliud faciendum per neminem coherceri valeat.*

Vltimò: Si per Capitulum Abbatiæ, & Præposituræ Thuricensis, aut Capitulum Embracense inter se, vel alias Ecclesiasti-

cas

cas personas, quæstiones aut lites oriren-tur: Quòd ex tunc personæ capitulares de similibus ritibus & controversiis se immittere volentes, quilibet videlicet, jura sua propria, & non de proventibus suis communibus Capituli litigare debeant, adeò ut qui conscientiæ morsu restrictus ad similia non consueverat se non intromittere, cùm utilitatem habere non præsumat, etiam damnum non patiatur. *Cùm autem prædicta omnia ad laudem Dei omnipotentis, pacem & tranquillitatem inter Clericum & laicum, & unitatem Reipublicæ tendant, & mera probitate, bonitatéque laudabiliter introducta sint, & longo tempore citra quod in hominum memoria non existit, usitatáque*, à loci ordinario, seu quavis Ecclesiastica persona nunquam contradicta: Quanquam Spirituales & Ecclesiasticæ personæ in oppido Thuricensi, ejus districtu, & dominio bene defensi, honorandi, amati, & prout alii Cives, incolæ, & subditi protecti sunt & tuentur: Supplicant Sanctitati vestræ devoti ejus oratores, Magister Civium, & Consules de majori Consilio oppidi prædicti, quatenus eos specialibus favoribus & gratiis prosequentes, supra dicta omnia nedum confirmare, imò de novo statuere, ordinare,

nare, decernere, atque ipsi oratores ea hactenus introducta & usitata sunt perpetuò futuris temporibus perficere, eisque sic uti, potiri & gaudere liberè & licitè possint & valeant concedere, & indulgere, ac contraria quæcunque revocare, cassare, adnullare, & delere decernantur, de gratia speciali, Epistolis Synodalibus, provincialibus ordinationibus, privilegiis, immunitatibus, indultis, Præpositurae & Abbatiæ Thuricensis, Ecclesiæ Imbracensis, nec non omnibus & singulis alijs Monasterijs, Ecclesijs, Spiritualibus Ecclesiasticis personis in genere vel in specie, communiter vel divisim, quomodo, qualitercúnque & per quemcunque concessis, statutis, consuetudinibus, quamvis etiam antè juramento roboratis, quibus ad plenissimum derogetur, aliisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, cum clausulis opportunis & consuetis. *Verba concessionis ita habent: Et cum absolutione à censuris ad effectum præsentium. Et de confirmatione statuti ordinarij, decreto, concessione, cassatione, annullatione, & revocatione, ut supra: Et in perpetuum, & in forma grossa, quòd in bonum cedunt finem. Et cum sufficiente derogatione omnium & singulorum præmissorum*

 contra-

contrariorum in literis latissimè extendentibu Et tenor omnium habeatur pro expressis, vi verius exprimi possunt. Et quod omnium & singulorum præmissorum, ac circa ea quomodi libet necessariorum major & verior specificati possit fieri in literis. Pro Magistro Civium & Consulibus de majori Consilio Thuricensis, Constant. Diœces. *Iudicium verò:* Est inhonestissima contra libertatem Ecclesiasticam.

i. Huc tendere videbatur *Thomas* Constantiensis Episcopus in Constitutionibus Synodalib. de a. Ch. 1492. *§.* de foro competenti. *Attendentes, quòd laici de Ecclesiasticis negotiis intromittere se non debent, omnibus & singulis Ecclesiasticis personis per Civitatem & Diœcesin nostras, ubilibet constitutis, interdicimus, ne quisquam Clericus à laicis ad judicia laicalia seu secularia dolosè se trahi permittat, aut laicis ad talia facienda consentiat, vel hujusmodi vetita judicia subeat, seu ibidem aliquatenus respondeat sub causarum suarum sic notarum, etiamsi hujusmodi vetitis judiciis pro ipso judicaretur, perditione seu amissione. Insuper omnibus & singulis laicis cujuscunque status aut conditionis nostrarum Civitatis & Diœcesis interdicimus, & districtius inhibemus, ne laic ipsi contra sacras constitutiones Clericos ad ju dicia*

dicia laicalia, seu secularia trahant, seu trahi permittant, sub pœnis à jure expressis, feudalibus tamen causis exceptis, quas prout de jure consuetudinario tractari permittimus. Volumus etiam hoc præsens statutum singulis annis in ambone sæpius publicari.

k. Sit exempli loco, actus publicus, qui ex archivo nostro ita habet: *Cormatus, miseratione divina, Abbas Monasterii Sancti Iacobi Scotorum extra muros Constant. Diœces. Ordinis S. Benedicti Commissarius ad infrascripta* per sedem Apostolicam deputatus: universis & singulis præsentium inspectoribus, ac ad quos præsentes pervenerint, quorumcunque interest aut interesse poterit, quomodo libet nunc, aut in futuram salutem, in eo, qui est, vera omnium salus: Noveritis & noverint omnes & singuli, quos nôsse fuerit opportunum, nos literas Reverendissimi in Christo Patris & Domini Dn. JORDANI, Dei & Apostolicæ sedis gratiâ, Episcopi Albanensis, Sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis *de Vrsinis*, vulgariter nuncupati, summi Pœnitentiarii, pro parte *Magnificorum & circumspectorum Virorum, Magistri Civium, Consulum & Proconsulum ac Oppidanorum oppidi Imperialis Thuricensis, Constantiensis Diœces. nobisque* specialiter di-

rectas sanas & integras, non rasas, non cancellatas, non vitiatas, nec non aliqua sui parte subjectas, ac in qualibet sui parte more Pœnitentiariæ signatas; pendenti sigillo albo, oblongo, concavo & rubeo, impresso in rubea cordula pendenti solenniter sigillatas cum ea, qua licuit, reverentia recepisse, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur & est talis: *IORDANVS, miseratione divina, Episcopus Albanensis religioso viro, Abbati Monasterij Scotorum extra muros Constantiensis, Ordinis S. Benedicti salutem in Domino:* Ex parte Magistri Civium, Consulum, & Proconsulum, ac Oppidanorum oppidi Thuricensis Constantiensis Diœcesis. nobis oblata petitio continebat, quòd cùm olim *quidam Iohannes Gruber, laicus, ut asserebatur, cruce signatus Lausanensis Diœces.* quosdam laicos tunc expressos *in valle Vallesia Sedunensis Diœces. residentes coram certis judicibus à sede Apostolica deputatis traxisset in causam, & demum ipsos, eorum contumacia exigente, cum participantibus eis, excommunicatione aggravari & reaggravari, ac usque ad invocationem brachij secularis inclusivè procedi obtinuisset,* & deinde præfatos exponentes, ut dicitur, per processus invocaverit, ut dictos excommunicatos, & eis

eis participantes manu forti juxta formam in eisdem processibus contentam, invaderet: Dicti tamen exponentes non animo contemnendi; *sed propter locorum distantiam, quæ, ut asseritur, ad quatuor dietas, & ultra provinciam se extendebat, ac etiam propter asperrimas vias & valles, ac montes asperrimos in terris dictorum excommunicatorum, & eis participantium, & introitu existentes, nec non etiam propter populi dictæ Vallis austeritatem. Unde forsitan, occasione præmissa, plura homicidia fuissent perpetrata, parere hujusmodi processibus juxta prædictam invocationem non imbuerunt seu neglexerunt*, quapropter timere se, tanquam participantes, sententias & pœnas in eisdem processibus contentas incurrisse: Cùm autem auditor, qui hujusmodi processus ultimis fulminavit, jam sit vita functus, & sicut eadem petitio subjungebat, causa hujusmodi in ejus manibus habuisti tractata, & demum sopita & terminata existat, idémque etiam laicus cruce signatus exinde sit vita functus, supplicari fecerunt, humiliter Magister *Civium, Consules & Proconsules, ac cæteri præscripti eis super his per Sedem Apostolicam de opportuno remedio misericorditer provideri.* Nos igitur auctoritate D. Papæ, cujus pœnitentia-

 riæ

leſtare attentet, audeat, præſumat, nec debeat, pro ut eſt in uſu.

Tertiò, cùm hactenus laudabili conſuetudine introductum ſit, ut mortuo cive, incola, aut ſubdito oppidi, & ejus diſtrictus, & Dominij, per Magiſtrum Civium, Conſules aut Officiales ad hos *deputatos, domus revidentur, &, ſi opus fuerit, clauduntur, & imprimis, creditorum ſatisfactioni conſulitur: demum hæredes, qui propiores ſunt, & potiores, inſtituuntur:* ut ergo, mortuo Scholaſtico, Cantore, Canonico, Plebano, ſeu quolibet alio Presbytero, in dicto oppido, ejus dominio & diſtrictu habitante, facere, diſponere, claudere, creditoribus ſatisfacere, & hæredes juſtiores, propinquiores inſtituere poſſint, prout longo tempore uſitatum eſt.

Quartò, ſi aliquis *Canonicorum, & Presbyterorum in oppido, diſtrictu, & dominio præfatis habitantium, enormi crimine, aut maleficio ſe culpabilem reddiderit, caperetur, privaretur, juſtitia ſententiaretur, aufugerit, aut ſe, propter delicta abſentaverit, ut ergo donec, & quouſque beneficium ſuum alteri collatum, vel alter in locum ſubſtitutus fuerit, Canonici & alij Presbyteri fructus, redditus, & proventus beneficii ſic vacantis &*

non

non possessi, non ad usus proprios & privatos; verum ad fabricam, restaurationem & utilitatem Ecclesiæ, in qua beneficium sic vacat, vel beneficij sic vacantis, convertere.

Quintò, quòd ipsi Magister Civium, & Consules dicti oppidi, omnes & singulos Presbyteros in oppido, districtu, & dominio eorum habitantes, *qui civiliter, hoc est, gladiorum evaginatione, rixis, jurgiis, blasphemiis, vel aliis inter se, vel clericus cum laico delinquens, prout alios incolas & subditos suos punire, eóque pœnas civiles ab eis exigere possunt; salvo tamen in hoc, si excommunicatio interveniret, ordinarij jure:* Salvo etiam in hoc libello, seu rotulo inter Clericos & oppidum prædictum, diu, ut præfertur, contracto & conscripto.

Sextò, si inter Monasteria, Collegiatas aut alias Ecclesias vel personas spirituales, vel Ecclesias, vel etiam in Clericos & laicos *super decimis, censibus, reditibus, & proventibus ipsis, in oppido, districtu, & dominio præfatis provenientibus, quæstionis materia aut lis exoriretur, quæ juris decisione indigerent, quòd tales spirituales & Ecclesiasticæ personæ, se immediatè coram nullo judice, nisi Magistro Civium & Consulibus præfatis, ratione & auctoritate prædictorum,* in

in stuba locare, attrahere, aut convenire debeant: Nisi per eos ad alium Judicem remissi fuerint: Prout antiquitus introductum & usitatum est.

Septimò, cùm Monasteria, Ecclesiæ, Presbyteri, omnésque & singulæ spirituales & Ecclesiasticæ personæ, in oppido, districtu, & dominio prædictis habitantes, tam bene, prout cæteri cives, incolæ & subditi defensi sunt, & civilibus gaudent privilegiis: Ut ergò Magister civium, & Consules præfati, *quando eos vel pro Sancta Romana Ecclesia, vel pro sacro Romano Imperio, vel pro Republica militare contigerit, & sic civibus ipsis taleas imperare contigerit, à Monasterijs, & quibuscunque spiritualibus & Ecclesiasticis personis, in eorum oppido, districtu, & dominio habitantes, saltem exigere, ipsis expensas imponere, somas aut* equos, ad necessaria deferenda, tribuere, dare & committere, juxta eorum bonorum qualitatem, & necessitatis exigentiam, prout alijs Civibus, possint & valeant.

Octavò, ut dicti Magister Civium & Consules, toties, quoties ipsis necessarium & expediens visum fuerit, à *quibusvis Monasterijs & Ecclesiis Collegiatis, in eorum oppido, districtu & dominio, seu eorum*

Rect.

Rectoribus, Gubernatoribus, Superioribus & Officialibus rationem petere, & videre, Oeconomos ponere, ipsósque, ut ea quæ licita, honesta, ipsorum Monasteriorum utilitates sint, perficiant, præcipere, & ad hoc eos cohercere possint, prout laudabiliter introductum, & usitatum, & locis spiritualibus sæpè utile fuit.

Nonò, Quemadmodum in oppido, districtu, & dominio sæpe dictis præter Spirituales & Ecclesiasticas personas, locos deputatos *Conventionum* suarum habent, aut aliqui eorum domos conveniunt, aliqui inter se rixantes civiliter delinquunt, *ut ergo sine superscriba eorum communi, aut in domo Præpositura Thuricensis, sive quocunque alio loco convenerint, inter se insolentias ac civilia delicta, à dictis Magistro Civium & Consulibus puniri, & ad pœnitentiariam pœnam, prout alij Cives, regi possint, juxta excessus qualitatem, ut est in usu.*

Decimò, si quisquam, Præpositus, Canonicus, Presbyter secularis, vel Clericus, seu alia qualiscunque Spiritualis & Ecclesiastica persona in oppido, districtu, & dominio præfatis, *aliquid enormis excessus vel criminis perpetraret, vel de illo accusaretur, aut vocaretur, ut Magistri Civium vel Consules sæpe dicti talem personam capere,*

appre.

apprehendere, per triduum in carceribus detinere, demum ordinario loci transmittere, aut iterum relaxare, secundùm excessam qualitatem, aut prout de excessus veritate informati fuerint, possint vel valeant: Et quod tales incarcerati & detenti teneantur ad refusionem expensarum in carceribus habitare.

Undecimò: Ut oppidum Thuricense, & territoria ei subjecta non ruinentur, & in ædificiis detrimenta & scandala patiantur, consueverunt Magister Civium, & Consules ibidem pro tempore extantes, omnes & singulos suos cives & incolas & subditos ad ædificandas, manutenendas, & conservandas domos eorum, toties, quoties opus fuerit, & eis sub aliqua pœna præcipere: Ut ergo simili necessitate postulante cum Spiritualibus & Ecclesiasticis personis quibuscunque facere possint.

Duodecimò: Si in oppido, districtu & dominio supradictis ut sæpius partes *utraque super matrimonij vinculo sese in litem trahunt, vel invidia, vel lascivia ducti: Ad prohibendum ergo, ne ad hoc tam proni sint, & tempestivè de similibus pensent*, pars, quæ alium super matrimonij fœdere, actionem probare non poterit, & sic succubuerit, supra-

supradictis Magistro Civium & Consulibus quinque florenos Rhenenses, pro pœna, solvere, debeat, ut usitatum est.

Tredecimò: Sæpius laico, præfati oppidi Thuricensis in Ecclesia Collegiata Sanctorum Felicis & Regulæ vel in Abbatia ibidem, pro animarum suarum, prædecessorúmque & successorum salute anniversaria per Capellanos earundem Ecclesiarum peragenda statuere & fundare velint: Contra quod earundem Ecclesiarum Canonici statutum fecerunt, inhibentes Capellanos, ne talia anniversaria suscipienda ducant seu etiam suscipiant, nisi etiam per Canonicos peragenda statuantur & fundentur: Sæpe autem fundantis facultas non se adeò extendit, ut apud utrosque fundari possit. *Cùm itaque Eleemosyna, & alia opera similia ex libero debeant procedere arbitrio, & fundantium bona voluntate, petunt Magistri Civium & Consules Thuricenses hoc statutum adnullari, & deleri, & quod quilibet volens, & super anniversarium vel anniversaria juxta suam voluntatem hoc ordinare possit, & ad aliud faciendum per neminem coherceri valeat.*

Vltimò: Si per Capitulum Abbatiæ, & Præposituræ Thuricensis, aut Capitulum Embracense inter se, vel alias Ecclesiasti-

cas

cas personas, quæstiones aut lites orirentur: Quòd ex tunc personæ capitulares de similibus ritibus & controversiis se immittere volentes, quilibet videlicet jura sua propria, & non de proventibus suis communibus Capituli litigare debeant, adeò ut qui conscientiæ morsu restrictus ad similia non consueverat se non intromittere, cùm utilitatem habere non præsumat, etiam damnum non patiatur. *Cùm autem prædicta omnia ad laudem Dei omnipotentis, pacem & tranquillitatem inter Clericum & laicum, & unitatem Reipublicæ tendant, & mera probitate, bonitatéque laudabiliter introducta sint, & longo tempore citra quod in hominum memoria non existit, usitatáque*, à loci ordinario, seu quavis Ecclesiastica persona nunquam contradicta: Quanquam Spirituales & Ecclesiasticæ personæ in oppido Thuricensi, ejus districtu, & dominio bene defensi, honorandi, amati, & prout alii Cives, incolæ, & subditi protecti sunt & tuentur: Supplicant Sanctitati vestræ devoti ejus oratores, Magister Civium, & Consules de majori Consilio oppidi prædicti, quatenus eos specialibus favoribus & gratiis prosequentes, supra dicta omnia nedum confirmare, imò de novo statuere, ordinare

nare, decernere, atque ipsi oratores ea hactenus introducta & usitata sunt perpetuò futuris temporibus perficere, eisque sic uti, potiri & gaudere liberè & licitè possint & valeant concedere, & indulgere, ac contraria quæcunque revocare, cassare, adnullare, & delere decernantur, de gratia speciali, Epistolis Synodalibus, provincialibus ordinationibus, privilegiis, immunitatibus, indultis, Præpositura & Abbatiæ Thuricensis, Ecclesiæ Imbracensis, nec non omnibus & singulis alijs Monasterijs, Ecclesijs, Spiritualibus Ecclesiasticis personis in genere vel in specie, communiter vel divisim, quomodo, qualitercúnque & per quemcunque concessis, statutis, consuetudinibus, quamvis etiam antè juramento roboratis, quibus ad plenissimum derogetur, aliisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, cum clausulis opportunis & consuetis. *Verba concessionis ita habent: Et cum absolutione à censuris ad effectum præsentium. Et de confirmatione statuti ordinarij, decreto, concessione, cassatione, annullatione, & revocatione, ut supra: Et in perpetuum, & in forma grossa, quod in gonum cedunt finem. Et cum sufficiente derobatione omnium & singulorum præmissorum*

contrariorum in literis latissimè extendentibu Et tenor omnium habeatur pro expressis, ve verius exprimi possunt. Et quod omnium & singulorum præmissorum, ac circa ea quomodo libet necessariorum major & verior specificati possit fieri in literis. Pro Magistro Civium & Consulibus de majori Consilio Thuricensis, Constant. Diœces. *Iudicium verò:* Est inhonestissima contra libertatem Ecclesiasticam.

i. Huc tendere videbatur *Thomas* Constantiensis Episcopus in Constitutionibus Synodalib. de a. Ch. 1492. §. de foro competenti. *Attendentes, quòd laici de Ecclesiasticis negotiis intromittere se non debent, omnibus & singulis Ecclesiasticis personis per Civitatem & Diœcesin nostras, ubilibet constitutis, interdicimus, ne quisquam Clericus à laicis ad judicia laicalia seu secularia dolosè se trahi permittat, aut laicis ad talia facienda consentiat, vel hujusmodi vetita judicia subeat, seu ibidem aliquatenus respondeat sub causarum suarum sic notarum, etiamsi hujusmodi vetitis judiciis pro ipso judicaretur, perditione seu amissione. Insuper omnibus & singulis laicis cujuscunque status aut conditionis nostrarum Civitatis & Diœcesis interdicimus, & districtius inhibemus, ne laic ipsi contra sacras constitutiones Clericos ad ju dici*

dicia laicalia, seu secularia trahant, seu trahi permittant, sub pœnis à jure expressis, feudalibus tamen causis exceptis, quas prout de jure consuetudinario tractari permittimus. Volumus etiam hoc præsens statutum singulis annis in ambone sæpius publicari.

k. Sit exempli loco, actus publicus, qui ex archivo nostro ita habet: *Cormatus, miseratione divina, Abbas Monasterii Sancti Iacobi Scotorum extramuros Constant. Diœces. Ordinis S. Benedicti Commissarius ad infrascripta* per sedem Apostolicam deputatus: universis & singulis præsentium inspectoribus, ac ad quos præsentes pervenerint, quorumcunque interest aut interesse poterit, quomodo libet nunc, aut in futuram salutem, in eo, qui est, vera omnium salus: Noveritis & noverint omnes & singuli, quos nôsse fuerit opportunum, nos literas Reverendissimi in Christo Patris & Domini Dn. JORDANI, Dei & Apostolicæ sedis gratiâ, Episcopi Albanensis, Sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis *de Vrsinis*, vulgariter nuncupati, summi Pœnitentiarii, pro parte *Magnificorum & circumspectorum Virorum, Magistri Civium, Consulum & Proconsulum ac Oppidanorum oppidi Imperialis Thuricensis, Constantiensis Diœces. nobísque* specialiter di-

eis participantes manu forti juxta formam in eisdem processibus contentam, invaderet: Dicti tamen exponentes non animo contemnendi; *sed propter locorum distantiam, quæ, ut asseritur, ad quatuor dietas, & ultra provinciam se extendebat, ac etiam propter asperrimas vias & valles, ac montes asperrimos in terris dictorum excommunicatorum, & eis participantium, & introitu existentes, nec non etiam propter populi dictæ Vallis austeritatem. Unde forsitan, occasione præmissa, plura homicidia fuissent perpetrata, parere hujusmodi processibus juxta prædictam invocationem non imbuerunt seu neglexerunt*, quapropter timere se, tanquam participantes, sententias & pœnas in eisdem processibus contentas incurrisse: Cùm autem auditor, qui hujusmodi processus ultimis fulminavit, jam sit vita functus, & sicut eadem petitio subjungebat, causa hujusmodi in ejus manibus habuisti tractata, & demum sopita & terminata existat, idémque etiam laicus cruce signatus exinde sit vita functus, supplicari fecerunt, humiliter Magister *Civium*, *Consules & Proconsules, ac cæteri præscripti eis super his per Sedem Apostolicam de opportuno remedio misericorditer provideri.* Nos igitur auctoritate D. Papæ, cujus pœnitentia-

riæ curam gerimus, discretioni tuæ, cùm sicut asseritur, tu in dicta causa unus ex judicibus à Sede Apostolica deputatus fueris, & hujusmodi causa, ut præfertur, sopita existat, committimus, quatenus, si est ita, & excommunicans absolvendi sibi potestatem non reservavit, túque illam habueris; Postquam si quibus dicti exponentes ob præmissa ad satisfactionem tenentur, satis fecerunt competenter, præfatos *Magistrum Civium, Consules, & Proconsules, caterósque prædictos ita* dictis sententiis & pœnis absolvas in forma Ecclesiæ consueta, & injungas inde eorum cuilibet, auctoritate prædicta, pro modo culpæ pœnitentiam salutarem. Datum *Romæ*, apud Sanctos Apostolos IV. Id. Mart. Pontificat. Dn. Martini Papæ V. anno VIII. Quibus quidem literis nobis, ut præmittitur, præsentatis, & per nos reverenter receptis, ac diligenter inspectis, fuimus pro parte dictorum Magnificorum ac circumspectorum Magistri Civium, Consulum & Proconsulum, ac Oppidanorum oppidi Imperialis Thuricensis, in dictis literis Apostolicis nominatim & specialiter descriptorum & comprehensorum, *humiliter & reverenter requisiti, ut ad executionem ea-*

rundem

rundem literarum ac inprimis comprehensarum, & nobis cum magna maturitate commissarum procedere: Et demum juxta earundem literarum continentiam, *absolutionis beneficium, in forma Ecclesiæ consueta eisdem Magistro Civium, Consulibus & Proconsulibus ac oppidanis impendere dignaremur.* Nos igitur commissionem hujusmodi nobis à dicta sede Apostolica, ut præmittitur, factam, reverenter exequi volentes, ut tenemur, experientia antiqua, & aliâs fide dignorum testimonio ac etiam ex processibus, actis, actitatis, atque aliis documentis dudum in causa, in supra dictis literis Apostolicis descripta deductis, sincerissimè fuimus informati: Quòd quidam *Iohannes Gruber*, quondam, ut asserebatur, laicus cruce signatus Laus. Diœces. quosdam laicos Vallis Vallesiæ, Sedunens. Diœces. traxerit in causam coram certis judicibus à sede Apostolica deputatis Ac etiam alia & singula in dictis literis Apostolicis comprehensa, mera veritate fore fulcita: At ita esse, & fore, prout in eisdem literis narratur & exponitur. *Idcirco nos, Cormatus Abbas, & commissarius supradictus, supradictos, Magistrum Civium, Consules, & Proconsules, cæterósque prædictos omnes & singulos auctoritate Apostolica*

INDEX I.

CONTINENS

A.

Epitomen hujus Tomi.

C

Quarta,



IN-

INDEX RERUM

A

Bernen-

Sacro-

S

T

F I N I S.

